ANNALES
GALLO-FLANDRIÆ:

In quibus per annos ferè ſingulos ab annis pluſquam mille & trecentis ea omnia enarrantur, quæ per Gallo-flandriam euenere, aut intra fines ſuos extráue Gallo-flandri geſſerunt:

Ac denique Regum Franciæ, qui ſupremum hîc dominium habuere, Comitum Flandriæ, ad quos hæc pertinet ditio, & Tornacenſium atque Atrebatenſium Epiſcoporum, qui præſertim ſacrum in hanc regionem habent imperium, ſeries ac ſucceſsio contexitur.

Cum Indice rerum omnium accuratiſsimo.

AVCTORE
IOANNE BVZELINO CAMERACENSI
è Societate IESV.



DVACI,
Ex Officinâ MARCI WYON Typographi Iurati,
ſub ſigno Phœnicis. Anno 1624.

Cum Gratia & Priuilegio.

PERQVAM

VENERANDIS,

NOBILIBVS, ET SAPIENTIBVS, VRBIS AC DITIONIS

INSVLENSIS

ORDINIBVS.

VEREBAR magnopere, admodum Reuerendi, Nobiles, & Sapientes viri, ne parùm in vos grati animi notam incurrerem, si Gallo-flandricas res diuersis operibus complectens, horum nihil vestræ consecrarem memoriæ. Sunt enim sanè non pauca, quæ mihi minimo Societatis Iesu sacerdoti Patriæ vestræ Historiam contexenti, tam nominis vestri, ac meritorum vestrorum excellentiam ingerunt iustè, quàm vos hîc alloquendi laudandique magnam necessitatem afferunt. Enimuerò si perplurimùm parentibus nostris debeamus, ijque sint à nobis primùm ornandi laudibus, & gratijs prosequendi: omnino etiam apud nos impetrare debet ratio, vt singularibus, ac beneficis amicis aliquid laudum atque gratiarum impertiamur. Insulensem Senatum Vrbemque Parentum loco nostri Socij Insulenses intra muros consìdentes habent, coluntque: vt quorum beneficio excitatum à fundamentis, ac donatum censibus Collegium obtinent. Id certè munus cùm mihi & præclarum, & propè regium videretur: meum aliquando incessit animum voluntas, cùm Insulensium, tum Gallo-flandriæ totius res litteris tradendi, vt aliquo saltem modo tam liberalibus Fundatoribus nomine Societatis publicè gratias haberem, vnaque laudes eorum latissimè spargerem. Adeoque id meum institutum Superioribus meis placuit, vt eis & hortantibus, & adiuuantibus, absoluerim, ac in duos eam diuiserim tomos Historiam. Quin igitur hic qualiscumque fœtus noster in publicum productus ad eos extemplò mitteretur, quorum gratia fuit conceptus ac

editus, fieri non poterat. Eam ob rem & in fronte nomen eorum gerit; & vt in meritas laudes eorum primùm erumperem, obstrictamque tam insigni beneficio ipsis Societatem, grates agendo profiterer, impulit. At enim quis adeò secundùm tam munificos Parentes in hac Vrbe Emporioque celeberrimo Socios sibi muneribus deuinxit, vt Vestræ Dominationes, quarum amor & studium in primis eò plurimùm contendit, vt per Societatem non leuiter efflorescant in Gallo-flandria Religionis Catholicæ tum scita, tum mysteria? Anni sunt plures quàm triginta, ex quo in Socios vestræ Liberalitatis aperti fontes fuere. Ab eo scilicet tempore singulis annis gratuitum mille florenorum munus in eos ab vobis manauit. Iisdem vectigalium immunitatem indulsistis hactenus. Vt occasio sese obtulit, interdum aliis eos vobis & beneficijs, & fauoribus obligastis. Neque verò nunc vos deficit voluntas porrò varijs arctiùs obstringendi muneribus. Quid igitur ex officio minùs possim præstare, quàm Dominationibus Vestris Gallo-flandricarum rerum partem inscribere: quò non modò cupidum grates referendi animum patefaciam, verùm etiam ad vestras laudes prædicandas non exiguam omnibus hominibus occasionem præbeam? Enimuerò quod nunc Vobis offero, & id sponte sua in vestras se manus gestiebat insinuare, & meritò sub vestri nominis splendore publicum petere desiderabat. Annales nimirum Gallo-flandriæ damus, quorum partem non infimam aut Maiorum vestrorum facinora illustrant, aut Vos ipsi factis insignibus, & virtutibus ornatis. Non enim hìc dumtaxat per seriem temporum ea memorantur, quæ longè Patrum vestrorum ætatem præuerterunt; sed etiam quæ his, & Vobis videntibus, & operam conferentibus, gesta sunt. Præluxere Parentibus vestris, dum vitam hìc agerent, Vobisque, vel multi Comitum Flandriæ, vel Burgundiæ Duces, vel Prælati quàm plurimi, vel Nobilitate & Sapientia præditi viri, ad comparanda varia virtutum genera, cùm ijs acquirendis insudarunt plurimùm. Viam ij Vobis præsertim strauerũt ad tuenda Religionis Catholicæ dogmata, dum nihil ijs contrarium intra patriæ vestræ terminos consistere passi sunt. Quis iam vicinorum populorum non habet perspectum, eadem Vobis & Maioribus vestris placuisse? Vbi namque, cùm turbis omne Belgium misceretur, ac iam propiùs nihil abesset, quàm vt omnis erga Regem Philippum obseruantia exstingueretur, ac Fidei Catholicæ pessumdarentur mysteria, plus animorum ad resistendum impijs factionibus fuit; plus promptitudinis ad eos recipiendos, qui Religionem auitam tuebantur; plus ardoris ad conciliandam sibi Regis amicitiam exstitit? Eam nempe gloriam Vobis & vicinarum, eademq; vobiscum sentientium Prouin-

ciarum

ciarum voces, & Principis Parmensis Alexandri epistola, & Hispaniarum Regis Philippi litterę asseruerunt. Vt hęc igitur partim Vobis legentibus voluptatem afferant, nouumq; in vestris pectoribus ardorem magna præclaraq; moliendi excitent; partim per omnes mundi habitabilis regiones in hominum cognitionem veniant; dum hoc Opus concinnaui, propositum mihi fuit. Quòd si Vestris Dominationibus hunc laborem meum, hoc institutum placuisse sensero: erit profectò periucunda mihi semper & nominis vestri, & rerum vestrarum recordatio: neque vmquam eò me trahi permittam, vt non fuerit charissimum mihi prædicandis vestris laudibus, vestræque gloriæ propagandæ omnem operam & laborem impendere. Insulæ 12. Ianuarij, an. 1624.

Perquàm Venerandis, Nobilibus, & Sapientibus,
DD. VV. addictiß. in CHRISTO *Seruus*

IOANNES BVZELINVS.

Ad Beneuolum Lectorem.

HACTENVS *ea tribus Libris mandauimus, quæ Gallo-flandricæ gentis origo, cultus, ingenia, mores, Religio, virtutes aliæ, instituta, piæ fundationes, opificia, Magistratus, idque genus alia, cùm vetustatis ac veritatis eruendæ, tum proponendarum huius populi laudum gratia, suppeditant. Igitur, beneuole Lector, id sequitur modò, vt ex suscepti operis instituto secundum seriem temporum ea memoremus, ac nostro sermone exornemus, quæ, vel totam hanc ditionem, vel magnam eius partem, vel quosdam locos nobiles, varijs cladibus afflixerint; quæ prosperis rebus, lætisue erexerint; quæ mirandis perculerint, & insolitis euentibus. Cladium præsertim hæc capita, ignis, aëris, ventorum, & aquarum iniuriæ; terræ motus, morbi pestilentes, rerum penuria, barbarorum incursiones; ab vicinis, vel remotis hostibus illata bella; motus ciuiles, & discordiæ; graues Romanorum Imperatorum, & Franciæ Regum infestationes; aspera quædam Principum instituta. Inter iucunda & prospera numeramus incrementa Religionis Christianæ, constructa Cœnobia, Templáque; mortalium è vitijs emersionem; patefactas præclaris artibus virtutes; aspersos incolis cœli fauores; lætos Principum in vrbes aduentus; horum decreto remissa onera, & indulta Priuilegia; publicos & nobiles Conuentus; obtentas insigni labore victorias; pro pace conciliata lætitiam & ludos, aliáque his persimilia. In admirandis, & insolitis euentibus ea præcipuè censemus, quæ præter rerum ordinem accidêre, vel cùm Diui cœlestem vim, & virtutem inusitatis facinoribus patefecere; vel cùm iratum sceleribus Numen acerba quorumdam nece mortales perculit; non exspectata trepidis in rebus & malis remedia; aliorsum, quàm promittebant, erumpentia consilia; imposturæ, vel audacia, vel successu nobiles; subiti virorum illustrium casus, & quædam his consentanea. Verùm priusquam hæc dicere aggrediar, quatuor præfari operæ pretium puto. Vnum ad initium pertinet; ad ordinem aliud, ac rerum successiones; tertium ad eorum, quæ dicam, veritatem; circa seriem annorum vltimum erit. Iuuat scilicet longè priùs narrationis huius exordia proijcere, quàm Gallo-flandriæ, aut Flandriæ nomen his inditum terris fuerit. Quippe tametsi Gallo-flandricas res scribere instituerim, non ijs tamen temporibus me constringo, à quibus & nomen, & limites ea regio accepit. Potiùs ea est suscepti operis ratio, vt intra fines ipsos, quibus hæc ditio comprehenditur, etiam antiquissima producam, quæ à primis indigenis, vel aduenis euenerunt. Igitur eo di-*

cam

cam ordine, vt feriem temporum perfequendo primum ea proferam, quæ Neruijs imperantibus acciderint: quos certò conftat iftam regionem cum alijs adiacentibus diu tenuiffe. Earum poftea rerum narrationem pertexam, quæ iam inde ab Iulio Cæfare, Neruiorum debellatore, hos intra fines fub Romanis contigere. Tertium ea locum capient, quibus hæc ditio variè agitata fuit, cùm ipfam Franciæ Reges tenuerunt, Romanis Magiftratibus & viribus depulfis. Ad vltimum ea depromam, quibus Flandriæ Comitum imperia nunc floruere, nunc concidere varijs rerum euentibus. Sed illa duo priora nec multum perfequi licuit, nec libuit; primùm, quia difficile fuit reperire; dein, quia eorum multa Neruijs omnibus communia. Longiùs altera duo & licet protendere, & verò maximè placet fermone diffufiùs complecti: quoniam & multa funt, & genti noftræ peculiaria, paucis fanè demptis, quæ neceßitas illuftrandæ hiftoriæ caufa nunc è Francia, nunc è Belgio arceßiuit; cùm præfertim expeditiones fuerunt explicandæ, aut bella defcribenda, vel alia non leuis, aut vicina fe præbuit excurrendi occafio. Ceterùm, mihi fuit perfuafum, eò gratiorem Lectoribus futuram omnem iftam narrationem (quam libuit Gallo-flandriæ Annales infcribere:) fi nonnullorum tam Sacrorum, quàm Sæcularium Principum fucceßiones attexerem, quorum hic terræ tractus fenfit imperium. Igitur eam ob rem primùm Imperij Romani Principes, aut Cæfares, quorum temporibus Belgium Magiftratus habuit Romanos, indicare breuiter placuit. Fufiorem deinceps Francorum Regum iam inde à Pharamundo, qui primus cis Rhenum cœpit regnare, ad vfque Francifcum huius nominis Primum, feriem contexui, ob fupremum eorum Principum in hanc noftram ditionem imperium. Vt ordinem, quo vixere, tum Saltuarij, tum Comites Flandriæ, dein nonnulla horum facta ftylo exprimerem, ipfa Hiftoriæ neceßitas obtinuit, cùm ad eorum vel officium, vel ditionem Gallo-flandriæ tractus femper ferè pertinuerit. Ad extremum illud etiam ad meorum Annalium perfectionem ratus fui pertinere, fi fuis quoque locis eorum catalogum texerem Epifcoporum, ac nonnulla ipforum facta infererem, quorum facris laboribus curifque fubdita eft Gallo-flandria. Ii verò funt, quos Cameracenfes, & Atrebatenfes fimul Antiftites habuere, ac poftea hi propios impetrauere; deinde, quos Tornacenfes, vel fimul cum Nouiomenfibus, vel feparatim, Pontifices venerati funt. Ad totius narrationis fidem quod attinet, illud profiteor, nihil me dicturum, quod non aliquis auctorum fuppeditauerit apertè, vel eruendum infinuauerit, fi vetera fpectemus: aut viri graues fuffecerint, aut ipfe oculis vfurpauerim, fi recentia. ideoq́, quantùm memoria fuggeret, non grauabor Auctorum nomina, fi fuppetant, ciere; vel, fi quid è monumentis erui, hæc, quantùm licebit, proponere: tantumq́, ijs nominandis, vel citandis fuperfedebo, cùm propius ad currentis temporis res peruenero. Quæ autem narrationes minus fidei conciliare videbuntur, quòd

vel

vel insolitis, vel parùm veritati consentaneis rebus aspergantur; non tam illas eò producam in medium, vt fidem ipsis adstruam; quàm ne nimium ipso silentio contempsisse videar, ideoq; in quorumdam reprehensionem veniam. Quamquam certè non procul ab veri officio Historici recessurum me arbitrer, si Liuium, aliosq; veteris Historiæ scriptores imitando, quædam inseruerim, quæ fabulis quidem similia videbuntur; nihilominùs tamen neque plerisque veris eius generis euentibus discrepant; neque Numinis potentiæ & sapientiæ aduersantur, quæ non rarò cerni gaudet insolitis rebus. Nunc autē id, quod vltimo loco significandum proposui, ad Chronologiam spectat; vt nimirum habeas cognitum, semper mihi animum fuisse, vt Romano more ab Ianuario annos ordirer; aliter sanè, quàm multi tum Gallici, tum Belgici auctores fecere, quorum fuit institutum à Paschate annos inire: vt si quando videris diuersum ab his me tempus quibusdam rebus attribuere, hinc ferè natum id sentias, cùm illos anticipem. Iam verò veniam mihi dari postulo, si quas interdum res aliter longè commemorem, quàm nonnulli suis Auctores libris tradidere, vel diuersis prorsus temporibus, quàm illi fecerint, assignem: quoniam id ingenuè profiteor, non prauo me ductum affectu, vt alijs contraria sentiam, verùm studio veritatis impulsum; & qui me reprehenderit errantem, eum meam sibi conciliaturum amicitiam.

ANNALIVM GALLO-FLANDRIÆ

LIBER PRIMVS.

A PRIVSQVAM Belgium Iulius Cæsar bello quateret, huius Gallici anguli partem non minimam Neruij occupauerant. Vltra Rhenum priùs iis sedes fuerat Teutonos inter. Vti cum aliis Germaniæ gentibus solum mutarent, & cis eum amnem bello sedem quærerent, duo præsertim perpulere, nimiùm frequens domi populus, istic prædæ plurimum. Et stimulos addebat Tungrorum facinus, qui non ita pridem, relicta patria, cis Rhenum pulcherrimam terræ partem inuaserant: iámque opibus florentes soli tantum obtinebant, quantum his temporibus complectuntur Iuliacenses, non modica Geldrorum pars, Namurcenses, Brabantini, Leodicenses. Igitur ad iter paratis rebus omnibus, & qua via tenderetur, captato inter proceres consilio, per Tungros iter facere placuit. Ea
B scilicet regio vlterius in Galliam tendentibus opportuna videbatur, seu breuius iter spectarent, siue pacem cum populo patriæ, & generis originem. Vnum modò timorem iniiciebat, eius nimirum gentis, propter secundos rerum euentus, insolentia. Nihilominus tamen illac vel amicitia, vel armis viam quærere decretum fuit. Sed neque armis in eos grassari, neque petentibus iter negare, Tungris placuit. Igitur priusquam illi vim afferrent, iis legibus hanc regionem ingrediendi veniam dedere, vti sedes vlterius quærerent intra Galliæ partes: id rati scilicet fore, primùm vt eos sibi perpetua necterent amicitia; dein grande suis accerserent rebus momentum, si Gallos inter, eámque ditionem, quam armis occupauerant, medij starent alij, in quos primi aggredientium hostium impetus frangerentur. Igitur eo deuincti beneficio, innoxij Teutones per Tungros viam fecere. Vnde Gallos eiicerent, eum præcipuè
C tractum elegerunt, vbi nunc Flandriæ & Hannoniæ plurima, quædam etiam Artesię porriguntur. Et quò facilius oppidis Gallos exuerent, ipsa terrebat tum barbaræ gentis ferocia, & corporum immanitas, tum etiam illatæ cladis ab Tungris recurdatio. Postquam iis, quos diximus, locis consedere: in eam breui multitudinem excreuerunt, vt plerique variis nominibus inde populi adoleuerint. Horum pars melior, & maior Neruij, vt quos penes vis tota, & imperium esset. Inter alios Centrones, Gorduni, Grudij, Pleumosij, Leuaci: quos omnes clientela Neruiis obstrinxerat: dein Bouaci. Quantum ex Iulio Cæsare [illegible] licet, ad vsque Sabim fluuium ab amne Lisa Neruij pro[illegible]ebantur, eamque latè regionem obtinebāt, vbi Malbodium, Valencenę, Condatum, Aldenarda, Tornacum, Insula, [illegible]um, & subiacentes his omnibus di-
D tiones hoc tempore visuntur. † Quidam Namurcum vsque, & longè supra Sabim protulere. Maiorem Flandriæ partem alij occuparunt populi. Vbi nunc Cortracum, habitauere Centrones. Gandauenses Gordunorum, Brugenses Grudiorum sedes occupant. Qua parte iacent solis aggeribus Oceano prætensis, Slusa, Middelburgus, Ardenburgus, Axella, Oostburgus, haud sine metu eluuionis Leuaci [illegible]e tenuerunt. Quæ nunc terrarum obtinent Hondiscota, Ipræ, Feurnæ, Dixmuda, Pleumosiis cesserant, vligine soli nomen eis idiomate patrio faciente. At Bouacis alior sedes erat, vbi modò Bauacum Valencenas inter & Malbodium, in ipsis Hannoniæ visceribus vtráque. Hos quidam Neruiis iungunt: ab iisdem alij secernunt. Et quamuis placeat nonnullis vel Aldenardæ, vel Tornaci sedem regiam Neruiis fuisse alij tamen Bouaci, vel Bauaci (quod quidam Belgium, fors Ptolemæus

Neruij in Belgiū è Germania venere:
Iul. Cæs. l. 2. de bell. Gall. Strabo, Tacit. aly vide Gorop. Becan. lib. 1. origin. Antuerp.
vt sedem in Gallia ponerent,
Tacit. in German.
Tungrorum exemplo.
Dū huc proficiscuntur,
ab Tungris transitum per eorum fines imperrant;
ea tamē conditione, vt solū alibi compararent sibi.
Subactis incolis, sedem in Belgio figunt.
Quos hic socios, & clientes habuerint.
Iul. Cæsar lib. 2. de bell. Gall.
Qui fuerint eorum fines.
Id. lib. 2. de bell. Gall. Pont. Heuter. lib. 1. de Belg.
† Lips. in Strabone in epist.
Vbi sederint eorum clientes & socij.
Ita Gorop. in 1 orig. Antuerp. Iac. Marchant. l. 1. Fland.
Gorop. Becan. l. 1. orig. Antuerp. Iac. G[illegible] in [illegible] Hann[illegible]

Neruiorum Baganum, Itinerarium Antonini Bagacum nominant) exstitisse sentiunt. A

Quo tempore Neruij eorumque clientes è Teutonia huc venerint.

Lib. 2. Histor.

Verùm quando Neruij Gallos suis sedibus expulerint; & contempto communi Teutonum vocabulo, sese Neruios appellauerint; aliisque iam numeratis populis noua sibi nomina formandi occasionem præbuerint. nullus auctorum certò libris transcripsit. Licet tamen in eam opinionem descendere, diu ante Cimbrorum in Galliam Celticam irruptionem (ea contigit, sicut autem credimus, florentibus Minutij rebus anno conditæ Romæ CDXLII.) huc eos pene rasse. V. C. An. 443. Multam scilicet ætatem ad Oceanum Cimbri exegerant, qua modò Zelandi, Hollandi, Frisones, & pars plurima continentis Daniam vsque porriguntur. Longum illic cum maris fluctibus bellum habuerant, neque satis domare potuerant obiectis frequenter aggeribus. Igitur quamuis in magnam ipsi multitudinem excrescerent, ideoque fa[...]s mari moles possent opponere, eaque regio propter soli pinguedinem & pabula plurimùm arrideret: tamen propè quotidiani cum fluctibus Oceani labores sedis eius tædium iniecerunt, & alio migrandi desiderium. B In Celticæ Galliæ interiora penetrare votum fuit. & ne longo circuitu [...] morari cogerentur, per Neruios armis viam facere. Neque opportunior eorum instituto pars visa Neruicanæ regionis, quàm dextrorsum extima, quæ modo sedem præbet Gallo-flandris. Ergo paratis omnibus, quæ profectioni, & partis huius inuasioni necessaria indicauerant, huc iter cepere. Non latuit Neruios id consilium, priusquam copiæ mouerentur. Et laboratum fuisset vbique vehementer, nisi maturè trepidis rebus occurrissent. Imposita sunt locis omnibus firma præsidia: iussi ad fauces itinerum quamplurimi excubare: rupti pontes vbique: obiecta cæsis arboribus materies.

Ephorus. & Clitar. hist.

Gorop. Becan. l. 1. orig. Ant.

Neruij Cimbris per fines suos irrumpere parantibus fortiter se opponunt.

Igitur cum finibus Neruiorum Cimbri propinquarent, ipsi aciem instruere, arma teláque expedire, vt viam ferro facerent, vi plurima niti. Contrà, nihil reliquum Neruij facere, quò finibus eos arcerent: ex insidiis multos capere, multos interimere: interdum plenis agminibus adoriri, & propellere. nusquam cedere: donec desperato per eorum fines transitu, longo Cimbri itinere, & multis laboribus per Arduennæ siluę sinus in Campaniam proximè Remos euadere coegerentur. C

In pace muniunt sese, & in magnas vires opesque coalescunt.

Lib. 2. de bell. Gall.

Absterso igitur omni metu, eóque labore fines tuendi, ad res domesticas Neruij animos vertêre: tum vt bonis sese legibus vincirent; tum vt in otio, & armorum quiete tuta omnia & firma munitionibus redderent. Et pleramque bellorum expertes sic ætatem egerunt, vt rebus omnibus, & summis viribus floruerint: vicinos ac remotos populos virtutis ac potentiæ fama perculerint: cum Aduaticis Cimbrorum reliquiis, quos Cæsar ad sex millia relictos fuisse asserit, & loco ad Scaldim, & Oceanum opportuno vehementer creuisse, vt Eburonibus aliísque vicinis populis terrorem incuterent, pacem fecerint.

Neruij cum aliis Belgis à Teutonũ Rege bello petuntur.

Locus Tungrensis. Iacob. Guys. to. 1. lib. 1 Annal. Han.

Primò vincunt:

Verum, quoniam res humanas creberrimæ vicissitudines euentuum obturbant, haud multò pòst ingens Neruios clades oppressit. Quippe transito Rheno in Galliã Belgicam venit, multásque secũ copias traxit Ansagnorix Teutonum Rex. Inferendi belli causa, nuper à Belgis acceptæ grandes iniuriæ, cùm ij Rhenum vltra ferro immaniter grassati fuissent. Eius copiæ millia hominum septuaginta. cum ipso immensa vis armorum, telorum, commeatus, & machinatum. D Igitur tantis hostibus obsistendi animo arma iunxerunt Bouaci, Neruij, Aduatici, Atrebates, Morini. Et priusquam Ansagnorix vim faceret, in aciem eos propulit ardor pugnandi. Prima duo certamina ægrè tolerauit Ansagnorix, & tertio fugam respiciebat; fugissétque haud dubiè, nisi quædam integris viribus in tempore ipso copiæ auxilium tulissent à tergo Belgas adortæ.

Deinde vincuntur, funduntúrque.

Ac eorum regio magnis cladibus afficitur.

Gorop. Bec. l. 1. orig. Antuerp. Iac. Guysian in Annal. Hannon.

Ibi Neruios ac socios vndiq; septos hostibus insignis clades perculit. pars fortiter pugnans alieno ferro animam posuit; pars fusi, fugatíque. Et mox in oppida vicósque sęuitũ ab Teutonis. Capta per impressionem Vallis Senonum (quidã Saxonum Vallem Ansagnorigis iussu nominatam memorãt: hodie Valencenas aut Valentianas ex Valẽtinianis dicimus) & crudeliter hausta ferro fuit. Post durã obsidionẽ Regi dedita Neruiorum vrbs regia (nónulli Aldenardam, Tornacũ alij volunt fuisse, Taruanna, Origiacum Atrebatium, Samarobrina, Cameracum, aliáque loca

quam-

A quã [illegible] ima. Atq; vnd[illegible]que ex agris, vrbibus, oppidis prędæ abducti magno numero mortales siue prędę, siue obsidum nomine: vt aliquãdiu tota regio stragis magnitudine [illegible] senserit. Et qui mox coaluissent Neruiorum, aliarumque gẽtium reliqui, alia nõ minor clades ingruebat. Pars eorũ, qui vires Ansagnorigi iunxerant, vetabantur eius Regis e[illegible]o in Germaniã [illegible]ere, eóque Rhenũ rursus traiicere. Igitur ij, sedibus cis fluuium quærendis, alius alio dispersi sunt. Agmen præcipuũ Hercinio Duce hos in locos eodem propè, quo Ansagnorix venerat, itinere descẽdit. Vbique per viam prę[illegible]s cogunt. oppida quædam intercipere, quædam apertis viribus aggredi tentãt. cùm parum id procedit, ad Scaldim castellum exstruunt, eíque nomen Hercinio faciunt. Placet quibusdam id con[illegible]itum, vbi modò castrum Helchinium visitur in Flandriæ limitibus, haud procul finibus Insulensium, inter Aldenardam & Tornacum æquali [illegible] spatio. Verùm Neruij omnes cùm facilè viderẽt, multum incõmodi se[illegible]leratutos, si permitterẽt illic hostes munitionibus tegi: priusquam ij prædis agendis ingruerent, sua [illegible]eque tutum in locum recepere: dein iunctis viribus eos adorti

B sunt. Haud [illegible] & castro eos exuere, & longo itinere Mosam vltra propellere, qu[illegible] idonea.

Lucius Tungr. Iacob. Guis. ibid.

Paullò pòst tamen aduersus Herciniũ prosperè agunt.

Iacob. Guis.

Quietem [illegible] quamdiu Neruij, exactis iis barbaris, obtinuere. Iámque res feliciter procedębant, cum nouus a [illegible] Bouacorum dis[illegible]ordus belli timor in[illegible]essit. Grauissimè scilicet omnia Bouaci tumultibus agitabantur: eoque vis [illegible]rũ processerat, vt mutua cæde multi manus imbuerẽt. Procerum factione ciues Regi & sacerdotibus necem intulerant. qui cæso Regi successerat, Taynardus sacro Fani Martis (oppidum id erat Scaldim iuxta quintum ferè lapidem Bouaco dissitum, cuius hodieque [illegible] Fanimartis vocabulum, reliquiæ conspiciuntur) thęsauro [illegible] inhiabat. eóque per noctem templo flammas iniici mãdauerat, & his sæuientibus occultè auream Martis statuam, & omnia tum auri, tum argenti pondera inde subduci. Verùm gnari consiliorum Regis sacerdotes, vti sacrilegos frustrarentur, hęc omnia [illegible] & oppido [illegible] cæcis itineribus (quorum aliqua etiam hoc tẽpore

Iac. Guis. lib. [illegible] Annal. Hann.

C videntur) extulerant. Vbi tutò deponerent, ab Neruiorum Rege locum impetrauerant. Is in ea parte regionis erat, quam modò Gallo-flandri obtinent; iámque nomine Templémartij celebratur sesqui leucam Insula distans. Ibi de Neruicani Regis voluntate [illegible] Marti templum erigebant, vbi statuam eius auream, & thesauros reponerent. Per[illegible] nuntijs Taynardus suos in armis [illegible] qui sacerdotes, statuam, thesaurum ab Rege Neruiorum reposcerent, [illegible] postquam nihil impetrauit, ira [illegible] bellum Neruijs indixit. Vrebat cum [illegible] dolor duplex, interuersi [illegible] sauri, & alio traducendi mortalium concursus, quem statuæ cultus excibat. Ex aduerso, Neruiorum Rex neque quidquam animo remisit, neque bellum oblatum repudiauit. Et quòd res afflictas hostium perpenderet, etiam risit prouocantis in prudentiam. Interim quantum potuit copiarum impiger contraxit, ne quis improuido cuneus ingrueret.

Ob Martis statuam,

Rex Bouacorũ Regi Neruiorum bellũ indicit.

Dum vterque Rex arma & copias comparat,

Cùm paradis ad bellum rebus plerumque tempus extrahitur, in vtrumque Regem ab Germania bellum ingens erumpit. Q[illegible] filium Ansagnorigis, quem su[illegible]ra [illegible]e-

D morauimus, Ariouistum furens animus, & ferro sæuiendi cupido cis Rhenum in nouam Belgarum stragem impulit. Aderant illi tum suæ, tum auxiliares copiæ quam[illegible] omnis apparatus bello idoneus, siue manus conserere, siue vrbes aggredi p[illegible] Vbi Mosam & Sabim latos amnes copias transiecit, primo impetu ausos exercitum opponere Bouacos prælio fregit. dein eorum vrbem (hodie Bauacum n[illegible]us) perruptis machinis muro, & vehementi facta impressione adortus [illegible] tre[illegible]git. Ibi plurimi [illegible] mortales absumpti, ædificia flammis corrupta [illegible] hominum & præda inde [illegible]ata. In Neruios nihilo mitiori v[illegible] animo [illegible] barbarus. Hic omnia ferro, flammisque pessumdedit: cum præda plur[illegible] etiam incolas cepit, eosque secum abduxit vinctis ad [illegible] s. Pare[illegible] Neruiorum cliente[illegible] vt tota hæc regio [illegible] pecore, commeatibus vacuefacta propemodum videretur.

Ariouistus in Belgium cum exercitu descendit

Lucius Tungren. Iac. Guis. lib. 3. Annal. Hann. Iacob. Meier. in Flandria.

Bouacos primùm profligat,

Dein Neruios, eorũ q; clientes ingenti clade afficit.

Neque desunt, qui velint aliqu[illegible] annis posteà Heluetios, [illegible] is igni [illegible]s vi-

 [illegible]ue

[illegible] ciſque [illegible], [illegible] demigrantes, vbi ſedes, & huius imperium obtinuerint, hac [illegible] tenuiſſe; & quoniam vltra trecenta, & quinquaginta millia cenſebantur, totam Neruiorum ferro igniquevaſtam ſecum regionem. Verum id mihi minùs verè dici videtur quoniam Iulius Cæſar, qui bellum aduerſus eos ex Senatus Romani ſententia ſuſcepit, nihil eorum commemorat. [illegible] primum aperte iunctis Prouinciam Romanorum inuaderet [illegible] exigua manu [illegible] cum per Sequanos angusta & difficili via Iuram inter & Rhodanum [illegible] aliquot dierum [illegible], tandemque manus conſerere coacti, ita [illegible] vt pacem petere & hac [illegible], in eas ſedes, vnde ſe gerant, [illegible]. A

Lucius in Belgium veniſſe falſo aſſeritur.

Iacob. Guiſ. lib. 4 Annal. Han[illegible]

An tunc Neruij cum Atrebatibus bellū geſſe [illegible]

Gorop. Be[illegible] lib. 1. Orig. Antuerp.

Vide Gallo-flan. cap. 34. l. 1.

Fuerit [illegible] Neruios vna cum vicinis Atrebatibus ea tempeſtate [illegible] ſet arbitrari. Nam minime deeſt, qui literis tradiderit, [illegible] Cæſ[illegible] [illegible] fines eorum [illegible] propter [illegible] Neruios [illegible] conditiſſe in ea caſtro [illegible] tempore populum ab iis [illegible] loco inditum Germanica origine, quod in eo Neruij [illegible] pigre vigilarent. Verum tam [illegible] ex vero [illegible] populi clade [illegible] Atrebatibus [illegible] ſententia, plus ſatis [illegible], & laborum in [illegible] annis [illegible] quam vt nouis [illegible] huic regioni [illegible] vehementer [illegible] deamus, [illegible] Romani [illegible] prudenter, & nimis [illegible]. [illegible]

Quam [illegible] enim, [illegible] annis, iucundum B[illegible] in Sequanis ab Iulio Cæſare Arioviſti copias, vel concitis [illegible], quondam & [illegible] ſocietatis, & nullam amplius [illegible] mittere credere [illegible] tamen paulò [illegible] in diuerſas diſtrahi curas cœpere. Terrebat eos ſcilicet felix Cæſaris ſucceſſus, atque animo cauebant, [illegible] finem futurum, ſi curſum victoriæ nullus inhiberet. Neque [illegible] paterentur, ſi longius [illegible] circumferre [illegible] cœtibus ad [illegible] conſilia coeunt: [illegible] eum circumueniendum eſſe, de [illegible] commeatum, viros, ignaro Cæſare, comparant. Die [illegible] atque aduerſus Cæſarem in Gallia degentem [illegible] pugnandi è patrio ſolo Neruios pr[illegible]. ex [illegible] um finibus ad quinquaginta pugnatorum millia [illegible] gerant. Verum plus iactantiæ & faſtus in iis omnibus [illegible], quas B[illegible] rant, quam animi fuit. Quippe plus virium [illegible] populi & vigi[illegible] in Cæſare [illegible] adducentes, inſ[illegible] & [illegible] greſſi ſunt, cùm grauis eo [illegible] Cæſaris [illegible] & [illegible] Quia tamen iis hominibus a natura [illegible] rem denuò coniurauere. [illegible] pudor acceptæ cladis, & [illegible] in eos [illegible] Cæſar [illegible] acuerent. Sed nimia [illegible] Etenim [illegible] Neruiis omnibus vna cum Atrebatibus & Veromanduis, ac [illegible] ad Sabim fluuium [illegible], [illegible] Cæſar [illegible] locare [illegible] loco, vbi [illegible], collis [illegible] victoriam [illegible] ſ facerent. priuſquam [illegible] & alij ſocij iungerentur, ad [illegible] Cæſar ex Atrebatibus [illegible]. Ac ne transfugæ [illegible], [illegible] gendo, exer[illegible] A[illegible] tamen [illegible] N[illegible] vt [illegible] Romana [illegible] re [illegible] ne R[illegible] in partibus fuiſſet, [illegible] Cæſar, [illegible] militis vnius clypeo, & [illegible] in aciem [illegible], co[illegible] animos facto. Re[illegible] itaque Romani [illegible] bus, tanta Neruij [illegible] opprelli [illegible], vt [illegible] hominum (ſex [illegible] Appianus [illegible], numerarent vix [illegible] longè, aut, ſi [illegible] rum ſequimur tre[illegible] rint [illegible] vel metu fugam capeſſere [illegible] bi [illegible], vt [illegible] N[illegible] prope [illegible]

Eius anno [illegible] 695

C

Cæſar lib. 1 de Bell. Gall. [illegible]

Neruij cum Belgis aliis aduerſus IVLIVM CAESAREM infeliciter conſurgunt.

Cæſar lib. 2. de bell. Gall. [illegible] Dio Caſſ. l. 39. Oroſ. l. 6. c. 7.

[illegible] A[illegible] 696.

Cæſar lib. 2 de bell. Gall. Plut. in Vit. Cæſar. Appian in [illegible] Dio lib. 37 [illegible] Abbreu. 04. Paul. Oroſ. lib. 6. cap. 7.

[illegible] cius contra eundem arma capiunt

D

A[illegible] ad Sa[illegible] [illegible] [illegible] e.

A [illegible] parte, quos vna [illegible] ci [illegible] que [illegible] [illegible] rotunda [illegible] Bolongua [illegible] numeratos tantæ cladi super [illegible] fuere. Sed [illegible] [illegible] & pe [illegible] miseri [illegible] misericordiam flagitantibus, [illegible] Cæsar [illegible] Atuatices Neruiis fœderatos excr[illegible] varijs cla[illegible] astri[illegible] suæ subd[illegible] potestati, tractu ideo in amici[illegible] Atreba[illegible] tum Veromanduis, & nonnullis alijs gentibus, in Ita[illegible] per [illegible]

Quidam [illegible] tradiderunt, Iulio Cæsare in Italia vel Illyrico degente, ab eius legato C. Antistio Rhegino circumuentam [illegible] vrbem Bonacorum, quam modo [illegible] mus. Coactum eius [illegible] regem Andromadum vus occultis, & [illegible] vulgus [illegible] metus, rerum inopia, & fames vrbem incesserent, q[illegible] aliquot eos, [illegible] educerent, Flandr[illegible], & [illegible] ab [illegible] prælectos. His ducibus [illegible] proximo [illegible]

B teniffe Ba[illegible] iuxta. Cum Antistio Flan[illegible] con[illegible] rasse ab Sca[illegible] flumine [illegible] perpetuis fere [illegible] excolendo [illegible] dedisse operam. [illegible] placuisse [illegible] lapide [illegible] Gallo-flandri [illegible] nostræ capiti condere aggressum. Placet [illegible] Cæsarem id op[illegible] Is de rebus quid sentiam, pauci[illegible] eloquar [illegible] nem tum temp[illegible] Antistio [illegible] nonnulli funt qui improbent. Haud [illegible] quin [illegible] uerit vrbe Cæsar potitus, debitis a[illegible] Sabin Neruijs, Bouaci[illegible] que, vel hunc gentia ad rebellandum, & tolerandam obsidionem, nondum vires coaluerint. De con[illegible] Insulensi oppido etiam al[illegible] cro, ab illo [illegible] neutro conditum, diu post illud erectum Liderici Buccensis opera. Facilè tamen in animum induco, fuisse Flanberti cuiusdam, aut Cæsaris opus arcem Buccensem, hanc postea ædificiis & muris ab Liderico circumdatam Insulensis oppidi nomen induisse. Eo quæ faciant, duo p[illegible] afferri compero: eius temp[illegible] arcis rudera

C quondam inuenta, vbi postea castrum vetus Insulense [illegible] ibi[illegible] fuisse Flantberti & Regnacarij posteris sedem. Verùm hæc omnia [illegible] latius agitauimus.

V. C. AN 699 Paucis post annis re[illegible] in Gallia [illegible] Italia Iulio Cæsare varij Neruiis [illegible] obruit. Hi cum Aduaticis al[illegible] Belgis, Q. Ciceronem in Hibernis non procul Aldenarda vehementer obsi[illegible] bant, inducti Ambiorige [illegible] principis con[illegible] periculo interne[illegible] Romani aberant. Igitur cum Cæsar legio[illegible] obsessæ latum suppetias ex quis copiis veniret, haud procul nostra regione gna[illegible] rum ei fuit ex litteris Q. Ciceronis, cum omni Belgas exercitu ad eum in itinere op[illegible] p[illegible]endum ex castris properare, idque prouidus inter angu[illegible] nemorum in colle mol[illegible] castra p[illegible] Illi metum & tre[illegible] dationem simulans suos intra val[illegible] lum con[illegible] tantam[illegible] fiduciam aduersariis fecit, vt præ contemptu vallum ma[illegible] nibus rescindere aggrederentur. V[illegible] cu[illegible] eruptioni faciendæ opportuna Cæsar [illegible] pexit, ex omni porta suos in Neruiorum ac [illegible] copias effudit. It

D [illegible] Belgas adorti magnam eorum stragem e[illegible] plurima pars hausti[illegible] ceteri turpem in fugam d[illegible] protegente[illegible] vel [illegible] vel [illegible] bus im[illegible] [illegible] [illegible] vndique [illegible] acta. Et mox liber ad Q. C[illegible]

A [illegible] inuenio [illegible] Tornacum ab Iulio Cæsare circum[illegible] cin[illegible] Vn[illegible] Paetulano [illegible] Duacum [illegible] In[illegible] Do[illegible] Roma [illegible] alias longo interuallo post[illegible] tasne [illegible] in [illegible] cam vi[illegible] denique captam multis homi[illegible] num [illegible] bus cæsis. Verùm quoniam [illegible] Cæsar [illegible] neque vero fi[illegible] [illegible] fuerant, vt pares es[illegible] [illegible] victoris cona[illegible] & mo[illegible] nibus [illegible] non facilè inducor, vt ea pro ve[illegible] [illegible] habeam. Illud compertum teneo, non multo post cum aliis quibusdam Belgis

Paucis eorum residuis v ta paxque conceditur. Ioan. Mar. in Chron. Iacob. Guif. in Annal. Hann. lib. 4. c. 45.

Petr. Oudegh. in Chron. Flan. Iacob. Guif. in Annal. Han.

In ulámne Flanbertus, aut Cæsar condiderit hoc tempore? Chron. Fland.

Lib. 1. Gallo-flandr. cap. 2.

Neruij Q. [illegible] nem ob[illegible] sident. Cæsar lib. 5. de Bel. Gall. Dio. lib. 40. Plutarch. in vit. Cæsar. Oros. lib. 6. cap. 10. Gorop. in Antuerp. Origin.

A [illegible] Cæsare cæduntur.

Lib. de antiq. vrb. Tornac. Heuris. Cano Tornac. Iacob. Guif. lib. 4. Annal. Hann. [illegible]

Cæsar lib. 6. & 7. de Bell. Gall. Oros. lib. 6. ca. 10. 11. 14. Neruij rebellant & com[illegible] Cæsare & Rom. subij ciuntur.

aduersus Cæsarem coniurasse rursus Neruios Ambiorige Duce. Ea re cognita, Cæsarem quatuor legiones magnis itineribus in agros Neruiorum traxisse. hic omnia repentino eius aduentu oppressa; captos plerosque nobiles locos; plurimum humani sanguinis fusum; multam vim pecoris ablatam; corruptos vbique agros; vicos incendio pessumdatos, multa in deditionem ab Cæsare contributa. Anno proximè secuto, qui cum Belgis aliis in Celticam Galliam fuerant profecti, vt Alexiæ soluerent obsidionem, Neruios ad quinque millia delectos ab Cæsare. Exinde adeò Neruiorum vires attritas, vt passim apud eos Romani rerum potirentur, totusque ager eis subijceretur, quem occupant modo Gallo-flandri.

Neruij [illegible] malis affliguntur, sub Augusto. Hugo Tull. Iacob. Guis. 1. Annal. Hannon. Horum querelas audiunt Crispus & Galba.

Non paucis deinde annis, Augusto Cæsare orbis imperium moderante, & iacentes circum populos, & hunc terræ tractum multa vehementer infestauere, aeris intemperies, frequentia fulgura, fames ac rerum indigentia, feræ, lues, trepidatio. Nihil hîc terræ colebatur, vt omnia nemorũ specie lignis inhorrescerent. pauci palàm mortales; in occulto plurimi, seu siluas tenerent, seu paludes. adeò Romanorum metus in profundam latibuli sidem omnes abdiderat. Id Crispo & Galbæ (quos Augustus, illum in Bouacis, hunc in Neruiis, cum militibus custodiæ causa considere iusserat) non minus acerbum erat, quàm Belgis. hos patriæ clades angebat, illos arcta rerum. Igitur vti libentes ad oppida in reuocarent, & tantis subuenirent malis regionis ad Augustum Crispus & Galba iis de rebus scripsere. Impetratum ab eo rescriptum, quo faceret omnibus potestatem, nulla fraude damnoue ad propria remeandi: tantum ipsi in iura, cerimonias, & linguam Romanorum cederent; arma non haberent; oppida nullis munitionibus cingerent; propugnacula nusquam facerent, nullis Romanorum castellis pedem inferrent. Abnuere plerique bis conditionibus sedes repetere: quasi plus seruitij, quàm libertatis afferrent. ideóque ad Treuiros aliqui, aliò alij diffluxere, Quibus hæc omnia quæ scripserat Augustus, placuere, pars eorum terræ cultum, pars ædificiorum molitionem arripiunt. His gnauiter connitentibus, intra paucos annos alia terræ facies cernitur. Interim Galba multis in locis cuncta in melius apud Neruios restituit, quod opportunitas regionis, & soli fertilitas inuitarent. Quam hodie Tornaci nomine ciuitatem & magnam & vetustam cernimus, ad Scaldim flumen eum instaurasse Hugo Tullensis, & Iacobus Guisianus asserunt, idque nomen ei dedisse, (illud tamen Neroni attribuunt alij:) ibi sedem aliquamdiu habuisse. alium deinde locum paucis inde passuum millibus, multis & validis munitionibus firmasse. ei loco nomen factum Ablato, cuius hodieque monumentum aliquod prębeat is vicus, quem Scaldin vltra Blaton nominant. annos aliquot ibi consedisse. Sed grauis paullo post Galbam inter & Crispum exorta contentio est. Martis Fanum, de quo anteà memorauimus, apud Bouacos instaurabatur. Ibi Crispus bellorum præsidi templum erigere maturabat, &, quam Iulius Cæsar Remis asseruari iusserat, auream contendebat Martis statuam recipere. contra niti Galba. Nam in Neruiorum finibus eo, quem supra diximus, loco Martis templum consistere: hîc iustius eam statuam reponi debere, vnde fuerat ablata. Bouacos ea quondam scelere suo priuatos armis Neruios eam tutatos, quam defe[illegible]rentibus vltro sacerdotibus acceperant & templo exornauerant. Sed controuersiam Augustus cum in modum diremit, vt apud Bouacos reponi iuberet. Ita denique factum est, vt ingens eum locum pristinu more populi Belgici multitudo celebrauerit: in Neruiis templum aliud sensim consenuerit, & solum ad posteros transmiserit nomen, pago ei annum Templo Martis nuncupato vel Templemartio.

In Neruijs Galbæ opera. Lib. 5. An. Han. Chronic Tornac. vita S. Eleutherij. Hugo Tullens. & Iacob. Guis. d. l. Inter Galbam & Crispum de Martis statua controuersia. [illegible] Augusti [illegible] attributa Bouacis statua Martis.

Dio Cass. lib. 54. Varij populi Neruios atterunt. Dio lib. 54. Plutarch. in Aug. [illegible] Licinnius.

Haud multò post Sicambri, Vsipetæ, Tenctheri, quorum sedes vltra Rhenum erant, huc vsque arma & terrorem circumtulere Romanis infesti; illatísque magnis cladibus, ab Tungris Morinos vsque ingentes prædas egere. Ita sæuiendi cupidinem incenderant preces eorum Gallorum, qui censuum & tributorum grauitatem pertæsi, ab Romanis defecerant, vltraque Rhenum aufugerant. Neque plus huic regioni quàm aliis Galliarum partibus rapinæ Licinnij Enceladi pepercere, cùm is annum in quatuordecim menses tribuisset, quò plus pecuniæ per annum in singulos menses pendendæ contraheret. V. C. AN. 738. V. C. AN. 739.

A Nerone post T[illegible], Caligulam, & Claudium orbis imperio potiente, graui Belgæ tum [illegible] in R[omanos] grassati fuere, tum ipsius Neronis scelerum odio, tum census ac [illegible] magnitudine impulsi, & motibus Celtarum inuitantibus. Sed cum [illegible] horum ferro sustulissent; tributa soluere negarent censum agentibus: ad rebellionem denique cuncta vergerent: in Belgicam Anolinus Cæsaris mandato descendit; vtque in alios circa populos infestas duxit copias, ita Neruios oppressit. Hic obsidio cincta, captáque oppida omnia: multum prędæ actum: victis imperatum grauius tributum, & quo plus facerer molestiæ, Bouaci pęndere oportuit, quam vrbem Romani ea tempestate maximè frequentabant. Haud desunt tamen, qui memorent eodem Nerone Imperium fœdis sceleribus imbuente, nouis Tornacum munitionibus cinctum, ornatumque domibus; vt post multorum annorum ruinam respiraret denique, nouísque ciuibus impleretur, & Romanis decoraretur magistratibus, porrecto late longéque territorio, cuius finibus Gallo-flandriæ nostri tractus pars non modica comprehenderetur.

Hugo Tullens. Iacob. Guis. lib. 6. Annal. Hannon. Iidem ob rebellionem puniuntur imperante NERONE. Gorop. Becan. in Origenib. Antuerp. Chron. Tornac. Iacob. Meier. to. 4 decad. Fland.

B Disceptantibus post Imperatorum Galbæ & Othonis mortem de Romani imperij purpura Vitellio & Vespasiano, grauis exortus est in Belgio tumultus. In Batauia delectum edixerat iuuentutis Vitellius. Id gens liberrima ęgrè tolerauit, ac Duce Claudio Ciuile rebellionem arripuit, multósque secum traxit vtriusque Belgicæ populos. Igitur pars eorum militum, quos aduersus Romanos Ciuilis armauerat, eius imperio cis Mosam venere, vti vexandis vehementer Romanis, Menapios, Atrebates, Morinos, Neruios, ac cæteros secus Oceanum procurrentes populos, Neruiis amicos, insigni clade afficerent. Propter eos nihil in agris tutum fuit: multum pecoris inde sublatum: multi ferro mortales absumpti. eóque maximè tendebatur, vt horum animi populorum aduersus Romanos odia conciperent, & ad rebellionem omnes erigerent sese. Verum postquam Ciuilis milites nullum hîc ideo videre tumultum exoriri; cunctos contrà vel amore, vel metu constringi Romanorum: grandibus ipsi prædis onusti ad eum Mosam vltra gradum retulere. Paullò pòst e Neruiis multi aduersus Ciuilem militiam cepere, Romanis coniuncti. Verum C Ciuile Voculam Romanorum ducem repentino aduentu obruente, turpi se fama metus, aut perfidiæ, hostibus tradidere. Nec plus animi eadem è gente prompserunt [illegible], quos Labeo ad Mosam Ciuili opposuerat. Ingruentibus quippe Ciuilis copiis, vnà cum Betasiis Tungrisque ducem deseruere. Verum Cereali Romanorum res in Belgio rursus erigente, oppressisque pene [illegible] ad [illegible] Neruios Fabius Priscus euocauit, tractis in eorum fines [illegible] adeo [illegible] tunc societas coaluit, vt ingens horum multitudo cædi maluerit, quam fugam arripere; cum parum prosperè aduersus Caninefates pro Romanis prœlium iniuissent.

C 823.

Vitellius. Tacit. l. 4. hist.

Huc rebellantis Ciuilis milites penetrant, & multa inferunt mala.

Tacit. l. [illegible]

Ab Romanis in bello deficiunt Neruij.

Eosdem Priscus Romanis adiungit.

Multis post annis, cùm Neruam Cocceium Imperij consortem fecisset, patris [illegible] fratrísque successor Domitianus, ingens Neruios, vt Belgas omnes, incessit calamitas & omnium fere rerum penuria. Diuturna bella, pestilitas, & rapinæ ea simul inuexere. Terram nulli ferro exercebant: pauci vrbes incolere: intra muros oppidorum ædificia corruere; [illegible] mors ipsa, quam vita, charior erat. Igitur fœdissima [illegible] rerum facies videbatur. Hæc postquam Cæsar [illegible] in Italia degentibus cognita fuere, [illegible] sex legionibus Neruam Traianum mittere, multis clarum militiæ D artibus ducem. Is in Belgicam Secundam cum venisset, Bouaci (Octauia tunc dicebatur) frequentius egit. Ibi gnauus ad regionis cultum incubuit. Et quò facilius ex animi voto res procederent, ad triennium tributi Belgas immunes esse voluit. suos quinetiam [illegible] quàm gregarios milites excolendis quibusdam agrorum partibus adhibuit. Dein leges plurimas sanxit, prouinciæ commodis opportunas. Igitur tunc Neruiis ea quies armorum, & calamitatum, animos restituit; eoque ad regionis cultum impulit. [illegible] quamdiu Nerua, Traianus, Hadrianus, Antoninus Pius, M. Aurelius imperium [illegible], nihil in hoc tractu asperum turbidúmue accidisse comperio.

Hugo Tullens. Iacob. Guis. lib. 6. Annal. Hannon. Noua Neruios infestant mala DOMITIANO Principe. His Nerua Traianus succurrit. Iacob Guis. lib. 6 Annal. Hannon. Chronic. Hannon.

At postea exacto ferè sæculo, intolerabilis omnibus Romæ Commodus imperauit: ideóque nouus & magnus Galliam Belgicam motus concussit. [illegible] rursus ab eo Cæsare census grauis intra paucos dies imperatus: capta viro S[illegible]

Sub COMMODO Belgæ ob censum rebellant. Iacob. Meier. to. 4. Fland.

Germanorum flumen Rhenum accolentium Dux, & [illegible] princeps quidam Wericus. Is [illegible] vbi [illegible] finibus Romanos, arma iunxerant, vt Belgas etiam [illegible] in eos vel [illegible] eiu, ve [illegible] gerent [illegible] quam [illegible] descendere, priusquam Tornacum aggrederentur, mu[illegible] & vrbes cepere ac diripuerunt. Vbi [illegible] circum pauor inuasit. A

Ab his Tornacum obsidetur

Quamuis enim neque Romani neque [illegible] pluri[illegible] decessent, qui mutos vrbis tutarentur, aliorum tamen ingens calamitas [illegible] obuersabatur, & [illegible] animos adimebat, [illegible] cederet, ne [illegible] clade cum [illegible] obruerentur. Ergo [illegible] Warnestum magno [illegible] animo & potentia formidabilis, in auxilium euocatus est. Quod fuisset Romano patre genitus, & in Morinos & Ruthenos, aliisque [illegible] gentibus [illegible] Romani quæsitorem [illegible] et, florentes is homini-bus & armis copias parauit, [illegible] fluuium [illegible] nostræ nunc Gallo-flandria obnoxius duxit. Verum vix vrbem propius peruesperi accesserat, B cum excito graui per noctem [illegible] rebellione in eum [illegible], acriter pugnandum fuit.

Castique Romanis & Warnestuno, tandem capitur

Qui [illegible] præsidium venirent ex vrbe digressi & caues & Romani signa iunxerant. quia tamen & furore, & viribus hostis præpollebat, inter primos Warnestuno occubuit; Romanorum, Neruiorum, & [illegible] urinorum ingens numerus ferro cæsus est: ceteri in [illegible] contecti, [illegible] in vrbem re[illegible] cepere. Statim [illegible] arctissimo [illegible] est [illegible] Tornacum. & quamquam muros præsidia fortissime defenderent, tamen septima dierum hebdomade in victorum ea vrbs venit potestatem. Ibi [illegible] inter armis & [illegible] in Romanos & Neruios sæuitum est. Et nisi paulum tarde [illegible] impe um [illegible] intersecantis vrbem fluminis pons, nulli par[illegible] fuisset. Igitur cum victorum furor hoc obice frangeretur, qui superer ant

Iurant Neruii in Imperatori bus censum daturos.

[illegible] que [illegible] vantur, veniam inuenere abiuratóque Commodo, & data fide census [illegible] Imperatoribus pendendi, vitam pacti fuerunt. Ceterum C ingens præda spoliatis Warnestuni castris & vrbe direpta iis ab ducibus aliò deportata. Traductusque est postea victor exercitus per fines huius ditionis: &

Duacum rebelles vi capiunt.

mox Duacum eo circumuentum, capiunque tandem id castrum, tametsi validis munitionibus firmaretur. ac tunc agris multa passim clades oppressit. Atrebates deinde, ac Morinos is belli turbo inuoluit pari prorsus sæuitia. Verùm

Annis 12. Belgæ nullum soluunt censum.

cu tum[illegible] id Belgæ consecuti sunt, vt repudiato Romanorum imperio, duodecim ferè annos neque censis, neque [illegible] pependerint donec sublatis e vi-

In Seuero Imp.

uis Commodo, Pertinace, Didio, imperium orbis Sept. Seuerus tenuit. Hic enim, ANNO CHRISTI 198 *Adriani*

SEVERVS vi [illegible] concedere [illegible] medium censu[illegible] renu-

vt ex [illegible] Spartiano colligimus quarto ferme post sumptam purpuram anno Gal-los ad officium be[illegible] haud plus tamen initio [illegible] impofuit, ne [illegible] arentur [illegible] ponere[illegible] Ad [illegible] cuerit [illegible] Caracala, [illegible] Gre [illegible] inus & Diadume-

Ex Martyr. Rom.

nus, Antoninus [illegible], Alexander, Maximinus G[illegible], Philippi, Decius, Gallus & Volusianus, Valerianus, Gallienus, & Claudius. Qui [illegible] apud Ner- D

Nunc S. Piatus Christum Tornacensibus annuntiat.

uios [illegible] populos e[illegible], nusquam litteris traditum vides. Excepto postea Imperij [illegible] Aurelianus. Sunt qui putent eo rerum potiente, & in homines Christianis legibus initiatos sæuiente, Piatum Tornaci Neruiorum Christi doctrinam quorumdam ciuium mentibus infudisse, nonnullos in huius vrbis finibus veri fide [illegible] imbuisse: [illegible] que caput ei ferro sublatum de iudicis sententia. Verùm nec [illegible] nec alios quibus [illegible] probatur: vel quod [illegible] mandatum fuerit a Scriptoribus Belgicis, primam fidei lucem ab D. Piatone Tornacensibus allatam, vel quod [illegible] S. Piati sanguine cruentatum haud procul Antissiodoro Celtica vrbe [illegible], in cuius [illegible] paullo [illegible] etiam gladium cruore Martyrimbu[illegible] illuc [illegible]. Videoque ab Vsuardo in Martyrologio S. Piati mar[illegible] Antissiodori finibus ascribi. ANNO CHRISTI 273 *capit bonus Imp. persequendum Bar.*

Vide quæ diximus in diqui fit S. ad vit. S. Piaton. & in lib. 2. Gallo-fland. cap. 3. DIO TIANV graui [illegible] R[illegible], & in Ori[illegible]

Aureliano [illegible] Tacitus, Probus, Carus, Carinus Numerianus, & Diocletianus. Hic tertio Imperij anno vix Caesarum ad Murgum e medio sublatum, & Maximianum Augusti nomine decoréque ornauerat, cum aduersus Christianos in Oriente & [illegible] grauissima [illegible] persecutione. Auctores habeo, Christianis vtren- ANNO CHRISTI 286 *secundum Bar.*

[illegible] Acta S. Sc. & Beda in Act S. [illegible] Martyrium S. Chrysoly.

res

A [illegible] homines ea tempestate in summas fuisse coniectos angustias, [illegible] ab sæuientibus paganis, quò deprehenderetur denique, & [illegible] [illegible]. Vbique [illegible] tum Romæ tum alibi per Orientem [illegible] [illegible]. Hæc adorare, [illegible] religionis ergò incendere cogebantur, [illegible] vel emendi aduenirant. Neque aquas e fontibus & [illegible] hauriire neque molendinum tradere frumentum permittebantur, [illegible] non [illegible] statuas eas venerati. Ergo plerique mortalium, quos [illegible] per [illegible], impietatem illam execrantes varijs vitam [illegible] [illegible] exitio [illegible] pœnas prudenter, C[illegible] consilio, [illegible] Verum ea res non sine magna numinis æterni prouidentia gerebatur. [illegible] præclaros animo vitaque homines in Gallias ex Italia & aliunde [illegible] opera pleique ab impio cultu [illegible] simulachrorum ad veram eius religionem auerterentur. Exinde [illegible] est, vt qui tenebris animorum hactenus [illegible] erant, lumen veritatis Neruij [illegible] B [illegible] Piatone, Chrysolio, Euberto, & Eugenio [illegible] & nobis fecundior & [illegible] a qua [illegible] nostrorum seriem Annalium texeremus: cum iam non paucorum mentibus Belgarum [illegible], Pitonem primum apud Neruios, vel Tornacenses, pontificalibus infulis claruisse.

Huius causa [illegible] viri magni in Belgium vt Neruijs Christum prædicarent, aduenere.

Ac in primis S. PIATON. Pa[illegible] & vita Piaton S. Fulbert. in hymn. Chronica Tor[illegible] & c. vide disquisit. [illegible] ad [illegible] S. Piat.

Hunc virum in Italia Beneuenti [illegible] claris generis parentibus, & opulentis, [illegible] A teneris annis, parentis materque studio, Christi [illegible] imbiberat tantoque eius amore feruebat. [illegible] iam tum ingentes animos aluerit etiam cum vitæ periculo [illegible] homines instruendi. Priusquam sacris vndis tingeretur, Pij nomen [illegible] postea Piati, vel Piatonis induit. Puer litteris cum daret operam, magna [illegible] & ingenio perfecit, vt ad summa pertenderet virtutum, & eloquentiæ. Quamuis enim genus, opes, venustas corporis commendarent; ea tamen omnia ipse [illegible]; virtutem præcipue laudare, eamque maximo labore, & studio capessere: [illegible] tantum erat, præter virtutem nihil animo dignum esse. hanc C [illegible], magnum decus afferre, animumque ipsum comitari perpetuò; cetera esse caduca, & [illegible] momento temporis diffluere. Castimoniæ præsertim, & pietati [illegible]. Eo [illegible] aliorum consortia vitare; in occultas sese latebras [illegible] noctémque precibus, & [illegible] cum Deo colloquijs [illegible] & vigilia corpus atterere; deliciarum genus omne respuere; pane [illegible], & radicibus vel [illegible] aqua sitim exstinguere; [illegible] contorquere. Neque [illegible] ipsius cura in egenos munificentia. Quod amplissimum a parentibus acceperat patrimonium, id totum in pauperes erogauit. Et suis se vestibus interdum spoliabat, vt egenos algentésque iis [illegible]. In patientiam ita pronus ferebatur, nihil vt durum, difficile, asperum, [illegible] pernoueret. cum id animo semel hausisset, Christianis moribus [illegible] & [illegible] excultos homines, ad summa nisi patiendo debere. Postquam [illegible] in patrio solo pijs operibus exercuit, Romam ad Pontificem venit [illegible]. Ibi sanctis Dionysio, Quirino, Chrysolio, Albino, Euberto, D C[illegible] & Crispiniano, Victorico, Eugenio & plerisque alijs horum socijs ex [illegible] Papæ sententia iter capessentibus anno Christi [illegible] & octogesimo [illegible] vt [illegible] arbitrer, sese comitem iunxit eo prorsus intentus, vt [illegible] mortalium [illegible] quæque exsuperet, [illegible] labores, pericula [illegible] que. Dionysio Pontifex Maximus in socios [illegible] imperium [illegible], vt quo quemque necessitas [illegible] arbitratu mitteret suo. [illegible] ergo perpensa quarumque [illegible] ab [illegible] Parisiorum sibi colendam assumpsit, ab [illegible] quondam Senatoribus tempore Apostolorum [illegible] Ac [illegible] D. Piatonem, sacro perunxit sacerdotio, & pontificatus [illegible] ita Tornacensibus illum Apostolum tribuit, [illegible], Eubertum, & Eugenium in Neruijs [illegible] Christi [illegible] Eubertum [illegible] ab nullo [illegible] [illegible] Eubertum pontificem [illegible] fuisse. De Chrysolio

Vide quæ disputauimus de [illegible] ad vit. S. Piat.

Vide disquisit. [illegible] ad vit. S. Piat.

De S. Euberto & S. Chrysolio [illegible] S. Chrysol.

A

multa sancta suppe... quæ cum laude memorentur. Armeniæ Regibus prognatum asserunt, sed spreta tanti regni, quæ ipsum spectabat, hæreditate, ad Christi legem & paupertatem conuolasse. Is gentis suæ Archiepiscopum factum, sed grassante Diocletiani & Maximiani crudelitate, ex Armenia coactum fugere, Romam venisse. Illic à Pontifice gratantet exceptum ... cum Dionysio, Piatone, & socijs alijs, in Galliam descendisse ... Christianam legem ... populo ...

Igitur postquam hi quatuor virtute ... viri plus ... in Gallia Celtica temporis egere, ac non paruam mentibus hominum vel Christiana fide illustrandis, vel in suscepta religione confirmandis operam dedere: in Belgicam eos impositum ab Dionysio primus traxit. Hic per viam varijs populis Christianæ veritatis lucem luxere; Vbi vero in Neruios venerunt, fuit vna cum Eugenio Tornacum ea tempestate frequentem & opulentam vrbem, sed nondum Christi lumine perfusam, Piaton adiit, Ibi colloquendo, monendo, minis, illecebris, concionibus, publicè, priuatim; extra, intra muros, ... vt plurima hominum millia Christi doctrina, lacrilque lauit aquis. Eorum facilè princeps erat Ireneus D. Eleutherij ataui, magnis vir opibus, & insigni potentia. Vt alios ad eadem sacra perduceret, multa Piatus ... Ægris ipse corporibus ... tueri, surdis aurium ... tres aperire; cæcitate damnatis lumen impertiri, alia id genus frequenter agere. Fremebant interim multi qua ciues, qua milites, quà sacrorum antistites. Neque ipsi plerumque linguas, aut manus abstinere. quidam ipsum calumnijs impetebant minis quidam agebant alij onerabant verberibus: vt his omnibus mouet ... ab instituto deflecteret. Verum ille certus quælibet perpeti, hæc omnia cum ingenti gaudio tolerabat: ac tot inter ærumnas, non modò Irenæum, cuius ... animus, cum insigni familia Christo adiunxit, sed etiam ædes eius ad D. Virginis gloriam diuino numini dedicauit: ... sacerdotes, & alios ecclesiæ ministros, qui spirituali Christianis auxilio essent, constituit.

B

Interim Chrysolius Eubertusque nunc Tornacianis ... hominum excolendis, rebusque ad pontificium munus spectantibus peragendis, Piatoni operam commodare: nunc extra muros eius vrbis laborem suum latius porrigere, plurimis ad Christi fidem perducendis mortalibus. Ab Chrysolio cultus præsertim ... terræ tractus, qui nomini subest Insulensi: frequentique Cominij, & Vielenghelensi visus est is pontifex ad salutem ... incumbere, & miris indigenas operationibus ad capessendum Christi ... impellere. Et nusquam defuit numen cultorum vineæ suæ laboribus: abunde siquidem vbique votis eorum fructus respondit, quamdiu Galliæ nullis persecutionum procellis agitabantur. Ne fæuirent in Christianos Galliarum Augusti, bellicorum ... frequentia extorsit. * Nunc enim Bagaudæ, rusticum genus, Amando ... sapientes, curas ... Cæsarum in se conuertere, dum plerámque Galliarum regionem fœdè vastarent. Alemanni, Burgundiones, Heruli, & nonnullæ gentes aliæ præferoces eodem incursionibus effusæ, in nouum bellum ab Italia Maximianum exacere. Sed præcipuus ab Carausio timor & labor incessit: annis enim septem grauissimum sese hostem exhibuit. Hunc in Belgica Secunda natum accepi, & inter Menapios ... qui partem Flandriæ tunc Menapiam, postea Menapicum nominatam, incolebant. Obscurum illi genus ... præstans & plerasque ad rem ... artes optimæ. Iuuentutem ... nauibus nauibus exercuerat, eam mercede industriam vendens, vt necessitate ... sapienter. Postea sic armis clarus enasit, tantamque contra hostes Imperij ... praestitit, vt nullus bellum in Gallia fama plus & nominis contraxerit. Eapropter cum Maximiano charus esset, & ei classi, quam de sententia Diocletiani aduersus Francos & Saxones Gallorum ac Belgarum littora frequentibus incursionibus ... tutandis Oceani littoribus ipsum præfecit Maximianus erat in ... & in omnia Belgicæ Secundæ & Aremoricarum regionum littora protendebat; totamque ferè tractum ... trans Ligam complexabatur ... velint Flandriæ Præfectorum ... Hostes erant ... ac potente classis ... ingens: quo

C

D

Tornacum adit excubias Piaton
... mart.
Ac multos efficit Christianos.
A paganis multa patitur.
S. Chrysolius nunc Tornaci nunc in ... Insulensi laborat.
Martyr. S. Chrysol.
Ne tunc fæuiret in Gallias Impp. bella fecere.
Euseb. Victor, Iornandes, Eutrop. ad. Oros. Pal. fit & Mamertin. Pafiso S. Piat.
Ac præsertim id, quod Carausius excitauit.
Auctores ante citati.
Quis & qualis fuerit Carausius.
Quod ma gnam potentiam perueuerit.
Qualis eius fuerit præfectura.

*AN. 289 videtur Eusebium ... adscribere Bar. Victor ...
†AN. 291 ... Euseb. ad 297. refert Bar.

A plus ad gloriam rerum satagenti suppeteret. Verum is in publicæ rei perniciem, & commodum suum ea potestate paullò pòst abuti cœpit, & non leuem bellorum calamitatem his partibus inferre. Nam cùm nauigia piratarum interciperet, paucos ipse hostes interimebat; multis vitam permittere (quam ceperat, prædam suis nunquam dominis, aut ærario publico, integram restituere; sibi vel totam, vel partem eius maximam seruare: cum huiusmodi facinorum moneretur, reprehensorem aspernari, vel minas intendere. ita prorsus, vt iam minimè tolerabilis videretur, ac in suspicionem veniret, consultò sini barbaros in Gallias incurrere, vti prædis onustos non tam vita, quàm rebus exueret, opes immensas ita sibi pararet. Hæc vbi cognouit, iracundia tumens Maximianus Carausium è medio tolli iubet. Sed is ad omnia intentus, eo percepto per exploratores nuncio, maius confestim audet facinus. etenim quorundam fretus auxilio Principalem purpuram assumit, & Augusti nomen induit. totis inde Britanniis imperat, & Saxonicum littus infestissimum habet, retentis in eo *Quinam ipsa sit abusus.* *Imperatoriã sibi arrogat dignitatẽ, & Britanniam.*

B Bononia & plerisque locis aliis. iis de locis & Belgij. & Galliæ penitiora incursionibus vastat. Magnum ea res Maximiano Principi dolorem fecit, eóque tandem ipsum perpulit, vt quam celerrimè maximas, opprimendo tam graui malo, priusquam latiùs serperet, in Galliam copias raperet. Verum expeditionem molienti nouum ab Germanis, Chaïbonibus, & Burgundionibus bellum exoritur Gallicas regiones infensissimè populantibus. Vssitque tum vehementius Carausium ingens Romanis nocendi cupido. Multas eò naues in Britannia more Romanorum condidit, instruxitque. his mare totum circumuolitando nihil reliqui fecit, quò maximas ex Gallia, Hispania, Belgióque prædas colligeret. Ac tum multis vel muneribus, vel promissis in societatem Francos pertraxit vltra Rhenum habitantes. Igitur hi cum simul vel Oceanum, vel regionum Belgij pleramque partem excursionibus infestarent, vlciscendi ardore Maximianus accenditur, fractis rursum secundo ac felici bello barbaris, qui primum persequendi studium auerterant. Verùm maximè festinantem duo bellum nauale agitanti necessaria destituêre, maris opportunitas & nauticorum hominum peritia. Ergo ne nihil præter metum incuteret, simulata pace Carausium sibi deuinxit. *Imperij Romani prouincias diuexat.* *In eum MAXIMIANVS bellum apparat.* *Pacem tamen cum eo simulanter paciscitur.*

C Ita maximo liber labore, in Francos belli molem ad Rheni ostia conuertit. Et facilè fuit hunc in modum disiunctos aggredi. Intra paucos dies eò res deducta, vt Princeps eorum Gennabon pacem postulauerit. Visum erat, imprimendo fortius terrore, eam negare. Verùm posteà his conditionibus concessa est, vt solo Franci patrio excederent: pars eorum in Treuiros, in Neruios alij traducerentur. Vtriusque scilicet populi fines multis tum bellicis, tum aliis cladibus vacuefacti incolis fuerant. Ergo pars eorum, vel vt ad cultus agrorum incumberent, vel vt auxilio regioni essent, Neruiis adiuncti. Iussus est posteà Constantius Cæsar, Maximiano apud Treuiros agente, bellum in Carausium conuertere. Vix Bononiam is ceperat, cùm in Britannia Tyrãnum Allectus interemit, arreptóque mox imperio, nouum se Romanis hostem opposuit. Sed eo breui pugna superato, éque viuis sublato, in Britannia Gallijsque cuncti tumultus oppressi sunt. & pacata sensim vbique *Frãcos ab eo disiunctos sibi adiungit, & partem eorũ in fines mittit Neruiorum.* *Bello rursus moto Carausius occiditur.* *In Christianos per Gallias suscitatur persecutio,* *Baron. ex Euseb. & alijs.*

AN. 301. terrarum omnia. Verum sæuissimis Imperatoribus ea quies armorum in Christia-
AN. 302. nos crudelius grassandi ansam præbuit: statimque in eos primò funestissimis edi-
D ctis, dein etiam cruciatibus immanissimis actum est. Et qui lanienam deuinctorum Christi legibus hominum in vtraque Belgica crudeliter exerceret, missus est cum maxima potestate Rictiouarus (Rictium Varum quidam nuncupant) multa vir sæuitia nobilis. Vbi præcertim corpora insontium variis dirissimisque cruciatibus differret, Augustam Treuirorum delegit. Visus tamen is modò Remis, modò Ambianis, nunc Suessione, nunc alibi in Martyres sæuire. *Præsidem agente Rictiouaro.* *Interim S. Piatus eliciter Tornaci laborat.* *Vita & mart. S. Piat. Falbertũ byrn Hermann. in Chron. ms. Tornac. Aegid. le Muisis in Chron. ms. Gal. lica S. Piatonis vita.*

Ea tempestate præclaram ponebat operam Tornaci mortalibus vel ad Christum reuocandis, vel in huius fide percolendis beatus Piaton: iámque ad virorum ferè triginta millia sacro tinxerat baptismo, innumerámque mulierum ac puerorum multitudinem Christo initiauerat. Igitur cum huius fama hominis apud Christianos secundis rumoribus, inter paganos aduersis vulgaretur: etiam Maximianus tristissimo laborum eius nuncio perculsus est. Ac mox, qui viuum ad se perducerent, *Qui eũ comprehendant, aut excrucient, à Maximiano mittuntur.*

A

AN. 303.

rent, vt grauissimis in Italia cruciatibus interimeretur; aut acerbissimis excruciatum supplicijs in Belgio vita priuarent; vires tres vicaria iudicandi potestate prædictos is misit. In Belgium hi venere, paullò antequam sæuissimus hominum Rictiouarus vitam fœdissimè amitteret, sanctorum Crispini & Crispiniani cruciatibus intentus. Quòd igitur iste vel Tornacum proficisci per impedimenta non posset, aut Piatonem Ambianos, aliòue euocare abnueret, iter illi ad vrbem Tornacensem admodum in festi rapuere. Cùm muris propinquarent Romano fulgentes amictu, ad Christianos publicè Piató e sacro verba pulpito faciebat, iisque procul spiritu animaduersis, diuini numinis impulsu percepit, ad eripiendam sibi per tormenta vitam ab impio missos Augusto. Paucis ergo, partimque vehementibus partim charitatis suauitate conditis concionem verbis hunc in modum adhortatus est: *Cur mecum hodierna die æterno numini grates referatis, non leuis se, charissimi filij, offert ... annorum grauitatem, qua corpus meum o[n]eratur, laborúmque multitudi[n]em, quos ... formandis in ... patienter, e cælo denique Deus ... etsi plura ... ferre paratum, liberare constituit. In conspectum iam venientij, ... è corporum ... ferreo vitam extra[he]ndi data potestas est, vt animus ex hoc carcere ... cælum euolet. Igitur filioli, quos Christo maximis peperi laboribus, adeoque animæ meæ ... cera, quod vobis extremum propono, illud præsertim est, vt quam imbibistis animo Christi legem, constanter eam ... per retineatis, ac pro ipsa vitam in dies, imo etiam cruciatibus amittere ... dubitetis. Quid enim est, cur Principum minis moueamini, eorum ... furore de firmo animi statu ... ? ... blandis & mollibus amicorum sermonibus mentes ... & a Christo diuelli sinatis? Terrena ... scilicet sapiunt, ac terrena mod[o] ... tur. An non in vobis ex aduerso ... rerum terrestrium amorem Christus exstinxit, ac cælestium in animis vestris orbium desiderium suscitauit? Igitur supernarum impulsi rerum meditatione ... huius sectatorum blanditias, promissa, minas, furorem firmo stabili ... pede comprimite. Nullæ vestros animos illaqueent diuitiæ, nulla vos frangat honorum cupido; nullus mundi fulgor vobis oculos præstinguat. An non redit in memoriam, quanto Christus animi robore omnia hæc repudiauit? quanta cum alacritate pauperiem, opprobria, cruciatus, & patibulum denique complexus est, vobis e seruitute in libertatem, e tenebris in lucem asserendis? Hunc ergo præcipuè animo circumdate, hunc præsertim flagranti amore constringite; hunc in primis omni cultu prosequimini; huius memoriam & amorem formidine opprimi ne sinite.* His cum animos Christianorum pius sacerdos erexisset, ac subinde gratiis numini actis Christo se ac populum commendasset, concionem dimisit. Ac mox plurimam præ se ferens voluptatem, & constantiam, cum magna ciuium multitudine per proximam vrbis portam discessit, non tam vitandi impendentis vitæ periculi gratia, quàm consilio Christi obsequendi studio, vt ad tempus aliquod subduceret sese, & alibi tantisper Christianis operam daret, donec ab fidei Christianæ hostibus comprehenderetur. Haud tamen multum viæ confecerat, cùm instant à tergo Imperatorij Iudices, magna stipati militum manu. In omnes illico subitò ac vehementer impetus factus. Iniecta Piatoni ac præcipuis aliis vincula, cæsáque verberibus eorum corpora, & oneratæ fœdissimis opprobriis aures. Feruntur quosdam, ... cienda formidine, in oculis D. Piatonis ferro peremptos, in iisque Ireneum, cuius anteà mentionem fecimus, præsertim emicuisse. Verùm id minus de Ireneo, quàm de aliis, concesserim. Cum enim is magna polleret apud ciues auctoritate, & potentia, non mihi facile persuadeam indicta causa, & sine iudicio, contra Romanorum consuetudinem, tam celeri morte sublatum: quandoquidem Tornacum hac ætate legibus Romanis moribúsque regeretur. quo tamen posteà supplicio mortem oppetiuerit, prorsus incognitum mihi est. Constrictus igitur catenis Piaton sexto Idus Septembris in vrbem reducitur, & in carcerem quæstioni subiiciendus detruditur. Inde post aliquod tempus in iudicium productus, dèque suo nomine quæsitus ab Iudicibus, Piatoni, vel Piato sibi nomen sacris adscriptum cerimoniis palam affirmat: ac de sua interrogatus religione, & se Christianis excultum esse moribus, & vanorum deorum simulachra vehementer auersari intrepidè profitetur: frustráque facturum, quisquis aut mollibus verbis, & muneribus; aut grauibus minis, & acerbis tor-

B

C

D

Concionem habens S. Piaton de horũ aduentu cognoscit.
Vita & mart. S. Piat.

Ciues inde ad constantiam erigit.

Ac denique ex vrbe digreditur.

At mox capitur & in vrbẽ reducitur.
Ipsum libell.

Hic in iudicium producitur, examinatur & cruciatur.
Ipsum libell.

mentis

A mentis è pectore Christum vellere contenderent. Obfirmatum enim [illegible] animum ad respuendâ quælibet hominum dona, & ad tolerandos quoslibet corporis cruciatus. Serebat interim breues de veri numinis cultu sermones ac iudicum, tortorum, & spectatorum animis ad complectendam Christi doctrinam stimulos figebat. quamquam eum laborem frustrà susciperet, omnibus idololatris tanquam senilis ætatis deliria irridentibus. Exactæ tres dierum hebdomadæ partim variis quæstionibus, partim carceris tenebris & pædore, partim diuersis, iisque atrocibus membrorum suppliciis. Laceratum nunc flagellis, nunc scorpionibus eius corpus. inserti etiam in digitos ardentes & acuti sub vnguibus claui. Sed cum ideò nihil Piatus de constantia remitteret; contrà, multos, his tormentis in extrema senectute corporis patientissimè toleratis, in fide confirmaret; alios ab idolorum cultu auertere contenderet; insignique semper voluptate, & gaudio delibutus inter cruciatus cerneretur: à mirantibus vnà & frendentibus iudicibus in eum, ceu reum impietatis, & læsæ Augustorum maiestatis manifestum, sententia capitis pronuntiatur. Ad hoc supremum supplicium vrbem extra deductus est Kalendis
B Octobris, multa vtriusque generis hominum effusa multitudine. Sed quantò adstantes constantiùs vel in officio Christianæ religionis retinere, vel ad Christum adiungere sub ictum gladij conabatur: tantò maioribus signis eius virtutem Deus patefecit. Vix enim ferro lictor, aut miles quispiam, inter verba vibrato temerè gladio, dum rescindere caput molitur, ipsum modò verticem amputauerat, humique corpus prostratum fuerat: cùm cernentibus quà militibus, & paganis, quà Christianæ legis cultoribus, nutu diuino ingens è cælo Piatonem lux circumuenit; auditùrque mox per aërem vox iucunda, quæ sic eundem ex eo lumine prorumpens affata est: *Age nunc Piaton, qui fidelem mihi famulatum hactenus exhibuisti, en tempus illud optatissimum aduenit, quo mei gratia fuso sanguine, & cælos penetres gloriosus, & mecum æternam ineas vitam. Paratum igitur tibi domicilium lætus capesse; iamque martyrij palma decorandus, perpetua cum cæteris Martyribus lætitia, & cælestibus perfruere vo-*
C *luptatibus. Quantæ mihi curæ postmodum erit tuum illud corpus, quod exquisitis cruciatibus affectum fuit, ferrùmque satellitis sacro imbuit cruore; iam ea, quibus illud exornabo, res admirandæ palàm facient.* Ad illud cæleste carmen commota sunt vehementer adstantium pectora. Qui Christianis ritibus initiati fuerant, summo perfundebantur gaudio, & maiorem hauriebant diuinitus constantiam. Idolorum cultoribus quamplurimis ingens timor iniectus; ac repentè multos inuasit Christi fidem capessendi cupiditas. Et quæ mox consecuta, plures eodem ardore corripuerunt. Eius quippe lucis & vocis afflatu, B. Martyris corpus in pedes surrigitur, sublatumque humo verticem manibus gestans, cunctis aspectantibus, & ad rei nouitatem stupentibus & comitantibus, viam init nullo fulciente: ac primùm Egremontium, Enneuelini pagi villam, progreditur. Illic summa correpti admiratione Enneuelinenses incolę, cęteris viri sancti comitibus sese socios in equis adiungunt, longoque itinere Siclinium vsque Martyrem venerabundi prosequuntur. In hoc vico Gallo-flandriæ nostræ admodum nobili, ad fontem (cuius aqua etiam hoc tempore,
D propter ipsum, morbis medetur) humi concidit sacrum corpus eo prorsus loco, quem sibi ad sepulturam S. Piaton delegerat. Excisus illicò à Christianis è candido lapide sarcophagus: parata magni pretij vnguenta, panníque linei condiendis inuoluendisque ad sepulturam Martyris sancti membris. At ecce diuinitus, cum sepulchro ab viris tum motibus integris, tum pietatis officio præstantibus sanctum corpus infertur: exquisitissimus, & insolitus planè odor nares omnium ita perfudit, vt introrsum sese visceribus insinuans miram pectoribus vim & flagrantiam afferret. Igitur iis rebus, quas iam perscripsimus, permoti sunt mortales quàm maximè. Qui non dum sese Christianis adiunxerant, execrati mox idola, magno numero veri numinis fidem complectuntur: ex aduerso, ab Christi cultoribus ingentes Deo grates aguntur, qui tantis Martyrem suum ornârat miraculis. Recensita prorsus ad quinque millia eorum capita, quos euentus ij mirabiles ad Christum traxere. Neque verò posteà caruit aut sepulchrum, aut sanctum corpus insigni virtute ho-

Marti a [illegible] S. Piaton.

Extra vrbem dum supremo afficitur supplicio, eum Deus illustrat & alloquitur.

Citati auctores Pet. de Nat. lib. 11. c. 16.

Vide nostram Disquisit. 16 de S. Piatone.

Verticē ferēs Egremōtium tendit;

inde Siclinium petit:

vbi dum sepelitur,

suauissimus odor cunctis afflatur:

Citati auctores.

Ideoque multi paganorum ad Christum conuertūtur.

Idem auctor.

minum malis opitulandi. Ex vtroque scilicet fluxit ... inde ab illo tempore ad nostram vsque ætatem præclara vis dæmones ... humanis eiiciendi, variasque abstergendi membro... ægritudines. Et b... sæpe ... tum tumulo sacellum, partim venerandi Martyre, partim ... ciendis ad cultum ... hominibus. Factu nque est denique, vt ... Nerviorum Apostoli precibus & potentia omnis ferè ... Insulensis, Christianos induerit ... moresque: ac tam ideo ... tanti beneficij memores plerique pagi, antiqua ducente cæremonia, ... eius ... aque ossa venerabundi adeant.

Ead... tempestate ... dubium est, a ... plerisque Christiani nominis principibus ... vitam tormentis ereptam fuisse Tornaci, loci que circum iacentibus ... aliquid literis mandauerit, nullum hactenus reperi. De Sancto Chr... lolio, cuius ante mentionem fecimus, compertum habeo: Vrelenghehe ... oppido, nunc pago non ignobili, bis mille passus Insula distante, pe... endis hominum animis nauantem seui Iudicis iussu captum; dein atrocibus affectum iniurijs, & membra virgis concisum fuisse ad hæc, maturanda morte, ... animi & constantiæ Christianæ remitteret, ac potius inter cruciatus suauiter renideret, desectam ipsi summam capitis partem, quæ corona insignis erat, effusúmque humi cerebrum: sed Martyrem tormentis maiorem, postquam impij ... abierant, cerebrum verticemque manibus collegisse. cum ita versus Cominium iter faceret, ingentique siti æstuaret, ad preces eius enatum repente fontem aquas præbuisse ardori restinguendo. postquam Cominium duabus ferè leucis ab Vrelenghehemo in Lis... ripa prominens oppidum peruenisset, ibi cerebrum & corona... ... videntibus multis, dein ridenti similem ... animam egisse. ... loco corp... multis quondam claruisse m...tisque hominum curationibus lectum ideò ab Cominiensibus & Vrelenghehemensibus Patronum, quibus ... facem, vt plerisque alijs, insigni cura studio que luxerat. Multos etiam alios, quorum nomina minimè produntur, cum hoc sanctissimo Pontifice cruciatibus pro Christi nomine affectos Vrelenghehemi accipio.

Ab vero nihil discrepat, Eubertum, Eugeniúmque satellitum manus fertumque vitasse, vt Christianis laborantibus opem ferrent ac plerisque hominum ad Christi sacra perducendis postmodum operam darent quandoquidem Eubertum sicca morte consumpt... ... hominibus fermè creditur ac de Eugenij agone nihil vspiam vetera præbent monumenta. Sicliny per morbum ad cælos Eubertum euolasse, sunt qui existiment quòd ... quondam ... ossa, p... vsquam Insulam deportarentur quieuerint, cultúque meruerint ... in templo parochiali quod eius nomine olim claruit, ... famam retinet. An is Tornaci, vel alibi, Neruijs Pont... p... fuerit, postquam e terris a ... cælo Diuus Piaton euolauit, non est mihi facilè arbitrari, quod e nullis id liceat monumentis eruere

Quartus & trecentesimus Christi annus voluebatur, cum Diocletianum & Maximianum tanta ... derandi satias Imperij cepit, vt sese purpura, & potestate exuerint: seu senectus illi... & ... imbecillitas, hinc verò summa cum eo amicitia; seu potius vtrumque Christianos opprimendi desperatio impulerit. Igitur Principatum, ex Cæsaribus Augusti renuntiati, Constantius Chlorus, & Galerius Maximianus ... Constantio inter alia ... cessit Gallia: eiúsque imperium quam ... non exiguam Christianis quietem attulit. Eum filius nomine Constantinus, cognomento Magnus excepit. Sub ipsa Principatus initia hunc ad Galliæ pacem incubuisse, comperio Nam auctores habeo, quibusdam in Belgica nostra loci... ... populos arma sumpsisse. Eius causam tumultus dedisse Maxentium, qui ... odio succensus Imperium Romæ inuaserat. Illum enim, vt vires eius distraheret, etiam in Gallijs hostes ipsi fecisse. Hi præterea Menapios & Neruios fuisse, quorum ciuitates & oppida rebellauerint. Igitur ... graue damnum ea seditione respublica Romanorum pateretur, statuit Constantinus armis eos, & alios Belgij populos ad officium compellere.

Erant

Marginal notes (left): Ad S. Piati sepulchrum multi sanantur. *Cat. ...* — S. Chrysolius martyrio afficitur in agro Insulensi. *Offic. ... S. Chrys...* — *Off. ... ad Lenderm Camer.* — SS. EVBERTVS & Eugenius aliorum salute seruantur. — Diocletianus & Maximianus Imperio se abdicant. *Baron. ex Eus...* — CONSTANTIVS & GALERIVS Impp. creantur. — Dein CONSTANTINVS Mag. qui nox paci Gall. ... *H... Bruxau. ... Annal Hannon. ... Flandr.* — F... Neruij exercitus, vt rebellantes subigat.

Marginal notes (right): A — B — C — D — AN. 304. — AN. 306.

A [illegible] C[illegible] omnes [illegible] viri, & mi[illegible] clari L[illegible] (Iohel[illegible], vel I[illegible], aut etiam Le[illegible] [illegible] [illegible] rahernus & Marius. Hos inter Duces suos cum legisset, duos Con[illegible]us exe[illegible]s conflauit, al[illegible]o cer[illegible]s Belg[illegible] i[illegible]eriorem, altero super[illegible] [illegible] p[illegible] c[illegible]ra sibi sumpsit, [illegible] amat[illegible] patr[illegible]s d[illegible] a[illegible]m[illegible] [illegible]e-standa, & de hostibus rec[illegible]pienda. Rothomagum, Bellouacos, & Ambianos primus [illegible]mpetus corripui[illegible]. Obsessa deinde captáque Taruanna Morinorum caput. A[illegible] Neruios inde peruentum [illegible]. P[illegible]s [illegible]c labor[illegible] apud Tornacum ex[illegible], dum premeret[illegible]r obsidio. Nam pollens erat tum viris, tum [illegible]p[illegible]s ea tempestate hæc ciuitas. Verum quò facilius ad deditionem cogeretur, ex[illegible] illud Martis templ[illegible] quod suprà diximus in Neruiis con[illegible] al[illegible]ero ab I[illegible], quodque iam [illegible]genti[illegible]bus coli rursus cœperat, va[illegible]at[illegible] omnes po[illegible] agri, Duacum, aliaque nonnulla ci[illegible]cùm vi capta castella, & oppida. Igitur h[illegible] damnis non p[illegible]m concussam potestate[illegible] ea de[illegible]iq[illegible]e ciuitas ven[illegible], postquam bo[illegible] salutem

B l[illegible]bus pacta e[illegible]. ac totus [illegible] tractus [illegible] & Oc[illegible]um v[illegible] Romanis iterum subiectus est, ac tributum pendere coa[illegible] [illegible] forsitan eum in modum illorum impietas Neruiorum [illegible], qui nondum Christi le[illegible] complexi, aduersus sanctos ei[illegible] Apostolos c[illegible] Romanis [illegible]rexerant. Vi[illegible] [illegible]que dubium relinquitur, quin plerique posteà, reiectis Christianæ Religionis ritibus, ad idolorum cæremonias, cultúsque r[illegible]sus animos verterint. Nam [illegible] tempore, tam Tornaci, quàm alibi Neruios, ac vicinos eis populos [illegible]orum numinum religione grauiter irretitos fuisse, mu[illegible] a docen[illegible] monumenta: quamuis Magnus ille Constantinus post victoriam ligno Crucis o[illegible]tentam, e[illegible]utam[illegible]ue sacro baptismo [illegible], & Christianis libertate[illegible] [illegible]cerit publice [illegible] vene[illegible]an[illegible]; & paganos Decre[illegible] ad respuendam auorum religionem impulerit. I[illegible]tur iam pęne his in partibus doctrina ritu[illegible]que Christianæ [illegible] consenuerant, cum vir ille p[illegible] præstantissimus

AN. 357 Baron. C vitam cum morte mutauit, quòd longè sub hac regione fere [illegible] pe[illegible] imperium agitauerit. Non abnuerim, Constantino huius filio Galliarum A[illegible]pri[illegible]que prouincias moderante, ac Treuiris [illegible] quam vrbem aulæ sedem delegerat [illegible] sæpius vitam degente, non [illegible]u[illegible]um [illegible]c Christianos respi[illegible]sse [illegible] [illegible]idem summa teneb[illegible]r cup[illegible]ne C[illegible] fidei propagan[illegible], c[illegible]u[illegible] [illegible] & maximo a[illegible]debat studio. Et forsitan eo nond[illegible]m A[illegible]leiam iuxta inter p[illegible] nau[illegible]m ab fra[illegible]s Ducibus interempto, dat[illegible] [illegible] N[illegible]s [illegible] ex [illegible] [illegible] ad Christum p[illegible]duceret. Is Superior fuit, magna vir doctrina, & pietatis ardore præditus:

AN. 347 Baron. in [illegible] & Bagan. quem certò constat iuisse Sardicam Thraciæ vrbem, vt cum ceteris Episcopis Generale Concilium celebraret Constantij Cæsaris iussu, cùm trecentesimus & quadragesimus septimus Christi annus verteretur. Verum Superior fueritne Tornacensis Episcopus, an Bagacensis, etiam nunc ambigitur. Quibusdam placet Bagacum seu Baganum (cui prius Bouacum, nunc Bauacum nomen intra fines Hannoniæ, vt an[illegible]a memorauimus) in Neruiis olim fuisse: & quoniam magnitudine, opi-

D busque c[illegible]teris præstaret, primam præbuisse Neruiorum Episcopo sedem. ibi Superiorem fuisse pontificia dignitate. ab eo loco translatum den[illegible]ue Tornacum Episcopi de[illegible]u[illegible]. Ali[illegible] Bagacum c[illegible]a Nerui[illegible]s constituunt & Belgarum, aut Bo[illegible]a-[illegible] ro[illegible] [illegible] ol[illegible] Neruiis popu[illegible], caput faciunt. Iidem Baganum Ptolemæi Tornacũ esse arbitrantur. Hanc vrbem Aldenarda collabente, vrbium matrẽ apud Ner[illegible] [illegible]tam [illegible]coque Neruium inte[illegible]du[illegible] nuncupa[illegible]am. Primum ibi Pontificẽ N[illegible]uu[illegible] d[illegible]; id[illegible]que veterem Romæ codicem Prouinciarum Tornacensem nunc [illegible] in re pero[illegible]scura neutr[illegible] v[illegible]ementer inclino. proclivius tamẽ est in Torn[illegible] e[illegible]um sententiam e[illegible] [illegible] sine ratione aliqua præsulem asseren-[illegible] [illegible] quoniam plus [illegible]gnitatis eo tempore Tornaco ab Romanis magistr[illegible] [illegible]erit; & suprà Bouacos semper quorundam opinione ab Neruiis seiunxer[illegible] [illegible]tem asseuero, potestatem eius Episcopi e[illegible]am fines eos, quibus com[illegible]el[illegible]ndit[illegible] G[illegible] [illegible]d [illegible]æ nostræ pars maxima, cum aliis ditionibus Oceanum

AN. 349. v[illegible] [illegible]dentibu[illegible] [illegible]mplexam. Iuisse postea Coloniam Vbiorum Superiorem [illegible]

Marginal notes:

Mirb. Wesp. [illegible] 131. Rither [illegible] [illegible] Britan. [illegible]

Duacum & Tornacum capiuntur a[illegible] grique Neruiorum vastantur.

Qualis fuerit res Christiana in Neruiis, d[illegible] constat. Mag[illegible] decessit.

Quali deinde ab CONSTANTINO eius filio.

SVPERIOR creatus Neruiorum Episcopus Sardic. Concil. adit. Acta Cõc. Sard.

An is Tornaci, vel Bauaci sederit?

Iacob. Gus[illegible] in Annal. Hanon. Gorop. Becan. in [illegible] Antwerp. aly.

Videri potius sedem habuisse Tornaci.

A[illegible] [illegible]pinente C[illegible]um a[illegible]

illic cum ceteris Patribus Con[illegible] prouinciæ [illegible] [illegible] urbis Episcopum hæreseos com[illegible] con[illegible] [illegible] partem una cum alijs [illegible] C[illegible].

Rerum in Gallijs ea tempestate [illegible] Constantini Magni filius. Sed mox [illegible] coa- ctu[illegible] in Hispaniam [illegible] op- pressit & paullò post Gallijs [illegible] M[illegible] quieto vsus est Principatu. Quippe his ab Constantio [illegible] fratre prælio su- peratus, ipsa denique vita simul & purpura exuitur anno Domini [illegible] quinqua- gesimo supra trecentesimum. Igitur redactis in potestatem Gallijs, [illegible] ipsis opportunè[illegible] lobuerat. Hæ namque iam tum [illegible] barbar[illegible] urbibus, tum ciuilibus bellis [illegible]ebant. Creatus igitur ab Constantio Cæsar Iulianus, cui postea cognomen Apostatæ ob ciuratam Christi fidem adhæsit, G[illegible] p[illegible]. Ab hoc [illegible] Alemanni ad Rhenum [illegible] de Fran- cis etiam aliquoties obtenta victoria. [illegible] etiam malis [illegible]. Vnum tan- tum [illegible] opera compr[illegible]sum memorabo. Ingens calamitas his in partibus Bel- gas incesserat. Magnus fœnerat[illegible] erat vbique numerus & hi grauiter in [illegible] [illegible]ctos [illegible] mortales grassabantur. [illegible] opibus [illegible]be- rent ipsi tamen semper admodum premi gemebant. Primam census Imperatori tri- buendus pecuniam auferebat: alteram multo maiorem absumebat fœnoris gurges. tolerandæ vitæ vel nihil, vel parum [illegible] vt [illegible] vrgeretur, hinc inopia [illegible] Argentariorum sæuitia [illegible] ferendis oneribus, & miserijs pa- res [illegible]ssent, nisi, quem diximus, Galliæ Præfectus tempestiuè remedium attulisset. Is enim vt leuarentur incolæ, hoc e[illegible] beneficio impetrauit, vt neque [illegible] neque [illegible] ad fouendum co[illegible]tet. quo breui [illegible] vt, nondum [illegible] tem- pore sponte sua, & nullo incommodo nomina dissoluerint.

Sed quantum hic vsus boni in Gallos præstare, cum Cæsarem ac Præfectum age- ret: tantum mali posteà intulit, postquam ab militibus a Constantio deficientibus Imperator acclamatus est Parisijs. Ipso quippe Const[illegible] è vi[illegible]s sub[illegible], haud modò palàm ipse acerrimum sese idolorum defensorem ac cultorem præbuit: ve- rum etiam ab Christo mortales auertere qua minis aut tormentis, qua blanditijs & muneribus agressus est. At vix biennium [illegible] C[illegible]iano [illegible] & suppli- cijs [illegible]. Anno námque sexagesimo tertio & trecentesimo inter voces impias im- purissimas ferro spiritus ipsius vltione diuina extrahitur.

Tenuit posteà menses octo Romanum Imperium Iouianus In [illegible] locum faustis ac[illegible] acclamationibus suffectus Valentinianus est. Hic dein[illegible] rursus Imperio [illegible] suum Valentem Orienti præfecit, [illegible] ipse G[illegible]. Cùm igitur in Gallias venisset, auctor est Ioannes Trithemius, Regem Francorum Chlogionem Theodomiri filium, [illegible] antè ab Iuliano Franci perculsi erant, cladibus, magnum agmen [illegible] in Galliam Belgicam traxisse; Ca- meracum vrbem nobilem [illegible] Neruijs, Atrebatibus, & Morinis inua- [illegible] eos armis [illegible] ad Somonam fluuium perue- ni[illegible] parte B[illegible] capi, neque v[illegible]s propelli po- tu[illegible] c man[illegible] regioni imperium occupasset. Ve- rum [illegible] Trithemius admodum sui oblitus videtur, cùm alibi tradidit, hæc accidis- se C[illegible] Ma[illegible] C[illegible] temporibus [illegible] video à plerisque auctoribus ad C[illegible] Merouæi patrem [illegible] reuocari. Igitur infra suo loco res ea memora[illegible] oppor[illegible].

Cum autem venisset Ambianum Valentinianus grauissimo ad extrema deiectus morbo. Itaque depositum [illegible] principes [illegible], ac plerique rebus nou[illegible] ten- [illegible] altero Imperatore faciendo consilia oc[illegible] miscere. Verum ijs [illegible] [illegible] his à nonnullis [illegible]. Et mox recuperata valetudine Gratianum Va- lentinianus filium suum Cæsarem dixit. Traxere paullò pòst Imperatorem Treuiros ingentes [illegible] curæ. Ac tunc cùm per Atrebates, & Neruios iter faceret, in trans-

A itu ipso desolatos hic popu[illegible]os erexit, oppida q[illegible] & castella nuper diruta resti-
tuit; vbi deiecti [illegible]erant, denuo fluuiis pontes imposuit; paganicæ superstitionis mo-
numenta & idola disiecit; fidei Catholicæ palam prædicandæ libertatem impertiit.
Erat ea tempestate ager istic, vt alibi circa, parum fœcũdus, & sæpè labores agricolas
frustrabantur. Id prouenisse offenso numine, propter impios Iuliani Apostatæ mo-
res, qui sæpiùs has regiones peragrauerat, & multis ad impietatẽ iter strauerat, apud
quosdam auctores inuenio. Multa scilicet iis temporibus flagitia mortales corrupe-
rant. Igitur his ad vindictam impellentibus Deum, magnus ardor solis multam ter-
rarum partem peruasit, adeóque campos arefecit, vt iacta sementis nimio calore de-
coqueretur, spémque laborantium eluderet. Exinde fames consecuta, & fœdè vasta-
tæ populis vrbes. Ea vexatio multorum animos metu constrinxit, ne solitis sese sce-
leribus imbuerent. ab Christianis templa frequentius adita; fusæ ab his ardentiùs
preces; supplicatum vbique numini; afflictum inedia corpus; sparsæ largiùs in egentes
B eleemosynæ. Et hæc omnia vim habuere maximam ad obtinendam de cælo fœcun-
ditatem. Id præsertim, & non sine miraculo Atrebates munus affecit. Nam præter
solitum mixta pluuiæ lana in terram defluxit, cui tanta virtus inerat fertilitatem in-
ducendi, vt eodem anno tellus omnis eo in agro variis sese frumenti generibus co-
piosè induerit. Manetque duplex tanti beneficij memoria; in agris vna, læto semper
multa segete solo; in Episcopali D. Virginis templo altera, vbi non modicum eius
lanæ in pulcherrima theca seruatur, & quotannis ingenti hominum vndique accur-
rentium celebratur multitudine.

An. 375 Erepto viuis Valentiniano patre, Gratianus admodum iuuenis Occidentis &
Galliarum adiit Imperium. Quòd veteranos Imperij milites aspernati videretur, &
Alanis, quos pecunia sibi adiunxerat, nimium delectari, sumpto etiam interdum bar-
An. 38[illegible] baro eorum habitu: Max[illegible]us Clemens ei mox sese opposuit Britannicis insulis præ-
fectus. Cúmque ritu militari Augustus fuisset renuntiatus, proximos Oceano Gal-
liæ populos inuasit; multis ac ingentibus hos affecit cladibus; vrbes eorum multas
C cepit. Ac tum redactis in potestatem Origiaco Atrebatium, & Morinorum Tar-
uanna, per huius ditionis agros Tornacum copias duxit. Hîc omnia vel in prædam
versa, vel flammis absumpta sunt, vti metu incolæ percellerentur, itáque ad eum de-
ficerent. Captum dein Tornacum, eíque ad coërcendos gentis motus, impositum
fuit ingens præsidium. Et mox Maximi potestati subiecta circùm oppida, totáque
Gallo-flandriæ nostræ regio. Postquam is subactis ferè totius Belgij populis imperij
sui sedem Treuiris posuisset, bis illuc S. Martinum Turonensem Episcopum variis
de causis ad eum iter fecisse comperio. Et ne per viam à pio labore cessaret, quo-
cumque iter carperet, multos ad Christum perducere piis conatum sermonibus.
Igitur cùm altera earum profectionum in Belgicam nostram profundiùs diuertisset,
ad Neruios venisse quidam memorant: vt aliquam etiam iis operam transeundo im-
penderet. Haud enim erat ignarus, etsi quondam Piatus hanc Christi vineam gna-
uiter coluisset, multis tamen eam à longo tempore vitiis, ac præsertim falsa idolo-
rum religione vehementer inhorruisse. Primam itaque operam eius sensere Torna-
censes. Secundum eius vrbis mœnia in tumulo peramœno, & variis ad voluptatem
D arboribus ve[illegible]to is Ponti ex aliquamdiu consedit. Illic cum variis animos homi-
num adhortationibus, vel ad execrandos idolorum cultus, vel ad mores integros
capessendos admodum accenderet, multis ad salutem profuit. quóue plus auctorita-
tis assereret iis, quæ docebat, è multorum ægris corporibus morbos abstersit, vníque
iam vita functo animam precibus restituit. Iuisse posteà Siclinium, vero simile arbi-
tror, D. [illegible]atonis fama impulsum, vt ta[illegible] reliquias Apostoli debita veneratione co-
leret. Proximum ei vicum, cui nunc nomen Phanopino, quidam tradunt adiisse, &
à disiectis i[illegible] fano pinúque, illud ei vocabulum fluxisse. Nolim equidem sic ab ho-
rum opinione di[illegible]ceder[illegible], vt pernegem ab eo templum paganis ritibus dedicatum in
plana deiectum fui[illegible]e, & pinum falsis oraculis infamem, cum iam securibus icta
concideret, ab capite suo eum Crucis efformatione procul auertisse. Verùm id mihi
omnino persuasum est, nullo illud modo ibi accidisse, quod de pinu ædéque Sulpi-

Belgium propter impietatẽ afflictum.

Gu[illegible] Gaze[illegible] de M[illegible] Atrebat. & in [illegible] Eccles. Belg.

Impetrata precibus fœcũditas terræ in Artesia, & alibi.

S. Hieron. in Chron. Oros. lib. 7. c. [illegible]

GRATIANVS in Imperium patri succedit.

MAXIMVS Imperium arripit.

V[illegible]r. 2 [illegible] l. 4 [illegible]

Bel[illegible]as inuadit, & Neruijs potitur.

Iac. Guysi. in 17. Annal Hann.

Sedem Imperij Treuiris collocat.

Gilda Sapiens, alij.

Ad eum profectus S. Martinus Neruios visitat.

Herman. in Chron. Tornac. [illegible]

Dial. 1. de vita S. Martin. c. 10.

A

Gallo-fl. lib. 2. c. 26. in Pharamundo.

tius Seuerus libris mandauit; quamuis aliqui prorsus aliter senserint, quemadmodum anteà disputauimus.

VALENTINIANVS II Gallijs imperat.

Franci Belgiũ inuadunt.

Gregor. Turon. l. 2. Franc. 9. Ioan. Trithemius Compend. l. 1. Ann. Franc. & l. de origine Francor.

Ad quę multas damnais a nectunt.

Aymon. l. 1. c. 5. Nicol. in vita S. Lamberti.

His se Belgæ opponunt, eosque dissipant.

Gregor. & Trithem. loc. cit.

AN. 388. Paucis pòst annis ereptus est viuis Maximus Clemens, proprijs eum militibus Aquileiæ ferro perimentibus. Ita rursus ad verum Imperatorem Valentinianum Secundum redijt Galliæ omnis Imperium. Sed ne quies vlla Belgicæ nostræ concederetur, ab Francis in eam bellum ingruit. Hi scilicet contractas ingentes copias hanc in regionem rapuere Genebaldo, Marcomere, & Sunnone ducibus. Ad hoc facinus spes eos stimulauit illa recuperandi, quæ nuper in Belgica de ipsis Galli & Romani receperant duce Maximo. Intra paucos dies, eorum, quæ Maximus Clemens subegerat, plurima recuperata fuere. in cetera ferro, rapinis, & incendio grassari placuit. Et vehementer imminebant Franci Neruiorum ditioni. Sed in ipso tempore, cùm siluam Carbonariam peterent (in qua præter Hannoniæ regionem, Tornacum & magna Neruiorum pars sita erant) multi animos populi aduersus eos erexerunt; magnásque Morini, Neruij, Menapij, Cameracenses, Atrebates copias suffecere, vt Quintino, & Nanieno Præfectis militiæ Romanæ iuncti, longè propellerent hostes, vel eosdem obruerent. Igitur hi omnes ad eas Francorum copias quæ in Belgicæ nostræ visceribus hærebant, & omnia miscebant, iter arripiunt. Ibi iunctis agminibus hostem fortiter adoriuntur: neque priùs arma posuere, quàm eos partim ceciderint, partim è Carbonario saltu depulsos vltra Rhenum flumen egerint, receptis interim rebus omnibus. Tantùm noxæ fuit Quintino, paullo post aduersus eosdem Rhenum ad Niuesium copias transiecisse. Illic enim cæso fere ad internecionem exercitu, temeritatis pœnas obrutus pependit. B

DIOGENES creatur I. Atrebatum Episcopus.

Vide Ægid. Bucher. in ... histor. ... Episc. Tungr. c. 5.

AN. 390. Visæ paullò pòst non parum respirare quædam Belgarum Ecclesiæ, quas diuturni bellorum tumultus, & barbarorum incursiones grauiter oppresserant. Datique harum nonnullis, qui regerent, præditi sanctis moribus Episcopi. E tabulis Atrebatensis ecclesiæ palàm est, missum in Gallias ab Siricio Papa Diogenem, domo Græcum, vita & scientia perinsignem, vt infulis Atrebatensibus decoratus ad populi cultum incumberet. Non caruit eius laborum fructu Gallo-flandriæ nostræ pars aliqua. cùm enim Duacum, Bassea, Armenteria, & non pauci per eorum oppidorum circuitum pagi fuerint ab olim eius Episcopatus finibus circumscripti: haud equidem dubitarim, suam huc etiam sacram porrexisse operam Diogenem, cùm pleraque horum locorum eo tempore exstiterint. C

S. Victricius in Belgio laborat.

In indic. SS. Belg. vide Gallo-fland. nostra lib. 2. cap. 15. Paulin. epist. 26.

Neruios instruit, & Christo adiungit.

Ibid. epist.

AN. 39[illegible]. Neque diu pòst ad Christi legem multorum aliorum accessio per Belgium facta est. Præcipuus in eum laborem Victricius Rothomagensis Episcopus octauus animi corporísque vires impendit: ideóque Ioannes Molanus inter Belgij Sanctos, & Apostolos, enumerat. E[illegible]m fama impleuerat, multos inter Belgas populos, nondum satis Christianæ legis mysterijs excultos, magnis erroribus iactari. Igitur iter eo capessere certus, ad Mo[illegible]n[illegible]s p[illegible]m p[illegible]enit conterminam Oceano gentem, cui primam fidei facem Victoricus & Fuscianus olim præluxerant. Ibi vario labore in multorum salutem gnauus emicuit; tantoque ardore virtutis populum eum succendit, vt statim templa erigere cœperit. Ad Neruios deinde Morinis tũ temporis adeò contiguos, vt parte quadam, solo interfluente Lisa disiungerentur, viam fecit; totosque adijt populos ad Oceani littus latè porrectos, & quondam Neruiorum clientes, eáque de causa cum Neruijs à B. Paulino Neruici tractus ac littoris nomine comprehensos. Plus isti[illegible] cu[illegible]rum & sudoris impensum. Ad mare, paucos veritatis lumen persuaserat; contrà, multorum idola colentium ingens obstinatio monitis aures & sacris legibus obstruebat. Haud multò plus Tornaci, totáque Neruiorum ditione, ad Christi fidem cultúmque mortales rapiebantur. Peruicit tamen immodicus laborum & animi Victricius, vt quàm plurimos à Tornacẽsi vrbe ad Oceanum vsque homines Christo adiungeret, eorúmque percoleret mentes. Quidam asserunt, hunc Episcopum tamdiu ad procurandam horum populorum salutem incubuisse, donec in Belgium Wandali effunderentur. Cur tam felices eius operibus responderint fructus, eam præsertim rationem deprehendo, quòd insigni certamine militiam Romanam, Christi causa pugnans, abruperit, magnámque vim meritorum eo collegerit. D

Ioan. Molan. in Ind. SS. B[illegible]

Quam causam a leo feliciter laborauerit.

rit. s enim cùm in Gallia militans Imperatori Iuliano, quosdam acerbis cruciatibus exc conspiceret, quoniam Christum, piósque mores induerant: magnum ipse al se est, vt eorum particeps tormentorum fieret. Igitur quo die solemnis publicus agebatur coram Tribuno militum conuentus, præcipuis ipse militaribus ete decoribus exornat. dein magna pompa, cunctis spectantibus, & mirātibus, ad Tribunum peruenit. Ibi militiam sub im puro impióque Principe detestatus, arma & ornatus ante pedes eius abijcit. Cunctis stuporem, Tribuno bilem etiam ea res conciuit. Verùm huius facti causa dum quæreretur, illico respondit Victricius: *Sacramentum se Christo dixisse, cuius sacra coleret: ideóque perfidum ipsi Principem auersa-visse tumultuum bellicorum & sanguinis arma proijcere, vt pacis & charitatis induat. nolle se deinceps ferro tegi, quem Christus armauerit. Periculum Tribunus faciat, num minus animi & virtutis ad tolerandos cruciatus habeat, quàm prius ad frangendos hostes ostenderit.* Ad ea Tribunum furor ingens corripuit; statímque corpus nudari vestibus iubet; e ipsum immanibus tundi obterique fustibus. Et quoniam neque gemitibus neque suspiriis dolorem prodit Victricius, in acutissima testarum fragmina deponitur, vt eorum stimuli plus tormenti afferant. Creuit ipso cruciatu patientis animus: ideóque voluntas Tribunum incessit eum Comiti ad maiora supplicia sistendi. Igitur diebus aliquot transactis, cùm vulnera plus doloris facerent, maior tamen Victricium patiendi ardor impelleret, ad Comitem is pertrahitur. Hic nullo in corpus tormento sæuiens, ratúsque satis agitata cruciatibus membra, sola truncandi capitis sententia Christi militem perculit. Iámque à tribunali Comitis ad destinatum supplicio locum Victricius ducebatur, cùm satelles ausu temerario eius ceruici manum mijciens, magnum sibi malum accersiit. Nam dum idoneam ferro partem insultans explorat, diuina vltione vterque ipsi oculus excutitur. Ad hæc stupentibus cunctis, catenas, quibus ad ossa iam depressis constringebatur, paullùm solui Victricius postulat. Et cùm nullus id beneficium impertit, ad Christum vocem reflectit, palámque flagitat eius auxilium. Contestim igitur ante omnium oculos de manibus eius catenæ defluunt. Ibi ad nouæ rei miraculum hærent omnes attoniti. hinc vrget ad pœnas Comitis imperium: illinc ab his pietas auertit. Sed plus religio potuit, vt solutum relinquerent, quem diuinitus liberatum viderant. Ergo ad Comitem pauidi recurrunt, quæue acciderint, cuncta explicant. Et iniecta mox Comiti religio. Postquam enim Victricium tot rebus ingentem conspexit, vehementer animum sensit a e pell Christi cultum incendi; ac subitò fidei facibus illustratus, multa Christum laude extulit, eiúsque militem Victricium absoluit.

AN. 392. Dum verò hic multis post eam insignem victoriam annis laborat Victricius, in Gallia Valentinian eius nominis Imperatorem Secundum multa Principem virtute nobilem Arbogastes genere Francus, qui plurimùm in eius aula pollebat, fune strangulatum vita exuit: huiúsque artibus Eugenius è Rhetoricæ exedra nuper eductus ad Imperij fastigium euehitur. Verùm Theodosius, qui per Orientem Imperium moderabatur, quéque post necem Valentiniani Occidentis Principatus hæredem aspiciebat, filium suum Honorium Occidenti & Gallis præfecit: ac non multò pòst in Alpes bellum portauit Eugenio infestus. Itaque debellato cæsóque Eugenio Gallis aliquamdiu pacificè potitus est Honorius.

AN. 406. Atenim exeunte sexto & quadringentesimo Christi anno, in Gallias grassari cœpere cum Alanis & Sueuis Wandali. E Scandianis & Gothicis insulis profectos Wandalos, barbarum ac ferocem populum, quidam autumant: ab vicinis Mæotidi paludi locis, alij. Fame pressos è patrio solo discessisse, ac in Francorum sedes irrupisse, narrat Procopius. Partim exigentibus fœdis Gallorum flagitiis, partim accersente Wandalo Stilicone, in Galliam effusos veriùs credo. Quantis ea tempestate criminibus abundarent Galliæ, Saluianus Massiliensis Episcopus scriptis prodidit. Neque nobis incognitum est, Stiliconis animum ingentibus curis æstuasse Imperij filio parandi: & quoniam id nequiret frustrantibus toties spem nuptiis, tacita ferarum gentium euocatione connisum. Igitur Carocus Wandalos, Alanos, aliásque barbaras gentes Francis iam fractis, neque impedientibus aliis populis, in Gallias,

Paulin. epist. ... Fastis Romanis VII. Augusti.

An ob insigne certamen pro Christo toleratum, quod hic describitur?

Valentinianus II. Imperator strangulatur.

S. Epiphan. de pond. & mens.

Eugenius ad Imper. euehitur.

Eo caeso Galliis HONORIUS imperat.

VVādali aliique Gallias infestant.

Osor. l. 7. c. 38. Saluian. l. 7. Procop. de VVand. bello. lib. 1.

Loco cit.

Lib. 7.

Oros. lib. 7. c. 38.

Saluian. l. 7. S. Hieron. epist. 11. Oros. l. 7. c. 38. Marcellin. in Chron. Paul. Diacon. lib. 13. B. [illegible] Aug. [illegible] Iac. Goesin. & Annal. Hanon.

S. Hieronym. epist. 11.

traiecto Rheno, tumidus intulit. Hi paucos intra menses totam fere Belgicam Galliam subegere. Quà copias trahebant, ne [illegible] bus, neque oppidis, neque vicis aut agris vspiam parsum est. Quò [illegible] vel [illegible] e, vel [illegible] perant, eos flammis corrumpebant, vbi prædas auerterant Homines & pecora ferro tollere, perpetuus eis ludus erat [illegible] capitis Strep[illegible] que Cam[illegible] Baiaco, Tornaco incensis, dirutisque hoc [illegible] inde [illegible] ne meu deinceps incolæ vacui agitarent, [illegible] sedes ba[illegible] nuere, Bauacum iuxta Neruios, & propiùs mare Gandauum vt [illegible] tutarentur, viris deinde populis ingruerent, quam [illegible] iussique qua [illegible] timi sunt Neruiorum vna [illegible] vicinis populis re[illegible] in Germaniam [illegible] are.

Franci Gallias inuadunt.

Zosim. l. 6. Sozom. l. 4. c. 11. Renat. Frigerid. apud Greg. Tur. l. 2. Fran. c. 9. Horū exēplo Galli Romanos vel opprimunt, vel [illegible]

Zosimus lib. 6.

Idem faciunt Belgæ.

Nondum exacto quadriennio, nimirùm Francis animus defuit nostram in Galliam penetrandi, cum remissius agere Constantinum, qui fasces Romanos sumpserat, & Augustum agebat Britannis impellentibus, perspicerent. Igitur Rheno magna mole superato, multa de Gallis oppida cepere, & [illegible] ipsis Treuirorum Augustam Imperij caput. Is Francorum in Belgicam incursus, & capta de Romanis oppida cum terrorem aliis Galliæ populis incuterent, quidam [illegible] annos erexere, v[illegible] Romanis opponerent: adeoque [illegible] est, vt post Britannos Armorici, & quidam Gallorum ad Oceanum iacentes, eorum iugum excuterent. De Belgis inferioribus id maximè certum videtur, eos vel eiectis, vel oppressis magistratibus Romanis, Rempublicam pro arbitratu suo constituisse. AN. 410. B AN. 412.

Aegid. Bucher. Gothi has in partes venūt.

Iac. Goesin. l. 8. Annal. Hanon. easque populantur.

Nihil fermè grauius timeri poterat, & quod quisquam vel raperet, vel pessundaret, nihil superesse videbatur his in partibus: cum paulò pòst Gothi ex Gallia Celtica huc venere, suo etiam furore dirutionem quassaturi. Siquidem quae vera sunt Belgici Annales, inter eos & Wandalos (vel qui remanserant in Belgio, ceteris vlterius tendentibus, vel qui nuper huc ex Hispania reuenerant) acre certamen in Carbonaria silua, non procul Tornaco, exortum est, ibique turpiter fusi fugatique Wandali memorantur. Ea igitur Gothi victoria potiti, quod hîc & alibi supererat, aut suam ipsi fecere prædam, aut igni corripere. Iam longe verius est, accensis semel huius regionis cupidine barbaris exteris, ue, nihil ab Francis quietis datum indigenis. Hos qui possent defendere, vix è Romanis aliqui suppetebant: quòd alibi variorum hostium incursionibus ij premerentur. Et quamuis minimè contemnendis septus copijs in Francos Castinus Comes domesticorum moueret: ijsne tamen felici eos aggressus sit prælio, nusquam proditur. In suspicionem descendere licet, in hunc hostem armis nihil profecisse. Id cum animaduerterent Romani, cis Rhenum eos in Germania Inferiore, non procul ab eodem amne, sedem aliquam Francis permisisse, vt in ea pacificè degerent. [illegible] gentis regnū esse firm stabilium. Qui sceptro potiretur, & primus regum in omnes imperium haberet, idoneum fuisse Pharamūdum. Cùm id regnum ad quadringentesimum & vigesimum primum Christi annum coaluisset, annis deinceps [illegible] Pharamundum [illegible] semper vsum rebus. Vbi vitam eius mors abrupit, in regnum successisse Chlogionem eius filium. Is cùm magno regnum latè producendi desiderio teneretur, cum multis in Belgicam Secundam copijs descendit, eiusque populis arma [illegible]. Hic omnem ferè peruagatus Neruiorum ditionem, per Gallo-flandriæ nostræ fines in Atrebatum terras mouit, paullo mitior in hunc tractum factus, quòd iter alii maturaret, vbi sedem nouam quæreret sibi suisque. Ad Helenæ vicum (quod Hesdinium Vetus hodie nominamus) victricibus est armis, & secundis euentibus penetratum. Sed [illegible] soluto in solennes epulas, & choreas exercitu, propter nobilis puellæ nuptias: Romanis in Gallia præfectus copijs Aetius insigni vir rei militaris arte, & fortitudine, nihil opinantes hostile, & quasi securos, cum Maiorano (qui posteà Cæsar fuit, furtim aggreditur. Permulti ea irruptione oppressi, cæsique. in victoris potestatem viui venere non pauci, ipsaque præsertim puella, cuius nuptiæ celebrabantur. Ceteri fuga dilapsi, tanta itinerum intercapedine ad Rheni amnem quæ fuere salutem & præsidium. Quippe nullum, quò serecipererent, aut ceperant, aut retinuerant cis flumen illud oppidum. Et a tergo tanta vi Aetius semper in[illegible]bat, vt nullam fugientibus moram faceret, donec il[illegible] AN. 413. vel circiter. C AN. 421. ex Prospero Pubas: vel, vt habet Trithemius AN. 419. AN. 425. D AN. 428.

Franci rursus Galliam Belgicā infestāt.

Sedes his ist in Germania H. cōceditur.

Aeg. Bucher. de Epi. Leodie. Horum sce[illegible] R[illegible] constituitur PHARAMVNDVS.

Chron. P. [illegible] Prosper Hist. reg. Frāc. Gregor. Aeg. Trithem.

CHLOGIO ei succedit, & in Neruios Atrebatesque penetrat.

Greg. Tur. l. 2. c. 9. Aimoin. l. 1. cap. 5. [illegible] Sidon. Apollin. in Paneg. Maior.

Verùm hunc ab Aetio fugatur.

A [illegible] bica, quæ [illegible] bitauerant, cæ[illegible] ta Romano per [illegible] [illegible] s [illegible] f[illegible] llas [illegible].

[illegible], & A[illegible] ad [illegible], cunctandis [illegible], [illegible] Chlogionem [illegible] Regij oc[illegible] re-
AN. 44[illegible] p[illegible], [illegible] eo [illegible] eadem [illegible] fuerat. Et iam maior [illegible] [illegible] & [illegible] bellu Romanis, quod contra Gothos & Burgundiones [illegible] vires, [illegible] expe[illegible], [illegible]. H[illegible] tione paratus, præcipua Belg[illegible] op[illegible] exiguis Romanorum [illegible] tenet, [illegible] vsque mortales a[illegible] Rhenum & Mosam [illegible] s [illegible], & aliis oppidis de[illegible]. Initio Tungros inuadit, Taxa[illegible] Ibi [illegible] locorum, & rerum omnium p[illegible] oppida quædam p[illegible] suos ex fuga recipiat, si ab hostibus vis ingrua[illegible], maior, [illegible] posset. Haud multo pòst Cameracum intendit, idque paucis [illegible] expugnatum capit [illegible] est [illegible] um cepi[illegible] Tornacum p[illegible] Carbonariam [illegible] via. O[illegible] Tornacenses, ingen[illegible] annis, vi[illegible], & [illegible] propugnant [illegible] denique sua [illegible] Chlogioni [illegible]. Qu[illegible] Romani [illegible] repertum fuit, [illegible] Magna[illegible] hominum ad [illegible] Francorum victoriæ [illegible] Tornacum venisse, vt Chlogioni iung[illegible], quidam [illegible] dictas & firmatas fœdere leges. paullò pòst ab vtris-que [illegible] Romanorum in Belgio [illegible] exercitum. Sane magnum [illegible] Tornacensi vrbe [illegible] momentum. Nam potens erat ea [illegible] Tornacum, & præcipua Romanis in Secunda Belgica sedes Oceanum versus. [illegible] Cu[illegible]orum Procuratores, Præpositi [illegible] Argentariorum, A[illegible], & a[illegible] ex noua re[illegible] magistratus h[illegible] in partibus habebat Romanus Imperator [illegible] Tornaci morabantur. Inerat præter [illegible] mortalium vis magna. [illegible] cò [illegible] axerat vel necessariarum ibi rerum varie-
C tas, vel [illegible] Scal[illegible] fluuio satis profundo, latoque, & ma[illegible] [illegible]. Ad [illegible] ber[illegible], & situs [illegible] [illegible]. C[illegible] ing[illegible] at Pagi Tornac[illegible] nomine. [illegible] fe-re terrarum, [illegible] Gandauum vsque [illegible] iacebat, [illegible], quem modò Insulensem d[illegible]us, ea cum Tornacesio [illegible].

AN. 44[illegible] Subacti posthmodum ab eodem rege Atrebates, Morini, Neruiorum ditio, clientésque [illegible] ad mare p[illegible]: ac postea etiam Ambiani, & Bellouaceses. Ijs igitur p[illegible] regnum Franciæ his in partibus cœpit [illegible] v[illegible] numero abreptus [illegible] Filius eius (n[illegible] malim [illegible] se[illegible], qui volunt alio patre natum) ac successor Merouæus plurimum postea laboris suscepit, vt regnum ita paratum [illegible] ad finem produceret. Ingruebant vndique [illegible] vicina [illegible] fausta Francorum initia terrori erant, vel inuidiæ. qui [illegible] poterant, in[illegible] quibus præter inuidiam n[illegible] erat, saltem alios [illegible]

D [illegible] hoste parare maturabant. Neque deerat Romanis vol[illegible] armis repetendi, quæ in Belgio amiserant. Igitur inter eas difficultates ade[illegible] & fortiter
AN. [illegible] 45[illegible] v[illegible] egit suscepto Merouæus bello, vt neque quid [illegible], & [illegible] apud Valentinianum Cæsarem, cui regnum Occidentis & Galliarum iussè [illegible] conditionibus inuenerit, vti parta retineret. Haud modicam tamen [illegible] eo tempore Merouæus. Ab Rheno quippe ad Sequanam vsque [illegible] limites prætendebantur: ac ijs præter enumeratos populos, Ba[illegible], Men[illegible], Tungri, E[illegible], Aduatici etiam comprehensi sunt.

Sed paucis annis in pace degentem multa postea Merouæum agitauere, terræ motus, [illegible], Hunnorum incursio: quæ omnia nostram quoque ditionem percu-
AN. 450. tere. Priusquam barbara Hunnorum natio in Galliam sese diffunderet, incutiendo [illegible] terrore, ostentorum pleraque diu insolitis rebus infesta fuere. Toto anni decursu terra frequenter ingemuit trepidauitque. Sub vesperum die quodam

Rursus [illegible]

Baud. [illegible] Sigeb. Chronic. [illegible]

Tornacum [illegible]

Baud. [illegible]

De [illegible] Lazium, de Rep. Rom.

Victi Neruii [illegible]

Hincmar. in vita [illegible] Remig. [illegible]

Mariani Chronic. [illegible]

Ostenta varia. Sigeb. in Chron.

ad

ad B[illegible] [illegible] multo igne c[illegible]spic[illegible]: [illegible] quædam [illegible] ne hastarum simili[illegible] [illegible]. una [illegible] ingentibus [illegible] crinibus horrorem incussit. Et secuto mox anno innumera hominum [illegible] rus A[illegible] rex Hunn[illegible] Galli[illegible]. Præ[illegible] magnum d[illegible] ea Hunnoru[illegible] irru[illegible] Merouæus. Eo [illegible], & frustrà fr[illegible] (quoniam auxilium ferre non [illegible]rat) vt a[illegible] rum, ita N[illegible] omnia ferro & igni pe[illegible] nihil [illegible] reliquum [illegible] etiam in tractu nostro barbarus fecer[illegible] exceptis [illegible] tan[illegible]s, quæ f[illegible] cingi obsidio, & machinis quati minime per[illegible]. Vbi ta[illegible] Galliam Celticam profundius sese Attila penetrauit, collectis Merouæus [illegible] tum Francorum, tum Belgarum copiis, non leui momento [illegible] Ro[illegible] landum [illegible]que abigendum procul barbarum. Igitur eo def[illegible], ad firmandum rursus regnum & farciendas ruinas, animum [illegible]. Verum his laboribus intentum mors oppressit anno fere Domini [illegible] quinto supra quadringentesimum. Childericus liberum [illegible] ex [illegible] tare hic postea Francis imperauit. Hunc [illegible] exer[illegible]re, [illegible] grauiter. Circa fines regni latiùs producenuos, modo in Germania [illegible], [illegible] Secunda Belgica laborauit vehementius. Sed mox fœd[illegible] libidinis [illegible] nâque grassantem exuêre regno Franci, admoto publicis rebus Ægidio [illegible] nominis viro militúmque Romanorum creato nuper Magistro. Annis ferè [illegible] regnum hic administrauerat, cum Principes quidam cum exule, Childericum è [illegible] reuocatum regno rursus adhibuere Winomadi consilio. Ea[illegible] [illegible] cum prudentiæ multum hausisset Childericus, imperio [illegible] & [illegible] postea Belgas, & Francos habuit. Ferunt, eo regnante, bello [illegible] tatam a Rege Britonum Arturo Flandriam. Verum de Arturo, [illegible]ne vnquam fuerit, quæstio grauis apud multos mouetur. Nam eorum pleraque, quibus de ipso quidam libros impleuere, nec veritate nituntur, nec temporibus conueniunt. Neque desunt qui hac ferè tempestate Odoacrem [illegible] Odouacrium nonnulli nominant, Saxonum Ducem è Belgica Neruiorum & Flandrorum agmen vnà cum Saxonibus, aliísque barbaris gentibus trahente, primum Childerico Parisios obsidenti ad expugnationem [illegible] profuisse, dein subigendis Aurelianis Andegauisque, & debellando Romanorum Comite Paulo, non passam eidem ope am[illegible] [illegible] [illegible] bellum in Italiam portasse, vbique, Neruiis & Flandris præsertim [illegible] Romam potitum. Verum, vt concesserim hunc Odoacrem non alium ab eo [illegible] qui per Noricas A[illegible] S[illegible]ini Noricorum Apostoli [illegible] in Italiam exercitum deduxit, [illegible] regnum adeptus est: subit tamen [illegible] [illegible] adm[illegible]o, quinam ei vel Neruij vel Flandri adhæserint, cum vtrique Childerico [illegible], nisi forsitan arbitremur, ab Franco nonnullos ei concessos in bellum aduersus Alemannos eunti.

Protenso late regno per Galliam, Childericus quorum [illegible] securitati cauendum rarus est. Ideóque vel gubernatores iis, vel [illegible] qui tamen ipsi [illegible] sent, imposuit. Colonia Sygebertum, [illegible] Carocum, Herberium Treuiris a[illegible]pere. Qui C[illegible] & [illegible] ad Oceanum vsque [illegible], a[illegible] gentem imped[illegible], [illegible] potissimum electus est Regnacarius Childerici propinquus. Latè patuisse ditionem eius inde arbitramur, quòd Atrebates, Tornacum, & [illegible] modo de[illegible] Gallo-flandriæ regionem, vnà cum aliis populis hinc ad Oceanum v[illegible] complecteretur. Gemebant interim grauiter [illegible] huius Christiani multos iam annos Episcopis vidui, postquam apud Neruios [illegible] Superior abiuisset, apud Atrebates Diogenem ferro peremissent Wandali. Impediebat [illegible] scilicet, quorum intererat Pontifices dare, [illegible] barbarorum gentium incursibus. Et non parum doloris faciebat Francorum feritas: qui cum [illegible]rum vehementer implicarentur, nihil Christianum [illegible] poterant, [illegible]ebantur aduersus res sacras impetu, vt ipsa etiam templa Christiano ritu consecrata [illegible]rent, Christóque initiatos homines grauissimè persequerentur. Igitur in his [illegible]

Christia-

Hunni B[illegible] Sidon. [illegible] Greg. Tur. l. 2. [illegible] in Annal. [illegible] Chron. [illegible]

Greg. Tur. l. 2. cap. 9. Merouæus moritur. Regnum Franc. capessit CHILDERICVS filius. Sidon. Apollin. in Paneg. Aniti. Quem Franci expellunt ob libidinem. Greg. Tur. l. 2. cap. 12. & 18. Aimo. l. 1. c. 7. Ac [illegible] [illegible] Sydon. [illegible] An huius tempore Arturus in Flandriam bellum mouerit. An Neruij & Flandri cum Odoacre in bello. Gregor. Tur. l. 2. Franc. c. 18. & 19. Ioan. Tri[illegible] [illegible] lib. 1. Annal. Franc. Iacob. Meier. lib. 1. Annal. Fland. Regulos constituit Childericus. Gregor. Tur. l. 2. [illegible] Meier. lib. 1. Annal. Fland. Trithem. [illegible] Gregor. Tur. l. 2. cap. 42. Res interim Christiana in Belgio erat afflicta. [illegible] ad [illegible] ep. 10.

A N. 451 A N. 455 A N. 457 A N. 464 A N. 478

A B C D

CHILDERICVS REX FRANCORVM.

A Christianorum solatio plerique volunt Eleutherium Tornacensibus Episcopum datum ab Simplicio Romanorum Pontifice, anno vertente supra quadringentesimum octogesimo quarto. Verùm id mihi alijsque parum probatur. Qui ab Simplicio Papa Romæ consecratum eo tempore volunt, in errorem prolabuntur, cùm Simplicius altero saltem prius anno mortem oppetiuerit. Et ne quidem hoc æuo dignitatem Eleutherium capessiuisse, ex ipsa temporum ratione certò constat. Quippe Medardus Eleutherium secutus proximè, cùm annos quindecim Neruiorum Ecclesiæ præfuisset, paullò antequam senior Chlotharius vitam posuerit, anno post Christi natalem quingentesimo & sexagesimo primo è viuis abiit. Contrà, Eleutherium annos sex & quadraginta Episcopali dignitate fulsisse, omnium ferè monumentis probatur: ideóque vt in annum circiter quingentesimum eius exordia referamus, iniungitur nobis necessitas. Igitur eo demum tempore de ipso narrare aggrediemur.

An sit tum datus Tornacensibus Pontifex S. Eleutherius?

Ægid. Bucher in disput. ad Episc. Leod.

Vide quæst. 4. post. ad vit. S. Eleutheri, ubi hanc contr. versiam late tractamus. & Buch. d. l.

AN. 481. vel 482. Interim iam Childerico Rege fatis absumpto, Chlodouæus eius filius regni Francorum B gubernacula suscepit anno Christi quadringentesimo circiter & octogesimo secundo. Multa in eo dignitatis regiæ decora fuere, virtus, sapientia, ingens animus, bellicæ artes, moderatio, beneuolentia: quibus id breui perfecit, vt subditos ingenti amore obstringeret sibi, aduersarios vehementi metu percelleret, victis hostibus quamplurimis, imperium porrigeret. Tenebatur tamen eius animus idolorum superstitiosa religione: ideóque res Christiana sub eo parum etiam in Belgio procedebat. Vxor Chlotildis apprimè iam inde ab infantia Christianis ritibus culta, quotidianis propè vocibus eum incendebat, vt erroribus abdicatis, legibus & moribus AN. 496. Christianis mentem imbueret. Verùm ea tamdiu frustrà fuit, donec ille denique ad Tolbiacum Alemannos ingenti clade obruit, postquam trepidis in rebus inuocato Christi nomine, insigni se voto numini constrinxit Christiano baptismate animam eluendi. Ergo post eam victoriam agitantibus semper animum stimulis nuncupati Christo voti, Chlotildis Remensem Archiepiscopũ Remigium rei totius admonuit; C cúmque vehementer adhortata est, vti sedulus ad Regis animum ab idolis ad Christum auertendum incumberet. Neque verò sibi defuit Chlodouæus. Dum enim Remos ipse pergeret, Tullum deuenit. Ibi Vedastum præclaro virum animo & virtutibus insignem nactus, eum instruendæ legis Christianæ capitibus menti statim admouit. Et quò per iter ea, quæ didicerat, alloquiis confirmaret, viæ comitem cepit. Postquam eum eo Remos attigit, Remigij sese potestati commisit, ab eóque sacra voluit aqua tingi: quoque plus voluptatis Episcopo faceret, Francos, vt secum eadem sacra susciperent, damnatis idolis, perduxit. Igitur Chlodouæo sacris vndis abluto, magna Christianis omnibus iniecta est lætitia: passimque apud eos concepta opinio, Ecclesiam intra breue tempus grauibus iri subleuatum oppressionibus gentilium. Neque sua ipsos spes prorsus fefellit. Cùm enim magnam eo facto sibi Remigius apud omnes venerationem conciliasset, etiam Francorum Apostoli dignitatem obtinuit. Et quoniam, vt Archiepiscopus Remensis, ea potestate præditus erat, vti Neruijs, Atrebatibus, Cameracensibus, Morinis, alijsque huius Secundę Belgicę Ecclesijs sacrum ius diceret (horum enim omnium Metropolis erat Remensis ciui-D tas:) pro studio rem Christianam adiuuandi, de Pastoribus ijs prouidit, quibus annos iam multos caruerant, tot impedientibus tum bellis, tum barbarorum incursio-AN. 497. vel 498. nibus. Datus ergo Morinis Antimundus; Cameracenses, & Atrebates Vedastum acceperunt, quem supra narrauimus sacra Chlodouæum mysteria docuisse. Theodorus Tornacensis Pontificatus dignitatem adeptus est magno Neruiorum desiderio. Verùm sub hoc admodum lentè apud Neruios Christiana res progressa est, ipsis præsertim Tornacensibus, & Francis infestantibus. adhuc enim illi falsorum numinum cultu sic ardebant, vt nullum Christiani nominis hominem intra muros agere paterentur. Docent igitur Tornacensium monumenta, Theodorum vix Tornaci Pontificem egisse: coactum ferè semper eum, sæuiente Tornaci grauissima contra Christianos persecutione, in pago Blandiniensi (eminet ille Tornacum inter & Insulam vtrique vrbi obnoxius) cum pauculis Christi asseclis degere. si quos è paganis ad

CHLODOVAEVS Francis præficitur.

Gregor. Tur. aliq. Franc. hist. auctor.

Mores eius, factaque.

Post votum suscipiendi baptismi, victoriam impetrat.

Gregor. Turon. Hincmar. Aim. aliq. Scriptor. hist. Franc.

Baptizatur Remis.

Auctor. cit.

Ecclesiæ in Belgio respirant.

S. VEDASTVM Cameracenses & Atrebatenses Episcopum accipiunt, atque THEODORVM Tornacenses.

Vide Ægid. Bucher. in disq. de Episc. Leod. c. 6. Herman. in chron. Tornac. Henric. Can. in vit. S. Eleuther. Guibert. in conf. eid. vita. Chron. Tornac.

A

Christum perduceret, furtim magis, quàm palam id fecisse. ad facra vsum eo templo, quod elegans illic Christiani condiderant D. Petri nomine. tres annos duntaxat officio perfunctum. Sed plerique homini grauem inurunt vitæ in vitia sensim prolapsæ, ac præsertim superbiæ notam: affectósque ideò non leuiter subiectos ei Christianos. criminis eum denique pœnas immanes dedisse, tactum de cælo, & miseranda morte sublatum: vt non parui erroris arguatur Demochares, qui martyrij palma decoratum asserit.

Theodorus Tornac. Episc. fulmine ictus obijt.

Auctores sup. cit.

Tom. 1. de: Ms. S. ... cap. 1

Theodoro S. ELEVTHERIVS in Episc. Tornac. successit.

Eius mores ac virtutes describuntur.

Henr. Can. in ... vita. Herim. ... in Chron. Meyer. ... Ms. Chron. Tornac. Ms. Guibert. in ... vita M.

For ... vita S. Medard. Chron. Tornac. Guibert. in vit. S. Eleuth. Ms.

A N. 500. vel 501

Igitur qui post Theodorum infulas capesseret, S. Eleutherius communi iudicio, & voce populi delectus est. Eo de viro vt multa commemorem, quædam iure suo postulant, actum scilicet plerumque Blandinij tempus, sacrum ius in hanc nostram regionem, multus denique labor hic impensus conuertendis ad Christi fidem incolarum animis. Tornaci natus fuerat nobilibus & opulentis parentibus, sed, quod caput est, Christiana lege & moribus claris, Sereno Blandáque. Post multas preces eum a Deo datum ijs comperio, multa iam exacta ipsorum ætate. Pueriles annos agentem nec crepundia, nec ludi sodalium delectabant. adeóque ex vultu mirifica lux, nitentis animi specimen, irradiabat, vt intuentium oculos perstringeret. Incessum, motus, actiones, sermonem, insolens ad ætatis modestia temperabat: quasi totus ad virtutem factus esset. Igitur tantis parentes virtutum initijs lætabundi, Eleutherium ad studia litterarum in ludum sapienti vsurum magistro misere. Ibi capessendæ virtutis & doctrinæ socium nactus est Medardum, pari ætate, & virtutis desiderio iuuenem. Huius exemplo, & magistri cohortationibus impulsus, ita modò in litteras incubuit; modò corporis motus & voluptates cibi potúsque abstinentia, & flagellatione coërcuit; modò animum vario contra vitia pugnandi genere, & parandatum studio virtutum effinxit: vt iam tum initia strueret aptissimæ muneribus episcopalibus mentis. Neque Medardo incognitum id fuit aliquo diuini haustu numinis, cum sæpe ad eiusmodi dignitatem euehendū ludibundus ingereret. Grauis interim Tornaci tempestas in homines Christiani nominis, à Scaudiniensi Tribuno (præerat hic Tornaco, & locis alijs Scaudo, siue Scaldi fluuio impositis) admodum insignis sæuitiæ viro, & immani Christianæ legis cultorum hoste, concitata est. Is enim edicto publicè sanxit, eos, qui nollent Christo nuntium remittere, bonis omnibus exutos ab vrbe pulsum iri. Perculsus ea re Serenus cum vxore & familiaribus Tornaco discedere maturauerat. Eum plerique ciuium Christi & virtutis amore succensi fuerant secuti. cum istis Blandinium celebrem secundo ab vrbe Tornacensi lapide vicum Serenus se receperat, vbi prætorium villámque exilio commodam habebat. Isti gliscentibus ibi diuinarum & cælestium desiderijs rerum, quò feruentiùs hęc alerent, insignem templi molem struxerant, collatis ad hoc opus symbolis: Postquam igitur ijs, quas memorauimus, iuuentutem ac pleramque virilis partem ætatis nunc Tornaci, nunc in Gallia, nunc Blandinij exercuisset Eleutherius, diuina tandem imbutus sapientia miram omnium admirationem exciuit: passimque iactatum est, aptiorem eo nullum esse, qui capesseret Episcopi munus. Et opportunè Theodorus eo, quem diximus, modo viuis ereptus est, cùm is quietus Blandinij apud suos iam resideret. Itaque votis omnium impellentibus, Romam iussus est ad summum Pontificem iter facere, eúmque de rebus ecclesiæ Tornacensis docere. & cùm per litteras Symmacho, qui tum ecclesię caput erat, significatum fuisset, omnium suffragijs eum Tornacensem Antistitem postulari, suo is diplomate hanc ipsi dignitatem asseruit. Ergo reducem ex Italia Sanctus Remigius Remorum Archiepiscopus solemni sacro, & carmine consecrauit, anno circiter ætatis quadragesimo. Exceptúmque Neruij multo Blandinij honore, ac beneuolentia prosecuti sunt, cum magna ipsi ad eius conspectum lætitia perfunderentur. Sed ea dignitate suscepta, quantis Antistitem curis distringi, & laboribus fatigari oporteat, subditos sibi mortales efformando ipse suo præsertim docebat exemplo. Quippe diei & noctis plerumque tempus orando consumere; corpus inedia & verberibus castigare; multiplices in populi bonum curas animo complecti; vniuersos subiectæ sibi regionis locos obire; modò Tornaci, occulte; modò Blandinij, & alibi, palàm agitare; nusquam corporis & animi

B

Episcopum fore prædicit S. Medardus.

Fortunat. in vit. S. Med. c. 10. Pet. de Noëal. l. 5. c. 97. Chron. Tom. 49. Vide Notas nostras ad ... vit. per Guibert. Henric. Can. in vit. S. Eleu. Guibert. Chron. Tornac. Ms.

C

S. Eleutherius Romam adit, & à Pontifice maximo confirmatur Episcopus.

Auctor. citati.

D

Eum cõsecrat S. Remigius.

Vide Quast. 2. ad vit. eius

Pontificale munus obit diligenter.

A quietam carpere. Christi legibus adstrictos homines nunc in cœtu, nunc singulos ad virtutis studium verbis accendere; idola colendi libidine feruentes modo publice, modò priuatim reprehensionibus & minis vehementer incessere. prorsus nihil sui muneris omittere, quò regionem animorum tenebris & sceleribus vacuam faceret.

Sed ita nauantem Eleutherium Censorini degentis Tornaci Tribuni filia transuersum agere contendit. Erat ipsa paterno instituto a Christianis legibus aliena: cęterùm nubilis, vultu decoro, diuitiis abundans, in libidinem prona. Igitur Eleutherium forte conspicata, turpissimi in eum amoris flammas concepit. Inde tantum illi commentem incendium vastauit, vt nullam quietis partem caperet, nullam animi & corporis voluptatem admitteret: breuique animam actura videretur, nisi desiderium expleret Eleutherij complexu. Vt igitur audax, sine fronte, impos animi, & temerarium est id genus puellarum, quæ animis fœda semel accensis cupidine, ad voluptatem corpora incitauere: in Pontificis conspectum Blandinij, quò se contulerat, celerrimè fertur. quasi honestum quidpiam postulatura, eius se genibus aduoluit. sed nullis verborum ambagibus demens, ardentissimo eius amore teneri se profitetur. vtque tantum incendium voluptate corporum restinguat, vehementer flagitat. aut enim sibi optatis amplexibus fruendum: aut citam morte inter æstus occumbendum afferit. Hic Eleutherius, qui sacro in loco precabundus consistebat, ingenti verecundia suffundi primùm (vt qui castimoniam sanctè percoleret): incitatis deinde animis, puellam grauibus verbis incessere; vultu & manibus eam amoliri; contra eius libidinem fortiter niti. Sed vbi parum luctando procedebat (à malo quippe dæmone miseram insideri flammæ huiusmodi auctore, diuinitus perceperat) pallium lacinia tenentem auersari; in manibus eius vestem relinquere; & procul auterri fuga, donec duas inde leucas conficeret. Honeuantum ei latibulum & quietem animi dedit. Diuinum interim numen (cuius prouidentia bonis, ad ferendum auxilium; malis, ad scelerum punitionem, semper incumbit:) tanto tremore puellæ corpus perculit, vt Episcopi pallio inuoluta paullò pòst miserè animam efflauerit.

C Vix elatum fuerat Tribuni iussu cadauer, & cum luctu in Martio ad vrbem campo defossum, quando infelicem puellæ casum didicit Eleutherius. Igitur ad eius rei nuncium ex templò Tornacum aduolat: suúmque puellæ periculo pudorem metumque postponens, eius patrem mœstitia tabentem accersi iubet. postquam is aduenit: Christi legem si velit complecti, diuina mox potentia redditum iri filiæ vitam affirmat. dein illo, quæ iusserat, omnia se facturum pollicente (quamquam animus diuersa prorsus volueret) non multa interiecta mora sese ad id, quod facere proposuerat, accingit. Ergo Pontificalibus ornamentis indutus sacrosanctum missæ sacrificium peragit; locum, in quo puellæ corpus tumulatum iacebat, Clero comitante, multáque circum effusa turba petit, terramque pedo verberat. Ibi continuo tellus ingenti tremore, stupefactis omnibus, concussa. Verum Eleutherius diuino instinctu persentiens et amnium Tribuni animum idolorum cultu teneri, haud vltrà progressus est eo die. Vbi noctem orationibus continuis transegit, ad sepulchrum eodem comitatu sese rursus contulit. Nihilo plus, quam pridie, actum. infidelem patris ani-

D mum arguit denuo terræ trepidatio. Igitur populo, qui se Christi legibus addixerat, in concionem vocato, supplicationem Pontifex indixit: ipséque ardentioribus Deum noctu precibus incessit. Ac demum ecce tertia die Tribunus ad Eleutherium sponte accurrit, eiúsque genua complexus, idolorum ritus abiurat; dein se Christo initiari postulat. Ratus eum sincera mente ad hæc rapi Episcopus, impositum cadaueri marmor iubet auferri, ac ter ingenti voce puellam è tumuli latebris eiet, vt ea viuam patri sese sistat. nullâque spiritus interpositâ morâ in gelidum puténsque corpus refunditur. Et mox puella, tanto Episcopi imperio compulsa, è tumulo prodit alia iam mente, ac pòst etiam aliis moribus futura. Quippe Christum Dei filium palàm professa, eius se doctrina instrui, & baptismate tingi flagitauit, omnibus, qui aderant, obstupescentibus. Ergo septima pòst luce, peracto sex dierum ieiunio, sacris vndis abluta est. Exinde tantum induit castitatis amorem, vt eius perpetuùm obser-

A puella grauiter tetatur. Hæc Cantor. in vita, Gub. ibid. cap. 7.

Ea fortiter superata, fugit. Auctor. citati.

Vt eandem postea miserè mortuam ad vitā reuocet, laborat. Auctores cit.

Ac denique vitæ reddita baptizat. Iisdem auctores.

A

uandæ voto sese constrinxerit. Ac tum maxima Eleutherio spes iniecta est Tornacensium animos ab idolis ad Christum faciliùs conuertendi, indéque circumcircà Christianam propagandi latius doctrinam. Verum eam diu non licuit spem alere. Etenim quamuis narrato stupefieret miraculo Tribunus tamen neque Christi legem is complexus est, neque filiam ex ea quietam degere vitam permisit. multus in eo scilicet erat, vti religionem ab ipsa, & pudicitiæ votum auelleret. eò puellam primùm ornamentis, & mundo muliebri, nudauit: dein omnem ipsi spem patrimonij eripuit. ad hæc minis eam grauibus perculit eripiendæ ferro vitæ, nisi a cœpto sponte resiliret. Sed altiùs Christum Blanda (id enim iam Episcopi mater, dum sacro purgaretur baptismate, nomen indiderat, & casti corporis amorem imbiberat, quàm vt minis & iniuriis extrahi possent. Igitur eam ob causam neque quidquam gratiæ in Pontificem animi ab Censorino fluxit, neque Tornacensium multi ad suscipienda Christi mysteria conuolauere. Ab vtrisque potiùs in eum grauia quædam perpetrata, quibus atrox odium proderent. Rem hunc in modum gestam comperio. Corrupto vehementer aëre ingens Tornaci pestilitas exarsit: ac permulti mortalium ea lue sublati sunt, sed ij præsertim, qui Christi fidem auersabantur. Igitur ea re permoti ciuium reliqui, quorum animos etiam tunc error occæcauerat, omnia moliuntur, vti pestem extinguant. Cùm nihil eorum feliciter procederet, tandem in Eleutherium, qui Blandinium se receperat, quasi totius mali fontem, de Censorini sententia ingentibus iris exæstuant. Ergo ipsi vincula & catenas ferentes magno numero ex vrbe prorumpũt. vbi Blandinium attigere, in sanctũ Pontificẽ magna vi conuolant, vinculis eum alij constringunt; alij catenis onerant; quidam verberibus & iniuriis incessunt: dein omnes in vrbem ad Censorinum pertrahunt. Nihil innocentia sancto viro patrocinatur. ad ciuium clamores Censorinus eum virgis atrociter cędi imperat. ita plagis confectum, & catenis onustum, in obscurum & fœtidum carcerem detrudit. At immersum tenebris custodiæ Pontificem diuino iussu Angelus inuisit: atque vbi catenas dissoluit, persanato corpore Blandinium dimittit ad suos, qui tristes in maximo luctu iacebant. Cùm postridie lætis omnibus ad aras operaretur: eò maximè fuit intentus, vti precibus Deum placaret; ne quid videlicet iratus in tam atroces moliretur aduersarios. Et placuit benignus viri animus æterno numini: adeóque is valuit, vt mox per Angelum rursus apparentem, ipsique panem offerentem, de Censorini, & aliorum ad Christum accessione pius Pontifex certior fieret. Intereà loci vires accepit pestilentia, & magna in vrbem Tornacensem clade grassata est. Ad hanc ciues plagam vehementer conterriti, Censorinum frequentes adeunt. de vasta tot funeribus vrbe admodum conqueruntur: immissam diuinitus cladem arguunt, ob afflictum iniuriis & verberibus Episcopum. intra vrbem Eleutherium cęterósque Christi cultores, quos exegerant, reuocandos esse vociferantur. nisi propediem id Tribunus perfecerit, pœnas sceleris daturum. ipsum ab se scilicet cum vniuersa progenie absumptum iri ferro vel flammis. Et Censorinum eæ voces perpulerunt, vt paulò pòst cum familia, & propinquis, vrbísque proceribus suppliciter Blandinium ad Eleutherium viam capesseret. ibi genibus viri sancti accidens suam suorúmque in eum ferociam detestaretur, ac delictorum veniam cum lachrymis flagitaret: votum sibi, aliisque omnibus, sacro elui baptismo: eam ob causam vnà viam cum ipsis ad vrbem maturare dignaretur: vbi sedem illic posuerit, haud dubiè magnam omnium iri factum mutationem. Suscepit omnes beneuolè pius Pontifex: & postquam quisque sua Christo capita & animos addixere, operámque se daturos promiserunt, vt reliqui secum falsorum numinum cultus abiicerent; vnà cum ipsis Tornacum se contulit. Ibi cuncta ex animi sententia succedunt. Censorinus, aliique quamplurimi sacra mox aqua contacti, & Christo regenerati. quæ res sanctum Pontificem impulit, vt domicilium intra muros figeret ciuitatis ineunte iam anno susceptæ dignitatis decimo. Maximúsque posteà fructus eius respondit feliciter expectationi. Quippe multorum mentes hominum, modò concionibus, modò colloquiis, modò mirandis ægrorum curationibus, ad Christi fidem pertraxit: vt denique paucos idola cultores haberent. Igitur vbi liberior eius labori-

B C D

AN. 510 vel 511.

Sed hác parẽs exẽplo persequitur.

Auctores citati.

In S. Eleutherium deinde consurgunt Tornacenses:

Henric. Canon. in vit. & Gui bert. cap. 8.

& Tornacum pertrahunt.

Ibi Censorinus eũ affligit grauiter.

Verùm vir sanctus per Angelũ liberatus, à Deo cõuersionem hostium impetrat.

Auctores citati.

Itaque pressi pestilentia Tornacenses ac Cẽsorinus eum adeunt,

& per eum Christi iugo se submittũt.

Auctores citati.

Plurimos ergo tum Tornaci, tũ foris S. Eleutherius ad fidẽ Christianam conuertit.

Auctores citati.

bus patui[illegible] pue acer, inediæ, litis, ærumnarum patiens, nihil etiam vrbem extra[illegible] es Christo adiun[illegible]eret. Obitus frequenter cultúsque ab eo totus fe[illegible] quem modò Insulenses obtinent. *Auctor Amorij miracul. S. Eusebi.*

Non minus eo tempore laboris D. Vedastus Attrebatium Episcopus (qui iam multum operæ ad [illegible] uendam Atrebatensem Ecclesiam contulerat) modò Duaci, modò in vicinis ei locis impendebat; interdum etiam alios fines Episcopatus adibat, qui nostra ætate Insulensi patent nomini: vt quamplurimos incolas Christi legibus & mysterijs subijceret. Neque frustrati sunt hominis sollicitudinem & operam animi m[illegible], qui per eum sese passi sunt excoli feliciter, Ecclesiæque adiungi. Spargebatur enim f[illegible]cundissima eius de virtutibus & præclaris facinoribus fama, peridoneum tanc momentum illiciendis ad capessendum vitæ melioris institutum animis. In m[illegible] ore versabatur ea potentia, quam Atrebatum vrbem ingrediens in claudum cæcúmque clementer exercuerat, cùm alteri gressum, alteri lumen, Deum precatus, restituit. Vulgatum passim erat, quantis cum lachrymis in eadem ciuitate sacrarium ædium, quas Attilæ furor, exi[illegible]entibus populi sceleribus, euerterat, ruinas & ru[illegible] f[illegible] rimatus, detegendis religionis antiquæ vestigijs; quámque ad validum eius imperium immanis vrsus, qui vepres inter illic latibulum inuenerat, & cunctis metum inijciebat, fugam procul artiouerit, ac nunquam amplius ibidem fuerit conspectus. Perstringebant etiam iucundissimè oculos intuentium, quæ tot in pauperes munera liberaliter erogabat; quæ morbo laborantibus adhibebat solatia; quas interdiu noctúque curas iuuandis omnibus impendebat; quæ corporis castigandi ergò ieiunia suscipiebat, quæ plurima in factis eius dictísque modestia & animi submissio emicabat. Magnum quoque pondus malè moratorum Christianorum, aut Paganorum deprimendis, & Christi legi subijciendis mentibus afferebat ea vis iam suauiter molliendi, iam fortiter stringendi, quâ nunc è pulpito publicè, nunc intra priuatos parietes vtebatur prudentissimè. *S. Vedastus Atrebatésem dioecesim excolit.* *Quibus rebus & mediis multos ad frugem bonâ conuerterit.* *Alcuin. Hac. in commenta.*

B

Interim Chlodouæus, Alarico Rege Gotthorum iam debellato, & pace cum Theodorico in Italia regnante composita tumidus, eam in rem præcipuus incubuit: vt omnes sui sanguinis Principes ferro tolleret, qui per Gallias imperio pollebant. Idne tam crudele studium latius dominandi libido iniecérit, an præstructæ defectionis, & malarum artium causæ, ambigitur. Susceptâ nuper Christianæ legis mysteria, sacróque lauacro caput imbutum, per tam fœdas cædes diffusus regnandi cupidinem fregisse debuerant. Pronum tamen est arbitrari, in aliquos libidine sæuiendi, in alios iuste grassatum fuisse. Inter alios crudeli fato sublati primum Sygibertus Coloniæ imperans, eiúsque filius Chlodericus; deinde Cararicus; ac denique Richarius, Lingomirus, & Ragnacharius, fratres nobili Chlogionis stirpe prognati, adeóque huius abnepotes patre Flandberto. Ragnacharium quidam Riuacharium vel Cannacharium nominant, eúmque Cameracensibus, Flandris, Atrebaticus, & Tornacensibus imperasse tradunt; ac ideò, quem modò Insulensem dicimus, agrum tenuisse, tam tum florente in eo arce Bucceoli, quam eius posteri insederint; eique Duacum, & subiectos ipsi pagos, paruisse; ab rebus Christianis alienissimo semper fuisse animo. *Chlodouæus in aliquot Principes & cósanguineos suos sæuit* *Quas ob causas?* *Fides quæsi. nost. ad vit. S. Eleuth.* *Greg. Tur. lib. 2 cap. 40 41. 42.* *Iac. Meier. l. 1. Annal. Fland.* *Iac. Meier l. 1. Annal. Fland.* *Ioan. Cousin l. 1. de reb. Tornac. cap. 42.*

C

D

V[illegible] de[illegible] æde ipsius varij variam ferunt causam, modúmque. Quippe cetera insign[illegible] lo rebellionis scelere, ante Chlodouæi regnum, obstri[illegible] m fuisse, quidam prodidere. Eum itaque stirpis regiæ vxorem ex Aquitania duxisse. exinde ipsi opes animósque supra modum Principatus creuisse. ausum ergo subditos ad arma vocare, [illegible] bello Merouingos. principia belli fausta fecisse Aquitanicas vires: at vbi pugna fractus fuit Aquitanus, totâque eius regio armis subacta; tum denique Ragna[illegible] harium animus collapsum, paulóque pòst ab Chlodouæo Principatu vita[illegible] nudatum. Sed verius ereptæ ditionis vitæque causam ab hominis mollitie, fædisq[illegible] m[illegible] us Gregorius, Baldericus, & Aimoinus arcessunt, addito etiam insigni commento Regis. Igitur spreta Chlodouæi virtute, Ragnacharius coopertam sceleribus vitam Cameraci degebat: præcipuè tamen magno libidinis incendio vastabatur. Vix vllus pudicitiæ perfugium vsquam erat intra fines di[illegible] ionum eius. stupra ipse virginibus inferre, viduas opprimere; adulterio subigere matronas; incestu cum suis *Vbi Ragnacharius regnauerit, & cur à Chlodouæo cæsus fuerit.* *Iac. Meier l. 1. Annal. Fland.* *Greg. l. 2 c. 42. Balder. l. 1 c. 4. Aimoin. l. 1 c. 21.*

corpus fœdare, nulla omnino sanguinis necessitate ardorem libidinis frangente. Vt tot sceleribus indulgeret nullo metu mortalium, quibus pollebat, opes fecerant, & magnum prorsus Cameracum vsque ab Oceano mari late longéque procurrens imperium: dein Faronis, quo maximè vtebatur, consilia. Veruntamen multos nobilium ipsi parentium ea degendi ratio vehementer ad ingens facinus impulit, abolenda tandem iniuria. Acres scilicet ad odium & vindictam subditorum animis stimulos admouet vaga Principum libido, certa publicæ rei pernicies. Quippe stupra, mollitiem adulteria, incestus Regum, torpor & desidia consequi solent, insigni subditæ gentis opprobrio, damnóque. Inde multos fluxa fides, auaritia, crudelitas, & euertendi familias consilia inuadunt. Igitur qui corruptas ab Ragnachario virgines & matronas dolebant, ij scilicet, exercitus contra ipsum impetrandi gratia, clam ad Chlodouæum viam maturauere. Comperta Principis libidine, dictóque ab iis sacramento pugnæ tempore Ducem deserendi, facilè operam Chlodouæus adiunxit, quem prius etiam tollendi e medio Ragnacharij desiderium accenderat. ac priusquam domum redirent, ex ære fusa auróque illita, ceu aurea, omnibus armaturas donauit. B

Coactis exemplo copijs ipse consequitur. Ad eius repentinum aduentum concutitur pauore Ragnacharius: Cameraco tamen suum militem educit. vtrimque concurrunt acies. inclinante .... ex Chlodouæo, Ducem suum coniurati deserunt. exinde par .... tempori .... reliquæ Ragnacharij copiæ funduntur, & mox ipse viuus in hostium manus venit, & ab Rege cum Richario fratre exuitur vita. Pacatis subinde rebus, ... regium munus expli... rant: atque vbi vim æris auro .... dem deprehenderunt, Chlodouæum .... questibus pulsant, & ab eo se deceptos, grauiter ferunt. Sed ille quidem ..... bundos ..... responso perstrinxit: *Eiusmodi donis dignos ... fœda proditione Principem suum ..... ; deliéque cum ipsis actum esse, quòd nondum amiserint ferro vitam.* Priuato vita Ragnachario, ad necem etiam quæsiti sunt eius liberi, quique ipsum sanguine contingebant. Phinibertus filiorum maximus in Daniam profugit. Produnt quidam Annales, prognatum ab eo Gondegorium: hunc alterum Phinibertum protulisse, ex quo tandem exortus sit Phinartius, seu Phiniardus notum fœdúmque Insulæ nomen. C

Igitur postquam e viuis sublatus est Ragnacharius, liberior patuit Diuis Eleutherio, & Vedasto laborum campus, ad multos e cultu vano idolorum eruendos. Et iam secundis ipsi operis suos obibant Episcopatus, cùm vulgata est late vtriusque fama per Belgium Galliámque. Perlatus est præsertim ad Chlodouæum de magnis Eleutherij laboribus, illud óque animas ex Christi legibus perpoliendi, nuntius: cúmque sic iucunde perculit vt in viam se Tornacum versus ad percipiendas eius conciones dederit. Sed vbi mutuum in conspectum Tornaci venere: perquàm liberè & acriter eum Eleutherius de commisso post baptisma scelere, ac sibi diuinitus reuelato arguit, &, nisi breui pœnitudine expiaret, grauibus à Deo pœnis castigandum interminatus est. Obstupuit primum ad eius verba Chlodouæus, quod perspectum satis haberet, ab se nulli suum facinus detectum fuisse, quod, verecundia stimulante, summo premere obstinauerat silentio. penetrauit tamen extemplo altius, quàm credi potest, eius animum ea reprehensio: statímque Pontificem permixtis di.... lachrymis, & gemitibus flagitauit, vt sibi facinus agnoscenti deflentique propitium faceret numen, sacris ad aras operando. Neque a Deo parcendi signum defuit. Quippe Pontifici post noctem in luctibus exactam precibúsque, sacrum proxima die peragenti ingens lux diuinitus caput circumfudit tanto fulgore, vt adstantium oculos præstinguerent: quasi hoc numen ostento patefecerit, depulsas ex animo Regis tenebras. chartamque mox Angelus ipsi porrexit, in qua Regis flagitium legeret. Obstupuit ..... res vehementer Chlodouæum Eleutherio. etenim postquam pœnitudine animum eluit scelus confitendo, & ingentes egit gratias, & multa quoque munera quàm maxima ipsi, Ecclesiæque impertijt. Quodnam vero id facinus fuerit, cuius causam iustam Eleutherij reprehensionem Rex incurrit, a nullo proditur. Facilè tamen conijci potest, ab quorumdam cæde Principum, quos ante memorauimus, contractum id scelus. D

Quo modo fuerit idem superatus, & peremptus.

Regnachari filij ad necem quæsiti.

Iac. Meyer l. 1. Annal. Fland. Pet. Oudeg. c. 1. Annal. Fland.

A N. 512.

Chlodouæus Rex Tornacū ad S. Eleutherium venit, ibique abeo reprehēditur.

Chron. vet. Tornac. Ms. Hym. vet. Eccl. Torn. Ms .... Ed. Guibert. in vita S. Eleuth. c. 9 Anonym. in vita eiusd. c. 11.

& per eū sceleris pœnitudiné, ac confessione ... veniam impetrat.

Vide quæst. nost. 5. ad vit. S. Eleuth.

Paucis

A Paucis posteà mensibus mortalitatem exuit Chlodouæus adulto Nouembri, AN. 522 postquam in quaternos liberos regnum suum fuerat partitus. Ac tunc Clothacharius Suessionum Rex, ideóque Belgicæ inferioris dominus, à patre fuit renunciatus, magna Belgarum nostrorum lætitia: in quem denique, fratribus morte absumptis, omnia totius Franciæ regna coiuere. Eo regnante, grauis exorta est Tornaci de rebus fidei Catholicæ controuersia: eáque vicinos in locos maximo Christianorum damno latius manauit. Iam enim aliquot dogmatum ab Ecclesia damnatorum venena in quorundam tam laicorum, quà clericorum animos sese altiùs insinuauerant, eaque sic mentes peruerterant, vt etiam publicè suos errores tueri minimè aliqui formidarent. E scitis Arianorum quidam hauserant virus quosdam infecerant Acephalorum errores: è Nestoris & Apollinaris fontibus impuris alij falsis dogmatibus animos imbuerant. Non deerant, qui sese cum Episcopo aliorum hominum disputationibus & conatibus opponerent. Frequens erat Catholicis sacerdotibus & clericis cum iis concertatio. in eos è sacro pulpito persæpè pugnabat Eleutherius. eosdem B hic nunc doctissimis colloquiis, nunc scriptis libellis incessebat vehementius. Verùm nihil tantis aduersus eos operis agebatur. eóque dementiæ rapti quidam fuere, vt non modò verberibus Catholicos plerosque onerauerint, plagisque affecerint; verum etiam nonnullos malè mulctatos in Scaldim fluuium odio religionis deturbauerint. Igitur admodum permotus suorum hinc transuersis mentibus, illinc iniu- AN. 524 riis & maleficiis, Eleutherius Romam ad Summum Pontificem iter arripuit anno sui Episcopatus quarto & decimo, paullò antequam Symmachus Ecclesiæ caput mortem oppeteret. Ab eo perhumaniter acceptus, primò, quibus Ecclesia sua hæreticorum contentionibus agitaretur, exposuit; & quem de Christi diuinitate Sermonem composuerat, examinandum ei tradidit: dein, quibus modis hæreticos comprimeret, doceri se flagitauit. Quæ scripserat Eleutherius, summoperè laudauit Pontifex· de peruersis hæreticorum dogmatibus, & clade Catholicorum vehementer indoluit· vtque viriliter aduersus sectarios decertaret incitatum, armísque in eos in- C structum à se dimisit, paterna prosecutus beneuolentia. Postquam ab Vrbe Tornacum reuersus est Eleutherius, contra hæreticorum dogmata iterum pugnam acrius, quàm anteà, capessiuit. Eius disputationibus repressi omnino fuerunt aduersariorum impetus, & non pauci ad veram fidem reducti. Verùm haud multò pòst repullulantibus passim erroribus, & pugnas denuo suscitantibus hæreticis, nihil pio Pontifici datum quietis. Igitur aduersus eos linguam rursus & calamum strinxit, iterúmque ac AN. 524 aut 525. iterum Romam intendere viam coactus est. Cùm illuc vltimo itinere sese contulit, quintum & vigesimum agebat annum initæ dignitatis Pótificię. ac tum Ioannes Hetruscus, qui successerat Hormisdæ, summam Ecclesiæ cathedrā obtinebat. Postquam iis de rebus Ecclesię suæ, quarum gratia longum illud iter confecerat, cum eo Pontifice tractasset: inter alia B. Stephani protomartyris humerum, & partem B. Mariæ Ægyptiacæ capitis ab eo munus accepit Tornacum ad suos deferendum. Horum Lipsanorum transportationem æterno numini gratam fuisse, quibus ea ornauit Tornaci, patefactum est miraculis. Ab Vrbe reuertens Eleutherius iam proximus D erat Tornaco, cùm ei venit in mentem sacras Diuorum Reliquias intra muros insigni pompa deuehendi. Eò clerum sacris vestibus ornatum extra portam sibi occurrere, vnáque populum venerandi studio effundi foras imperat. Postquam omnes aduenere, in colliculo, cui nomen priùs Thesauro abscondito, deinde S. Andreæ datum fuit, ossa Diuorum palàm colenda venerandáque proponit. Ibi repente omnibus cernentibus supra B. Mariæ Reliquias è cælo lux emicuit; visúsque mox indidem splendor longè clarior circuli modo, & argenti nitore, S. Stephani humerum illustrare. Neque priùs ea claritas euanuit, quàm vrbem intra B. Virginis Mariæ templo sacra Eleutherius ossa inferret. Hic magna vis è cælo sanctis pignoribus contributa. Subiere cum aliis pompæ comitibus sacram ædem viri quatuor, duæque mulieres, quibus sacer ignis vehementer corpora depascebatur. His diuinitus iniectum est desiderium opem malo suo per Diuos, quorū Lipsana portabantur, flagitandi. Et cum Pontifex eos gemitu lachrymísque remedium postulare animad-

Chlodouæus mortem oppetit.

In regno Suessionensi CHLOTHARIUS succedit, in aliis liberorum alij.

Hæretici Tornacū infestāt

Libell. mss. de transitu Eleuth. Guib. in vet. S. Eleuth. 10. Anonym. in vet. eiusdē c. 13.

Aduersus eos pugnat S. Eleutherius.

Citati auctores.

Idem Romā eorum causa proficiscitur.

Citati auctores.

Inde Tornacum regressus in eos denuo bellum gerit.

Citati auctores.

Romā ob eos rursus petit.

Iidem auctores.

Sanctorum Reliquias à Papa impetrat.

à quibus miræ curationes hominū profectæ Tornaci.

Iidem auctores.

 uerteret,

uerteret, suo ipse muneri non defuit. Ergo B. Stephani ossibus in virorum conspectu, D. Mariæ Ægyptiacæ ipsam ante mu... oculos co..., omnibus qui aderant, vt cælum precibus pullarent, indixit: ipse clarissima personans voce, B. Protomartyrem & D. Mariam sic obtestatus est, *nisi sanitatem per eos impetraret miseris hys hominibus, neque se, neque ... multitudinem orationem ... remissuros.* Et confestim vitulatorum igne corporum ardor exstinctus est, & quam is carnem absumpserat, ea momento membris reddita. Solutum subinde muto cuidam linguæ vinculum, in easque primùm is voces erupit, quibus allatas a B. Eleutherio Reliquias B. Stephani esse ac D. Mariæ Ægyptiacæ assereret. Igitur S. Eleutherius cum partim summi Pontificis instructionibus, partim his admirandis per sacra ipsa operationibus animum vehementer erexisset; ad debellandos Catholicæ fidei hostes admodum incubuit, adeóque laborando perfecit, vt pauci ab vera fide alieni superfuerint Tornaci, alibique suos intra fines; inque annos non paucos pacem obtinuerit. A

Hæreticos expugnat S. Eleutherius. *Contin. auctores.*

S. Vedastus Atreb. Episc. vita defungitur. *Alcuin. in vita S. Ved. Baldericus lib. 1 Chron. Camer. cap. 9.* Qui sub obitum eius acciderit, & qui ad eum se præparauerit. DOMINICVS ei succedit. *Gaz. in hist. Sacr. Belg.*

Interea loci Atrebatium Pontifex D. Vedastus, cùm quadraginta circiter annis nunc Atrebati, & Cameraci, nunc Duaci, aliisque locis nonnullis Gallo flandriæ nostræ subiectis, egregiam posuisset operam imbuendis Christi doctrina hominum mentibus, ex vitæ huius ærumnis ad quietem perpetuam in cælos euolauit. Paullò antequam diem supremum obiret, vita est præclaræ lucis columna eo de loco, vbi iacebat, ad summa cælorum pertingere: duasque id spectaculum oculos certentium horas tenuit. Vix ipse huius nuntium accepit, cum felicem exitum vitæ sibi proximum esse pronuntiauit, & confestim suis in cœtum aduocatis, se eorum precibus adiuuari voluit, dein sacrosanctis Christi corporis ac sanguinis mysteriis refici. Igitur inter adstantium gemitus & orationes suauissimè animam fudit: auditique exemplò suauissimi psallentium cantus Angelorum sunt. In eius locum subrogatus est Dominicus, sanctis vir moribus, quo persæpe ad sui gregis moderationem fuerat vsus. AN. 5.. B

Ostenta varia homines terrent. *Chron. Sigeb.*

Paucis inde annis, dum Chlotharius Chlodouæi filius Suessionum Rex, & Belgicæ interioris dominus mortuo patre annum vigesimum regnabat, multa per Gallias terrorem è cælo signa mortalibus fecere. Ingens illuxit cometes. ipso Paschatis die cælum flammis stare visum. aquæ luco, vetus e nube sanguis effluxit vestimenta rubro colore maculantibus guttis. Et varias ostenta clades secutæ, morbis & pustulis grauiter infestantibus: indéque vis hominum maxima morte sublata. Sed præcipuum ea tempestate in Gallias malum incubuit sparso sectæ Acephalorum veneno. AN. 5.. C

Rursum hæretici Tornacum infestat. *Libell. de translat. Eleuther. Gunber: in vita eiusd. c. 11.* Eos nisi ecerat expellit S. Eleutherius, & contra eos Synodum habet. *Citati libri.*

Acriùs aduersus B. Eleutherium ingens hæreticorũ Tornaci bellum recrudit. Nam qui sædos illius dogmatis errores Tornaci proximisque locis in mortalium animos diffunderent, iam plurimi cernebantur. Itaque doluit ea res vehementer sanctissimo præsuli. Et mox is a maximo Pontifice obtenta potestate, irretitos prauis dogmatibus homines tota iussit Tornacensi vrbe exigi. Ac ne minus veritate ad hoc facinus niti, quam potentia videretur: intra muros Tornacenses Synodum coegit, in qua impes hæreticorum errores conuellerentur, sacrisque verbis Catholica firmaretur veritas. Cum igitur ad eam licuisset etiam hæreticis accedere, insignem doctus æque ac pius Eleutherius de sanctissima Trinitate orationem habuit, qua non minus Filij, ac Spiritus Sancti, quàm Patris diuinitatem sacris è paginis asseruit. Exinde quam Catholici victoriam sunt assecuti, tam hæretici demissis animis, insignique perfusi rubore, discesserunt. Ita, quot posteà tradunt, annos quinque quietus Ecclesiam Eleutherius administrauit, latiusque Catholicæ fidei sparsit lumen. D

Tornacum Nouiodunum S. Medardum euocat in subsidium. *Chron. ms. Eccl. Torn. c.*

Venit interim frequenter Tornacum eius rogatu Medardus Nouiomensium Episcopus. Quòd enim annum vitæ septuagesimum iamdiu peregisset, oculorum lumen debilitari sentiebat, ideóque minùs ad obeunda Pontificatus munia idoneum se esse, non parum dolebat. Ergo ne quo suos id ætatis auxilio spirituali destitueret, in partem laboris Medardum scholæ olim socium asciuit. neque piguit istum magno etiam natu virum, at corpore vegetiorem, frequenter operam ei commodare, vel cum necessitas vrgeret sacros ordines impertiri, vel cum templa æterno numini

Sæpius igitur ideò Tornacum venit is Pontifex. *Idem ibid.*

essent

essent varijs locis conseceranda. Quo etiam labore factum video, vt modò colloquijs, modo concionibus animos Neruiorum, & vicinarum gentium sibi deuinxerit, magnúmque apud multos fecerit fructum.

AN. 546. Iam Christi annus supra quingentesimum sextus & quadragesimus inuerat, cùm Deo piorum remuneratori laborum placuit ad sedes supernas B. Pontificis nostri Eleutherij animam euehere. Quia tamen nondum satis magnam meritorum segetem collegerat: ad conciliandum in cælo præclarum animi & corporis decus, aliquid illum grauius fidei causa idem perpeti voluit, priusquam è terris discederet. Nondum erant Tornaci ex omnium hæreticorum animis euulsa prauorum errorum dogmata: rursúsque pientissimus senex Eleutherius ad eorum abolendam perniciem neruos omnes intendebat gnauiter. Sed quò plus in eo labore collocabat operę, hoc per litis hominibus ea res animos ad vindictam magis accendit. Nequaquam sibi fore quietis arbitrati sunt, nisi tandem ipsum è medio tollerent. Igitur Eleutherio è sacro Deiparæ matris templo vnà cum † Audoueo, & Anastasio sub lucis exortum redeunti, insidias locauere. ac postquam iam in eas improuidus & nihil aduersi cogitans incidit sese, ex occulto adorti, adeò grauiter fustibus contudere, multísque plagis onerauere, vt seminecem reliquerint. Ad hoc spectaculum socij diffugerant: & iam fugam occultè rapiebant sicarij & sacrilegi: cùm cæsi Pontificis gemitus quosdam è vicinia excirent. Horum ergo nunc lachrymis, nunc questibus tantum per vrbem facinus diditur. Accurrunt illico mœsti omnes, quos sancti senis affl[illegible]o & amor sau[illegible]iabat. Venit inter alios Censorinus Cæsar vrbis Tribunus, & qui netarios homines persequerentur, satellites misit. At misericors Episcopus tametsi ex grauitate capitis vulnere vehementer ægresceret, nihilominus tamen pro aduersarijs preces ad Deum fudit. Atque vbi gnarus fuit, in carcerem trahendos, vti magno facinus supplicio luerent: haud destitit pro ipsis Censorinum obtestari, donec liberi abire sinerentur. Itaque postquam id impetrauit, ab clericis & ciuibus probis, quorum iam magna circum stabat copia, insterni cilicio sese voluit, in eóque domū deferri. Tenuit eum lecto affixum totas quinque hebdomadas læsi corporis ægritudo. Cùmque iam animaduerteret, è corporis ergastulo animam breui demigraturam: quotquot adueniebant visendi, solandíque gratia, mitis ad virtutem capessendam colloquijs, & ad retinenda veræ fidei dogmata calidis exhortationibus omnes accendit. Et factum quidem, cùm insigni adstantes concione ad prosequendam magna veneratione sanctissimam Trinitatem, déque ipsa, & Christi humanitate veram ecclesiæ Catholicæ doctrinam animis profundiùs imbibendam impelleret: vox quædam grauis extemplò è circumfusa diuinitus luce clarissima eruperit, eíque vires ad mortem alacriter obeundam suffecerit. Sed ecce posteà Deum orabundo teterrima sese specie monstrum infernale, ciendis terroribus, ostentat. Nihil tamen eo motus spectaculo Eleutherius suffixum in crucem Christum manu corripit, hisque verbis aduersarium aggreditur: *Quid teterrima in me moliris bestia tanta deformitate tantoque animi furore? frustra scilicet conniteris eum vel terrere minando, vel pugnando superare, qui spem in Christo, eiúsque Cruce defixit.* Ita nocentissimo procul hoste depulso, post paullò placidè animam egit, laborum mercedem in cælo quæsiturus. Eo loco, vbi vitam Tornaci hauserat, visa tum lux à multis clarissima splendescere, & per eam Angelorum manibus elata ipsius anima cęlos feliciter penetrare: simulque omnes illos, qui spectauere, incredibilis animorum dulcedo perfudit. Ac tunc commodùm aduenit Nouiomensium Pontifex Medardus, vt sanctissimo, & sibi amicissimo viro iusta persolueret. Votum erat Tornacensium, vt suos intra muros sacrum tumulo corpus mandaretur: placuit tamen nihilominus Medardo illud Blandinij humo tradere, vbi primùm Eleutherius Pontificem egerat. neque ausus est quisquam eius obrogare voluntati. Igitur peractis omnibus, quæ ad viri tam eximij, & præsulis Neruiorum & Gallo-flandriæ nostræ cultoris tumulationem, & pias exsequias spectabant: ad noui Pontificis electionem animi conuertuntur. Indictum eò triduanum corporibus ieiunium, ac tribus diebus Deum precibus continenter iussi sunt incessere Tornacenses. Exacto his in operibus feruenter triduo, peractísque ad

Margin notes (left): † *Sic habet historia ms persona legendi Audoeni, vt ferunt ipsis Joan. Confessus.*

Margin notes (right): Pugnat rur[sus] cum hæreti[cis] S. Eleu[therius]. — *Lib. ms de vita S. Eleutherij Guibert. in vita c. 11.* — Ab ijsdē grauissimè læditur. — *Ipsum ibid.* — Vbi pro persecutoribus suis orauit. — & in cilicio domum deferri iussit. — Insigni [ser]mone circumstantes de SS. Trinitate & C[hri]sti humanitate oratione habuit. — *Ipsum ibid.* — Cælesti voce con[for]tat[ur]. — *Ipsum ibid.* — Aj parenter ac terrente [de]monem fugat. — *Ipsum ibid.* — Cum insigni luce eius anima cælo infertur. — *Idem cu[m] Tornac.* — Corpus Blandinij sepelit S. Medardus. — *Fortunat. in vita S. Medar. c.* — *Chronic. vet. Tornac.* — Post ieiunia & preces, in Tornacens. Episcop eligitur S. MEDARDVS. — *Fortunat. ibid. Chron. vet. Tornac.*

elicitendam feliciter numinis voluntatem missæ sacrificijs, ea mens vniuersis diuinitus iniecta est, vti Medardum ipsum (quem multis fulgentem virtutibus agnouerant, cum Eleutherio, vt iam docuimus, annis aliquot Tornaci sedulus adiuuaret) Antistitem sibi deposcerent. Et Chlothario Regi cæteris Pontificibus Archiepiscopo Remensi subiectis, ac omnibus aulæ regiæ proceribus arrisit ea postulatio. Vnum hic animorum consensus Medardum perculit, tam iustæ rogationi reluctantem scilicet quasi plus oneris imponerent, quàm humeri eorum paterentur infirmas. Sed is vehementi tandem Archiepiscopi Remensis imperio compulsus, ex voluntate Romani Pontificis Nouiomensi Tornacensem Episcopatum adiunxit. Multa perpessum quá Tornaci, qua proximis in Flandria locis, dum grauissimo culturam admorum incumbit, ea gente nondum satis subacta, & plerisque vel idolorum cupidine ardentibus, vel hæreseos lue correptis, inuenio: nunquam tamen aut laboribus, aut asperis rebus deterritum, ad quindecim annos efformandis moribus modo per se, modò per suos in ea regione magnam collocasse operam. Ita factum igitur, vt quamplurimi hæreseos virus euomerent; alij falso cultu numinum damnato, sacra tingerentur aqua. collapsa ædium sacrarum ædificia restituerentur, priusquam è vita discederet. Vix autem primos labores Medardus Tornaci subiuerat, cùm Audoueus e charissimis D. Eleutherij discipulis vnus Romam ad Pontificem maximum iturus viam ingressus est. Mandauerat enim ipsi beatus Episcopus paullò antequam vita priuaretur, vt quem libellum de Christi Incarnatione, ac sanctissima Trinitate iam penè morbo absumptus composuerat, ad summum Præsulem Romam deferret. Sed vix Rauennam is peruenit, cùm subita correptus ægritudine, vitam posuit. Apud Iudæum quemdam illic hospitabatur. Postquam igitur terræ traditum fuit eius cadauer, Iudæum inuasit cupido singula curiosius perscrutandi, quę secum Audoueus attulerat. Visus B. Eleutherij libellus hominem simul pupugit, & graui accendit iracundia. Cùm namque inter alia ibi legisset, beatissimam Christi parentem illibata virginitate filium Dei genuisse ac peperisse, ferro primum in eum, dein etiam flammis bacchatus est, vt eam Catholicæ fidei veritatem opprimeret. Verùm proxima nocte cùm graui somno sepultus iaceret, eadem piissima Virgo videndam ei sese præbuit, niuea veste, lacero vultu, & solutis crinibus, ac primo mirantem trepidúmque admodum increpuit, cur tam impium in se facinus admisisset? statímque conuerso ad misericordiam animo, exhortata est, vti Christianos adiret, patefactóque hoc scelere, sacrosanctum sibi baptismum impendi peteret, quò tanti criminis memoria & fœditas aboleretur. Vix ille summo mane somnum excusserat, cum visæ per noctem matronæ, auditorúmque verborum recordatio, ac de commisso scelere tristitia mentem impellit, vt Christiani nominis ecclesiam adeat. Ibi pòstquam publicè perpetratum ab se flagitium lachrymabundus aperuit, magno cum gaudio & voluptate sacrum ei lauacrum sacerdos impertijt. Ex eo tempore summus ardor hominem tenuit D. Virginis cultum promouendi, & beatum Pontificem Eleutherium venerandi religio.

Laborabat interim sedulò Atrebatensium Pontifex Dominicus, vt multos homines vel a perditis moribus ad bonam frugem animorum pertraheret, vel nondum Christo initiatos sanctis eius placitis informaret, sacrisque contingeret lymphis. Verùm iis viriliter curis occupatum duodecimo ferè initi Pontificatus anno morbus inuasit, éque terris eductum ad capessendam laborum mercedem, æternámque gloriam, cælo numen intulit. Qui vestigiis eius inhæreret, & in Atrebatensi Diœcesi summum regimen animarum strenuus, ardénsque zelo tractaret, delectus præsertim fuit Vedulphus. Exacto breui tempore, Pontificiam hunc sedem Cameracum transtulisse, ibíque sibi ac successoribus palatium struxisse, comperio. Migrationis causam vel in antiquitus illic statuti, ac posteà bellorum, & barbararum gentium iniuriis dissipati Episcopatus memoriam; vel in vrbis elegantiam & munitione nonnulli referunt. Auctores enim habeo, qui litteris mandauerint, ca tempestate, Origiacum, vrbem Atrebatium, minùs excultum, & veteribus adhuc ruinis deformatum fuisse. Id cum animaduerteret Vedulphus, animum illuc eum intendisse,

Quem deinceps hac diœcesi colendum posuit.
Fortunat. ibid. c. 18. & 19

Audoueus librum S. Eleutherij Romam portans in itinere moritur
Libr. de translat. S. Eleuth.

In eum librum S. anis Iudæus corripitur, & ad fidem Christianam conuertitur

S. Dominicus Atreb. Episc. diœcesim obit.

Eo vita functo succedit VEDULPHUS.
Chron. Camer. Et eius Gazetus. Locrius, qui tamen duo male ... Vedulphi anno 581. tribuunt

Sedem Episcopalem Cameracum transfert.
Chron. Camer. & antiquissima Tabula Atrebat. Eccles.

A (beside first line of the page)
B (beside "quamplurimi hæreseos...")
C (beside "dein etiam flammis...")
D (beside "mines vel a perditis...")
AN. 548 (beside "phis. Verùm iis viriliter...")

A duic vt Cameracum sede transferret, quæ tum ciuitas magnoperè opibus, ciuium multitudine, & morum commodis florebat; ideóque plus allatura dignitatis Episcopo credebatur. Ac ne quam Atrebatibus iniuriam illuc transmigrando facere videretur, ei loco suum olim Pontificem præfuisse, Atrebates ipsum docuisse: quoue pateret animum oppignandi, hoc facto Atrebatensem Ecclesiam Cameracensi se subiicere; quicausas huius diœceseos dirimerent, eum Archidiaconos duos ac Vice-dominum Atrebati reliquisse. Sed minimè diuturnum hîc Vedulphus domicilium habuit. Etenim post exantlatos nunc Cameraci, nunc Atrebati, modo Duaci, modò alibi Pontificalis magistratus labores plurimos, ad cælestem hinc requiem euocatus est, dum supra quingentesimum quintus & quinquagesimus Domini annus procurreret. Vedulphus Camerac. Ep. & Atrebat.

AN. 55

Per id tempus Gaugericus Iodoij (quod nunc Luxemburgensis Ducatus est oppidum) Gaudentio patre, matréque Austadiola exortus, in Episcopatu Treuirensi multo virtutum lumine radiabat. Iámque diu Magnericus, qui Treuirensem moderabatur Ecclesiam, ob præclaras animi dotes eum in Diaconum numerum retulerat, sacrisque dignum infulis fuerat arbitratus. Ergo dum serpit late insignis factorum eius, vitæque sanctissimæ fama, & intra muros Cameracensis vrbis diditur: ipsum in Pontificem suum legendi desiderio exarsit repente Clerus omnis & populus; statimque ab Rege Francorum, is vt sibi præficeretur, flagitauit. Et placuit admodum Regi tam iusta postulatio, & huius mandato iussus est Remensium Pontifex Ægidius sacras Gaugerico manus imponere, ac secundum Ecclesiæ ritus Episcopalibus eum decoribus exornare. Vbi quod fuerat præceptum perfecit Ægidius: Cameracum sanctus Episcopus profectus est, vt commissum sibi gregem diligenti cura, & assiduo labore percoleret. Hic dum Clerici ac populi multitudo cum ingenti lætitia festóque apparatu prodeunt obuiam: præclarum sanè documentum misericordis animi pius pater præbuit, quo iam inde à pueritia cœperat inclarescere. Propter carceris ostium officiosus Clerici populique comitatus gradiebatur, cum is accepit, duodecim illic homines ob scelera catenis oneratos attineri. Igitur extemplò pupugit ipsum vehemens commiseratio, vt hos quoque faceret publicæ aliorum voluptatis participes, in libertatem asserendo. Qui potestatem in eos habebat vitæ necisque, cum cetera nobilitate aderat Comes Waldonius: ideóque ratus est illud impetraturum se facile, quod magnopere optabat. Verum tametsi plurimas preces adhiberet expugnando fastuosi, sæuique hominis animo: nihil tamen denique obtinuit. Ad opem itaque cælitus implorandam conuersus, id ab numine ardentissimis verbis flagitauit: vt captiuos e custodia, solutis compedibus & manicis, abire permitteret, ac in maxima vrbis æde, quò deducebatur, coram omni populo se sisterc. Vix cælum his votis sanctus Pontifex incesserat, cum illicò rei non sine magna simul admiratione & gaudio disrumpt manicas & compedes, humique labi sentiunt; omnibúsque patentibus carceris foribus, in beatæ Virginis templum ab Angelo se deduci percipiunt. Ibi, dum pius Gaugericus vnà cum Clero ceterisque ingreditur, ad eius se pedes in genua proiiciunt, palámque profitentur, diuino sibi beneficio è tetro carceris pædore ad Ecclesiam liberè cõfugiendi datam fuisse facultatem. Ad hoc spectaculum, hásque voces, magnus omnes stupor inuasit, ipsúmque præsertim Comitem Waldonium perculit. Verum Christi sacerdos ex aduerso non leui perfusus lætitia, primùm Deo grates egit; dein Waldonium aggressus, *Etiamnunc demum, inquit, multo plus diuinæ misericordiæ, quàm tuæ seueritatis, Comes, inesse potentiæ cognoscito cum eos & ferro exonerauerit, & è custodia extraxerit, in quorum corpora sæuire decreueras.* Et conuersis ad reos benignè oculis, cùm vt vitam in melius commutarent, tum vt liberi domum discederent, edixit. His igitur Gaugericus initiis plurimum sibi auctoritatis & beneuolentiæ apud omnes quàm Cameraci, tam alibi conciliauit. At multò plùs deinceps in eius admirationem & amorem animi pertracti sunt, postquam nihil omisit laboris, vt creditam sibi Ecclesiam nunc è suggestu adhortando, nunc priuatis monendo sermonibus, hîc sanitatem ægris restituendo, vel captiuos ergastulis eximendo; illic noxia e terris abigendo, télque alias prorsus inso-

B S. GAVGERICVS in locum eius sufficitur.

Auctores citati vita eius.

Gaz. Locr. Demo. Tabula Atreb. & Camerac. *quarum hic ad annum 595. Gaz. & Locr. ad 524. eius consecrationem male referant.*

C

D *Is cum solenniter Cameracum deducitur, reos è carcere mirabiliter liberat.*

Vita eius.

In sua diœcesi strenuè laborat.

litas perpetrando, ad preclarum virtutis studium impelleret. Equidem illustri facto-
A
Per eũ Chlotharius Rex multas largitur eleemosynas. *Eius vita.*
rum eius lumine perstrictum fuisse Franciæ Regem Chlotharium accipio: & cum
eius ad comparandam animæ salutem preces opémque ambiret, in aulam euocato
ingentem auri cumulum tradidisse, quem in pauperes erogaret liberaliter. quasi vim
maiorem in eleemosynis affusum iri arbitraretur, quas in egenos sanctæ manus di-
stribuerent.

Felix S. Medardi exitus. *Fortunatus vit. S. Medar. c. 11.*
Verùm vt hoc relicto Pontifice ad B. Medardum Nouiomensem & Tornacen- AN. 561.
sem Episcopum oratio reuertatur, annus iam Christi quingentesimus & sexagesimus
primus ad Iunium vsque processerat, cùm grauis eum morbus oppressit Nouiomi,
quò ex Flandria & Neruijs paullò antè discesserat multa piorum laborum segete
onustus. Illic morti vicinum Chlotharius Rex e Britannia reuersus inuisit, regno si-
bique ratus iri consultum, si tanti præsulis bona precatione, sacrísque verbis muniretur.
Et quamuis Medardus Nouiomi corpus suum in terram deponi optaret maxi-
mè; contra, sibi Tornacenses id poscerent: nihilominus tamen obstinatis precibus
impetrauit, vti Suessione condi iuberet. dein superstructurum se tumulo sacram
B
Quid visum fieri, dum animã emittit. *Fortunat. c. 12. Buzel Tornac. Vincent Belvac.*
ædem, amplúmque viris sanctioribus capessentibus vitam ædificium, pollicitationi-
bus magnis addixit. Igitur cùm Medardus illachrymantibus cunctis animam feli-
citer ageret: visa primum ex eius ore candida sursum columba euolare; dein con-
specti ab omnibus ipsi adstantibus aperiri orbes cælorum, indéque per duarum ho-
rarum spatia præclari splendoris lumina rutilare. Vnà cum Episcopis aliquot effe-
Dum corpus eius effertur, quid contigerit. *Fortunat. ibid.*
rendo ad sepultutam corpori humeros subiecit Chlotharius, magni cultus & ve-
nerationis argumento. Ac tum plerique mortalium varijs malis affectorum opitu-
lationem Pontificis lensere, abstersis, cùm preces ad corpus eius funderent, ægritu-
AVGVSTINVS ei datur successor. *Herman. in Chron. Hist. Hastington in Annal. Angl. Drumbaric l. 2. cap 15 lib 1. Annal. Fland.*
dinibus. Tanto itaque noualium Christi cultore priuatis Tornacensibus, & Gallo-
flandris, de successore laboratum est aliquamdiu. Eligendi ius repetebant Torna-
censes Canonici. contrà, Nouiomenses illud sibi vendicabant. sed hi tandem Epis-
copum dicendi potestatem obtinuere. Igitur ab his in Medardi locum suffectus est
Augustinus, quem perperam Meierus Faustinum nominat. quòd rarissime tamen
C
agerer Tornaci, ingens hic in eum populi tumultus exortus est. eamque ob rem diu
Chlotharius Rex Franc. moritur. *Fortunat in vit. S. Medard Greg. Turon. l. 4. c. 21. Aimoin.*
pòst cum successoribus eius inimicitiæ graues exercitæ. Paucis à Medardi obitu
mensibus Franciæ Rex Chlotharius, dum venatur corpus concitat in Cotia silua, ve-
hementi febre correptus, inter alternos frigoris & caloris cruciatus spiritum amit-
tit Compendij. Cùm regna diuiderent eius liberi, Chilpericus Suessiones accepit,
E liberis eius CHILPERICVS Suessionense regnum obtinet, ac Neruios & Flandros.
vnáque in ditionem Neruios & Flandriam traxit. Hoc regnante, frequentes Tor-
nacensibus & Nouiomensibus dati Pontifices. Etenim Augustinum excepere Gun-
dulphus, Ebrulfus, & Crasmarius. Plus hic auctoritatis, quàm ceteri, apud Torna-
censes obtinuit; quòd non rarò degeret Tornaci. Eius temporibus inhorruit armis,
& fœdo facinore pars nostræ Gallo-flandriæ, itémque Tornacum. Exarserat ciuile AN. 575.
Greg. Tur. l. 4. cap 22 Varij Tornac. Episc. *Chron Tornac.* Sub CRASMARIO quid contigerit.
bellum Chilpericum inter ac Sigebertum Reges, tantò atrocius futurum, quantò
arctiora sunt à natura fratrum vincula atque. Sigebertum saeuitia, & secundæ res
timendum fratri faciebant. Is enim iam Theodebertum Chilperici filium in Turo-
nensibus agris populabundum, incendio, & armis grassantem, Gundebaldo duce
D
fregerat, vnáque exuerat. Dein Parisios ipse cum exercitu aduolans plerosquè locos
vi capiebat, alios deditione. Id vbi sensit Chilpericus, tametsi non leues copias ha-
Chilpericum Sigebertus frater persequitur. *Greg Tur. l. 4 c. 50. Aimoin l. 3 c. 12 Sigeb an 570.*
beret, tamen plus præsidij in fuga fore ratus, quàm in armorum oppositu, per Vi-
ctoriacum, Lambras, Duacum, celeriter Tornacum viam maturat. Ibi à Crasmario
Episcopo benignè susceptus, intra muros cum Fredegunde coniuge liberisque exi-
tum belli præstolari statuit. Vrbem munitionibus firmat: mi item partim intra mu-
ros cogit, partim extrà circumquaque diffundit. Ex aduerso, Sigebertus Parisiis con-
Eundem Tornaci obsidet per suos. Vitriaci Rex pariforum renunciatur. *Gregor. & Aimoin. d. l.*
tra fratrem copias emittit, vti valida obsidione Tornacum circumuenirent. ipse
paullò pòst cum reliquo exercitu sequitur. quamuis Pontifex Germanus certum ei
interitum minetur, si aduersus Chilpericum animo nocendi, vel priuandi vita, iter
capessat. Postquam Victoriacum (nunc Vitriacum dicimus) nobilem in Atreba-
tensi agro vicum, haud procul Duaco ad Scarpum flumen situm, peruenit: ingens

vis

A vis m[illegible]m a Chilperico deficiens eo c[illegible]nfluxit, tanto ar[illegible]ore ipsum sibi Regem
statuendi, vt impo[illegible]itum scuto, humeri[illegible]que sublatum, in patentibus campis Suessio-
num & Parisiorum Reg[illegible]m veteri more co[illegible]salutauerint. Eo facinore vrbes omnes,
& oppida Chilperico tum in Gallia, tum in Belgio erepta. vt solum eum tueri Tor-
nacum videretur. Hi successus Chilpericum Tornaci obsessum, & vitæ admodum
timentem, propter immanem fratris sæuitiam, curis grauibus exercuere. Sed vxor
eius Fredegundis, vafro mulier ingenio, & malis artibus imbuta, breui curas & me-
tum abstersit. Quos nouerat ingentes animis, manu promptos, & prodigos vitæ,
iuuenes duos è suo comitatu deligit. hos primùm ad facinus fortiter audendum
incen[illegible]it verbis, dein magnis promissis onerat. vti Regem Sigebertum adeant; eius
se fidei committant; pòst, vbi satis in eius se familiaritatem insinuauerint, pugioni-
bus ipsum clam adorti, letho dedant, hortatur. Si patrato facinore incolumes eua-
dant, ingentia prorsus auri pondera pollicetur: si contrà irruentibus aduersariis oc-
cumbant, sepulturæ decora, & innumeras ad Deum pro animarum salute preca-
B tiones. Nihil interim formident; ipsos numini curæ fore, cui gratum id facinus esse
consideret. Ita scilicet maleuolæ mentes Deum flagitiis lætari confingunt, vti vim
& audaciam sceleri suo accersant. Igitur illi Tornaco profecti, ad Sigeberti tento-
rium viam carpunt. Isne ad vrbem Tornacensem in obsidio, an Victoriaci tum
temporis versaretur, incertum est. auctores vtriusque habeo. Quidam scripsere
Victoriaci ab iuuenibus cæsum inter ludos, lætitiam, & populi plausum, tantò ma-
iori clade & luctu, quantò plus victoriæ & gaudij à circumstantibus sponderetur.
In castris Tornacum obsidentibus inter militum cuneos ab illis compertum fuisse,
vero similiter prodidit Aimoinus. Ibi námque iuuenes Fredegundis artibus fre-
tos, obrulisse operam Regi. deinceps, vbi familiaritas cædi opportunum faceret,
hausisse mucronibus ventrem, quos Fredegundis veneno infecerat, quósque scra-
masaxos vocari solitos notat Gregorius. ad Regis clamorem & interitum, à pro-
ximè stantibus in sicarios impetum factum. vtrumque ab illis in frusta sic ibi con-
C cisum, vt nullum vindicando sceleri aliorum in Regem pietas locum haberet. paul-
lo pòst personantibus clamore luctúque castris, ignarum cœpti à coniuge facino-
ris, in varia Chilpericum studia distractum; vtrum scilicet intra muros metu lateret,
an portis excederet audacia stimulante. sed postquam Sigeberti necem Fredegun-
dis relatu cognouit, ingenti protinus lætitia perfusum. Igitur sequenti luce Chilpe-
ricus ex vrbe in castra cum suis egreditur; ibi, cæsum ab iuuenibus fratrem; per-
multos mortales ab exercitu fuga delapsos; ex iis, qui ab se ad Sigebertum defece-
rant, in castris plerosque agere, comperit. ac postquam istis pœnitudine ductis ve-
niam criminis impertitus est, fratris cadauer inde extulit, statímque Lambras pro-
fectus, id veste regia ornauit, & ibidem tumulo imposuit. Erant tum Lambræ (vel,
vt vocat Gregorius, Lambri, & forsan, vt Iuo Carnotensis, Lambani via) iuxta
Duacum vicus nobilis, & Regibus opportunus. pulchris enim ædificiis, Scarpi in-
fluxu, commoda nauibus statione, fisco regio, prætoriis, & interdum hospitio Re-
gum decorabantur. Sed postquam Duacense castrum, quod eo tempore adhuc in
D ruinis totum fermè iacebat, instauratum fuit: adeò sensim defloruere, vt iam nihil
præter fluuium & nomen retineant splendoris antiqui. Verùm Chilpericus recu-
peratis omnibus regni sui vrbibus & oppidis, Chrasmario Pontifici, & Canonicis
Tornacensibus (à quibus, vt iam diximus, intra vrbem receptus, benéque habitus
tota obs[illegible]ione fuerat) obnoxium se sentiens, permulta illis iura donauit, poculen-
torum scilicet vectigalia, mensuræ & ponderis emolumenta, cudendæ pecuniæ
potestatem, eiúsque generis alia non pauca. Ceterùm aliàs ipse ingentibus flagitiis
coopertus, nullum vero amore prosequi, ideóque ab nullo sincerè amari; sacra
contemnere, E[illegible]piscopis illudere; è laicis pleròsque ad Pontificiam dignitatem eue-
here; bonis Ecclesiarum inhiare; testamenta in templorum vtilitatem condita re-
scindere; causas pauperum aspernari; vectigalibus plebem opprimere: prorsus om-
AN. 580. nia moliri, quibus à Deo vindictam criminum extorqueret. Eiúsne criminibus, an
alienis, concitantibus, elementa grassari cœperint quarto ante mortem ipsius an-

Papir. Masson. lib. 1. Annal. Franc.

Sed nō multò post Fredegūdis artibus, à Sicariis occiditur:

Greg. Tur. l. 4. cap. 51. Ionas in vit. S. Columb. cap. 58. Papir. Masson. lib. 1. Annal. Franc.

Lib. 3 cap. 14. Nicol. Gill. in Annal. Franc. Ægid. Bucher. in Chronic.

& Lambris sepelitur.

Balderic. Chron. Camerac. lib. 1. cap. 21.

Chilpericus Ecclesiæ Tornacensi multa donat.

Diploma Reg. Iac. Meier. l. 1. Annal. Fland. Gazæus in Eccl. hist. Belg. Ioan. Cousin. in hist. Tornac.

Eius morum descriptio.
Greg. Tur. l. 6. c. 46. Aim. l. 3. cap. 56.

Multū damni afferunt fluuiorum eluuiones,
Gregor. Tur. l. 5. c. 31. Aim. l. 3. cap. 12.

A

no, non ausim dicere: saltem ea mortalibus grauissima tunc temporis attulere damna. Tam fœdæ ab imbribus aquarum eluuiones fuere, vt transgressi ripas amnes altiùs, quàm vnquam, intumuerint. exinde multũ pecoris aquis absorptũ; pleraque ædificiorum deiecta, corruptæ agrorum segetes: miro insuper ostento, florentibus rursum ipso Septembri arboribus, cùm decumentibus aquis intra ripas flumina laberentur innoxia. Eàdem tempestate frequenti, & vagabundo fulgure cælum ardere visum. per totam ferè terram ingentes quasi ruentium arborum sonitus auditi, ab Austro tam vehemens incubuit ventus, vt abreptos homines voluitando interimeret; condensas erueret sæpes; siluas prosterneret; non paucas euerteret domos. Quà vis turbinis bacchata est, septem iugera terræ in latitudinem obnoxia damnis fuere. Et mox dysenteriæ morbus maximam vim hominum per Gallias inuasit. Eo qui malo tangebatur, ardentissima febri æstuabat; ipse frequentèr vomere; magno renum dolore torqueri; capitis & ceruicis grauedine premi. quæ vomendo ex ore proiecerat, croceu, vel viridi colore cernebantur: vt multi assererent, occultum id esse venenum. Biennio pòst mense Ianuario iterum pluuiis ingentibus terra maduit; tonitruis & coruscationibus magnis inhorruit cælum; floribus indutæ arbores; cometam aer produxit hunc in modum. Obibat eum circulus multa nigredine formidabilis: intra circuitum ipse foraminis speciem præbebat, quasi lumine & crinibus intra tenebras conspicuus. à Meridie prodibat radius insolitæ magnitudinis, fumi more ab incendio longè procurrentis. Et multi statim morbi pestilentes exorti, maximáque vis hominum iis sæuientibus morte sublata. Quem morbi tunc integrum reliquere, non multò pòst Chilpericum cædes abstulit. Fredegundis dolo necatum asserunt, quamuis illam ex ancilla Reginam fecerit, & miris coluerit modis, in eius obsequium semper pronus, & seruo similior, quàm marito. adeò scilicet ante coniugium cœpta libido transuersam egerat mentem.

B AN. 582.

AN. 584.

Erat Chilperico ex Fredegunde filiolus quadrimestris Ei, patre mortuo, regnum stabilire cupiens mater, ad Guntheramnum Chilperici fratrem in Burgundia regnantem, eum mandatis legatos Aureliam misit precatum, vt regni tanti per imperium susciperet, donec idoneus esset rebus agendis filius Vt erat pientissimus Rex Guntheramnus, auditis legatis Parisios magnis itineribus venit: ibi nepotis Chlotharij tutelam, & regni Francici moderationem accepit. De huius sententia puerum regium Ansoaldus aliique regni proceres per oppida circumferunt in cunis, eiúsque & Gunthramni nomine ab incolis sacramenta suscipiunt. Et ne quid bonis officeret successibus, pijs Guntheramnus Deum artibus placare instituit. Igitur oppressis à Chilperico quà ecclesijs, quà mortalibus, sua restitui imperat: ipse in egenos multa largitur. quasi ratum haberet, nihil rectè faustéque confici posse, vbi pessumdato iure aliena retinentur. Exinde passim meliorum spes rerum, & quietis, iniecta est omnibus: tantúmque gaudij fuit, vt miris Guntheramnum laudibus passim efferrent. Verùm paucis inde diebus Nouembri mense ostenta quædam spectantium animos graui metu concutiunt: quoniam varios ea videbantur euentus portendere. In vitibus repens apparuere cũ pampinis vuæ; in arboribus flores: nocte media multo collucens igni de cælo pharus emicuit, cuius lumine latè mundus illustrabatur. pependit etiam in aëre ignis columna, eique magna supernè stella incubuit. Et quibusdam locis terram concussit ingens trepidatio. Post hæc omnia nonnulli scripto prodidere, Metensium Regem Childebertum armis infestis regnum nepotis aggressum esse; plerasque vrbes vi cepisse; agros vbique vastasse; totum Chlotharij imperium bello arsisse. contrà, coacto celeriter exercitu Fredegundem obuiam iuisse, & portato in sinu filio, quem pugnantibus Francis ostenderet, audacia & ingenio victoriam peperisse, fusis fugatísque hostibus. Exactis inde aliquot annis, has in partes venit Fredegundis vnà cùm filio & Landerico equitum Franciæ magistro, qui parum à Chlotharij & Fredegundis latere discedebat: & quoniam tunc Guntheramni fide, vigilantia, & virtute regnum abunde fretum erat, quietus agitabat. Quid verò tunc Reginæ Tornaci acciderit, iuuat hoc loco memorare, quòd non exiguus inde metus eam vrbem, & Gallo-flandriam nostram concusserit.

C

D

AN. 592.

Marginalia (left): fulgura, | venti, | Ammon. d.l. | dysenteria. | Gregor. d.l. | Greg. l. 6. c. 14 | Cometa insolitæ formæ. | Gregor. ibid. | Chilpericus Rex cultro perimitur. | Greg. l. 6. c. 46 Aim. l. 3. c. 56. Sigeberti quasi tremente post | CHLOTHARIUS puer ei succedit. | Gregor. l. 7. c. 5. Aim. l. 3. c. 57. Sigeb. | Interim regnum eius Guntheramnus Rex moderatur. | Greg. l. 7. c. 5. 6. | Gregor. l. 7. c. 7. Aim. l. 3. c. 58. | Idque vt fecerat, multa illic perpetrat. | Greg. & Aim. ibid. | Ostenta varia. | Greg. l. 7. c. 11. Aim. l. 3. c. 60. | Nicol. Gill. in Annal. Franc. Ioan. Tillet, Belleforr. | Fredegundis Chlotharium filium defert Tornacum: & magnum ibi periculum incurrit. | Greg. l. 10. c. 27. & 18.

A Grauis inter duas Francorum Tornaci degentium familias discordia exarserat, duobus harum iuuenibus iracundiæ struentibus causam. Eorum vni alterius soror in matrimonium data fuerat, sed is vxorem aspernatus, cum scorto libidinem exercebat. Hoc, vti par erat, iniquo mulieris frater animo tulit, ideoque frequenter illum increpauit. Vbi parum verbis profecit, iniuriam statuit armis comprimere. Igitur ... ad ... tus ferro confecit. Sed ipse mox ab eius seruitijs occiditur. tantóque vtrimque ... concursu ... est, vt ceteris omnibus interemptis, vnicus superfuerit cladis nuntius. Postquam id parentibus compertum fuit, extemplo in mutuam ipsi cædem grassari cœpere. Igitur quotidie ferro sæuitum est, ac multi vtrimque mucronibus confecti. Neque sæuitia cruore saturari posse videbatur, donec mutuæ vtramque familiam cædes absumerent. Ea res Fredegundem Tornaci, vt diximus, agentem exciuit, vti cum partibus ageret; pacem suaderet vtrisque; ac denique pacis diceret leges. Sed obstinatis mentibus ingesta de pace verba frequentius accendunt, quam exstinguant, iracundiam: ideóque frustrà Reginam is labor exercuit. Itaque ad suas
B artes confestim ipsa confugit. Præcipua discordiæ flabella Charíualdum, Waldinum, & Leodoualdum ad regias epulas cum pluribus alijs nobilibus accersi iubet. Eos tres in vno subsellio per speciem conciliandæ amicitiæ collocat. Extracto in multam noctem conuiuio, & remota denique mensa: illi pro more Francorum in eodem manent subsellio, vini calices epotant, mutuis sermonibus horas ducunt. Interim dum eorum pueri potu sepulti in angulo, quem quisque occupauerant, capulum edormiunt: tres validi iuuenes à tergo in ipsorum ceruices in ruunt, cóque securibus vno impetu obtruncant. Tam cruentæ ac insolitæ cædis nuntius interemptorum propinquos adeò vehementer impulit, vt ira odióque permixtis ad Fredegundis necem exarserint. Eò frequentes vbique custodes locauere, ne improuisò capesseret fugam. Dein celeribus equis viros oratum ad Childebertum Regem mitere, vt cum ... extemplò accurreret: Fredegundem in vrbe teneri, nullóque negotio capi, & pro meritis excruciari posse. Verùm illa suis fraudibus, & Landerici aliorumque auxilio freta, custodias facilè frustrata est ante Regis illius aduentum, breuique
C Parisios in tuta confugit.

AN. 594. Triennio inde non ... um elapso, Gunthetamnus Rex quinto Kal. Aprilis vitam cum morte commutat, non paruo regni Franciæ discrimine, ac nepotis periculo, cuius vtriusque tutelam sanctè fortitérque gesserat. Quòd enim is è viuis abiuerit, priusquam Chlotharij adhuc impubis, & nondum rebus agendis maturi regnum firmaret: quidam procerum in suos sæuitia ferri cœpere. Eorum præcipuus in Belgio nostro adeóque Gallo-flandria, Phinatrius fuit Phinibertì filius, Regnacharij a nepos. Hunc auitum in Flandria imperium tenuisse, ditionemque arcémque Buccensem (... loco nunc Insula, & magna Insulensis agri portio cernitur) inscribunt ab veteribus nouisque Flandrorum Annalibus traditur. Id verò qui factum ... non equidem satis certò comperio, cùm suprà dixerim Regnacharium ab ... cum vita exitum: neque à quoquam prodatur, quis Regum posteà ... Ceterùm Phinartius erat suis alijsque hostis acerbus magis, quàm
D P... amicus. Christianum per baptisma nomen induerat; bonas artes, ... mores nec colebat, nec laudabat. Postquam Arij pestem hausit, eáque ... , vti memorat Iacobus Meierus, nihil pensi habere, nihil rectum ... : omnino transuersus agebatur. Quòd esset is signis corporis ... aspectu, animo crudeli, moribus efferatis; eius timore omnia trepidare: quod opum cupidine inexplebilis, ac humano sanguine nunquam saturatus; nullus ab eius immani furore locus erat immunis. Hæc scilicet omnia multos falsa opinione Belgas imbuere, vt grandem eum & ferum gigantem fuisse: mirórque id cum alijs arbitratum suis inseruisse libris Christianum Massæum, alias insigni virum doctrina, & prudentia. Eius imperio fœdissimua fuit innocentium cædibus silua, quæ Buccensi arci proxima videbatur, densis arboribus, & tenebris horrens. Qui per eam iter ... , rarò intacti, ac ferè semper circumuenti fuerunt, ac deinde fortunis etiam ... , vitáque. ea propter id nemus dirum feritatis nomen accepit, Absque-misericordia

Gunthetamni morte, Chlotharij regnum periculum adit.

Iacob Meier. lib. Annal. Fland. Ludouicus Bresin. in MS. Chron. Fland.

Sæuit in Belgio Phinartius Princeps Buccensis.

Cuius mores hic describuntur.

Lib. 1. Annal. Fland.

Lib. 3 Chron.

Saluartium Liderici patrem occidit.

Per Oudegherst. Annal. Fland. cap. 1.

cordia vocitatum. Præcipua illud crudelitate ac vituperio Phinartij facinus in ea fuit, quo Saluartium Liderici Insulæ fundatoris patrem, quamuis consanguineum, aggressus est: verùm perinde ipsi posteà exitiosum. Rem paullò altiùs arcessam, plu-tibúsque verbis prosequar, necessitas cogit: vt præstructis viæ causis, hinc occisi Principis innocentia, illinc tyranni pernoscatur immanitas; ac demum qua gloria Lidericus, post vindicatam patris necem, adeptámque Flandriæ gubernationem, Insulanum oppidum fundare, firmaréque cœperit. Si quæ interim fictis, quàm veris propiora incurrent; rerum ea grauitati, quas molior, aduersari fatebor, neque pro certis ingeram: ceterùm illa respuenti antiquitas suo iure obrogabit, cui iamdiu concessum est circa ciuitatum initia iucundè ficta veris miscere, iisque vulgò vim obtinere veritatis: vt planè sit rarum, nullis clararum vrbium cunabula rebus insigniti, quæ non aliquid fabulosum obtrudant lectoribus conciliandæ famæ gratia. Quamquam alicui profundiùs admiranda mentis æternæ facta perscrutanti non infrequenter aliqua obijciantur, quæ si ad communes naturæ leges trutinentur, apud homines fidem non inueniant: sin contrà in maximæ ac nullis circumscriptæ terminis potentiæ numinis considerationem animos pertrahant, haud quaquam ipsi ac veritati pugnare videantur; cuiusmodi nonnulla mox circa Lidericum memorabimus.

Huc vnde venerit Saluartius.

Per Oudeg. lib Annal. Fland. cap. 1 qui totam hanc narrationē prasipuos nobis suggessit, ex veteri insulensium traditione.

Quæ fuerit eius causa profectionis.

Igitur cùm partim externis, partim ciuilibus bellis arderet Burgundiæ regnum, plerisque procerum aut Regum omnia fœdo tumultu miscentibus, pauci, quibus pax, quàm motus, iucundior, in partibus esse noluerunt. Quò igitur ipsis esse tutis liceret, solum vertêre alius aliò dilapsi. Saluartius Diuionensium Princeps ob tumultus æger animi, postquam se factiosis, vel hostibus diu, sed frustrà opposuisset, inter alios fuga patriam reliquit. Is Emergartam nobili admodum loco natam, Gerardi Rossillonij, vt quidam ferunt, filiam, coniugio sibi nexuerat; eóque genere & Burgundico, vnde prodierat, multum claritudinis apud exteros Principes parauerat; longè tamen ampliùs splendore virtutum. Nemini quàm Regi Anglorum necessitate coniunctior erat, nemini ob bonos mores iucundior chariórque. Eum itaque præsertim adire constituit, & quò securiùs id faceret, per Flandriam iter elegit, magno qua seruorum, qua clientium agmine stipatus. Spem illi fecerat fausti aduentus, & felicis exitus, quæ ipsi cum Phinartio inerat necessitudo sanguinis. Verum ab hac prorsus eum detecit tyranni sæuitia & cupido. Buccensis ditionis limites aduentu carpebat Saluartius hilari iam vultu, animo securo, & solutis metu comitibus, quasi omnia in tuto essent. Ex aduerso nihil opinantem hostile ij conspicantur eminus, qui Phinartij iussu speculabundi ad siluæ fauces, quà transitus erat, excubabant prædandi causa. Ij mox ad Phinartium viæ compendiis cursum maturant: luculentam in proximo prædam esse docent. haud exiguam scilicet exterorum hominum manum nemori propinquare. eam nobilem videri, multisque propter frequentiam impedimentorum, diuitiis ac fortunis onustam. quòd locorum ignara sit, facilem fraudi; quòd opulenta, obnoxiam exitio. ipsam etiam paucis contra multos siluam insidias daturam tectúrámque, si mox aduersum ipse cum suis moueat. Incendit protinus sæui hominis animum cupido. Igitur quamuis gnarus esset, Saluatrium amicè viam moliri, nihilominus tamen quàm maximā potest seruitiorum vim armat, secúmque ex arce Buccensi per siluā haud multo itinere ad struendas insidias, necemque aduentantium rapit. Vbi suós occultis ad latrocinium locis cōposuit, totúmque Saluartij agmen exdibus opportunū vidit: magnis extemplò clamoribus, & ingenti furore nihil cogitātes aggreditur. Exinde Saluartius primò trepidare; sed mox subitis suos erigere consiliis; arma expedire, & aliquamdiu se tueri. at contra vehementem hostium impressionem, & volantia ex occultis locis certo ictu tela, frustrà pugnare, nitique. Ergo ipse ferro confossus animam egit denique: ac deinde ceteri pari clade fracti occubuere. Quo verò tempore Saluartius rem fortiter gessit, eius coniux Emergarta fugæ occasionem rapuit, vnáque cùm ancilla in cæcas nemoris latebras abdidit sese. Ibi lamentis immodicè diurnū, quod supererat, nocturnúmque tempus expleuit ad fontem, qui fortè per opaca siluæ properanti oblatus est. Qua premeba-

Quomodò fuerit necatus.

Emergarta coniux eius cædē euasit, fugitque.

tur,

A tur [illegible] abilis fortunæ necessitatem nobili fortique animo ferebat tam [illegible] dus mari[illegible] & [illegible] itu (iam enim animo re[illegible] tur occidisse) ingentes q[illegible] estus ciebat; ipsum etiam vteri onus, quo grauida erat, non exiguum timorem, ne mœ[illegible] ex vi ante tempus erumperet, Traducta insomni nocte, sub crepusculum diei [illegible] o [illegible] te reliquum nemoris peragrare, exitu ad Oceanum quærendo, matronæ consi[illegible] hu[illegible] it; indéque ad portum aliquem Flandriæ properare, parando ii. Angliam di[illegible] cessu. Verum hæc agitanti obuiam venit prom[illegible] sso vir capillo, barba inculta, qui a[illegible] ore numinis rei unque cælestium desid[illegible] rio solus se loc[illegible] manci[illegible] pauerat. Vrceolum haurienda de fonte aqua manu gerebat, ignarus omnium, quæ Saluar[illegible] o acciderant. I[illegible] mus matronæ conspectus metum inicit, ipso præsertim superbo corporis cu[illegible] u, & facie forn[illegible] osa, insolitis per siluam illecebris. Verum deiectus mœstitia vultus, & lachrymis fluens, calamitatem arguit, causamque præbuit inquirendi, quænam esset, vnde nam eo loci venisset, quid tristitiam doloremue faceret? Postquam omnem rei gestæ seriem accepit, bono fortique animo esse iussit. *haud [illegible] ilentem eius-*

B *modi crude[illegible] esse Phinartium; multos homines pe[illegible] eum bonu[illegible] vtique priuat[illegible] s, non ab[illegible] que diui[illegible] numinis voluntate Saluartium eiusque comites miseranda clade o[illegible] rui[illegible] s; ipsum vero per [illegible] pra rerum extorrem egentémque [illegible]. Deo iucundum [illegible] licet esse, amicos plerumque per aduersa trahere, durisque [illegible] rti[illegible] nes castigare. contra homini[illegible] us fortiter agere, & pati, [illegible] quidem esse difficile, at fructus vberrimum. Si marito [illegible] atam [illegible] [illegible] ue clau[illegible] m, si suam ingenti animo calamitatem capessat, toleretue: diuinum breui auxilium percepturam. modò viam alacris ingrediatur: de prole n[illegible] formidet; cautum ipsi diuinitus [illegible] humanas diuina mente regi curarique diligenter, [illegible] bi præsertim erga D[illegible] um [illegible] & fiducia viget.* Eius viri oratione abstersa est paululum Emergartæ tristitia; dilectu de[illegible] siderium eidem quietis iniectú. Sed postquam ad fontis caput somno se dare cœpit, auditum extempló murmur quietem abrupit: & cô[illegible] estim oculis obiecta species matronæ natu grandis, maiestate vultuque diuino magis, quam humano. quę mirantem deipara. Christi mater. æque ac pauentem blanda voce adhortata est, vt animum lætitia perfunderet. *quas*

C *fuderat, cælo preces acceptas. ab diuino numine nuntiam se aduenire fausti lætique partus. ipsam [illegible] masculum enixuram, qui matrem olim mœstitia omni exuat; Bucc[illegible] sem [illegible] tyranni furore liberet; patris vindicet clauem; adeóque virtute & gloria consp[illegible] uus r[illegible] gionis huius imperium assequatur in posteros longa serie transmittendum, tata vt a[illegible] eros v[illegible] [illegible], qui fiduciam omnem in diuina potentia defixerint. tantum animo s[illegible] ngentia Dei am[illegible] iter sustinere.* Ea species abrupta voce mox euanuit. A q[illegible] ob[illegible] iam creditum, Christi matrē fuisse. Salre in id effatum Emergartam summa voluptate inibuit. Ondegh. cap. 9. Exinde gratias Deo persoluentem partus dolores inuadunt: & statim vtero pulcherrimus puer effunditur. Eum ancilla pannis pro copia inuoluit, dein mater cóplexibus Ipsa filium in silua parit. stringit. Sed ecce dolorum & calamitatis oblitam vehe[illegible] ens aduenientis agminis [illegible] s conturbat. Ergo puerulum Deo commendat, ipsumque subter densas sub latebras [illegible] tum denique festino gradu plorabunda fertur ad fontem. Qui adue[illegible] bant infesta horrentium telis hominum manus ab Phinartio submissa erant. Quippe eum cæso Saluartio confossa, & cruore fluen[illegible] a corpora vestibus

D [illegible], Emergartam defuisse animaduersum fuerat. Regressis itaque in arcem o[illegible] que præda, Phinartius indicio id [illegible]. Inde [illegible] ipsi grau[illegible] er furore percitus fuit. frustra enim se suoque demum exitio Saluartium obruisse, nisi vxor eius simili clade opprimatur. Si incolumis aufugiat, haud dubie paratam sibi calamitatem ingruere. plerosque Regum ac Principum ipsi sanguine coniunctos ad vindicandam eos Saluartij necem exar[illegible] os, breui[illegible] e contra se agmen [illegible] uros, si coniugis eius pulsentur querimoniis. nihil prorsus omittendum, quo & ipsa quoque capiatur. Expedita igitur seruitia confestim em[illegible], addi[illegible] is etiam min[illegible] vacuis re[illegible] ent manibus. Postquam v[illegible] o ea caterua crud[illegible] libus [illegible] Illa à Phinartij famulis quæritur & capitur. facinoribus idonea hęrentem ad fontem Emergartam [illegible] cumdedit; nihil deiectam vul[illegible] pe[illegible], nullo terrore perculsam, ipsa contrà vultus maiestate terrentem, si non [illegible] m mari[illegible] cruore exsaturati essent, etiam suum mu[illegible] bus traos[illegible] end[illegible] corpus sponte offerentem, sin parcere mallent [illegible] um depo[illegible] li[illegible] ertati:

A

admirati videlicet omnes, plerique etiam stupore defixi, ad cõmiserationem animos flexere, haud dubiè liberam dimissuri, nisi minę Phinartij terrerent. Ceterùm blandis eam promissis onerànt, si spõte ad Phinartium deduci se patiatur, nihil ipsi terrorem facturum; per viam benignè habendam; in arce apud Phinartium honesto loco fore. Ita nihil repugnantem amplius equo imponunt. Sed postquam ad arcem peruentum fuit, Phinartius vehementi ob prædam lætitia perfusus, ipsamque mox crudeliter habiturus, in tetrum matronam carcerem detrusit: vbi obsita pædore vitam traxit annos complures; nunquam tamen, eorum memor, quæ diuinitus per filuam hauserat, obtinendæ aliquando libertatis spem deposuit. Intereà senex ille (Lidericum vocabant) quem diximus in silua solitudinem coluisse, ac Emergartam solatum, capiendæ rursus aquæ gratia fontem petit. Sed dum propinquat, corniculas, graculos, picásque immenso tumultu contendere supra puerult latibulum animaduertit. Eò igitur, quid rerum agatur exploraturus, celeriter fertur: ac coniectis in fossam oculis, infantem conspicit quasi gestu, lachrymis, vultu poscentem auxilium. Nihil dubitat Emergartæ prolem esse: tantóque auium ostento aliquid circa ipsum olim futurum portendi. quòd matrem non conspiceret, id de ipsius captiuitate fidem fecit. Acceptum itaque puerulum sacro baptismate contingit, imposito etiam Liderici nomine. Quì porrò nutriret in ea locorum solitudine, & Phinartij metu, multùm ancipiti, diuino, vt traditur, occursum est nutu. Nam emersit è propinquo filuæ latibulo cerua lactis plena, plausúque ostentans, nutricem se pueri futuram. Eam vir bonus immotam conspiciens, vberibus infantem admouit: & quamdiu lacte nutriri opus fuit, bis quotidie statis temporibus hoc animal venisse ferunt vbera præbiturum. Postquam autem pueritiam exuit Lidericus, sacris eum legibus, bonisque moribus imbuit senex. tum, quo pater fato fuerit absumptus, qua in custodia mater attineretur, quo natus sit ipse discrimine, quì nutritus, sæpè ingessit, prodentibus iam tum sese quibusdam pij ac ingentis animi signis. Haud multò pòst in Angliam dimittit ad quempiam præclarum virtutis magistrum, vti posteà Regis aulæ admoueatur: multis tamen obtestatus, ne tot acceptorum à Deo munerum memoriam deteri sinat; néue vnquam peccati sordibus animum fœdet: persæpè ad matris calamitatem oculos vertat: vbi viribus consilio, & Principum opibus pollebit, ei confestim opituletur. Ita quidem de Saluartij nece, déque filij eius ortu, ac educatione, dein de custodia Emergartæ narrat Petrus Oudeghęrstius origine Flander, domo Insulensis, studio Iuris & historiæ cognitus, cui Francicarum rerum scriptores aliqui, propter conscriptos Gallicè Annales Flandriæ laudem tribuunt diligentissimi viri: cuiúsque narrationem ita vulgò Flandri nostri complectuntur, vt vix eam perstringi, nedum refelli, æquo ferant animo. Quid tamen apud alios inuenerim, minimè silendum arbitror: quamquam eius omnis apud me fides laboret. Placet quibusdam, Lidericum ab matre puerulum in Angliam è Burgundia deportatum fuisse. ibi cùm adoleuisset, ad summa virtutum breui peruenisse nullis secundum, plurimis maiorem. postquam satis perferendis aulæ moribus maturuisset, in regiam ascitum familiam. illic Regi charum in paucis tantum virtute sibi claritudinis peperisse, vti supra omnes aulæ Principes regijs opibus, & studijs floreret. præcipuum etiam apud Regis filiam egregia morum comitate, & totius dignitate corporis, dein præstanti ad omne studiorum, & artium genus animo fuisse. accensam inde puellam vehementi amore Liderici, verùm intra limites honestatis, & pudicitiæ, non permixtis corporibus. quempiam tamen aulæ Principem inuidia Lidericum ita prosecutum, vt insignem finxerit maturanda eius nece calumniam. quòd ijs, quas magnoperè ambiuerat, regiæ puellæ nuptijs priuaretur, eò demùm ardore furoris abreptum, vt illam turpis cum Liderico consuetudinis, & fœdi apud patrem sceleris arcesseret. vti prona fune plerumque ad præstandam calumniæ fidem Principum ingenia, perculsum ea grauiter animum Regis: ideóque accusatoris consilio, ad Liderici necem impulsum. sed eius gnarum molitionis Lidericum obtruncasse ferro Regem, statimque ex Anglia oblato diuinitus nauigio, solum in Flandriam vela fecisse. nactum hîc mole gigantea Phinartium ferro peremisse, omnémque ditionem eius inuasisse. Volunt alij cum

B C D

Ad Phinartium deducta in carcerem detruditur.

Eremita filiolum eius reperit, & baptizatum nutrit lacte ceruino, ac Lidericum de nomine suo appellat.

Annos egressum pueritiæ doctrina Christiana excolit, & in Angliam mittit.

De rebus Fland. cap. 3. & sequ.

Hoc dè inuene quid alij senserint.

Chron. vet. MS. lib. Lederus.

A Oudegherstio turpibus iunctos amoribus Lidericum, & Regis filiam nomine Gratianam. è furtiuo concubitu natum eis Nauuelonem, qui postmodum in Britannia factis, & opibus claruerit. ex Anglia Lidericum bona Gratianæ venia in Gallias venisse vlciscendi patris gratia, & matris eximendæ catenis. De mutuo illorum ardore, viris adhæreant, non magnoperè laboro: quamuis morum præstantia procul ab illo fœditatem eam videatur auertere. Quî venerit in Gallias, quidue obtinuerit ab Rege Francorum Lidericus, id posteà scilicet perscribam.

Eo tempore, quo Phinattius in Saluarrium aliósque sæuitiem exercuit, Cameracenses & Atrebatenses suo priuati sunt Pontifice Gaugerico. E terris eum mors abstulit Augusti mensis vndecimo die. Pulcherrimum eius monumentum id monasterium fuit, quod in honorem S. Medardi Cameracum proximè in eo colliculo, vbi nunc arx visitur Cameracensis, acceptis præsertim à Chlothario Rege humis, condidit. Illic cùm fuisset traditum humo corpus eius, è varijs partibus Galliarum eò viri Principes adiere; cùm vt sacro eius mausoleo aduoluti multifariam per ipsum opem corporibus & animis cœlitus impetrarent; tum vt sua ipsi supplices mu- B nera impertirentur. Ac ideò perbreui tempore factum fuit, vt quàm pluribus, ijsque maximis possessionibus Abbatia, quam struxerat, cuique primus frater eius Lando præfuit, abundauerit: vbi postquam plurimos per annos Religiosi vitam piè duxissent, Canonici demum, primò quinquaginta, dein quadraginta considere, quorum Collegio templóque a D. Gaugerico indi nomen placuit. Verum hac ætate neque templum illud, quod olim magnificum erat, ibidem loci cernitur, neque veteribus Canonici eius opibus florent; ex quo multa bellorum & hominum iniuriæ ijs detraxerunt, coactúsque est huius loci Clerus sedem ad S. Vedasti parœciam in vrbem transferre, dum illic castrum inuictissimus Cæsar Carolus Quintus erigi iussit.

> S. Gaugericus decedit.
> *Vita eius.*
> Opus eius fuit S. Medardi Monasterium, quod posteà fuit S. Gaugerici nominatum.
> *Vita eius, Balder. in Chron. Camer. l. 1. c. 4. Meyss. in Chron. lib. 11.*

Huic verò sacerdoti sanctissimo Bertoaldus datus est successor, quem æquè magna virtus, & Apostolicus animas Deo adiungendi zelus, ac illustre Francorum ge- C nus nobilitauerant. Quamdiu magistratum administrauerit, nondum certò comperi. Cum Remensis Pontifex Sonnatius Synodum in Gallia cogeret, inter alios Episcopos ijs in comitijs cum Bertegiselo Carnotensi Præsule, quem ferunt anno ferè post sexcentesimum decimo vita functum, numeratus est.

> BERTOALDVS Cameracẽsis Pontifex creatur.
> *Bald. in Chron. Camer. lib. 1. c. 13. Meyss. Gazz. Locr.*
> *Flodoard. l. 2. c. 5. de hist. Rem. Balder. c. 14.*

Interim omnia Chlothario Regi feliciter ex animi sententia succedunt. Erat ei corpus elegans, compactum, & patiens belli laborum: animus neque vastus, neque modicus; ceterùm prudentia, litteris, probísque moribus insignis. militiæ, ad gloriam audacia, & virtute niti sua, quàm aliena: consilia tamen, & prouidentiam aliorum admittere. domi, modò publicis rebus intendere, modò libros euoluere, inde prudentiam promere, templa colere, ijsque multa largiri. vbique diuinum numen magna prosequi veneratione, & iusti Principis munus obire. Quibus bonis artibus adeò lensim profecit, vt omnium Franciæ Regum opes, & quasi- AN. 613. ta regna suo tandem imperio subiecerit. Nam ex Columbani multa sanctitate clarissimi viri vaticinio totius Galliæ Monarchiam assecutus est Theodorici, flagitijs D cooperti Regis, interitu, dein occiso eius filio Sigeberto, & illigata caudis indomitorum equorum, pérque campos & rupes tracta necatáque Brunichilde. Et ne quid pristinæ felicitatis posteà deteretur, Arnulpho, Pipino, Faróque optimis hominibus familiariter vsus est: plúsque horum consilijs tribuit, quàm sibi. Igitur tot regnorum accessione cùm vehementer curarum onus, & pondus imperij cresceret: de horum sententia insignes bonis moribus, & belli artibus viros delegit, quos regnorum gubernationibus adhiberet. Alijs alios partibus, Aquilonari Franciæ Pipinum, qui locis imperabat, vbi nunc Brabantia, & Namurcensis ditio porriguntur, Angegisi Ducis filium, multis illustrem virtutibus admouit, eique subiecit cum Atreba- AN. 614. tibus, Morinis, Cameracensibus, & alijs quibusdam populis Flandros, & Neruios. Id factum asserit Ioannes Trithemius anno regni eius primo & trigesimo, qui non in Christi annum sexcẽtesimum & octauum decimum, at decimum quartum ex vero AN. 621. calculo incurrit. Septem ferè post hoc tempus euolutis annis, Crasmario vita fun-

> Chlotharij Regis felices successus & laudes.
> *Append. Greg. Tur. cap. 41.*
> Francorum Monarchiam is adipiscitur.
> *Ion. in vit. S. Col. c. 26 & 30. App. Greg. c. 41. Aimoin. l. 4. c. 1.*
> Vt alijs regnis, ità Franciæ Aquilonari gubernatorem imponit.
> *In Compend. l. 1. Annal. Frãc. & lib. 1. orig. Franc.*
> *Aegid. Bucher in Chron. Episcop. Leod.*
> Crasmarius

Torna. Episc. moritur: ei succedit S. AICHARIUS.
Aegid. Bucher. ibid.
Ionas de vita S. Eustach. c. 4.
Quid hic fecerit.
Vita S. Amādi
Vita S. Audomari.

ctò, datus est eiusdem Chlotharij voluntate Nooiomensibus, & Tornacensibus A
Pontifex Aïcharius. Insigni præditum virtute virum fuisse reperio. è Luxouiensi
Monasterio, clarissimorum hominum gymnasio, ab Rege Chlothario extractum,
vt dictis iam ciuitatibus Episcopus imponeretur. huic Regi, eiúsque filio Dagoberto
charissimum exstitisse, & apud vtrumque multa clarum auctoritate. Quid his in
partibus egerit, à nullo, quem viderim, admodum proditur. Tantum S. Amando facultatem
dedisse suam obeundi diœcesim, & à Rege Franciæ litteras impetrasse,
quibus is aduersus gentiles, quos in Flandria & Neruiis ad Christum trahere contendebat,
fulciretur: ac deinde Taruannicæ vrbis insulas S. Audomaro procurasse,
vetera tradunt monumenta. Arbitrari tamen possumus, nonnihil in eos laborasse,
qui labe Simoniaca, & hæresibus quibusdam fœdabantur: quoniam ea tempestate
per totam ferè Galliam eæ pestes admodum grassabantur, quas postmodum
S. Eligius, & S. Audoënus oppresserunt. Sed quamuis rariùs hos ad populos venerit,
vsus est tamen diu iis excolendis non modò D. Amandi operam suam vltrò
præbentis laboribus, verùm etiam aliorum industria, vti posteà fusè docebimus. B

Lidericus à Chlothario impetrat veniam duello cum Phinartio certandi.
Per Oudeg. c. 7. Annal. Fland.
Idem cap. 9
Cum eodem rege in Belgiū venit.
A Phinartio vterque excipitur.
Idem lib. 9.

Tenet apud Belgas fama vulgatior, Lidericum eo tempore ex Anglia in Franciam
ad Chlotharium iuisse honesto comitatu: eúmque nactum Suessione. ibi questum
de atroci Phinartij in patrem suum matrémque facinore. tunc ab Rege potestatem
impetrasse tyrannum singulari certamine aggrediendi. Chlotharium ad
Phinartium misisse viros Buccam, qui Liderici querelas exponerent, diémque dicerent
pugnæ. ab eo nihil æqui responsum: iure Saluartium in pugna oppressum, &
Emergartam eius coniugem in carcere teneri. voluptatem sibi factam, oblato certamine:
ad condictum diem paratum se fore. exinde Chlotharium è Francia in Belgium
properasse comite Liderico, magnáque Principum turba. Multæ interim
Phinartium curæ torserunt, ac sæpè furiæ ad scelerum memoriam agitauere.
Quamuis ingenti robore esset, animóque priùs imperterrito: sæpè nunc tamen
pauore concuti cœpit. Adeò vis magna conscientiæ est, vt nemini scelerum auctori
parcat, eóque grauiores stimulos figat, quò diriora flagitia prouocauerint. Sed hos C
animi motus simulata texit vultus serenitate, vbi ad arcem Buccensem Clotharius
cum Liderico, aliísque Principibus venit. Regem magnificè lautéque scilicet accepit
ad omne officium, studiúmque promptus, detrectanda feritatis opinione. Ad solius Liderici
conspectum animo deiectus, ceteros Principes liberalitate, promissis, hilaritudine
implebat. si qui altiùs Lidericum laudibus efferrent, eiúsque causæ fauerent, iis
mox blandiri, eos omni prorsus officio delinire. Dictus certamini dies effulgebat

Die condicto ad certamen proditur.

albente iam cælo. Igitur ad destinatum pugnæ locum (qui propter pontem erat aditum
in arcem præbentem) illinc Chlotharius cum Liderico, & proceribus Francorum;
hinc Phinartius aliquot clientes & nobiles trahens (quos è subdita sibi regione
acciuerat) conuenere. Ibi postquam consedisset, Chlotharius, facto ab omnibus

Chlotharius aduentus sui & duelli causam primùm exponit, deinde Lidericum & Phinartium alloquitur.

silentio, in hanc sententiam pauca præfatus est. *Numquam, viri nobiles, autumassem,
iudicandi criminis causa in hanc regionem tam procul ab regia vrbe dissitam me
venturum. Haud enim facilè animo capessius, vllum facinus tam graue à subditis patrandum,
cuius me cognitio, & iudicium tam longè à regni curis abduceret. Nunc autem quoniam* D
*proximum huic loco nemus toties viam facientibus infestum fuisse, ac fœdissimo parricidio
cruentatum; istam verò, quam propè cernimus, arcem etiam feritatis testem esse arctissima
nobilissimæ, & innocentis matronæ custodia, non vano rumore iactetur: quis intelligat,
quanto cum dolore, quanto cum iustitiæ ardore, huc aduenerim? Dolorem certè maximum
impactis Phinartio è Regia Francorum stirpe viro criminis labes exciuit: itáque mecum
reputaui, qui ad huius narrationem non horruerit, omni prorsus esse nudatum humanitate.
Vt promptus ad exercendum iudicium etiam tot itinerum labores deuorem, impositum
mihi ab immortali Deo munus cogit, rapitque. Ne scelera committantur, occupare; si perpetrata
fuerint, persequi, & pœnis opprimere; id scilicet Regibus incumbit: quoties minus officio
desint impediendi, aut puniendi criminis, supernè imminet numen grauissimas ipsis minas
intentans. Agè ergo vt hodierna die manifestum sit, Saluartij necem aut obnoxiam esse
parricidio, aut sceleris immunem: huius rei iudicium duello committere decretum est. Macte*

A *esto, Liderice, qui aduersarium tanta corporis mole pollentem aggredi audes; haud quaquam*
inferior futurus, si iustam pugnæ causam obtines; imprudens omnino, & turpiter casurus,
si falsum crimen obtendis. Causæ bonitas interdum pugnantibus vires ministrat: eisdem per-
sæpè obiecta iniustè crimina auferunt. Verum velis, pugnare, aut prælio abstinere, optio non
negatur. Si iustè accusas, causæ bonitas pugnam à te flagitat, parentibus vindicandis: si in-
iustè, hosti iam teneris obstrictus calumnia. Tu verò, Phinarti, fœditatem obiecti facinoris
animo diligenter expende. Si veri criminis accerseris, frustra ferrum in aduersarium stringes,
vim eius obtundente parricidio: si falsò accusaris, virum te præbe. Quemcumque aspexerit
victoria hoste cæso, eum ego complectar, & crimine vel parricidij, vel calumnia absoluam.
Postquam ea dicendi finem Chlotharius fecit, qui confertim vtroque ab latere con-
stiterant, oculos in Lidericum, & Phinartium conuertunt: isti armis contecti Re- Lidericus & Phinartius
gem salutant, equos conscendunt, locúmque capiunt liberis equorum procursibus pugnæ præludunt.
parem. Ibi priusquam casside obtegant vultum, animos ad certamen colligunt,
equos variis motibus cient, & corpora ostentant. Lidericus exporrecta fronte, hila-
B ris, expeditus, equum insigni flectens arte, agitánsque; toto corpore vultúque ad
spem erectus, animo ingens, sceleris integer, innocentia fretus, adeóque propter
causæ veritatem certus victoriæ cernebatur. Contrà Phinartius toruis oculis, con-
tracta fronte, vultu perturbato, equum modò lentis, modò rapidis flexibus agens,
videbatur; & quamuis magna sese ferens corporis mole, nihil tamen ad causam læ-
tum ac erectum ostendens: protinus quasi conscientiæ furiis agitaretur, & iustè sibi
afferendæ necis pauore trepidaret. Exinde ferro caput induunt, & ad incursionem
hastas manibus aptant: datóque mox signo, infestis armis concurrunt. Primo pro- Deinde ex equis
cursu confractæ sunt hastæ nullis vulneribus, pari conflictu. Dimissis extemplò pugnant,
equis in pedes consistunt, micantibúsque gladiis decertant: Phinartius vi pondere- ac mox pedites prælium
que armorum infensior; contrà Lidericus ictuum frequentia, celerique corporis sal- redintegrant.
tu, quà incurrendo, quà excundo. Tenet diu Regem, & Principes attonitos dubium
certamen, neutram in partem victoria nutante; tristi tamen fluentis è vulneribus
C sanguinis spectaculo: donec Phinartius, vibrato ingenti nisu gladio, quasi moles su-
pernè Liderico imminet. Ibi perstricti omnes pauore, ne ad necem ferro iuuenis
hauriretur. Sed hic, vt erat agili, & vegeto corpore, ictum leui declinatione frustrá-
tus, sutrecto desuper mucrone in hostem mox insiluit, eique cæsim vehementi im-
petu altè ferrum egit in caput. Perculsus ea vi tyrannus, penéque afflictus humi est:
vires tamen iracundia ciente, in hostem denuò fertur transfossurus gladio pectus.
Sed nihil cunctatus, etiam hunc ictum saltu exit Lidericus: & mox miseria ma- Hoste occiso
tris animum pulsante, toto in Phinartium corpore incumbit. Ibi profundè in pectus victoriam Lidericus obtinet.
eius induit ferrum, hostémque latè porrectum intrepidus obtruncat. Eo lætus spe-
ctaculo Chlotharius Lidericum manantibus præ gaudio lachrymis prensat, & me- *Christian. Miss. lib 13. Ludimo. Bresin in Chron. Fland. ms. vet Chron. Fland. ms. lib Lider. ms. Iac Meier. Pet Oudegherst Iac Marchant. lib 2. Ferreol. Locr in Chron. Belg qui duo tamen postremo hac anno 613. attribuunt, sicut Oudegh. 640.*
ritis extollit laudibus: vti vulnerum curam gerat, hortatur; asserítque subinde, iam
insignē de hoste victoriam magnæ segetem gloriæ, & honoris fore. omnibus posteà
edicit, vt victorem in arcem nobili pompa secum perducant. Ad ea Lidericus,
Victoriam sibi ab diuino numine concessam, infit: nihil suis actum viribus: Dei voluntate,
D *& potentia necem patris, matrísque custodiam iustè aduersarij fato vindicatam: ideóque im-*
mortales cælo sese grates habere. haud prius se passurum vulnera inspici, obligaríque, quàm
matrem adeat, complectatur, ex pædore carceris educat. Igitur Chlotharius comitante
nobilium examine, perstrepentibus tubis, circumfusa lætis frontibus turba, Lideri-
cum in arcem deducit. Ibi ante omnia conto defixum Phinartij caput in portæ fasti-
gio collocatur. dein primo in arcem ingressu Chlotharij iussu Emergarta Liderici Et in arcem Buccensem cū triumpho inducitur.
parens in libertatem asseritur: eam arctissimo filius inuoluit amplexu: tum pauca lo-
quitur ad ciendam animo lætitiam, prodendáque erga vtrumque cælestis numinis
consulta. Impleta subito, & insperato gaudio matre, iámque ad suam attonita liber- Hic mater eius liberatur.
tatem; Regis imperio à medicis vulnera victoris inspiciuntur, tractantúrque. omnia
nihil læthale minari iudicata, ideóque lætis omnibus obligantur. Vbi Chlothario
gnarum fuit, etsi periculo vacuam esse, diuturnam tamen fore Liderici curationem:
diebus aliquot quieti in arce datis, nobiles omnes, quos secum è Gallia Celtica du-

 xerat,

A

xerat, tum alios è Buccensi ditione, & circumiacentibus aliquot locis excitos, stato tempore apud Lidericum esse iussit. Ibi multa præfatus in iuuenis laudem, animum ipsi erexit, admirationem ceteris mouit. deinde, quasi victoriæ præmium & decus, omnem ei Phinartij ditionem, opes omnes, arcémque donauit. Totius etiam Flandriæ regimen his adiecit, postulato fidei sacramento. Vehementer tamen ipsum obtestatus est: *Vti magno ad exercendam iustitiam animo esset: nullius potentia sineret se frangi, nullius miseriam aspernaretur. nullum quippe maius imperij munimen esse, quàm iustitia, & amore subditos continere.* Ea re principiò Lidericus modeste perculsus est, vt qui nihil tale ausus sperare, sola parentum vindicta impulsus ad pugnam fuisset: adeóque, mercedem certaminis ratus victoriam, matrísque libertatem, Regi se obnoxium credebat concessæ, spectatæque pugnæ nomine. Ceterùm vbi sensit Regis imperio, & liberalitate vrgeri se: primùm de munere gratias agit; dein susceptà prouincia, iuramento fidem obstringit; tandémque multa pollicetur de iustitiæ cura. Haud multò pòst in Franciam, vnde venerat, Chlotharius iter relegit, vocantibus domum regni rebus. Priusquam ad alia progrediar, visum est paucis indicare duabus me rebus potissimùm diuersam ab Oudegherstio narrationem instituisse. Quem enim Franciæ Regem, sub quo Lidericus aduersarium cecidit, Chlotharium dixi, Dagobertum is appellat: deinde annum perempti Phinartij, quem statui à Christi natalibus sexcentesimum & vigesimum primum, is sexcentesimum, & quadragesimum ciet. Cur verò in iis ab ipso dissentiam, his admodum nitor. Qui rem istam breuiter scripsere, Massæus & Meierus cæsum ab Liderico Phinartium, & ab Chlothario Rege factum Flandriæ Præsidem Lidericum eo, quem dixi, anno mecum asserunt. Deinde non amplius biennio inter hanc pugnam, & ratas Liderici cum sorore Dagoberti nuptias Oudegherstius collocat: cum alij veriùs tantum temporis interserant, quantum satis fuerit procreandis quindecim liberis, quos ex ea muliere suscepit Lidericus, nondum gnaro clandestini coniugij Dagoberto, quemadmodum posteà narrabitur.

Chlotharius rebus omnibus Phinartij LIDERICVM donat, eumque Flandriæ Præfectū, vel Saltuarium creat.

Auctores citati.

Hic in quibusdā auctor cur à Petro Oudegherstio dissentiat.

Lib. 12. Chron. Lib. 6. Annal.

B

At qui Flandriæ Præfecturam, & regimen ea tempestate parui momenti fuisse credant, regione maximam partem vel paludibus pigra, vel nemoribus horrente, nonnullos comperio: ideóque ab Liderico per ludum Saltuarij nomen vsurpatum. Sanè Anonymus ille vetúsque rerū Flandricarum scriptor, quem Dionysius Sauuagius typis edi curauit, ipsis Caroli Magni temporibus nondum floruisse regionem asserit, priusquam alter Lidericus ab eo Cæsare colendam, & possidendam impetrasset. Mihi contrà multis monumentis consentiens opinio est, nec leue, nec incultis angustum terminis fuisse id imperium. Fateor quidem, priusquam id munus à Chlothario Lidericus accepisset, prorsus ostendi non posse, quibus Flandria limitibus circumscripta fuerit. Morinos, Menapios, atque Neruios in Flandriæ corpus coaluisse, at non integros, certò constat. quanta sui parte concesserint, ignotum. Placet quibusdam D. Eligij per hunc tractum concionabundi temporibus peranguftos fines fuisse, cum Tornacenses, Cortracenos, Gandenses à Flandris Audoënus, res eius Episcopi memorans, dispescat. Idque propter limites regionis ita Meierus circumscripsit, vt tum temporis Oostburgum, Aldemburgum, Thoraltum, Brugensium agrum, indéque totam maris oram Gessoriacum vsque comprehenderet pagi Flandrensis nomine. Vt igitur id proferam, quod vero similius arbitror, duo paucis expediam. Primum illud quidem est, Romanis rerum in Belgio potientibus, extremo fermè æuo, notos fuisse magistratus littori Saxonico Præfecti, & Cynegiorum Procuratoris, de quibus anteà memoraui. Qui littori præficiebatur, totam Oceani Belgici oram tenebat ab ostio Scaldis vltra Gessoriacum, Saxonicam ab Saxonum incursibus nuncupatam. Eius præsertim munus erat, hostiles tota regione infestationes arcere, seu terra, seu mari ingruerent. Cynegij Procurator sedem figebat Tornaci præcipua in saltus cura incumbens venandi, aut grassatoribus tergendi. Deletis, aut eiectis toto Belgio Romanis, Francorum Reges, vt arbitror, eos iunxere magistratus: & quem præfecerunt vtrique coalescenti officio, Custodem, vel Saltuarium vocauere, vna parte regionis hoc nomen præbente. Ergo regis voluntate

An eo tēpore vilis fuerit Flādriæ Præfectura?

Cap. 6.

C

Iac. Meierus. lib. 1. Fland.

Lib. 2. cap. 8.

D

Lib. 1. Gallo-fl. cap. 3.

Saltua-

Saltuarius, & Flandriæ Custos ita factus est Lidericus, vt subiectas etiam habuerit
A aliquas Flandriæ vicinias regiones, quæ postmodum idem nomen sunt complexæ.
Ideoque pleriquè auctores modò Custodis, modò Saltuarij vocabulo censent. Al- *Quas vrbes, aliaque loca tunc habuerit Flandria, vel iuncta ei regio.*
terum est, subditam eius imperio ditionem multis iam tum vrbibus, alijsque locis
floruisse. Quà portuosior est hæc Regio ad Oceanum protensis valli modo arena-
rum molibus contra sæuientes marinarum aquarum impetus, commodissima tunc
habebantur ad rerum inuectionem, vel euectionem, æstuaria propemodum eadem,
quæ nunc videmus. Hærebat in ipso aggere Mardicca portu insignis, & aduectis vn- *Iac. Meier. hist. Fland.*
dique mercibus diues: licet modò magna vis arenę portum oppleuerit, veterémque
exstinxerit famam, solo fermè Emporij cadauere post funestissimas relicto clades.
Eodem in littore Zanthoostum visebatur, quod hodie Nieuportum dicimus, portu
quidem securo, at oblongo. Vetustatis indicia turres illæ, seu phari, ex albicanti late-
re, suscitandis de nocte flammis, Romanorum, vt volunt, opus, ad vitandos per te-
nebras colles arenaceos, qui sub aqua latentes imperitis, aut per noctem minùs vi-
B tabundis naufragium minantur. Bierulietum etiam æstuario nobile fuit, priusquam
pelagi violentia multis obrutis pagis à continente rescinderet, & iam tum futuram
in mari potentiam, & domesticam opulentiam iactare videbatur, qua posteà sub
Balduino Cæsare vehementer claruit. Oostburgum habuit eadem ora, Emporium *Meier. tom. 1. Fland.*
mercimonijs frequens, & ducta in Flandriam interiorem fossa celebratum. Haud
procul inde portus Zuuinus inuehendis, efferendísque rebus idoneus, eo solùm no-
mine, antequã Sclusa cõderetur, nunc etiam Sclusanus appellatus. Mediam regionis
planitiem, quà vergit ad Oceanum, Brugæ, haud ita pridem conditæ, & ab Liderico
D. Virginis templo exornatæ, occupabant; nisi veterem malimus Grudiorum sedem *Meier. Marchant. alij.*
fuisse, vt multis placet; ac tum recẽti instauratam opere. Sed ante has Aldemburgus
stetit, primæ olim nobilitatis oppidum, posteà tamen Hunnorum, aut Normanno- *Iacob. Meier. tom. 1. Fland.*
rum rabie deformatũ, vastatúmque; vnde insignes muniendis castro Brugis lapides
auecti sunt Balduini Calui temporibus. Stabat etiam Thorhoutum vel Thoralium,
ædificiis nobile, & veteri emporio clarum: vnde S. Bauoni animam agenti Dom- *Vita S. Bauon. cap. 22.*
C nolinus presbyter aduenit sacra præbiturus. Nomen illi quidam faciunt à silua
Thoralti Teutonum Regis, quem septingentis ante Christum annis sceptra te-
nuisse referunt. Vrbium mater in eo tractu fuit Rodemburgus, quam hodie Ar-
demburgum nominant. Ab Antuerpia Bononiam vsque nihil mercimoniis cele- *Meier. tom. 1. Fland. alij.*
brius, & frequentius erat, opportuna per portum Zuuinum, & assidentem Oost-
burgo canalem ex mari rerum omnium subuectione. Nam vt Meierus meminit,
quorumdam opinio est, eo ferè loco portum fuisse Neruiis omnibus communem,
vbi modò Sclusa visitur, quem Germanorum Rex Ariouistus incendio corruperit.
In montis supercilio Cassetum eminebat, ingenti populo, & imperuia munitione
quasi totius regionis specula & præsidium: ideóque olim Castelli nomine apud Ro- *Itiner. Anton.*
manos cognitum. Ipras etiam tunc temporis stetisse suspicor, incessam priùs à Pleu-
mosiis vrbem, vt quibusdam auctoribus placet. Lisam illimi flumine manantem, *Gorop. Becan. orig. Antuerp.*
& sinuosis tractibus Flandriæ media secantem prætexebant Minariacum, Pons *Itiner. Anton.*
Stegrensis etiam tum creber, notúsque strato itinere (Romanorum veriùs, quàm
D Brunichildis opere) à Bauaco Cassetum vsque; Virouiacum, Cominium, Corteria- *Mart. S. Chrys. Vita S. Eligij. Vita SS. Amandi & Bauonis. Theod. in vit. Bauon.*
cum, Harlebeca, veteribus monumentis, pars Romanis, pars Belgicis clara. Ganda-
uum Lisæ, Scaldíque impositum videbatur. Iuliúmne Cæsarem habuerit condito-
rem, an Wandalos, nihil disputo. Ab illo plerosque initium arcessere video: ab his
non paucos. Certè fluminum opportuna, locique ad firmissimum munimen inge- *Iacob. Gaul. in Annal. Hann.*
nium, facilè Romanos induxerint, vti præsidium ibi ponerent, sensimque structis
ædificiis circumdarent muros. Quo se modo res habuerit, eius oppidi fama vige- *Vita S. Bauon. Vita S. Amand.*
bat, seu mercium subuectionem per amnium alueos consideres, siue obstinatam
olim gentis tutando idolorum cultu ferociam. Cis Lisam etiam loci aliquot cele-
bres exstitere. Nemetacum, vel Antonino in Itinerario notum, Bassea, (quibusdam *Iacob. Meier.*
olim Plinij æuo Bassorum sedes) Duacum Scarpo flumini adiacens; Martianę, Lam- *Gorop. Becan. & vita S. Amandi*
bræ, Victoriacum eodem flumine irriguus; Orchiacum Pabulanæ caput ditionis, Si- *Gregor. Tur.*

clinium

clinium D. Piatonis post cædem aduentu, & tumulo nobile; Vrelenghehemum cæsi S. Chrysoli cruore & cerebro aspersum; B[illegible] ad breue tempus Tornacensium sedes Pontificum. In Scaldis ripa c[illegible] Aldenardam, Ioannes Goropius existimat, eamque prius fuisse Regiam Neruiorum ciuitatem. Propius mare Burburg[illegible] palustri loco dedisse [illegible] ratur [illegible]cierus. Et floreba[illegible] maximè Tornacum, Tarruanna, Origiacum Atrebatium, Cameracum, potius Iccius, Gessoriacum. quæ non dubito subiectæ Liderico prouinciæ partem fuisse. certum enim est nun multo post Origiacum (quod plerique falso Rigiacum nuncupant) Flandriæ vrbium principatum tenuisse, & diu præbuisse Flandrorum Comitibus sedem. Hæc igitur, vt alia quædam taceam, celeberrima tum emporia, & oppida, tum portus, pagique, sicut ex monumentis veteribus cum[illegible] peri, visebantur, cum Lidericus moderandam Flandriæ regionem capessiuit. Non [illegible]ior tamen initio p[illegible] [illegible]cis faciem eius alteram fuisse, cum pars aquis palustribus staret pars horre[illegible] latis nemoribus. ideoque magnam portionem ad fruges vsu sterilem visam. Sed postea solum, vbi decisis arboribus coleretur, fœcundum valde, & benignum [illegible] repertum. Id quamuis factum putet Gaguinus ante Christi natiuitatem, v[illegible] tamen credit Iodocus Badius coli cœptum circa trigesimum, & quadringent[illegible] Christi annum. B

Verum vt ad cœptam narrationem filum orationis reuocemus; p[illegible] cæsis vulneribus conualuit Lidericus, ad rem publicam animum prorsus intendit. Ante omnia curæ sunt, præcipuos regionis locos obire. ibi attentè contem[illegible] præsidia, & oppida; hominum animos explorare [illegible] crebro inquirere, qui [illegible], pagos, vrbes, metum iniecerent grassando, vel iniquis imperijs. variis denique cœtus cogere. ibidem publicis de rebus; de iustitia, & æquitate; de Christi legibus, deque rectâ ex ijs imperandi ratione, miscere sermones ea vi, & g[illegible], vt [illegible] omnes lætitia defixi ab eius ore penderent; contrà scelerum consc[illegible] pressi magna quatierentur formidine. Exinde tribus cauendum rebus percepit, iustitiæ, religioni, & populi securitati. Hanc pleraque castella, oppidaue [illegible] tuta, aut fermè munitionibus nuda imminuerant. Æquum iustúmque [illegible] locis scelerum licentia, & fœdi mores Phinartij sustulerant: alibi cuiusque libido debilitauerat. Christi religio paucis chara, multis odio erat: & qui complexi fuerant, parum id temporis animo sincero habebantur, exuta propemodum pietate. Hæc præsertim religionem pessumdabant, morum feritas, idola colendi obstinatio, inspersum quorundam mentibus Arianæ, vel alterius pestis hæreticæ virus: rati denique probitatis, & veræ fidei magistri, vel quòd tempus exiguo illic tractu tererent, vel quòd Christianæ religionis aut Catholicæ fidei odio à barbaris hominibus interimerentur. Hoc igitur rerum statu Lidericus imperium aggressus, multa primò secum agitauit aperiis regionis vulneribus medicandis. Deinde procerum consilia exploraturus, comitia loco tecto, & opportuno habuit, ibique tali ad omnes oratione vsus est. *Qu[illegible] mihi formidinis plenus esse poterat primus in hanc regionem ingressus: multum tamen ex eo spei, & voluptatis, gloriæ plurimam obuenit. Horrenda siluarum opacitas, tristis vbique rerum facies, exhausta pauore incolarum pectora, immanis tyranni sæuitia, carcere oner[illegible], & pædore [illegible] matris teterrima custodia, tellus imbuta fuso per scelus patris cruore, quem non etiam [illegible] virum metu incesserent? Enimuerò hæc omnia mihi nuper ad vos cum Rege venienti ex[illegible] magis, quam spem vitæ; dedecus, quam gloriam attulissent: si non iustitiæ desiderio, vos que omnes periculo liberandi, venissem. Vindicandi ferro parentes, & asserendæ [illegible] libertas animos fecere. Igitur pro ingenti mihi gloria capessendæ, aliasque benefaciendi cupid[illegible], ad præclarum ex[illegible] facinus. In certamen solus hoc corpore, solis armis, contra Phinartium descendi: sed metu maior eum varia pugna casum peremptúmque solo porrexi. Equidem si quis ex vero id certamen secum arbitrari velit, non dubiè comperiet, nihil ad gloriam, decúsque optari posse præclarius. Reputate animis sæuissimi hominis pectum [illegible] igne vibrantes, sæuam contuitus, & imperio necis linguam; immaniter to[illegible], & [illegible] caedibus brachia; vegrandis pelta, & ingenti acinace armatas manus; totam denique corporis molem solo aspectu formidabilem. Quoties ad hæc omnia [illegible] pidantibus vobis quæsita est* D

Marginal notes: *In origin. Antwerp.* | *Fland tom. 1. Vtdemaan.* | *...hist. Franc.* | *...epistol. ad ...* | ...nito magistratu cōmiss... sibi regioni... duigilat Lidericus. | ...abito con... ...ntu his in... ...genas ver... ...adhorta... ...est. C

A ta est latibuli fides? quoties mortem magis optastis, quàm hæc eminus spectare? Sic igitur animo ratus sum: qui ad pugnam Phinartium exciret, magna nisi audacia debere; qui certando tantùm læderet, etiam accepto vulnere, ad gloriam abunde facturum. Sed immortalis Dei munere id mihi denique concessum est, vt æquitas causæ Phinartio, exitum; matri vobísque, libertatem; patri, vindictam; mihi, voluptatem & gloriam pareret. Quod vlteriùs quæram virtutis præmium, etiam maximè ambienti desit. Regi tamen Chlothario ea merces infra meritum visa. Quod laudaret, spectauit; quod tribueret, hostis opulentia dedit: quod ad gloriam cumularet, decúsque, vos præcipuè suppeditastis. Phinartij fortunæ extorri patria, & egenti concessæ ad tolerandas vitæ necessitates: quamquam etiam iure poteram repetere, obspoliatum vita, & fortunis patrem. Vobis tyranni metu liberis haud dubiè multa voluptas obuenit. Sed iusta Regem inuasit formido, ne vos per læta rerum, Principe carentes, licentia morum pessundaret: cùm aduersa constringant mentes; prospera, iucundáque dissoluant. Vt igitur obuiàm periculo iret, Principem me vobis, & Flandriæ Rectorem dedit. Equidem tanti Regis voluntatem, & iudicium laudo, non tam mei decoriedibidine, quàm præsidij vestri de-

B siderio. Nam quod ad me attinet, Principatus nomen, vt insolitum mihi, nouúmque, sanè parum arridet: res ipsa molesta prorsus videtur, & minimè cupienda. Quàm iniurijs idoneum, & obnoxium grandibus malis sit imperium, longo satis vsu didici alienæ dominationis, & periculi. eo careat iucundiùs quispiam, quàm polleat: cùm in vtramse partem admiserit, inuidiæ vis subeunda sit, vel malos premendo, vel bonis displicendo. Contrà, si vos intuear, quàm parùm humanus sim, oblatum ab Rege Principatum repudiando? Vt enim Deo & iustitia fretus meum, & iugum seruitutis à ceruicibus vestris repuli: ita modò salutem vestram, ac libertatem ijsdem tutari me addecet. Datum igitur ab Rege in vos imperium cepi, & nunc eo ad commodum vestrum, meámque laudem vti volo. Quæ res vt vobis, ac mihi feliciter eueniat, nonnulla de vestro inprimis officio, & posteà de meo aliqua dicam. Nullum imperium religionis expers diu stare posse, multorum cladibus populorum, ipsorum etiam regnorum interitu palàm est. Cum enim valido conspirantium animorum nexu respublica contineatur, eam verò coniunctionem religio efficiat, firmétque: qui religione carent, etiam menti-

C bus dißiti sint, adeóque ren.publicam fœdè lacerent, atque pessundent, necesse est. Exiguum hactenus veræ apud vos religioni locum sæua tyranni decreta, metus, crudelitas, & multorum in falso cultu obstinatio fecere. ideò nusquam ferè animorum firma necessitudo; æqui & boni vbique negligentia; ingens morum licentia; agri parum culti; exigua prorsus regionis securitas: alijs aliò inclinantibus. Quidni ergo metu, asperísque rebus Phinartij cæde iam sublatis, firmando posthac Principatu, & tutandis limitibus, veram latiùs religionem propagetis? Multorum cultu deorum implicari, aut turpißima infici hæreseos labe, rectæ religioni aduersum est, ideóque certum exitij. Christo contrà adhærere, omni procul perfidia certo mentium veneno: id verò est rectam religionem complecti, & colere. Quis enim alius humani generis assertor, quàm Christus rerum omnium molitor, & Deus? Igitur, qui nondum amplexi estis, huius legem suscipite; ea mentes vestras erudiri, ex huius ritu sacra tingi vos aqua patimini; ad eius amußim vitam morésque componite. Vos contrà, qui veri numinis legibus imbuti estis, sed animos aut prauis erroribus transuersos agi, aut fœdis sceleribus pessundari sinistis; macti este virtute: quidquid veræ fidei contrarium est, quidquid aduersus probita-

D tem decernit, id procul animis, procul ista regione amolimini. Enimuerò vobis Christum, vti decet, venerantibus, & de huius sententia exigentibus vitam, omnia prosperè cessura; imperium pollens, poténsque futurum assero. èx aduerso, eius legem renuentibus, aut flagitio violantibus, cuncta pessum itura, cuncta infelici exitu corrumpenda. Quoniam autem ad firmandam, augendámque rempublicam etiam mœnitis vrbibus, oppidis, arcibúsque opus est (quæ omnia nobis vel non admodum multa, vel infirma suppeditant) oppida, vrbésue moliri, & muris circumdare decretum est mihi. eò materiem è siluis, ex agris lapides, aut lateres sufficiam: vos, si libet, operas præbete. Non ad speciem, & ostentationem quidquam condere instituo; non ad mei corporis tutelam. vestris vsibus, vestro commodo, & saluti hoc opere studemus: vt vobis, liberis vestris, atque fortunis contra hostiles impetus esse tutis liceat. Mihi, rebúsque meis abundè cautum erit, si vobis prospiciam, si verum me Principem esse sentiatis. Enimuerò virtutem vestram, animos, corpora, periculis vltra obijci, nullis ferè tutantibus vallis, aut mœnibus; nimis grande imperij mei vulnus puto. Itaque vt omnibus vo-

vis,

bis, mihique tutum sit; laborem, manúsque conferte: ingenio, studijs, ac in primis amore vobiscum certabo. Id enim maximum Principis munus reor, præcipue in subditos amore censeri: qui si desit, metu subditos inuadi, fluxáque in Principem fide ferri necesse est: contrà, si vigeat, & præclaris se facinoribus prodat, populo Principem arctissimo nexu copulabit, ipsúmque contra hostilia tela tectum faciet. Immortale vobis numen testor, nullum vnquam vestrûm me defuturum, siue aduersa terreant, siue prospera fatigent. In aduersis ad tolerantiam, & fortitudinem vobis me ducem præstabo; in secundis ad temperantiam, & laborem; in vtrisque ad laudem, & gloriam.

A

Lideríci orationem plausus excipit, & multa procerum promissio.

Post eam Liderici concionem omnes admodum lætitia gestire; tantique viri prudentiam admirari: dein etiam gaudere vehementer, cum præsertim imperio abs Rege ornatum, cuius virtute, sapientia, & vigilantia boni multum consequi possent. Itaque iam audentiùs circumsisterei de suscipienda Christi lege quidam calidè polliceri; labores, operas, & si opus sit, impensas vrbibus condendis largiter promittere. Neque verò minus ipse lætitia perfundi Lidericus ad hanc procerum voluntatem, & promissa. Igitur priusquam eos ab se dimitteret, palàm omnibus edixit, eò se primùm intendere, vt arci Buccensi, quam Phinartius insederat, crebras ædes adijciat, easque B muris ac fossis circumdet. nam ibi sedem fixurum se, iuráque daturum. qui eò commigrarent, domos ibi struerent, gratissimos sibi fore. quamplurimos istic in vnum corpus reipublicæ coalescere, vbi frequenter agerer, sibi decori, ipsis cõmodo cessurũ. Exinde multos cum fortunis eò migrãdi ardor traxit mortales; ac eorum plerosque pecunia pollentes, alios alijs artibus claros. Ita breui tempore factum est, vt creberrimæ opere ferè materiato ædes ad arcem conderent, siluis paruo negotio, nullísque fermè impendiis de proximo ligna præbentibus. Postquàm igitur domibus, & populo florentem locum vidit Lidericus, eò tandem animum appulit, vt fossam, murósque circumduceret. Impigrè laboratum aliquamdiu est eius imperio, permultis in id opus laborem, & studia conferentibus. adeóque factum est, vt citiùs, quàm spes ferret, iusti assurgerent muri, tumentibus circùm aqua fossis. Cum de nomine imponendo agitaretur, auctori placuit Insulam vocari, vel solo palustri, & sæpè per ambitum plurimis imbrium aquis, vel fabrorum responso insulæ modo tutam afferentium, ita nuncupandi causam suggerentibus. Hæc igitur initia fuere nobilis huius vrbis & emporij, vt plerisque veterum Annalium libris proditur: parua quidem sanè, vt omnium fermè vrbium, & angustis inclusa terminis: verùm ab insigni Principe, cuius vitæ splendor, atque virtus maximam Galliarum partem fama compleuit. Eius postmodum fortuna variam se præbuit, nunc tristi exitio deformante, vel barbaris excindentibus, vel Regibus Francorum vastantibus ferro, atque flammis; nunc Principum studio, & præsentia erigente; ipsis denique ciuibus diuersis artibus, opificiis, diligentia, frequenti cum exteris negotiatione & commercio, diuitias & claritudinem inuehentibus. Ariacum posteà (frequentius Ariam nominant) vel impositum Lisæ flumini ab Liderico reperio, vel saltem nouis munitionibus circumdatum. Quos alibi locos aut condiderit, aut muris & propugnaculis muniuerit, nulla certò veterum suppeditant monumenta.

Ad arcẽ Buccensem oppidum cõditur.

Chron. Fland. vet. & Ms. lib. Liderici Ms. alij auctores.

Insulæ nomẽ ei imponitur.

Auctores citati.

C

Ariã molitur Lidericus.

Auctores citati.

D

ANNALIVM GALLO-FLANDRIÆ

LIBER SECVNDVS.

A EVM in modum, quem ſcripſimus, condito Inſulenſi oppido, componendis huius ciuium, & Flandrorum moribus animum Lidericus longè diligentiùs, quàm prius fecerat, intendit. Ad iuſtitiam, fideíque Chriſtianæ propagationem iuxtà procliuis, nuſquam locorum vtrique rei defuit. Iuri dicundo præſertim Inſulæ commoratus eſt. Ibi leges condere, noxios pœnis coërcere, præmia bonis impertiri. vnde breui tempore ſceleratis terrori eſſe cœpit, contrà bonis voluptati. Eius rei famâ varia circùm loca implente, minùs per ſiluas in viam facientes ab latronibus ſæuitum eſt: pauci mortales alibi ſceleribus graſſati.: boni, rectique ſtudium quamplurimi coluere. Id vnum tamen dolebat Lidericus quàm maximè, nullos ſibi ſupperere viros, qui ſpiritus Apoſtolicos alerent, & ad cultum animorum ingenti feruore raperentur: paucos etiam, qui cupidos ſacris imbui Chriſtianis homines inſtruerent diuinis myſteriis, reperiri ſacerdotes. Equidem per eos dies B. Aicharius, qui nuper Nouiomenſem, ac Tornacenſem Eccleſiam acceperat moderandam, has in partes nondum aduenerat: neque ſpes vlla ſe prodebat eius hîc fruendi præſentiâ. detinebat eum ſcilicet intra fines Nouiomenſis Epiſcopatus mutandarum in melius variarum rerum neceſſitas. Per idem quoque tẽpus Cameracenſis Eccleſia ſuo fuerat Põtifice deſtituta. Etenim Ablebertus, vel Emebertus (vtrumque ſcilicet nomẽ fuit ſortitus,) quẽ Bertoaldus acceperat ſucceſſorem, è terris recenter in cælos per ægritudinem corporis purgatus euolauerat, tantò maiori ſubditorum populorum mœſtitia, quantò plus virtutum & ſanctitudinis toto vitæ decurſu patefecerat. Spem quidem multorum mentibus iniiciebat laboris vtiliter collocandi, quæ iam de Beati Autberti Cameracenſibus conceſſi Pontificis ardore zelóque fama vulgabatur: verùm is nondum in Gallo-flandriæ fines pedem inferre poterat. Et quantum è factorum eius narratione arguitur, lõgè plus ei Hannonum cultus arriſit, quorum multus vrbes & agros inuiſebat animas Chriſto lucrandi gratia. Iis igitur ſacerdotibus, quorum copia fuit, ſic vſus eſt Inſulæ Lidericus, vt primò rudes plebis animos doceri, dein iam idoneis ſancta præberi ſacramenta, & ſtatis temporibus tremenda peragi myſteria procurauerit. Aderat interdum ipſi maturus ille vir ætatis Lidericus, quem nutritium patrem inter ſiluæ latebras infans habuerat: ab eóque non parum vel ad virtutis ſtudium, vel ad officium ſtrenuè iuſtéque explendum, monitis incendebatur, ac nonnunquam optimis ad hæc fulciebatur conſiliis: ab eo tamen impetrare nunquam potuit, vti ſedem Inſulæ ſtatueret, relictis nemorum receſſibus, vt eius ſemper vultu frueretur ſermonéque. adeò ſcilicet ipſi ſemotorum à ſtrepitu locorum cupido inſederat, quæ mentibus cæleſtia contemplantibus aptiſſimè conueniunt. Hæc dum fiunt, Lidericus nondum ſeſe matrimonij nexibus induerat. Non id feciſſe conſueto multis vitio, quibus iuuentam ſtupris exercere charum erat, priuſquam coniugij legibus adſtringerentur, perfacile mihi eſt vt credam. Sapientia, virtus, rectique ſtudium procul ab eo id labis genus amoliebãtur (haud enim leuiter inducor, vt opiner cum Regis Angliç filia turpiter conſueſſe:) cùm certum ſit omnino, deditum libidini corpus ingratam ſapientiæ ſedem eſſe. Quæ tantis eius dotibus congrueret, haud facilè coniux reperiebatur. Nam genus magnum, probi mores, virtúſque, perſimili gaudent conſortio. Sed non multò pòſt mirabili quodã euentu Chlotharij Francorũ Regis filia

Margin letters: A (first line), B (at "rent, & ad cultum"), C (at "ciebat laboris"), D (at "Inſulæ ſtatueret").

Lidericus vtiliter ad bonũ ſubditorum Inſulæ, alibíque incumbit.

Vet. Chron. ms. lat. Marchant. lib. 2. Fland.

Qui iuuent eum, pauci adſunt ſacerdotes:

abſente præſertim Aichario Epiſcopo Tornac.

Et mortuo recenter ABLEBERTO Camerac. Pontif.

Licet ſucceſſor eius S. AVTBERTVS ſpem daret auxilij.

Iuuit interim eum ſæpè Lidericus nutritius pater:

Oudegherſt. c. 12. Annal. Fland.

etſi, vt Inſulæ habitaret, impetrari non potuit.

Cur eatenus expers connubij fuerit Lidericus.

An. 614. vel circiter.

Quando ei coniux obtigerit:

A in vxorem ei cessit. Idonam nonnulli, Bonamúe; Rothildem, vel Rithildē alij nominant. Eam viuo patēte coniugem obuenisse, plures asserunt; eodem vita functo, Petrus Oudegherstius. Ab omnibus propemodū Belgicis Annalium scriptoribus idem euentus, coniugiúmque memoratur, quibus in potestatem Liderici venit Rothildis. Gallorum nullus, quod sciam, rem eam litteris mandauit: vel quia res nostras vehementer admodum ij contemnunt; vel quia magnam ijs nuptijs impactam regno Franciæ labem arbitrantur. Ego, quamuis ea parum probem, quæ passim à nostris auctoribus de ratione producuntur, qua Chlotharij filia in manus Liderici venerit; quia tamen circa ipsam alia nulla suppetunt certiora, neque hæc prorsus veritati aduersantur, ac de matrimonio inter Lidericū initoRothildémque vetustissima quædam exstant litterarū monumenta: haud prorsus omnia, quę produ̅tur reijcienda existimo; at non paullo aliter ex veteribus libris ea memorabo, quàm Petrus Oudegherstius suis Annalibus inseruit. Rothildem forma præstantem, & virtutibus claram Pictauorum Comes deperibat. quòd vnica esset Regi Chlothario filia, spem abiecerat in coniugem ducendi patris voluntate. Igitur ad vim, & insidias conuersus, clam Rege rapere, & furtim extra Franciam portare immani facinore ausus est. B Tholosæ Comes in sceleris consortium admissus consilia sufficit, & promptam ad flagitia satellitum manum. Extra palatium matutino tempore oblata forte puella est pauco septa comitatu. In eam, captis omnibus repentè comitibus, primò blanditijs, dein etiam violenter agitur. tum ipsa paratæ ad facinus rhedæ imponitur, minis, si clamaret, intentatis ferro pectus induendi. Ita virgine regia cum omni comitatu celerrime per satellites ex hominum oculis sublata, extra vrbem Comites auolarunt. Cùm præda in Flandriam iter maturatur, exstinctis, aut in fidam custodiam retrusis puellæ familiaribus. Ibi Comes Tholosæ Pictauum præuersus, in silua Buccensi ad capiendam Rothildem, cuius ipse iam amore torrebatur, insidias locat. Nihil aduersum metuenti Pictauo ex latebris inopinus incumbit. Igitur accensis vtrimque animis concurritur. retinendæ prædæ studio Pictauus; contra, Tholosanus eam auferendi ardore, contendunt. Intereà loci ab ijs partibus, quas nunc Hollandi occupant, per insulas modò Zelandicas nuncupatas tegressus Britonum Dux C quidam occurrit, magna vi militum septus. Neque is cunctatus est vtrumque aggredi, quos multitudine superabat: quamquam eorum dissidij & certaminis causæ esset ignarus. Contrà, iūctis inox Comites armis ruendi sese gratia, pugnā capessunt. Frustrà ipsi tamen sunt obnixi, conscientia sceleris plus pauoris inferente, quàm hostium numero, & armis. Ergo pugna denique fracti, & vinculis ab Duce onusti fuere. Eo pugnantium concursu dum multo puluere cælum obtenditur, omniáque conflictu armorum, & vocibus circumsonant: regia virgo, (quam illi solam asportauerant, ne comites scelus proderent) tacitè se subduxit, ac in profundas nemoris latebras cursu coniecit, ne victorum rursus præda fieret: omninóque maluit sese fuga intra pudorem proripere; quàm incessente turpitudinis metu, prælij finem præstolari. Igitur neque Comitibus de ipsa quidpiam significantibus, quòd ad cruciatus prodi metuerent; neque Duce, quòd esset raptus ignarus, inquirente: ibi reliquum diei, totámque noctem Rothildis trepidè, sine somno, cum lamentis agitat. Eo interim D animum solatio mulcet, quòd illibato corpore raptorum manus euaserit: felicem se satis arbitrata, si rebus omnibus exuta, etiam inter belluas ætatem degat, flore castitatis intacto. Verùm tam generosæ ac nobilis puellæ tum pudori, tum incolumitati corporis cautum fuit numinis prouidentia. Quippe proxima luce Lidericum cupido inuasit pro more ceruos canibus sectandi. Eò, multis comitantibus, siluam petit: dúmque obscura nemoris penetrat, insignis ei ceruus occurrit exteplò. Igitur hunc ipse canibus repentè incessit, & propero assequitur cursu, tanto ardore opprimendi, vt comitibus longè relictis, solus in remotū siluæ locum euaserit. Sed ibi ceruus pernici in latebras saltu canes, & Lidericum frustratur. Contrà, Lidericus innixam arbori, mœsto vultu, fluentibus genis, & manibus implexis, cultu tamen nobili, puellam conspicit. Exinde primò multa ipsum corripuit admiratio, dein adeundi, alloquendique desiderium. Nihil ergo cunctatus, eam perbenignè salutat: quo genere orta,

Chron. vet. MS. lib Lideric. vet. mon. Atrat. Ludouic Bresin. in Chron. Fland. Cornel. Martin in Genealog. Comit. Fland. Pont. Heuter. in ijsdem, Oudegh cap 11. Iacob. Merchant. l. 1. Fland.

& qua ratione eam sit nactus.

Chron. vet. MS. lib. Lider.

Chlotharij Regis filia rapitur,

& in Flandriā deportatur.

Dum pugnāt inter se raptores, & ab superueniente Duce obruuntur:

in tutum ea se locum recipit.

Ibi à Liderico deprehensa, benignè, vt in arcem Buccensem deferri se sinat, inuitatur.

A orta, vnde loci, cur in nemoroso vasto & inculto, tali habitu, tristi facie, plorantibus oculis, absque comitatu lateat, inquirit. Verùm virgini obstinatum fuit genus, & domum occulere. tantúmque respondit: *De patrio solo huc se à raptoribus delatam. quò minùs vim passa fuerit, causam dedisse exortam inter illos hac in silua cõtentionem. ea quippe sæuiente, & pugnantibus atrociter omnibus, è turba se pedem extulisse, captóque in siluam cursu, tectam fuisse huius latibuli fide. vnum se vehementer flagitare, vt vitæ, & honori suo consulat: quò placuerit, ex horrentibus nemoris latebris sese asportet; modò pudicitiæ florem intactum sinat. insigni genere conspicuum sibi parentem superesse: ceterum pudorem imperare, ne nomen, & genus prodat. etsi enim patri iucundum foret, gnarum fieri, saluam & integram se esse; nihilominus placere sibi, post tantam raptus fœditatem eius aspectu priuari perpetuum.* Ex aduerso, qua potuit oratione Lidericus mœstitudinem absterfit: deinde fiduciam iniecit tuti, & honesti in arce sua domicilij. *charum sibi pudorem esse, nihilque iucundius accidere posse, quàm ope, & fortunis eos iuuare, qui summo genere nati, dura interim calamitate premuntur.* His ergo promissis onustam equo imponit, & honorificè in arcem defert.

B Ibi omni cura, & studio cultam paucis inde mensibus ad coniugium inuitat: ceterum intactam relicturus, si nuptias recuset. Etsi pudor ex paterni generis memoria primum absterruerit, fregit tamen denique virginem hospitis comitas, & virtus. Celebratæ igitur Insulæ splendido & superbo apparatu nuptiæ sunt: & sublati exinde intra paucos annos liberi quindecim animo, & corpore insignes, sexu omnes virili.

Illuc deportata, post aliquod tempus cum Liderico matrimonium contrahit.

Sub hoc tempus nt pii rum, accepta Chlotharius nuper in vxorem Sichilde, Dagobertum filium, quem anteà Borealibus Austrasiis præfecerat, vniuersæ Regem Austrasiæ dedit eo cõsilio, ne quid regni eius proceres molirentur aduersum, totique Belgio cautum esset, rebus ad Rhenum Mosámque benè compositis firmisque; ab Germania ne barbari huc descenderent.

AN. 626.

Eodem propè tempore Chlotharius Dagobertum Regem creat Austrasiæ.

Append. Greg. c. 47. Aimon. lib. 4. c. 8.

Quorum consultis, & artibus omnia Dagobertus adhuc iuuenis moderaretur, Metensium Pontifex Arnulphus, & Pipinus adiuncti fuerant. Pipinus Palatij curam acceperat, & militiæ: Arnulphus vitæ morúmque magisterium.

C His igitur præsertim auctoribus, & Gomatrude coniuge non leuiter stimulante, insigni Dagobertus pietate, bonisque moribus emicuit, paucis Regum secundus; & cuncta bellè in Austrasia, Belgióque processere. Ea tempestate Austrasiæ regno suberant Neruij, Morinique, vt pleræque aliæ Belgij gentes. Ergo dum variæ regni partes, satagente Dagoberto, à plerisque viris Apostolica præditis gratia gnauiter excoluntur; ibi multorum ad Christum fit hominum accessio; templa non pauca, & monasteria ædificantur: optabat etiam Lidericus virum quempiam magna virtute præditum Flandriæ concedi, cuius eloquio, & probis moribus, ad Christum incolæ, nondum initiati eius legibus, traherentur. Neque enim solùm Christum venerabundus religioni admodum insistebat; verùm etiam plures ei adiungendi ardebat desiderio.

Sub eo Rege Christiana re florente.

Et visus est Deus optatis eius fauere, misso tandem has in partes D. Amando, iussóque in cultum animorum incumbere. Inter præcipuos Gallo flandrici nostri tractus, adeoque Flandriæ totius cultores, & Apostolos hunc virum Francici, & Belgici censent auctores: ideóque vt de ipsius genere, ortu, & studiis

S. Amandus in Flandriam venit, vt eam excolat.

Qualis hic quantúsue vir fuerit.

D pauca modò, dein de præclaris eius facinoribus suis aliàs temporibus referam, instituti mei ratio admonet. Serenus & Amantia summo loco nati parentes ei fuere. Patrem eius quidam Aquitaniæ Ducem faciunt. Vti promptissimus ad capessendam virtutem fieret, educatio plurimùm effecit, sub parentibus & Christianis, & bonarum artium studio cluentibus. Postquàm imbuto litteris animo plerumque adolescentiæ tempus transiisset, magnus eum ardor corripuit mundo nuncium remittendi, & diuino numini obsequendi gnauiter. idque propter clam parentibus in Ogiacam insulam traiecto mari festinans intendit. Illic intra monasterij septa receptus, tanto feruore virtutis studiũ aggressus est, vt paucis diebus ingentes fecerit animi fructus. Iam tũ eius sanctitatis, & potentiæ specimen emicuit, cùm sola precatione, & signo Crucis, inusitatæ magnitudinis serpentem ex ea imperterritus insula exegit. Nec potuit ipsum pater blãdis sermonibus primùm, dein etiam grauibus minis à cœptis reuocare monasticæ vitæ asperitatibus, & sui edomãdi studijs. Is enim

Baudemund. in eius vita. Philipp. ab Eleemos. in eius vita. Nodgerus in vita S. Landoaldi. Harig. de Episc. Leod. Ægid. de eisdem. Chron. Marcian. Ioan. Molan. in Nat. SS. Belgij.

In monasterium se abdit.

Parenti ad mundũ reuocãti repugnat.

A

cùm ira tumidus interminaretur seueriter, nisi, relicto confestim monasterio, mundi pompam, & fastum indueret, omni priuatum iri patrimonio: audenter simul ac suauiter ardentem ipsius orationem Amandus his verbis excepit: *Nihil mihi tam consentaneum, mi pater, quàm vt Christi seruitutem amplectar, quam patrimonij loco habeo. de tuis fortunis & possessionibus neque quidquam ambio, neque tangam. Vt Christo pauper militem, id solum mihi permitte. terrenis equidem rebus exutus, per eum abundè intra mundi contemptum, & cælestis thesauri desiderium diues euadam.*

Victor includitur Biturigibus.

Obtenta igitur tandem à patre Christum sequendi facultate, non multò pòst Biturigibus in iunctam templo cellulam Austregisili Pontificis venia sese abdidit. Illic annos quindecim transiit inedia, vigiliis, & cilicio corpus edomans.

Romam adit.

Postquam inde Romam adiit Principes Apostolorum veneraturus, à D. Petro in gradibus ante fores templi apparente, Gallias repetere iussus est, ibique diuini verbi sementem facere.

Inde reuersus Episcop. consecratur.

Igitur ab Italia in Gallias reuersus, Episcopali donatur potestate, & in Pontificem vngitur nulli adstrictus sedi, vt liberiùs varijs in locis multorum salutem procuret: nullúmque ab eo tempore excolendi animos hominum laborem refugit. Francia primum, & Aquitania eius eloquio imbutæ: dein plerumque Belgium. B

In Flandria, præcipuè Gandaui, laborat frustrà initio.

Hic laborum eius maximos sensit Flandria, & in ea præsertim Gandauum. Sed dum feroces eius gentis animos verbo diuino subigere insistit, sæpè magis iniuriis, & plagis oneratur, quàm fructu laborum. Ergo facilè animaduertens, haud pares tantis laboribus vires sibi suppetere; ac non modò diuinis subsidiis opus sibi esse, verùm etiam socios ad populum præfractæ mentis emolliendum, fingendúmque adsciscendos:

Author. citati.

Romam repetit, indeque socios adducit.

ad summum Pontificem iter Romam rursus arripit. Exceptus ab hoc perbenignè, cùm itineris causam docuisset, amplissimam Christum prædicandi potestatem accepit, & aliquot cum Landoaldo presbytero laborum socios.

Theodor. in vita S. Bauon. Nodger. in vita S. Landoal. Harig. Aigid.

Hac igitur septus commilitonum manu Amandus in Gallias sese cùm recepisset, in Flandriam rursus progredi constituit, iterúmque sacrum aduersus Gandenses bellum suscipere.

Quantum ex veriori annorum calculo assequi possum, has inter curas studiúmque animas Christo lucrandi, quibus Pontifex Amandus ad suscipiendas res magnas & difficiles plurimùm impellebatur,

Chlotharius Rex Franc. moritur. Et DAGOBERTUS succedit.

mortem Franciæ Rex Clotharius oppetijt quinto & quadragesimo regni anno, à Christi natalibus octauo & vigesimo supra sexcentesimum. C AN. 628.

Append. ad Greg. Tur. c. 56. Aim. l. 4. c. 16. Aigid. Bucher.

Dagobertus primo natu filius, qua valuit apud paternarum ditionũ Principes gratia, nullo negotio vniuersa patris regna heres adiuit. Sed ne fratrem suum Charibertum (quidam Haribertum nominant) ex Sichilde susceptum aspernari videretur, ideóque discordiæ flammas aleret: cum aliqua parte ditionum aspersit, tradito Aquitaniæ regno.

Append. Greg. c. 57. Aimoin. l. 4. c. 17.

Nihil optabat magis Amandus, quàm Dagobertum latissimè terris imperare, cuius pectori nôrat insitam Christianæ religionis admodum exemplo & muneribus propagandæ cupidinem. Ergo quàm priùs fecerat, multò ardentiùs Apostolicos labores exantlandi desiderio incenditur.

S. Amandus per B. Aichar. ad subigendos Gandens. à Dagob. litteras impetrat.

Et quò feliciùs ad id opus incumberet Gandaui, Nouiomensem & Tornacensem Episcopum adiuit B. Aicharium. Vt ab Rege Dagoberto litteras postularet cum potestate vrgendi, si quos pertinacia sacro baptismate arceret, vehementer institit. Tanto ardori morem gessit Aicharius, &, quas petebat, litteras facilè impetrauit ab Rege. D

Baudemund. in vita S. Amandi. Philipp. ibid. Theodor. in vit. S. Bauon. Harig. Chron. Bland. Meier alij.

His igitur acceptis (non tam vt ijs quemquam inuitum compelleret, quàm fidem faceret, auctoritate se regia fulciri, & Pontificis Aicharij niti voluntate) paullò pòst Gandaui ad grauissimum opus vires animúmque cùm socijs Amandus contulit, vbi tunc proterua idola colendi apud omnes ferè libido feruebat.

Gandaui dum laborat, initio grauiter à ciuibus affligitur.

Ibi stabant aræ Mercurij, opacíque luci, & impia quædam phana. quæ omnia postquam disijcere Amandus tentauit, causam præbuere incolis, accolísque vario in ipsum sæuiendi iniuriarum genere. Plerique hospitium petentem atrociter repulere. alij verberibus etiam onerarunt.

Auctores citati.

neque aliqui defuerunt, qui pluries immani ausu deturbarent in amnem.

A socijs illic desertus, victum sibi & egenibus manuum labore comparat.

Exinde ipse inedia pressus, rerum omnium egens, incerti laris, corpore admodum deiecto, imbellíque. Fregit ea res socios omnes, quos secum eò deduxerat: ideoque sensim aliùs aliò dilapsi sunt. Sed inuicto semper animo, & immodicus in Deum, hominésque amoris, difficilia, duráque rerum Amandus constanter exsorbuit. Ac tunc

Auctores citati.

A iucundum ipsi fuit victum sibi manibus parare; quos cerneret graui necessitate oppressus, indidem aliquid ijs impertiri; quosdam etiam è custodia dato pretio educere. Nihil interim opis omittere ad salutem animatum conferendæ: nunc publicè concionari, nunc priuatim ciues alloqui: idolorum falsam religionem exagitare feruenter; in vitia vehementer inuehi: veram Christi legem repudiantibus æternos ignes & cruciatus minari; eam complectentibus felices euentus, & miras æternásque voluptates in cælis promittere.

Dum tamen nihil Apostolici muneris remittit, Gandenses tãdem conuertit.

Postquam ergo tot laboribus, & summa vi contendit; omnis demum impietas victa fractáque fuit, & domitus ciuium furor: disiecta mox solo phana, euersæ aræ, luci succisi, vniuersa propè ciuitas Christo adiuncta.

Baudemund. & Philip. in vit. eius Theodor in vit. S. Bauon. Burger. alij.

Ad quæ conueniant initiati Christianis legibus homines, duo S. Amandus Apostolorum Principis nomine templa ædificat, vnum loco iacenti ad flumina, in colle Blandinio alterum.

Ibidem templa ædificat.

Ibi Clericos vitam in commune ducentes constituit, non modicos sumptus, censúsque Dagoberto præbente.

Auctores citati

Dum igitur noua rerum facies cernitur Gandaui, passimque illic S. Amandi diligentia populus sacris vndis contingitur, diuinæque personant laudes:

His auditis eius adeundi desiderio accẽditur Bauo.

B aduśque Allouuini (vel Alloyni) Bauonis aures læti tam felicis successus nuntij perferuntur; & mox eum ingens cupido accendit Gandauum aduolandi, tantique se viri præceptis, artibúsque subijciendi.

Theodor in vita eius Harger c. 41. lat. Meier. lib. 6.

Agilulphum (vel Eilolphum) patrem is habebat Hasbaniæ, vt ferunt, Comitem, claro Francorum genere natum, & Pipini primi Brabantiæ Ducis aut Principis patruum.

Genus Bauonis, & militia.

Plerósque iuuentutis annos militaribus exercitijs consumere cupiens, primam sub Mauritio Imperatore militiam egerat: dein Franciæ, & Austrasiæ Regibus fuerat obsecutus.

Ioan. Molan in Nat SS Belg.

Exinde quàm diuitijs pollentem paternæ, & bello quæsitæ fortunæ reddiderant: tam intrepidus, & ferox animus fecerat ceteris timendum. Verùm, vbi Adilionis nobilissimi Comitis filiam matrimonio sibi iunxit, ex eáque susceptam Agletrudem filiam ingenti mentis ardore ad vitæ cælestis amorem, & æmulationem rapi conspexit, ita vis eum diuina perculit, fregítque: vt exuta ferocia, & posito fastu, ad virtutem vehementer exarserit.

Exemplo filiæ ad virtutum studium incitatur, & vitã mutat.

Ab illo tempore magnum arctioris vitæ genus capessendi mentem eius desiderium incessere cœpit:

Theod. in vita.

C quia tamen domi vxorem habebat, neque aliquis egregius virtutis magister suppetebat, à quo præcepta vitæ melioris hauriret (quamuis armorum, aulæ, ludorum, voluptatis, conuiuiorum modicus iam esset:) intra domesticos sese parietes continuit. Sed postquam vxorem viuis ereptam in cælos merita vexere ipsique cognitum fuit, Amandum insignem animorum cultorem agitare Gandaui: eò scilicet extemplò viam corripuit summo ardore vitam ex eius voluntate, imperióque traducendi.

Gãdauum ad S. Amandum proficiscitur, eique sese subijcit.

Theodor. in eius vita, alij.

Primo cum eo congressu peracti temporis flagitia detestatus est, magnísque se pœnis obnoxium asseruit. dein consilia flagitauit vitæ meliùs instituendæ: quem viuendi modum caperet; quid operis ad Dei gloriam fortunis suis amplissimis moliretur; quibus corpus castigationibus attereret; quibus animum excoleret rebus. Ea viri ad virtutis studium vocatione, voluptatem Amandus maximam cœpit: breuíque omnibus eum instruxit modis, quibus feliciter ad brauium decurreret. Igitur Bauo ex huius sententia pecuniæ affatim in pauperes elargitus, prædia, census, domos, condendo præsertim cœnobio

Multa largitur in pauperes, & struendum coenobium.

D attribuit. Exstructum inde Gandaui, & dotatum id Monasterium, quod primùm S. Petri nominatum fuit, posteà S. Bauonis ab ipso induit nomen: vbi principio Canonici, dein Monachi D. Benedicti à S. Amando collocati sunt.

Theodor. alij.

Ad hæc ipse Bauo in sacrum adscitus Clerum modò Gandaui in cellam, modò alibi in arboris cauum sese abdidit castigando corpore, & eluendis atrociter vitæ noxijs. Eius rei fama præcipuos Belgij locos peruagata mirè mortalium ânimos commouit.

Eius exemplo multi in melius mutãtur.

Quippe tam præclaro viri exemplo multorum ad Christum facta est accessio: plerique etiam ad vitam in cœnobijs asperè degendam accensi. quasi maximè puderet mundi voluptatibus mergi, postquam eo vir genere, tantísque opibus, & fortunis præditus, tam arctum vitæ institutum arripuisset.

Oudegh cap. 11.

Rebus igitur ita feliciter Gandaui, alibiique procedentibus, magnam cepit animo voluptatem Lidericus. Longè plus tamen ei lætitiæ iucundissima cum eo Flandriæ Apostolo, multipléxque congressio attulit.

S. Amandus cum Liderico frequens.

Cur hunc Principem alloqueretur frequenter Amandus, eique stimulos ad præ-

clarum virtutis ſtudium iniiceret: ea præſertim ratio fuit, quòd facilè animaduerteret, poſtquam eius potentia polleret, multos ad Deum virtutémque tractum iri. A

Eum ad virtutẽ inſtruit.

Itaque ante omnia probis ipſum ad regimen, æquúmque monitionibus imbuit: ac deinceps calidis ad opem ſurgenti tandem religioni ferendam impulit adhortationibus. Quamuis ſuopte ingenio, vt diximus, ad vtrumque procliuis eſſet Lidericus: maius tamen ad ſancti viri verba iniectum eſt ipſi deſiderium ex æquo, & Chriſti

Quæ Lidericus eius monitu fecerit.

voluntate peragendi omnia. Nullis itaque parſum ab eo laboribus, vti ſubditos ipſe iuſto regeret imperio, & hos ad recti ſtudium impelleret; nullis quoque parſum impendiis, vt, fractis barbaræ gentis animis, Chriſtiana religio maius in dies caperet incrementum. Quædam etiam ab ipſo ritu Chriſtiano condita templa, ornatáque.

Maſſ. lib. 13. Oudeg. cap. 11. Chron. vet. MS. Breſin.

Inter ea D. Virginis ædem nominari video, quam Lidericus eo Brugis erexerit loco, vbi nunc ſuperba moles S. Donatiani cernitur; dein templum S. Petri Ariaci conditum, & S. Saluatoris Harlebecæ. Iis igitur admodum lætus pij Principis operibus, Amandus complures adiit Flandriæ vrbes, pagóſque: illic ardentibus concionibus, & ſapientibus monitis perfecit, vt plerique obtritis, quæ colebant,

Inſulæ & alibi fructũ facit S. Amandus.

idolis, ad Chriſtum verterentur: nonnulli, quos dudum Chriſti amor inflammauerat, ardentiùs virtutis ſtudium capeſſerent. Ac tunc ab eo culti etiam Inſulenſes, & B

Idem Tornacum adit:

qui horum ditionem incolebant. Aditum denique paullò pòſt Tornacum, vbi iamdiu religio Chriſtiana quodammodo conſenuerat. Laborabat initio fruſtra vir ſanctus, paucóſque accendebat ſtudio virtutis. Reſpondit tamen abundè poſteà eius de-

vbi, reddita latroni vita, multos conuertit.

ſiderio fructus inſignis, cùm multorum animos admodum permouiſſet mirabilis euentus, quo ſuſpendio necatum hominem vita donauit. Eam rem paucis expe-

Baudemund. in vit. S. Amand. Philipp. ibid. Harger. c. 43. Martyrol. Ebor.

diam. Hęrebat Tornaci Dotto Comes genere apud Francos magno In mandatis ab Rege habebat, vt cauſas dirimeret, ac ſupplicio afficeret nocentes. Cùm igitur frequentibus circùm Francis in tribunali ſederet, ſatellitum manus deprehenſum nuper, & plagis onuſtum furem obtulit. Ad huius conſpectum exoritur omnium clamor, ipſum graui morte mulctandum eſſe: ſtatímque Dotto ad furcam damnat. Ipſo temporis puncto ſuperuenit Amandus: dúmque luculentis hominem vulneribus conciſum, iámque animam acturum intuetur, repentè magna eius tangitur C commiſeratione. Comitem ergo ardenter obteſtatus flagitat, vti miſero vitam concedat. haud enim neceſſarium eſſe gulam eius reſte obſtringi: ſponte breui moriturum, tot hiantibus, & ſanguine fluentibus plagis. Verùm vt erat ſæuo, & crudeli animo Comes, nihil precibus obtentum fuit. Furem igitur è patibulo lictor ita ſuſpendit, vt ſpiritum confeſtim exueret. Dotto cum ſuis alius aliò dilapſi ſunt. Nudato itaque veſperi turbis hominum loco, nullis ſpectantibus ad patibulum redit Amandus. ibi cruciarium oppetiiſſe mortem deprehendit. Eum ergo feſtinanter de furca deponit, domúmque aſportat plus oneri timens, quàm ſibi. Poſtquam in cubiculo precum, & magnorum operum conſcio ſtatui iuſſit, eodem ſolus ingreditur.

Precum & lachrymarum S. Amãdi vis.

Illic mox demortui membris incumbens ingentes pectore ſingultus extrahit; fœcundas pro more ex oculis lachrymas ciet; ac tandem ardentibus cælum precibus laceſſit: eò prorſus intentus, vt Deum ad miſericordiam flectat, miſeróque impetret vitam. Nec fruſtrà fuere labor, & fiducia. Nam confeſtim numen diuinum ani- D mam in corpus refundit, adeóque fur Amandum inſigni perfuſum voluptate, haud minùs ipſe propter acceptum beneficium gaudio delibutus, alloquitur, & prolixas ei gratias agit. Tota nox inde vario extrahitur ſermone, monitíſque ad vitam tanto munere dignam in poſterum ducendam: ac ſubinde lachrymans per exhomologeſim peccatorum animi ſentinam fur exhaurit. Albente iam lucis crepuſculo ſocios Amandus conuocat, aquámque poſcit. Illi primùm arbitrantur laticem peti, abluendo ad ſepulturam cadauere: ſed mox introgreſſi, conſidentem, & colloquia miſcentem hominem conſpicantur. Ibi ſcilicet omnium mentes ſtupor inuadit.

Eiuſdem ſtudiũ miracula ſua celandi.

Contrà, vir Dei cunctos vehementer obſtringit, ne cuiquam mortalium id prodant. haud enim ſua virtute redditam homini vitam. ab ſummo numine reuocati ſpiritus beneficium fluxiſſe. ita quippe firma in ipſum fiducia nixis opitulari ſolitum. Abluitur interim rediuiui furis corpus, ipſóque Amandi contactu adeò plagæ

coaleſ-

A coaleſcunt, vt nullum amplius earum veſtigium conſpiciatur. Ita ille domum remittitur corporis integer, & animo ſanus. Sed poſtquam eius facinoris fama vrbem, loca vicina, Flandriam vniuerſam impleuit: ex omni tum vicina, tum remota regione inſignis concurſus ad S. Amandum factus eſt hominum opem præſertim flagitantium corporibus, animiſque. Alij prenſare, & medicam morbis manum expetere. alij falſa numina deteſtari, & eorum abdicare cultum: ex aduerſo, Chriſtianæ rei, & doctrinæ aures præbere, ſacrúmque poſcere baptiſma ſordibus animi tergendis. vnde breui effectum eſt, vt pauci Tornacum, Inſulam, Duacum, Orchiam intra, extráue, his in partibus Chriſtiani nominis, & myſterij expertes remanſerint. Addit Baudemundus, pleraque templa idolorum à populo recèns conuerſo in planum deiecta: horum loco quædam exſtructa cœnobia, & congruentes Chriſtianis ritibus ædes conditas, partim Dagoberti Regis liberalitate, partim aliorum ſymbolis. Impoſuit ipſemet Amandus Liſæ ripis Truncinienſem Eccleſiam, in eáque Canonicos ſtatuit. Waterloi non ignobili pago Gallo-flandriæ, quod patrimonium erat
B D. Bauonis, templum ædificatum, ibíque poſteà Religioſi collocati, qui Bauonico Gandenſi Monaſterio ſubeſſent. Ad Scarpi littus è regione Martianarum, Gertrudis Rigomari nobiliſſimi, & potentiſſimi vidua, Duciſque Adalbaldi auia cœnobium ſtruxit Hamagiæ, in eóque cum ſacris virginibus monaſticam profeſſa eſt vitam. Alibi alia, ne cuncta hîc commemorem, ſtructa pietatis opera.

Vulgatur tamen ſuris ſuſcitatio, & magna inde ſequitur hominum mutatio.

Baudemund. & Philipp. in vita S. Aman.

Phanis diſiectis, templa & monaſteria ædificantur.

Meier. l. 2. alij

Chron. Camer. l. 2. c. 27. malè tamen attribuit Euſebiæ; Codd. vett. Marcian.

Verùm minimè ſolus tum Gallo-flandriam, tum vicinas ei ditiones Amandus excoluit, ibidémque fructum legit maximum. In partem enim laboris alij quoque viri tam virtute, quàm dignitate pollentes venere. Florebat ſcilicet eo tempore Cameracenſium & Atrebatenſium Pontifex Autbertus, haud minori vir ſtudio mentes hominum Chriſti legibus inſtruendi, ac virtute percolendi accenſus. Quo ſanè factum eſt, vt neque Duacenſibus, neque locis plerìſque Inſulenſis territorij ad diœ-
AN. 630. vel 631. ceſim Atrebatenſem pertinentibus quidquam ſancti ab eo laboris defuerit. Neque verò diu poſteà S. Audomarus datus eſt Morinis Epiſcopus. Ea diœceſis latiſſimè
C patebat, ac non modò Ipras, verùm etiam Warneſtunum, tribus Inſula lencis diſſitum Flandriæ Teutonicæ municipium, complectebatur. Et par erat hominum eo tractu contentorum multitudini eius ſancti viri animus, ardórque multos Deo filios generandi. Ergo vix ſacro magiſtratui adhibitus fuit, cùm ſe totum ingentibus curis ad commiſſarum ſibi ouium culturam contulit. Lætis hæc oculis S. Amandus, & Lidericus aſpiciebant: quorum ille non parum lætabatur in partem ſancti operis etiam alios venire; hic verò vehementer gaudebat imperij ſui fines piorum hominum laboribus diligentiáque ſubigi, ad legendum inſignem animorum populi fructum. Fuítque non leue his Pontificibus, omnibúſque per Flandriam ac Neruios Clericis in vinea Domini laborantibus, intráque parietes concluſis Aſceticis hominibus, ad ſuſtinendam iucundiùs vitæ aſperitatem momentum, ſanctiſſimus, & clariſſimus Beati Bauonis obitus, quem deprehendo in primum ac trigeſimum poſt ſexcenteſimum Chriſti annum incidiſſe. Priuſquam ſpiritum is exhalaret eo in ergaſtulo, cui ſe à ſanctiſſimo patre Amando pœnitudinis ergo inſeri curauerat, &
D vbi diriſſimis in ſe cruciatibus ſæuierat: non modò capiti eius columbina ſpecie Spiritus cæleſtis inſedit, totámque cellulam mira odoris ſuauitate perfudit; verùm etiam ſanctiſſimus ac pientiſſimus Dei Filius corpore in crucem ſuffixo videndum ei ſe præbuit, vt qui per crucem ei variam adhæſerat firmiſſimè, certiſſimam caperet ſpem cæleſtis hereditatis adeundæ. Et qui ſacris eum myſterijs extremùm communicaret, Turhalto Gandauum ab Angelo deductus eſt Dominus ſacerdos. Qui tunc erat Gandaui, plurimam ex tam felici diſcipuli ſui exitu voluptatem cepit Beatus Amandus, vnáque cùm Abbate Floreberto inſigni pompa corpus eius terræ mandauit. Diſperſa verò per Flandriam viciniáſque regiones de S. Bauonis ſpiritu in cælos recepto fama; plurimiſque mortalium vbique ad nouum vitæ genus, & virtutis amorem ſectandum exardeſcentibus: maior diuis Amando, Autberto, & Audomaro data eſt occaſio ad ſacros labores iucundiùs obeundos. Emicuit tunc præſertim Apoſtoli noſtri noua diligentia. Qua valebat apud Regem

S. Autbertus eodem tempore cùm S. Amando in Atreb. Epiſc. laborat.

Itemque S. Audomarus in Taruanenſi:

Non ſine S. Amandi, ac Liderici gaudio.

Mors S. Bauonis.

Theodor. in vita eius. Offic. Gandau. Meier.

Ei ſub obitum Angelus, & Chriſtus apparent.

Theodor. ibid. Offic. Gandau.

A Domino Euchariſtiam percipit.

Theodor. ibid.

F monasterio Elnonensi, quod ædificarat, S. Amandus ad vicina loca excurrit.

Diploma Dagob. Chron. Elnon. Philipp. in vita S. Amandi

A

An. vero volūt Elnonenses monachi 634. & Dagoberti II qui forsan ad regnum Austrasiæ Septentrionalis respexit, quod is anno 631 inchoauit, nam de regno Franciæ id dici nequit, cùm id tantum anno [illegible] sit exorsus. Potuit tamen hoc tempore donari fundus, quē petebat S. Amandus, & postea vndecimo Regni Franciæ scribi diploma.

Dagobertum, gratia confisus, locum ab eo petiit, impetrauitque nouo extruendo cœnobio. Is ingens planities erat Tornacum inter & Valentianas Elnone Scarpóque irrigua, solo partim frugibus, partim pascuis benigno. Sed is præsertim tractus Amando placuerat, quòd Pabulanæ regionis limites attingat solo Elnone diuulsus. Promptum erat inde quoslibet Pabulæ locos obire, vt populus (quod maximè gnauus pater optabat) Christi legibus ad salutem animorum excoleretur. Inde facilis etiam erat Valentianas & Tornacum eundem in finem excursio. Igitur postquàm idonea quædam commorationi ædificia condidisset, & angustum ibidem struxisset templum, idque D. Andreæ Apostoli nomine consecrasset: è discipulis suis plerosque laborum immodicos posuit, quos longinqua itinera, & varij difficilium rerum æstus secum exercuerant: vt inde Pabulanis ad culturam animorum abundè cautum esset. nonnullos, qui mundo recens nuntium remiserant, eum in locum etiam admisit, vt æterno numini consecratos religiosa disciplina excoleret. Qui cœtum eum moderaretur, nullum prçter se alium initio dedit. Cùm igitur Gandauo digressus, vbi cuncta prospero in statu reliquerat, huc sese contulisset: ipse vnus omnia curare, seu corporibus, seu mentibus esset prouidendum. Haud tamen intra eius cœnobij septa contineri poterat. Ex eo quippe loco, postquam Vrsum ei præfecisset, nunc Tornacum adire, nunc Pabulæ regionem peragrare; nunc Martianas, Duacum, Insulam, aliò tendere. vbique modò concionari, modò priuatim de rebus diuinis colloquia instituere. eò etiam conatus appellere, vt plerosque opulentos, & nobiles viros ad pietatem vehementiùs impelleret, certum aliis ad virtutem incitamentum futuros. B

Viri aliquot magni à B. Amando instructi.

Andr. Mart. in Chron. l. 1. mirac. S. Rictrud. Chron. Martian. Paul. Æmil. Gilb. Cognat.

Erchenaldus Maior domus.

App. Greg. & Aimoin lib. 4 cap. 17

S. Adalbaldus Dux.

Chron. Martian.

Sigefridus Comes.

Vita S. Bertha.

Martian. monast. fundus à S. Adalbaldo.

Andr. Mart. in Chron. Mart. Chronicon

Quali loco fundata hæc Abbatia.

Chron. Martian.

Ionatus eius Abbas primus.

Eius loci pauperies initio, & vitæ asperitas.

Frequens ibi fuit S. Amandus vt Religiosis animos ad virtutem comparandā adderet.

Inter viros magni nominis iis temporibus ab D. Amando piis alloquiis ad virtutem incitatos, non dubito tres fratres numerare, Erchenaldum videlicet, Adalbaldum, & Sigefridum. De his in veteribus sacrisque Belgicæ historiis multa comperio. Factis eorum, virtutibus, & possessionibus Atrebatum regionem, Pontiuum territorium, Ostrouandiam, & Gallo flandriam nostram imprimis claruisse: vnde facilè arbitrer his in partibus exortos. matrem eos Gerbertam habuisse, Gertrudem, cuius paullò antè memini, auiam. Bertrudem primam Chlotharij secundi Francorum Regis coniugem eosdem arcta cognatione contigisse: magnis omnes opibus, fortunis, dignitatibus præclaram adeptos famam. Erchenaldum (qui frequentiùs Erchenualdus dicitur, interdum Erchinbaldus) Regis Palatio Præfectum ad summum peruenisse Franciæ magistratum. Adalbaldum Ducis titulo claruisse: Duacum, & Martianas tenuisse; in Artesia, Ostrouandia, Pabulensi regione, & contermino Lisæ fluuio tractu, multis nobilibus locis imperasse. Sigefridum Pontiui regulum exstitisse, Comitisque titulo clarum. De Adalbaldo id certum habeo, fundum hoc ferè tempore D. Amando in Pabulensi ditione dedisse, condendo illic monasterio. Ad flumen Scarpum is iacet haud procul Hamagia in extimis Pabulæ finibus. Parum cultus tunc erat is locus, multisque palustribus aquis, arundinibus, arena, nemoribus, horrebat. Verum ideò Sanctus Amandus continendis hominibus, quos relicto sæculo diuina contemplandi studium incendebat, aptissimum iudicauerat. Ergo principiò modicum illic ædificium struere aggressus est. eique nonnullos Benedictini ordinis viros imposuit. Qui regeret, datus est cœtui Ionatus, è discipulis ipsius magna vir prudentia, & virtute. Asperitatem loci haud minor comitata est vitæ durities. Vix ad victum census suppetebat: labore manuum comparabantur corporis necessitates. Vrgebat interim vnumquemque ad strictissimam regularum obseruationem Ionatus; eòque prorsus animum intendebat, vt nihil omitterent omnes laboris, nihil virtutum studij quò plus in amore seruitióque æterni numinis efflorescerent. At ne tanto in certamine animos deijcerent, aderat frequens D. Amandus, qui suo etiam exemplo ad parandam animorum perfectionem ardentius rapiebat, & suauissimis interdum alloquiis, ac de Christi amore, & cælesti voluptate sermonibus erigebat vehementiùs. Intra paucos igitur dies insigni tum Amandi, tum Ionati lætitia perfectum est, vt is Monachorum cœtus magnam sibi pepererit in eâ rerum temporalium egestate spiritualis

C

D

rituualis dulcedinis abundantiam, & virturum claritudinem.

A Intereà Lidericus rerum suarum satagit partim per varia Flandriæ loca, partim Insulæ publicis intentus negotiis. Hîc ius dicenti nouum causæ genus oblatum. Quædam mulier ex furtiuo concubitu filium enixa fuerat: quem postquam ad annum fermè decimum ac septimum educasset, ipsa fatis concessit. Parum sollicitus de iuuene pater feminam aliam matrimonio sibi iunxit. Contrà, iuueni fraudem auunculus molitur: spurios ei natales obtrudit; bonísque maternis eum deturbat, id in primis causatus, non licere notho maternam hereditatem adire. quòd igitur matris eius frater esset, omnes illius fortunas sui iuris esse, nec ad eum posse deuolui, asserit. Ea res adolescenti molestiam, & dolorem fecit maximum. Tali ergo perculsus iniuria, diem auunculo dixit apud Lidericum. Condicto die cùm vterque coram Principe stitisset sese: ibi nepos auunculum iniuriæ arcessit; contrà, nepoti sortem obiicit auunculus, cúmque materna hæreditate exuere certat. Sed Liderico in mentem tunc venit, quod olim sibi à Chlothario Rege mandatum fuerat de causis ex æquo, & iure iudicandis, nullo respectu personarum, nullo potentiæ meB tu. Quòd igitur iuuenem ius aspiceret, omnes ipsi adiudicat matris fortunas; edictóque insuper sancit, ne cui per Flandriam maternum fraudi stuprum sit: nullum quippe spurium per matrem censendum.

Lidericus iuri dicundo aduigilat.

Chron. vet. Fland. MS.

Ne cui maternũ fraudi stuprum sit in Flandria, edicit.

Sub finem AN. 635. Haud multò pòst D. Amandus è totis Dagoberto parentibus regnis excedere coactus est insigni Flandrorum mœstitia. Id quam ob rem, quóue modo factum fuerit, hîc in medium proferam. Felicia regnorum imperia Dagoberto fuere, quamdiu is de Pipini & Arnulphi sententia sese populósque moderatus est. Vbi verò sensim relictis eorum hominum consortijs, despectísque consilijs, animi libidinem exercuit: in grauissima extemplò flagitia deuolui cœpit, ingenti suo, regnorúmque damno. Vehemens admodum æstus amoris, & prona in mulieres corporis voluptas, ad summa ipsi scelera strauere viam. Igitur Gomatrudem Sichildis nouercæ sororem, quam viuo patre vxorem acceperat, domo regia thalamóque exegit, falsò, C an verò, facinori velum obtendens sterilitatis. Et quo gradum ad peiora faceret, tractam è monasterio Nanthildem matrimonio sibi coniunxit, aliásque feminas tori consortes reginarum luxu enutrijt. Plerosque Pontificum Galliæ vehementer hoc factum permouit, ratos nimirum multiplici Regem scelere obstringi, ideóque maiorem sibi, suísque calamitatem accersere. Sed quamuis reliquos in eius reprehensiõnem animi orísque libertas exciret: nullus tamen præ D. Amando, qui tunc aulam adiuerat, ardenter id fecit. Ipse modò priuatim, modo palàm, vt occasio ferebat, Regem incessere, obtestari, precibus vrgere, vti nequitiæ, & voluptati modum faceret; inductam in thalamũ sanctimonialem, aliámque mulierum turbam procul amoliretur. Verùm, vti Regum ingenia turpis interdum adulatio demulcet; ita nonnunquam vera quamuis, & ab amore profecta exasperat reprehensio. Igitur iracundia, odióque exæstuans, Amandum Dagobertus ab aula eijcit, totísque subditis sibi regnis facessere iubet, quò liberiùs indulgeat voluptati. Sed quàm sauciabat Regis amentia, tam perferendæ iniuriæ cupido Amandum lætitiâ perfudit. Quippe satis D gnarus erat, vbi patientibus animis malefacta obteruntur, ingentia diuinitus bona diffundi. Eapropter imperio Regis obsecutus, ex omnibus eius ditionibus abscessit: dein ad iaciendam verbi diuini sementem alibi, atque alibi temporis quidpiam contulit, laborísque. Verùm eiusmodi curis, & operis diu ab Gallia procul insistere, Apostolo nostro negatum fuit. Per eius enim absentiam ingentibus conscientiæ stimulis agitatus est Dagobertus: neque priùs quietem accepit, quàm puellas & mulieres, quibus per scelus abutebatur, domo exegit: ac deinde Ragintrudem, ex qua legitimam susciperet prolem, secundùm Ecclesiæ leges thalamo copulauit. Hæc igitur vti filium eniteretur, qui paternas capesseret opes, regnáque, modò calidis ad Deum precibus, modò piorum hominum inuocatione, nunc profusis in pauperes largitio-
AN. 636. nibus ipse prorsus intendebat. Et visum tantis operum impensis capi, mulcerique numen, mascula prole post anni curriculum data. Itaque lætis omnibus, qui puerum sacra tingeret aqua, & bonis moribus informaret, diu quispiam quæsitus. Sed nullus

E Dagoberti regno S. Amandus expellitur, reprehensæ libidinis regiæ causa.

App. Greg. c. 59. Aim. l. 4. c. 19. Harger. c. 44.

Hucbald. in vita S. Rictrud.

Aimoin. l. 4. cap. 10.

Reuocatur tamen denuo

aptior

A

aptior Amando abs Rege iudicatus est. Nulla tamē spes affulgebat eo potiundi tanta dissito locorum intercapedine: creditúmque passim per aulam fuit, etsi vocaretur, haud facilè venturum, propter inimicitias, quas cum eo Dagobertus exercuerat, ob socordiam fœdáque adulteria sæpiùs ab eo reprehensa. Nihilominus missa Rex legatione in Franciam ab exilio retrahere conatus est: tandémque post multas preces, vt reuerteretur, impetrauit. Sed ingens tum certamen inter vtrumque exortum est, postquam Clypiacum Amandus peruenit ad Regem. Etenim illic Dagoberto studium fuit, sanctum senem venerari; eius pedibus humiliter accidere; facinorum veniam precari; vehemēter denique flagitare, vti sacra filium aqua lustraret. Ex aduerso, insigni Amandus gaudio perfundi; Regem omni cultu prosequi; priorum obliuisci iniuriarum; veniam flagitiorum libenter concedere: de puero tamen baptismate abluendo, Regiæ postulationi prorsus obniti. Et mox ab aula, ingenti demerso tristitia Rege, discessit. Sed paullò pòst Audoëni & Eligij precibus frangi se vincíque passus est. Quadragesimum diem regius infans agebat, cùm sacri fontis aqua tingeretur. Ac tunc factum est diuinitus, vti, nullis ad Præsulis sacrum carmen pronuntiantis verba respondentibus, Amen clara voce is pronuntiauerit; vt adstantium carperetur oscitantia. Exhilaratus igitur vehementer eo Amandi beneficio Dagobertus, non modò ipsum in antiquam restituit gratiam, verùm etiam nouis eum officiis colere instituit. Atenim gratius nihil obuenire sancto viro potuit, quàm vt sese in Flandriam referret, ibique adolescentium Christianorum, & monachorum animos sua præsentia reficeret. Huc ergò cùm venisset, nunc Duaci, Insulæ, Tornaci, Orciæ, Gandaui, Martianis, Elnone; nunc alibi videndum se præbuit magno cunctorum gaudio, & pristinis laboribus ad informandas, colendasque animas incubuit. Ad breue tamen tempus ea concessa est voluptas, impensáque mortalibus cura his in partibus. Vix enim Ioannem cognomento Agnum Traiectensis Ecclesiæ Pontificem è terris ad superos euolasse comperit Dagobertus; cùm in Amandum oculos coniecit, eúmque diœcesis illius insulis ornare constituit. Tunc noua & insignis profectò inter vtrumque pugna surrexit, cùm Dagobertus omnes adhiberet conatus, vti sacrum eius Ecclesiæ regimen Amandus capesseret; è contrario, nihil reliqui faceret hic Pontifex, vt graue gubernandi animas onus ab se procul amoliretur. Euicit tamen iustum pertinàxque Regis studium; coactúsque est tandem Amandus seniles humeros imposito sibi magistratui supponere. Ergo mœstis omnibus in Flandria relictis, Vrsóque ad regendum apud Elnonenses monachos posito, Traiectum hic abiit, ibique munus suum aggressus, ad gentis cultum curas animúmque conuertit.

que in Franciam.

Baudemund. in vita S. Amandi. Philipp. ibid. Harbald in vit. S. R. Arnd. Ann. l. 4. c. 20 Harig. cap. 44.

Hic Dagoberti filium baptizat, qui inter ritus baptismi Amen respondit.

Baudemundus, & alijsá citati Nicol. Gillius in Chron. Franc.

In Flandriam redit.

Traiectensis Episcopus creatur.

Baudemund & Philipp. in vit. S. Amand. Harig. c. 44. Andr. Marrian. in Chron. al. 5.

B

AN. 63

C

Intereà loci apud Gallo flandros nobilissimi fratres Erchenaldus, & Adalbaldus ad instaurationem Castri vel oppidi Duacensis animos adiiciunt, opésque conferunt. Hotum igitur opera ei loco per varios bellorum euentus, & hostium incursus propè vastato, circumdatæ sunt munitiones: educta intus fortissimi operis, & miræ turris atxúe altitudinis: instauratum etiam D. Virginis templum, cui posteà nonis molibus aucto & ornato nomen hodie adhæret S. Amati Pontificis.

Duacum instauratur.

Lib. argent. Amat qui tamē peccat in anno. Chronic. Mart. Andr. Mart. in Chron. lib. 1. Meiranl. S. Riard.

AN. circiter 640.

D

Haud multò pòst, vti Francorum Annales referunt, magna vis Hunnorum tanta itineris intercapedine ab vltimis Germaniæ finibus in Picardiam descendit. Illaturi Dagoberto bellum venerant, acceptam ab eo iniuriam vlciscendi gratia. Quanam via in Picardiam irruperint, nondum comperi. Istic fluxæ in Regem fidei fuerunt Ambiani. nam & consiliis Hunnos iuuere, & portis patentibus præbuere petentibus viam. Quacumque incubuerunt, omnia extemplò corrupta, & vastata sunt. Sed Dagobertus, vbi copias collegit, breui obuiam venit impetum armis virésque hostium repressurus. Erat in eius exercitu, prçter alios Principes, eum liberorum maximis Lidericus, qui secum è Buccensi regione, & Flandria tota non leuem militum traxerat manum. Itaque compositis ad pugnam aciebus, tanto Franci ardore barbaros adorti sunt, vt paucis eos horis fuderint, necarintque. Tam multum sanguinis haustum aliqui ferunt, vt equi ad ventrem vsque multis locis eo mergerentur: quamquam id parum credibile sentiam. Exinde copias Dago-

Hunni Picardiam infestāt.

Nicol. Gill. Franc. Bellefor.

AN. 642.

His se Dagobertus cum Liderico & liberis eius opponit, eósque superat.

Vet. Chron. Fland. ms.

Auctores citati.

bertus

A bertus aduersus Ambianos duxit ferro perfidiam vlturus. Sed illorum præcipui Regis iram præuerti, Picquennium in Picardia castrum egregiè munitum transfugerant, eodémque fortunas contulerant, ac B. Firmini corpus: quasi huius præsentia post iniuriam Regi factam tegi possent. Qui ciuium in vrbe remanserant, nullo fulti armorum præsidio Regi portas aperuere. Is introgressus horum plerosque capite plectit, alios in vinculis habet. Nihilo plus præsidij fuit latentibus Picquennij transfugis, postquam muros Dagobertus machinis quatere cœpit. Ergo se suáque, ne prorsus obruerentur, vltrò Regi dedidere. Sumptum de quibusdam graue supplicium: D. Firmini corpus ad ædem S. Dionysij delatum in sceleris pœnas. Exinde domum magna Lidericus gloria reuertit cùm liberis Flandrisque. Ea tempestate commodùm in Flandriæ tractum D. Amandus redijt. Is pro suo Episcopali munere, vti narrauimus, Traiectum iuerat, ibique ad breue tempus egerat, triennium modò commoratus. Cur tam citò inde discederet, plerique sacerdotum fecerant, qui ardentes eius odio multitudini causam præbebant concionibus & monitis aures ob-
B struendi. Excusso igitur pedum puluere, ibique relicto, qui vicariam præstaret operam, Landoaldo, cum in viam se dedisset, ad Elnonense monasterium iter relegit. hic alibíque confirmatis Religiosorum, & Christianorum animis, in Vasconiam se contulit, eámque regionem aliquamdiu peragrauit: parum tamen fructuum collegit, obduratis illic vehementer mortalium mentibus. Quod iucundissimum ferè apud
AN. 642. eam gentem agenti euenit, contractum fuit Adalbaldi Ducis cum D. Rictrude matrimonium. Huius narrationem rei vt paullò altiùs repetam, res postulat. Ad Christi annum sexcentesimum, & trigesimum septimum Charibertus Dagoberti frater, cùm è Francia in Aquitaniam fuisset regressus, mortem oppetijt: eodémque propè tempore Childericum eius filium morbus oppressit. Ita rursus Aquitania cetero regni corpori coaluit, tractis secum Vasconibus, quos Charibertus armis subegerat. Qui res in eo tractu terrarum componerent, alios atque alios è fidissimis Principum suorum Dagobertus cum insigni potestate misit, & cùm rebellarent Vasco-
C nes, datum legatis est ab eodem negotium eos armis ad officium reuocandi. Inter eos, qui Regis mandato illuc iuerunt, emicuit præsertim Adalbaldus, summo, vt anteà docuimus, loco natus, & Dagoberti consanguineus. Hic igitur in Vasconia cùm ageret regni rebus intentus, in Rictrudem præclara indole puellam fortè incidit. Ea patrem habebat Ernoldum ex præcipua virum nobilitate; matrem verò Lichiam summo etiam genere natam: vtrumque Vasconem gente, generis tamen origine ab Gothis ducta. Nihil vtrique parenti ad maxima virtutum deerat; tanto maiori admiratione, quòd inter barbaros, & magnam partem alienos à Christi legibus agitarent, diuitiarum, census, opum affatim suppetebat. Ernoldo etiam à militaribus factis laus ingens, quæ publicè rythmis decantabantur, eique cognomentum Nobilis pepererunt. Ea præsertim cura in filiæ mores incumbebant, vt bonis artibus, pietate, castimonia, ceterisque virtutum ornamentis puellam decentibus prædita esset. Itaque postquam horum omnium gnarus fuit Adalbaldus, magno eius amore tangi cœpit, vltroque à parentibus in coniugem postulauit, id equidem, quòd ipse quo-
D que virtutis cultor esset, protestatus, bono apud se loco futuram. *haud enim se libidinis æstu flagrare: solo ad coniugium suscipiendæ, & Christianis moribus ornandæ prolis desiderio impelli. plùs virtutem in Rictrude, quàm cetera, sibi placere. Vti nullos vterino ... liberos daret, non id fraudi fore. Virtutis ergo sibi semper placituram, cuius etiam amore teneretur.* Quamuis plerique propinquorum, quibus Franci odio erant, obniterentur magnopere: tamen hæc Ernoldum Lichiámque impulere, vti filiam nuptum darent Adalbaldo, insigni dote addita. In monumentis Martianensibus scriptum inuenio, ea tempestate D. Amandum in Vasconia degentem, ac notissimum Adalbaldo; quòd hunc ad recti studium in Belgio incitasset, ac fundum ab eo struendo Martianensi monasterio accepisset; quodque tum Rictrudem ad virtutem informaret; vtrumque sancto iunxisse matrimonio. Celebratis ergo nuptijs, cùm reuersionis è Vasconia in Franciam ad Regem tempus appeteret: Rictrudem parentes domum deferendam cum magna vi pecuniæ Adalbaldo tradidere, faustum iter, & coniugium apprecati.

Vbi

Idem Ambianos aggreditur ob ciuium perfidiam.
Auctores citati.
Dein Picquennium, quo Ambianenses confugerant.
Iidem auctores.
In Flandriam Traiecto reuertitur S. Amandus.
Baudemund. & Philipp. in eius vita. Chronic. Elnon. Nodger. in vit. S. Landoald. Harigger. cap. 45 aliq.
In Vasconiā inde proficiscitur.
Auctores citati.
Ibi S. Adalbaldum cum S. Rictrude matrimonio iungit.
Ad mon. MS. Martian.
Append. ad Greg. Aimoin. l. 4. c. 23.
Harum nuptiarū occasio refertur.
App. ad Gregor. c. 78. Aim. l. 4. c. 28.
S. Adalbaldus in Vasconiam it.
Lib. 1. Mirac. S. Rict. c. 5.
S. Rictrudis genus, & parentes.
Hucbald. in vita S. Rict. lib. 1. Mirac. S. Rict. Chron. Martian. Andr. Mart. l. 1.
Eiusdem educatio.
Auctor. cit.
Cur eam Adalbaldus in vxorem petierit.
Cur Adalbaldū & Rictrudē cōiunxerit per nuptias S. Amandus.

Adalbaldus & Rictrudis in Belgium veniunt.

Hicà subditis cum lætitia excipiuntur.

Vbicumque degunt, suo ad virtutem alios exéplo incitant.

Eosdem D. Amandus è Vasconia regressus præceptis virtutũ rursus instruit:

ex quibus ipsi familiá optimè regunt.

A

Vbi transactis cum Dagoberto rebus, noui sanctique coniuges Atrebarum, Duacum, Martianas, aliáque suæ loca ditionis attigerunt: ibi omnes voluptate perfundi, choreas agere, festos ducere dies, felicia cuncta, liberos, & sospitatem suis optare dominis, eorum probis moribus, virtute, sapientia, in admirationem rapi cœperunt. Ipsi autem modò Atrebati, modò in Pontiuo, nunc Duaci, & Martianis, nunc alibi in Ostrouandia sedem habere. vbicumque agerent, virtutem prodere, vitia detestari, summo numini vt placerent, id studere scilicet. Solùm in votis erat, vnum aliquem nancisci, quo rectore iucundiùs virtuti tutiúsque insisterent. Tanta plerumque bonas mentes inter opes, & delicias studia virtutis incitant ipso numinis impulsu. Sed non diu quærendus ijs fuit morum magister. Etenim è Vasconum finibus haud multis post ipsos diebus in Belgium remeauit, & nunc Martianis, nunc in Elnonensi monasterio cum suis Amandus Monachis commoratus est. Igitur postquam is de Adalbaldi & Rictrudis, quos anteà nexu matrimonij constrinxerat, ardore studióque comperit: ad eos profectus, virtutis se ducem præbuit magna vtriusque voluptate. Ad huius isti voluntatem sese mox, & omnia domi composuere. B quos posteà immaculato vsi thalamo liberos susceperunt, bonis eos moribus tinxere, id maximè nimirum curantes, vt continuo ad virtutem stimulo tigerentur. familiam, & seruitia sic amicè coluerunt, vt parentes potiùs, quàm dominos sentirent; ita monitis ad honestum perculere, vt magistris, quàm heris vterentur. Exinde iacta magnorum operum, quæ posteà perfecta sunt insigni Christianæ rei momento, fundamenta.

Adalbaldo & Rictrudi primogenitus filius oritur.

Hunc de fonte excipit, & Maurontum appellat S. Richarius.

Alcuin in vita S. Richarij.

Quã ob causã huic puero S. Richarius patrinus obtigerit.

Ms. ms. Mar.

AN. 645.

Dum igitur eum in modum vitam traducunt, Rictrudi cum marito in Pontiuia regione commoranti exortus est puer, eúmque de sacro fonte excepit Richarius, homo tam splendore virtutum insignis, quàm sacerdotio, eíque nomen imposuit Mauronto. Id verò quî factum sit, ex libris Martianensibus ita deprompsi. Richarius in Pontiuia ditione natus honestis parentibus, cùm virilem ætatem attigisset, totus ad virtutis studium exarsit, & laborem alios sanctis moribus imbuendi. Ergo cùm intra fines patrios in id opus diu incubuisset, Oceanum vltra in Britannia nouis laboribus materiam quæsiuit. Post nauatam illic multis mortalibus operam, in Franciam eo reuertente: haud procul illo Pontiui loco, vbi tum fratre Sigefrido C Adalbaldus & Rictrudis agebant, ingens oborta est aëris tempestas. Hinc niuis plurimum è cælo defluebat, illinc magnis nubes tonitruis rumpebantur. Itaque cùm aliò diuertendi potestas negaretur, ad eam domum Richarius intendit. Sed quamuis fores vehementer impelleret, multísque peteret precibus ingressum: nullus tamen ei ianuam aperuit eo prætextu, quòd piratas esse crederent, qui frequenter illic, paucis ab Oceano leucis, grassabantur. Stat ergo diu Richarius ad fores repulsæ patiens, & tot aëris iniuriarum. Ibi tamen Deus seruo suo mirum in modum patrocinatur. Quamdiu enim ad portam sub dio constitit, neque ipsum, neque socios nix contigit; ne vllum fatigatis frigus & pondus faceret. Statímque Angelus Rictrudi sub ipsos partus dolores decumbenti apparuit, eámque grauiter monuit, vti Richarium ad fores persistentem domum reciperet, eum filij, quem breui eniteretur, patrinum legeret: per eum posteà exactis pueritiæ annis prolem educari faceret, docerique. Ad hanc Rictrudis visionem & monitionem erecta, seruos illicò misit, qui D Richarium eiúsque socios domum introducerent. ac statim ipsa partus doloribus vehementer angi cœpit. Sed Richarius humaniter exceptus, & in eius cubiculum intromissus, pro felici partu Deum flagrantibus votis incessit. Paullò pòst igitur lætis omnibus puerulum Rictrudis fausto partu edidit: eíque Richarius, cùm de sacro fonte susciperet, Mauronti indidit nomen.

Quàm arcta inde inter S. Richarium & pios coniuges amicitia coaluerit.

Ac mox is coaluit animorum consensus Richarium inter, Adalbaldum, & Rictrudem, vt ab Centula, in qua deinceps sedem fixit, Richarius ad vtrosque sæpenumerò commearet; cum ijs iucundos de beata vita misceret sermones; probis illos ad virtutem præceptis imbueret; prorsus eò animum intenderet, vt quod cœperat Amandus, sua etiam operâ promoueret. Ea dulcedine sermonum captus Adalbaldus totum ei locum, quem in Pontiuo possidebat, eo fine concessit, vt monasterium illic conderet.

S. Richarius & puer Maurontus vitæ

Sed mirabili euentu propemodum est factum paucis inde mensibus, vt ipse Richarius, & puerulus Maurontus ea-

A dem clade opprimerentur. Venerat equo vectus Adalbaldi domum solandæ Rictrudis ergo Richarius. Vbi plusculum temporis salutaribus alloquiis impendit, equum rursus conscendit Centulam rediturus. Rictrudis Mauromtum vlnis gestans ægrè sanctum sacerdotem ab se diuelli patitur. Ergo cum infantulo ipsum secuta est etiam extra domus septa. ibi Richario filium ostentat, vt bonis ei verbis sospitatem precetur. is Mauromtum leniter in manus recipit. sed osculum paranti, iámque sacra prolaturo verba, equus repentè, quasi oestro percitus, aures erigit, caput quassat, dentibus frendet, pedibus terram pulsat, frænum exuit, tandémque huc illuc, sursum, deorsum, vehementi impetu fertur. Ea re trepidus sacerdos primùm oneri timet, dein sibi parum cum eo securo. Et Rictrudis certam vtrique perniciem impendêre rata, ingenti mox pauore concutitur, plorátque. erumpit quoque domo pauitans familia. Ergo cuncta tumultu, suspiriis, singultibus miscentur. serui alius aliò cursu feruntur, vt opem ferant. sed frustrà omnes conniti. Vbi nihil spei affulget, vultum Rictrudis auertit, certa potiùs oppetere mortem, quàm tristi spectaculo

periculum adeunt.

Alcuin. in vit S. Richar. Hucb. in vit. S. Rictr.

B vtriusque fatum vsurpare. Contrà, Richarius infantem arctissimè complectitur, ac, ne labatur maligno casu, Deum precibus fatigat. Ita denique factum fuit, vt puerulus molli lapsu, nulla læsione, in terram auiculæ modo defluxerit: equus ipse pristinam induerit mansuetudinem, fixo ad sessoris nutum vestigio. Recepta prole, Rictrudis mœstitiam exemplò in gaudium vertit, & iam vtrique gratulabunda, filium vlnis, sacerdotem animo complectitur. Eúmne dæmon equo furorem immiserit vtriusque exitium meditatus, incertū est. vero forsan propius, Dei nutu id accidisse, parum gratæ ipsi æquitationis ostento. certè ab illo tempore nunquam equo, sed asello semper, ad viam vsus est Richarius.

Quæ fuerit causa huius discriminis.

Intereà Liderico Insulæ degenti detegitur, quam vxorem acceperat, eam Chlotharij Regis filiam, Dagoberti sororem esse. Quo indicio id nouerit, nondum reperi. Quidam scripsere, Chlothario nondum viuis erepto, rem patefactam fuisse. In somnis enim admonitum Regem candidi cerui ductu, eò peruenturum, vbi filia

Lidericus vxorem suam Dagoberti sororé & Chlotharij filiam esse, deprehendit.

C seruabatur. talem ceruum ipsi, cùm venaretur, in siluis oblatum; quem solus ingenti animo, spéque filiam recuperandi, fuerit vsque ad proximum Insulæ nemus persecutus. ibi à Liderico inuentum, agnitúmque, dein magno in arcem honore perductum. illic inter epulas, quamuis ægrè, Liderici impulsu, circumstante quindecim liberorum corona, indicium sui filiam fecisse. Sed eam narrationem, ipsa in primis, vt alia taceam, temporum ratio refellit. Quippe quartus & decimus iam tum annus à Chlotharij morte voluebatur; ac nimis angustum temporis spatium inter huius Regis obitum & contractum eius filiæ cum Liderico matrimonium intercesserat, vt mares quindecim iis nuptiis legitimè susciperentur: certúmque est regio Dagoberti decreto, confirmati matrimonij pompam ipso denique anno sexcentesimo & quadragesimo secundo post Christi ortum Suessione celebratam; si vera sunt, quæ narrat Oudegherstius. Ceterùm ea res diu Lidericum ancipitem fecit, ipsámne Dagoberto proderet, an potiùs inuolueret silentio. Si obtegeret silendo, nihil timoris ingruebat. ex aduerso, si patefaceret, dubium erat, idne Regi voluptatem

Chron. Fland. vet. & ms.

Annal. Fland. cap. 11.

Dubitat, idne Dagoberto velit significare.

D afferret, an dolorem, indéque atrocem aliquam suspicionem iniiceret. Lætitiam Dagoberti multa promittebant, erepta periculis sospes, eadémque semper magnificè culta, sponte susceptum, nulla vi, aut minis extortum matrimonium, liberi tanto numero indolis probę, certa Principatus robora. Ex aduerso, timorem faciebat, quæ suboriri poterat Regi suspicio ex aperto coniugio, & affinitate regia, potentiæ. Plurima tandem eò momenta traxerunt, vt legatos ad Dagobertum mitteret Lidericus. His præsertim mandauit, vt animum Regis ante omnia exploratum haberent, suáne omnia ipsi placerent; magnáne apud ipsum gratia polleret. Vbi certò id nossent, tum quæ Regis commodo, & reipublicæ, egregia facinora fecisset, sapienti oratione percurrerent. exinde omnia, quæ sorori eius acciderant, quæ sibi eum ea conditionis ignaro & generis obtigerant, proponerent. ad extremum vehementer orarent, vti ratum haberet coniugium; se suísque liberis ad omnes necessitudines vteretur. Illi postquam ad Regem peruenere, paucis diebus omnia ex animi senten-

Sed tandé ad eum missa legatione, rem omné aperit.

Chron. Fland. ms. Oudegherst.

Placuit Dagoberto Regi legatio, & sororis matrimonium.
Iidem auctores.

tia perfecerunt. Gratum Dagoberto fuit Liderici erga sororem studium, & officium; iucundæ vtriusque nuptiæ, tótque suscepti per eas liberi. Ceterùm per eosdem legatos Liderico Rex mandauit, voluptati maximæ sibi fore, si cum vxore, liberísque Suessionem veniret. ibi eum primis sororem insigni pompa celebrare, tum etiam regia ornare dote, sibi votum esse. Igitur Lidericus gaudio plenus, coniugem prolémque omnem ad vrbem Suessionum duxit. Ibi omnes ab Rege humaniter & honorificè excepti, cultique sunt; & insigni apparatu sumptúque noua peracta est nuptialis celebritas. magna insuper donata singulis iam auri, quàm gemmarum munera. Vt scribit Oudegherstius, Veromanduos, Picardiam, Suessiones, Nouiomum, totúmque tractum, quem nunc Artesiam appellamus, à Dagoberto Lidericus vxoriæ dotis nomine impetrauit. Alij fines concessi imperij contrahunt, tantúmque asserunt ipsi traditum, quidquid ab Somona fluuio ad vsque regionem Buccensem excurrebat, ideóque suam obstrinxisse Regi fidem. Quidquid ea de re fuerit, paucis pòst diebus gratia, opibus, potentia vehementer auctus Insulam, cum suis Lidericus iter relegit. Currente anno Christi post sexcentesimum quarto & quadragesimo B A N. 644.

Isque sororé & Lidericum ad se venientes liberaliter accipit, & munerib. donat.
Cap. et ex diplomat & vetust. monumentis Chron Fland vet. & ms. lib Lider.

hunc Principem luctus multiplex inuasit. Primam doloris causam præbuit mors illius Liderici, qui vagientem eum in nemore vlnis exceperat, & nomine induerat suo. Vbi satis absumptum cognouit, indicto suis luctu iusta pullatus ipsi persoluit, eóque corpus condi loco iussit, quem prope tugurium in saltu ad sepulturam legerat. Modico temporis interuallo Emergartam Liderici Principis matrem mors corripuit annis grauem, & ob virtutes cælo maturam. Et magnus eum inde dolor perculit, præsertim ad eorum memoriam, quæ ipsa in tetro carceris pædore pertulerat, verentem scilicet, ne seriùs, quàm oportuerat, opem ei tulisset. Corpus eius prope nutritoris tumulum apparatu magno terræ mandauit. Sed præcipuam vim luctus Dagoberti Regis mors attulit. Inde nimirum succidi visa potentiam augendi materies. Verùm is dolor breui oppressus est, cùm Sigebertus, & Chlodouæus eius filij paterna contenti partitione, hic in Francia, ille in Austrasia pacificè regnum agitauere. Qui enim Sigebertum in studio virtutis retinerent, aderant ipsi Pipinus Landius, & S. Chunibertus Coloniensium Pontifex. Et à quo iusti moneretur, Ægam, magna virum sapientia & insigni æquitatis studio, Chlodouæus aulæ præfecerat. Ergo dum ij sceptris potirentur, nihil aduersum Lidericus metuere; contrà, multum à paternæ liberalitatis, & religionis æmulis spei capere. Dum pari nititur opinione D. Amãdus, haud minùs iucundè Apostolatu fungitur suo per Flandriam. Cúmque frequens apud Ducem Adalbaldum, eiúsque cõiugem, modò Martianis, modò Duaci, non alibi diuersatur, eósque calidis ad virtutem sermonibus incendit: enatam iis filiolam è sacris vndis suscipit, eique nomen facit Clotsendi. Non multò pòst magnum Belgij lumen Pipinus Neustriæ Dux moritur acerbo Sigeberti Regis dolore: eiúsque filius Grimoaldus in paternas opes, & palatij curam successit. Eadem propè tempestate Tornacensium Pontifex Aicharius morte sublatus est. In diuos relatum propter eximiam vitę sanctitatem anniuersario colunt festo Nouiomenses, & Tornacenses. In eius locum S. Eligius magnis animi dotibus insignis regia voluntate sufficitur; vti Nouiomensium & Tornacensium Ecclesiam gubernet. Exinde Neruios, & meliora Flandriæ ingens lætitia compleuit. Iam enim fecunda eius fama multis spem fecerat religionis augendæ: iisque præsertim nuntiis admodum Amandus recreabatur, quòd minimè dubitaret in Flandros ab eo plurima tributum iri beneficia. Igitur, quoniam inter præcipuos, secundùm Pontificem Amandum, Flandriæ totius Apostolos eum fuisse, comperio, pauca modò de ipso proferam res postulat, priusquam ad ea veniam, quibus hanc ditionem vel subegit, vel ornauit. Eucherio & Terrigia parentibus tam Christianis, quàm ingenuis, honesto in Armoricis loco natus fuit Lemouici, præuio futuræ virtutis ostento. Iacebat in strato mater vteri onere grauis, cùm inter somnum supernè benigno volatu iuxta ipsam aquila defluxit tertiùm eam nomine ciens, gratóque corporis nisu magnum aliquid portendens. Insolita voce mulieri somnus mox excussus, & grauis iniectus animo timor. Sed vbi partus dies illuxit, magno sauciam ventris dolore presbyter quidam

(Right margin: C beside "tauere"; A N. 646. beside "enatam"; D beside "luntate".)

Lidericus Eremita qui Lidericum educauerat, moritur.
Pet. Oudeg. c. 12. Annal. Fland
Dein etiã Liderici mater Emergarta.
Oudegh. ibid.
Ac denique Dagobertus Rex.
App. ad Greg. c. 79. Aim. l. 4. c. 33
Hunc in Francia CHLODOVAEVS, in Austrasia Sigebertus succedunt.
Iidem auctores, & alij.
S. Amandus Adalbaldi filiam Clotsendem è fonte leuat.
Hucbald in vit. S. Ri. trud. Chronic. Mart. vet. & ms.
Pipinus obit.
App. Greg. c. 85. Aim. l. 4. c. 38.
Aicharius Nouiomens. & Tornac. Episcop. moritur.
Vita S. Eligij. Aegid. Bucher. vide Cousin. l. 2. de reb. Tornac. c. 14. qui aliero tribuit anno.
S. ELIGIVS ei succedit.
Iidem auctores, & alij.
Huius parentes:
S. Audoën. in vita eius.
Natiuitas ostento clara:
Idem auctor.

A vita probus hoc erexit alloquio: Clarum, & ingentem factis futurum, quem pue-
ritiu eniteretur. Vix ergo pubertatem Eligius induerat, cùm arte sculpendi, au-
ars insignis ex auro & argento quidlibet formandi.
reáque fundendi vasa per Abbonem aurifabrum ita fuit excultus Lemouici, vt
magnam apud Reges Chlotharium & Dagobertum ideò gratiam inuenerit. Quod
eius opus Chloiharium in admirationem pertraxit, duæ sedes fuerunt, quas ex auro
sibi numerato, quod vni tantùm sufficere videbatur, ea industria, & elegantia perfe-
cerat, vt nec pulchritudinem, nec materiæ tenuitatem satis capere Rex posset. Igitur
mox ab eo rebus magnis adhibitus fuit. Sed cùm nihil animo vastum tumidúmque
in egenos liberalitas:
saperet: ita se aliorum commodis tradidit, vt in pauperes liberalis, alios eleemosynis
adiuuaret; quosdam è custodia, & seruitute, persoluto pretio, educeret. Vbi totus ad
modus rectè viuendi, & virtutem assequendi
virtutis studium exarsit: ipse sibi magnum indicere bellum; cibi, potúsque modicus
esse, ac precum assiduus; vili veste obtegi; carnem domare cilicio; rudi fune constrin-
gi, vt eas damnaret vestium delicias, quibus anteà nitorem, & cultum quæsiuerat;
multos ad vitæ monasticæ asperitatem hortari; pijs, bonísque libris perlegendis mul-
B tum temporis tradere; multam inde sapientiam haurire. His omnibus rebus ab Da-
goberto quidquid vellet obtinebat. Huius igitur opibus Solemniaci monasterium
Eiusdem opera varia,
condidit: Parisijs domum, quam Regis munere acceperat, virginum Christi domi-
cilio attribuit. In ornanda thecis, & Mausoleis Diuorum corpora multum auri &
argenti, plurimum operæ impendit. Nec deerat ipsi præclata vis multos persanandi,
& in ægris sanandis,
seu tenebris damnasset cæcitas, seu morbus incessum, & manuum vsum eriperet,
seu neruos corporis contraheret. Quo leuaret multorum sitim pauperum, vini
itemque in pauperibus adiuuandis miracula:
pauxillum post sacra verba ita iussit distribui, vt omnibus affatim sufficeret intra la-
gunculam crescendo. Quam largiendo egentibus nummos bursam vacuefecerat,
alijs opem postulantibus sensit diuinitus nummis alijs repleri. Et fuit illi cum Au-
aduersus Simoniacos certamen,
doeno graue certamen aduersus eos, qui pecunia sacras dignitates, & sacerdotia
emercarentur: quod vitium adeò inualuerat iam inde à Brunechildis temporibus
per Gallias, & Belgium, vt eatenus frangi, domaríque nequiuerit. Fulti scilicet ij duo
& de iisdem victoria.
C viri Regum potentia, & sapientum hominum consilijs tantùm effecere, vt nullis in
posterum malis artibus, & largitionibus ad ecclesiasticas dignitates aditus pateret.
Priusquam infulis ornaretur Eligius, quidam putanr eum Belgicam nostram obiuis-
An priusquã esset Episcop in Belgio fuit.
se. istic non procul Atrebato in edito colle anno sexcentesimo, & trigesimo quinto
consedisse; sacellum ibi struxisse pijs animi commentationibus opportunum pro-
pter loci asperitatem, & solitudinem. ea fuisse insignis illius cœnobij primordia,
Annum MSS. cœnobij montis S. Eligij.
quod hodiéque in eodem monte visitur, quondam ab Eremitis, deinde à Canonicis,
vt appellant, secularibus, nunc ab Regularibus violacea veste contectis insessum, &
ab eo Sancti retinens Eligij nomen. His ergo alijsque similibus rebus effectum est, vt
dignus crederetur Eligius Nouiomensium & Tornacensium sedet conceptáque de
ipso apud omnes opinio amorem, spémque magnam exciret. Incessit præsertim ad
Ob S. Eligij in Episcopum electionem mira Neruiorum & Flandrorum lætitia.
eius Episcopalibus decoribus ornandi nuntios ingens Neruios, Flandrósque lætitia:
eadémque fama non leuem attulit Amando voluptatem, qui præclaram de ipso im-
biberat opinionem, ac iam tum animo percipiebat insignem, eius laboribus apud
D hos populos demessum iri spiritualium segetem bonorum. Et nullum sanè præ-
cepta spes fefellit. Etenim suscepro Episcopali munere id maximè cauit Eligius,
ne quid pristinæ virtutis ea dignitas & potestas detereret. Eam ob causam in of-
Qualem in Episcopatu se gesserit erga pauperes:
ficia charitatis incubuit, & deprimendo animi tumore, in peregrinorum & pau-
perum curam. Horum ipse familiaritate, & colloquio delectari; hos intra se-
cretum domus cubiculum perducere; ibi fatigatos colere; pedes eorum aquis
Audoënus in eius vita.
abluere; capillos pectere; vestes mundare; mensis eos adhibere; cibum & potum ijs
proponere; largiter & humaniter acceptos cum bona precatione dimittere. Cum
qualem erga conuersionẽ gentili[illegible] & a[illegible]
labores eius poscerent vel in Neruijs, vel in Flandria, vel alibi nondum subiectæ
omnino Christi legibus regiones, ad eruendos è falsorum cultu numinum mor-
tales: illuc ipse magno & patienti animo progredi: nunc leni verborum illecebra
prolicere; nunc graui premere sermonis pondere; modò cælestes delicias propone-
re; modò minis etiam animos interminabilis incendij percellere: vt aliquos Christo

Effectus eius concionum. Quæ in Belgio fecerit. Tornaci monasterium S. Martini cōdit. *Herman. in Chron. Martin.* Siclinij corpus S. Piatonis quæsiuit, inuentum ornauit: *Audoen. in vita l. 2. c. 7. Cler. Siclin. in vita S. Piaton.* Et templum struxit, Canonicosque fundauit. *Cler. Siclin. in vit. S. Piaton. Herman. in Chron.* Cominij S. Chrysolij corpus detegit, exornatque. *Offic. S. Chrysol. MS.* Templum S. Martini dedicat Cortraci. Aduersus Sueuos iuxta Cortracū pugnat feliciter. *Audoen. l. 2. c. 3. Iac. Meier. l. 1. Annal.* Alibi templa erigit. *Iac. Meier. l. 1. Pet. Oudeg. c. 2. Annal. Fland.* Gandaui, & Antuerpiæ cum fructu laborat.

adiungeret. Sempérque fructus ingens eius laboribus respondit. abiurati sunt plu- A
ribus in locis idolorum, & arborum cultus: in planum phana deiecta: ædes Chri-
sto erectæ, dicatæque: multa hominum millia sacris vndis abluta. Vt quædam his
in partibus opera eius breui complectar, quæ nullis temporibus certis assignari
queunt, Tornacum, apud Neruios vrbium mater, primus laborum eius exstitit. ex-
cultis illic multorum animis D. Martini cœnobium condere aggressus est, ibique
templo ad fastigium perducto vnum D. Martini dentem imposuit. Inde Siclinium
iter intendit, vti cultum indigenis adhiberet. Illic sacrum D. Piatonis corpus diu
incognito latuerat loco, metúne quodam incolarum, ne furtim raperetur, an incu-
ria, mihi non liquet. Neque quisquam, qui laborem inpenderet inquirendo, ante ad-
uentum Eligij repertus est. Ipsum ergo voluntas impulit omnia explorare diligen-
tiùs. & euentus labori par respondit. Quippe tandem gnauiter omnia perscrutanti,
quod volebat, obuenit Martyris corpus, & cum eo claui aliquot oblongi, certum
eius argumentum, quoniam clarum sit hoc tormenti genere affectum fuisse. Id igi-
tur tanti sacerdotis fabrè corpus argento texit, auróque illeuit Eligius, theca in B
mausolei modum formata insigni arte, magnísque impendiis. Iecit etiam illic, vt
traditur, deiecta, quam olim incolæ construxerant, ædicula, noui templi funda-
menta, cui postmodum perfecto Canonicos imposuit, iísque census affatim con-
tribuit. Quid idem Insulæ apud Lidericum egerit, nullus prodidit. Subinde Comi-
nium in Lisæ ripa situm viam fecit. Ibi Chrysolij Archiepiscopi & Martyris corpus
etiam post magnum quærendi laborem nactus est. ac postquam illud argento texit,
in edito templi loco statuit, vti populus venerari assuesceret. Inde loci Cortracum
delatus templum D. Martini nomine dedicauit. Eam circa vrbem multa cum Sue-
uis certamina ipsi exstitere. Gens erat ferox, inconditis animis, moribus barbaris;
tunc inquilina, & per pagos dispersa, quibus etiam id nomen adhæret; paullò antè
ex Germaniæ visceribus huc affusa. Sed improbo labore peruicit, eósque Christia-
no induit nomine, & consentaneis ei moribus. Paullò pòst Oceani littus peragra-
uit, variáque Aldemburgi, Rodemburgi, Brugis, & Oostburgi templa moliri cœpit.
Fama tenet, eum Brugis S. Saluatoris templum opere materiato struxisse, cuius loco C
pulcherrimum aliud modò è lapidibus quadratis conspicitur. Adiit deinde Ganda-
uum, & Antuerpiam, ac denique ad Frisones vsque penetrauit nullo deterritus
labore. Vbicumque fuit, ibi varias incolarum iniurias absorbens, cibo tenui conten-
tus, ardentique zelo succensus, quàm plurimis ad capessendam Christi fidem vir-
tutémque, dux exstitit.

Audoen. Meier. AEga Maior domus Chlod. moritur. *App. Greg. c. 83. Aim. l. 4. c. 37.* Erchenualdus ei succedit. *App. c. 84. Aim. l. 4. c. 37. Bellefo. Prateol. aly.* Qualis hic fuerit. Quæ sacra loca condiderit. *Libb. vett. & MSS. Martian. monast.* Inimicitiæ Flaochati cū VVilibaldo, earumque causa. *App. ad Greg. c. 89. & 90. Aim. l. 4. c. 19. [...] 41. Bellefor. Prateol. quanquam hi duo Flaochatum laudent.*

Hæc inter, Ægam vel Eganem Chlodouæi Francorum Regis palatio Præfectum AN. 647.
ingenti omnium dolore mors abstulit, insignem scilicet prudentia, & virtute virum:
quem raro exemplo decus, opes, potentia nunquam transuersum egerant. Adal-
baldi Ducis frater natu maior Erchenualdus vel Erchenaldus, in locum eius ab Re-
ge suffectus est. Quæ regimen eius ab auaritiæ sordibus immune, sanctum, ac vtile
sponderent, multa inerant ipsi, sapientia, virtus, pietas, opum contemptus, æqui stu-
dium. Quanto erga Deum, & Diuos amore ferretur, ea testantur opera, quę magnis
ad honorem ipsorum impendiis molitus est. Etenim Fontanellense monaste- D
rium condidisse, D. Petri templum Latiniaci, S. Fursei Peronæ, B. Virginis Duaci
struxisse, comperio. Verùm ea tempestate quamuis Reges profunda pace frueren-
tur, plerosque tamen Principes in Gallia inimicitiæ, odiaque exercebant. Ambitio,
pestiferum regnis malum, & humani cruoris auidum, discordiæ causas peperit. Flao-
chatum præcipuè ea pestis vrebat, Erchenualdo charum pridem, & amicitia iūctum.
Postquam ergo Burgūdionibus ab Rege Chlodouæo præfectus fuit, etiam Transiu-
ranis gentibus imperitare contendit. Sed Wilibaldus summo genere natus eam re-
gionem moderabatur, neque facilè armis summoueri poterat: vt qui populo bellicis
artibus claro percharus esset. Per insidias eum aliquoties tollere aggressus cùm fuis-
set Flaochatus, irrito semper conatu laborauit. Ad vltimum ergo tracto in partes
Erchenualdo, venienti Augustodunum in Burgundiam Chlodouæo persuadet, vt
confestim Wilibaldum, tanquam rebellionis crimine obstrictum, in regiam Augu-

A [G]odu[in]um ad se vocet. V[t] erat ingenio im[p]lex [C]h[l]o[douæ]us, & fraudibus opportunus, e[t]iam de Nant[h]il[d]is matris suæ consilio [F]laochati partes tuentis, Wilibaldum ad[e]l[e]n[d]um iussit Augustoduni. Sed priusquam ip[s]e Parisijs Augustodunum versus discederet, Nanthildis regina moritur. Hinc ferunt Martianenses Monachi priusquam è vita discederet, Eusebiæ Adalbaldi Ducis & Rictrudis filię, quam multo amore prosequebatur (eam enim e sacro fonte suscepisse ijdem asserunt) villam donasse Vernacum nomine, viribus abundantem, quæ posteà cesserit Martianensi monasterio, eique necessarium domesticis vsibus vinum suppeditauerit. Persolutis autem matri iustis, Augustodunum Chlodouęus abijt, eòque Wilibaldum in aulam accersijt. Sed hic plurima ex vario rerum vsu prudentia pollens, primò familiam, amicos, & clientes, quorum vim maximam habebat, coëgit, secúmque alacris duxit Augustodunum. deinde priusquam vrbem ingrederetur, Valentiæ Pontificem Agilulphum, & Ghisonem Comitem præmisit exploratum, quid hostes sui Flaochatus, & Erchenualdus molirentur, ne scilicet in aliquas improuidus insidias indueret sese. At his in
B vrbe detentis, postero die Flaochatus & Erchenualdus copias iunxere, magnóque Wilibaldum impetu adorti sunt, priusquam aptum pugnæ locum capere posset. Igitur quamuis insigni fortitudine vim eorum sustinuisset, multásque cædes fecisset, ad vltimum tamen, cæsa iam omni familia, ferro peremptus est. At non diuturna Flaochatum huius victoriæ adtuæque præfecturæ ergò lætitia perfudit. Quippe scelerum vindex Deus paucis pòst Wilibaldi necem mensibus, quam tanto crimine is parauerat, eum vita dignitatem eripuit. Cum Erchenualdo benigniùs actum fuit, vindictam auertente morum innocentia; quoniam eum amicitiæ iura, & simplicitas mentis potiùs, quàm sceleris cupiditas, in armorum societatem traxerant. Belligeratum interim fuerat in Saxonia, & à victoribus inter alias manubias auectam ferũt Bathildem insigni puellam pulchritudine. Ea cùm vilissimo pretio venijsset, domum denique suam Erchenualdus induxit. Certabant in ipsa cum regio genere mores pudici, & virtus plurima tũ corporis tũ animi, ne quam ibi noxam vel leuissimam admitteret.
C Postquam igitur eam à poculis sibi statuisset Erchenualdus, mira ipsum, omnésque domesticos voluptate affecit, dum cunctis sese benignitatis, modestiæ, castitatis, & ad omne officium promptudinis speculum præbuit. Quæ res prorsus effecit, vt non modò is Princeps insigni eam affectu fuerit complexus; verùm etiam absumpta iam morbo coniuge, magno exarserit desiderio ipsam sibi matrimonio iungendi. Sed Bathildis ad primum de coniugio sermonem in latebras abdidit sese; præclaro certè argumento, vel posthabiti pudicitiæ matrimonij, vel animi generositatem in seruitio retinentis. Neque prius è latibuli fide in aspectum Erchenualdi prodiit, quàm is alteram thalamo coniugem sociasset. Quærebatur eo tempore Chlodouæo Regi vxor, cùm hoc opportunè accidit. Igitur Erchenualdus tam præclaræ conscius vitæ Bathildis, apud ipsum de huius virtutum excellentia prolixum instituit sermonem: cúmque miris virginem laudibus ornaret, eò demum pertraxit, vt eum ea nuptias pacisceretur. Quo sanè matrimonio quàm multa in Reipublicæ bonum redundauerint, satis fusè memorant Annales Francorum, & conscripta de vita Bathil-
D dis historia.

Magnus interim ardor D. Amandum exuendi Traiectensis Episcopatus agebat,
An. 649. quo liberiùs in curam animorum varijs per Belgium locis incumberet. Eò litteras Romam ad Martinum Papam supplices dedit, quo tempore coactis vndequaque præsulibus generale Concilium de fidei Catholicæ rebus illic habebat. Sed ea postulatio parum placuit Maximo Pontifici. Nam cùm de rebus in Synodo gestis ad eum perscriberet, ne Traiectensi Episcopatu abdicaret se, vehementer nimirum prohibuit: cumque nunc sacrorum lipsanorum munere, nunc petitis è sanctis codicibus verbis, ad magnam in laboribus frustrà susceptis patientiam hortatus est. quos enim nondum perceperat fructus, eos olim denique votis abundè responsuros. Sed Amandus quamuis tali responso spem præcidi sibi vidit deponendi sacri magistra-
An. 650. tus: nihilominus tamen eius vrgendi negotij causa institit apud Martinum calidissi[mè] tandémque ab eo impetrauit, vti reiecto in alium Episcopatu, disseminando Christi

Margin notes: Mors Nanthildis: quæ D. Eusebiæ villam Vernacum donauit. — Auctor librorum de miraculis S. Rict[rudis]. Chron. Marcian. Vide Gallo-fl. lib. 11. c. 41. & tom. de Sanctis Gallo-fland. Eusebiæ. App. & A. m. cat. loc. — Wilibaldus Augustodunũ ad Regẽ proficiscens à Flaochato cęditur: Ijdem auctores. — qui paullò pòst moritur. Auctores antè citati. — Bathildis captiuitas, & laudes. Nicol. Gillius, Franc. Belleforest. alij. — Erchenualdo nubere recusat. — Chlodouæo Regi datur vxor. Auctores citati. — S. Amandus abdicare se Traiectensi Episcopatu contendit. Veniam id agẽdi primùm recusat Pont. Max. Epist. Mart. Pont. — Verùm posteà denique concedi[tur]. Harigar. Aegid. Bucher.

verbo nauaret. Igitur postquam Remaclus Traiecto præfectus est, ipse ad consuetum prædicandi munus sese retulit maiori, quàm priùs, alacritate, quamuis multo annorum pondere premeretur. Curæque fuit intereà non leui ea frequenter obire monasteria, quæ Gandaui, Martianis, Elnone, Rotornaci erexerat; conclusos illic homines ad virtutis studium, & susceptorum Christi gratia laborum tolerantiam incitare: Franciæ & Austrasiæ Reges adire, bonisque vtrumque documentis instruere: ad Gertrudem Itámque proficisci, quas Deo consecrauerat: S. Ghislenum, Madalgarium, Adalbaldum, eiúsque coniugem Rictrudem, solandi ergo, & in virtutis studio confirmandi gratia, visitare. Quibus omnibus rebus dum iucundè distinetur, ac non exiguum colligit fructum: Sigebertum Austrasiæ Regem suscipiendæ prolis cupido frustra fatigat. Iam varijs ipse locis monasteria duodecim cōdiderat, insignique donauerat censu, placanda numinis ira, & impetrandis liberis. Vti propitium sibi senserit Deum, nihilominus tamen impetrandæ prolis spes eum ludificabatur. Igitur Childebertum Grimoaldi Palatio Præfecti filium adoptat. si absque liberis naturæ concedat, regnum & opes ei pollicetur. Verùm diuina voluntate paucis pòst mensibus Sigebertus pater efficitur, suscepto ex coniuge filiolo, quem Dagobertum nominat. Eodem fermè tempore Beatus Eligius Tornacum descendit, ibique multus ad ciuium animos à vitiis auertendos incendit. Ac tum volunt quidam eum prima iecisse fundamenta Martino viro sanctissimo dicati monasterij. Cùm enim is templum struxisset, cui nomen S. Martini impositum fuit, tradunt vnà circùm ab ipso cellas Monachorum conditas. Placet tamen Herimanno, non antè positos illic è familia S. Benedicti Religiosos, quàm secundus & quinquagesimus Christi annus iniuerit. Delectum idem asserit ad moliendum id opus locum, vbi quondam B. Martinus ad breue tempus consedetat, cùm Neruiis maximam partem idololatris opem laturus venisset. Collieulus is erat vrbi imminens, variis arboribus consitus, & multa blandiens amœnitate, quò sæpissimè voluptatis gratia Tornacenses adibant. Hunc præsertim locum delegit Eligius, quòd is olim plurimis hominum curationibus, aliísque miraculis à S. Martino perpetratis floruerit prorsúsque arbitraretur, animorum potiùs illic voluptatē ab religiosis hominibus, quàm corporum ab laicis prophanísque, capiendam, vbi tam præclarum Galliæ sidus illuxerat. Vbi cœpta sunt ab Monachis insideri ædificia, strictissimam eis vitæ legem præscripsit idem sanctus Episcopus, & cui parerent Antistitem dedit. Qui primùm ei loco traditi census, ab eiusdem Regisque munere profecti sunt. Facta paullò pòst non leuis est accessio, cùm multi animaduersa insigni primorum Monachorum religione, vel seipsos vnà cum fortunis, vel saltem possessiones aliquas ei monasterio donauere. Vero simile videtur, non multò pòst Gallo-flandriam nostram, & dein Flandriam aliam, & Antuerpiam ab hoc Apostolo peragratas, eiúsque sanctis, & indefessis laboribus excultas fuisse: ac tum pleraque eorum perfecta, quæ suprà memorauimus. Agebatur Christi annus post sexcentesimum quartus & quinquagesimus, cùm Sigebertus Austrasiæ Rex è viuis excessit. magnàque mox Grimoaldum, cuius antè meminimus, libido incendit filio suo regnum adipiscendi. Igitur quem paruulum Sigebertus Dagobertum regni, opúmque hæredem reliquerat, contra fidem Regi datam regno exuit, & in aliquod Scotiæ monasterium attonso capite relegat. ex aduerso, Childebertum filium suum, Sigeberti adoptione fultus, Regem pronuntiat, & armis in regno tuetur. quippe vis omnis armorum, & opum in eo sita erat. Verùm id facinus vehementer mouit Austrasianos, quibus ob morum sanctitatem Sigebertus admodum charus fuerat: contra, Grimoaldus odio dignus videbatur, vt qui non minùs flagitiis regnum filio seruaturus esset, quàm scelere parauerat. Igitur quoniam spes nulla dabatur Childebertum regno deturbandi, nisi aliunde opes & auxilia peterentur: ad Chlodouæum in Franciam misere, qui tam atrocis facinoris narratione misericordiam excirent, eúmque ad celerem stimularent tantæ perfidiæ vindictam. Et valuit apud hunc Regem legatio, quem magna in fratrem, ac nepotem charitas afficiebat. Ergo id negotium Erchenualdo Equitum Magistro commisit. Is copias, arma, pecuniam, commeatum parauit ex-

Margin notes: Liber igitur Amandus varia obit loca. — Sigeb. in Chron. — Post multas preces Sigeberto Regi proles obtigit. — S. Eligius Tornaci monaster. S. Martini ædificat. — Iac. Meier. l. 1. Franc. Bellefor. In Chron. Martin. — Herman. d. l. — S. Audoen. in vit. Io. n. Milan. Ægid. Bucher. — Sigebertus Austrasiæ Rex obit. — Aimo lib. 4. c. 4. Sigeb. in Chron. Nicol. Gill. in Annal. Franc. — Grimoaldus filium eius regno exuit, & filiū suum Regem facit. — Iidem auctores. — Ad querelas Austrasianorum mittitur aduersus eum cū copiis Erchenualdus.

Right margin: A — B — C — AN. 654 — D

A templò, Grimoaldum, eiúsque filium aggressurus. Postquam patenti loco vtriusque regni acies commissæ fuerunt, diuina prorsus voluntate insignis Erchenualdo victoria obtigit. Cæsus est in pugna Childebertus: in hostium potestatem viuus venit Grimoaldus. & mox eum maioribus exercendum cruciatibus Erchenualdus Parisios misit ad Regem. Ibi Chlodouæus grauibus tormentis excruciatum neci dedi iussit. Ita plerumque cœca dominandi cupidò, quam impio facinore peperit regni voluptatem, eam breui & infausto exitu frangit. Childericus natorum Chlodouæi ætate medius in Austrasiam regnum moderaturus à patre missus est, quem Austrasiani Principes gratantibus animis excepere.

qui victoria potitus ipsum viuum ad Chlodouæum mittit: à quo iussus est interimi.

AN. 655.

Aimoin. & alij eam etiam. Idem.

At Lidericum Insulæ degentem mœstitia permixtus amor iustitiæ ad insolitum compulit punitionis exemplum. Hanc eius causam plerique prolixiùs memorant: verùm verè, nolim asserere. Natu maximus filiorum Liderici Ioseramnus, præclara indole iuuenis, fortè cum fratribus propter arcis pontem ludo corpus exercebat. eò pannosa mulier paucos in calatho fructus venales afferens intendir, vti paullum pecuniæ conficeret leuanda fame in summa rerum egestate, quæ tum grassabatur. B Coniectis in fructus oculis Ioseramnus (vt ea fert ætas fructuum cupidini indulgens) lusum extemplò abrupit. cunctos de muliere fructus mercatus, quòd circumferendæ pecuniæ insolens esset, tantisper eam præstolari iussit, donec ab arce nummos afferret. Verùm ipse nonnihil fructuum in fratres partitus, reliquum ad nobiles matris puellas delaturus in arcem conscendit. Ibi postquam singulas parte quadam aspersit, in colloquia, iocósque, pecuniæ & mulieris oblitus, effunditur. Hęret interim ad pontem fœmina, oculósque identidem ad portam conijcit. Vbi nullum ab arce cum pecunia pedem efferre conspicit: tum denique illusum sibi suspicatur. nullum tamen exspectandi finem facit, donec imminentes noctis tenebræ domum reuocent. Eò demùm regressa, vtrumque filiolum inedia mortem oppetiuisse comperit. exinde totas per noctem gemitibus habenas effundit; modò sibi mortem, modò iuueni diras imprecando; sæpè liberos etiam stringendo complexu, & felices appel- C lando, qui suam morte miseriam abruperint, ipsa interim parente in luctu, & doloribus iacente. Postquam dies illuxit, vtramque prolem vlnis amplexa, viam ad Lidericum in arcem corripir. ad Principis iura dicentis tribunal duci se flagitat: nec mouetur aut irridentium audaciam, aut rei nouitatem admirantium procerum & famulorum vultu verbísque. Ibi depositis in pauimentum corporibus liberorum, in genua supplex procumbit, talíque (dolor enim audaciam, ac vim eloquentiæ præstabat) Lidericum insolito spectaculo attonitum oratione adoritur: *Si verum Principem censeri te velis, Liderice, hodierna die seuerum exerceas iudicium oportet. Ac ne iudicij materiam aliunde quæras, hi liberi mei causas præbent. Vtrumque vita cassum intueris: vtinam materno mecum affectu. Infelici morte haustos vt doleam, vehementer isthæc viscera, quibus eos genui, tuli, aluique, naturæ legibus instigant, quibus liberos amore prosequi cogor. Quòd immani scelere vitam amiserint, tuum etiam est graui dolore percelli Principatus lege, qua noxios opprimere teneris. Mortis causam, modúmque pronum est mihi exprimere: necis auctorem prodere, forsitan tibi iniucundum erit, mihi periculi plenum. Quid tamen peri-* D *culi metu constringar, vbi etiam mihi iucundum sit cùm liberis mori, si homicidam prodere fraudi sit? Et quid tibi iniucundum tristéue accidere debeat, audito interfectoris nomine, cùm scelera pœnis coërcendo voluptatem haurias sit necesse? Qui ergo istic iacentes pueros confecit, tuo tecto vtitur, tuæ mensæ particeps est, immò tuorum viscerum pars Ioseramnus. Cur obstupescas, scio: amor in eum vehemens huc te cogit. Sed modum interitus nosce, tecúmque mox perpendes, vter ius debeas, mihíne, an illi. Condicto pretio fructus Ioseramno vendidi. causatus ille, pecuniam sibi non esse, mox se allaturum spontè promisit. Exspecto ad pontem: vesper ingruit: nullus pecuniam tradit. tum me ludificatam denique deprehendo. & tamen domi rerum omnium inopia; nullus in zona nummus erat. totum ex fructibus illis peculium meum pendebat. eo si priuarer, quid miseræ mihi exspectandum foret, nisi prolis interitus? Quod igitur nollem, sed necessitas intulit, puerulos istos fame tabescentes, dum pecuniam iusto diutiùs exspectare cogor, fatum absumpsit: idque mihi domum redeunti spectaculum oblatum est. Quid tristiùs accidere posset parenti rerum omnium egenti; quàm ita liberis priuari?*

Lidericus in primogenito filio mirũ dat exemplum iustitiæ supplicio mortis afficiendo.

Chron. vet. & ms Fland. lib. Lider.

quam inde penuria premi; hinc adeò miseranda nece lustrius mergi? Si quid igitur Principis habes, ex æquo iudica, Liderice; mihi iuctos miserijs oppressæ subueni. Si contrà sobolis tuæ amore tactus patrem te ostenuis, non iudicem: id vnum obtestor, vt me potiùs eadem cum pueris ruina inuoluas, quàm istud Ioseramni facinus impunitum videam. Ad istam mulieris orationem Lidericus primùm ingenti dolore perculsus est. dein accersi Ioseramnum imperauit. Is rogatus, cùm fructus ab hac fœmina emisset, cur pecunia eam frustraretur; intrepidè respondit: Non id vitio factum, sed obliuione: paratum se modo persoluere: ac ideò flagitauit, ne id sibi noxæ verteretur. Ex aduerso, Lidericus ira percitus: *At ecce, inquit, dilatæ solutionis flagitio peremptos a te mulieris huius liberos. quod enim pecuniam haud numerauerit, inuecta fuit eis necessitas penuria pereundi, cum quo cibos pararet, nihil matri superesset. I nunc igitur, & animum ad mortem compara. Ne id facinus impunitum sinam, Chlotharij Regis mandata impellunt, quibus me ad coercenda pœnis scelera stimulauit. Natorum mihi maximum te esse fateor, ideoque mei Principatus hereditatem te primum aspicere. Nihil tamen istæc moror, vbi iustitiæ, quàm paterni amoris, quam posteritatis agitur causa. Et quis mortalium ferat tibi vitam donari ad capessendam patris hereditatem, cùm ipse subditos rebus spolies, cum aliorum vitam tanto scelere tollas? Ne tamen ira præceps videar, proceribus meis huius rei iudicium relinquam.* Perlata igitur ad primores causa, quid censendum esset, diu agitatum fuit: sed tandem omnibus ea sedit sententia: *Etiamsi fortè leuis Ioseramnum asserserit culpa, pretium per obliuionem differendo: nihilominus tamen ipsum nullis obnoxium pœnis videri, cùm pecuniam persoluere insistat. ob pueros inedia peremptos ipsum capitis arcessi, prorsus rationi aduersum esse: huius rei noxa eorum potius parentem constringi. haud enim illi domo abeundum fuisse, nullo ad custodiam relicto, si liberis inedia pressis tantopere metueret. quoniam ipsa septennij lege ad custodiam teneretur. deinde nulli perspectum esse, pueros inedia confectos perijsse: nec solo matris testimonio in re tanta nitendum. pro ingenio muliebri forsan illud commentam obtegendi sui criminis causa. Ioseramnum igitur omnium suffragijs capitis absolui, sola teneri pecunia.* Etsi erat procliue Liderico ea in prolem vti sententia, nihilominus tamen quidam etiam animo hæsit metus causæ nondum satis ventilatæ. Quid igitur moliretur ignaris omnibus, Tornacum se contulit. Ibi Ioseramni causam tacito tamen nomine, quasi alium eo crimine inuolueret, senatoribus explicuit. Iis è contrario cunctis visum est, iuuenem peremptorum inedia puerorum scelere obstringi: ideóque capitis damnandum. Neque verò cunctatus est Lidericus perculsum ea sententia filium neci tradere. In furca suspensum Insulæ quidam ferunt: alij capite truncatum. At nonnullis placet ablatos vi fructus vel Insulæ, vel Tornaci, causam necis dedisse. Ea Ioseramni damnatio, & pœna quibusdam aduersus Lidericum odij stimulos fixit: nec defuere, qui crimen ipsi feritatis obiicerent. Sed Lidericus necessitatem ita puniendi tempus imponere sibi credidit, paucis post perditos Phinartij mores annis: ne quempiam libido caperet vltrà sceleribus eius æmulatione grassandi.

A

B

C

Alij aliam tra sunt cæsi Ioseram causam.

Meyer lib. 11. Chron. Oudegh. cap. 11. Locr. in Chron.

S. Adalbaldus in Vasconiam proficiscitur, & ibidem occiditur ab vxoris fratribus.

Hucbald. in vit. S. Rictrud. lib. 1. mirac. S. Rict. Chron. Martian. Andr. Martian. lib. 1. Chron.

Eius cædis quæ causa fuerit.

Sub idem ferè tempus cogentibus regni rebus è Belgio in Vasconiam Adalbaldus iter arripuit. Votum erat coniugi eius Rictrudi abeuntem diu comitari: verùm eo iubente domum animo mœsta, & impendentis mali præsaga, breui cogitur redire. Vix primos Vasconiæ fines hic sanctus vir attigit, cùm quidam perlata de eius aduentu fama, in ipsius necem atrociter conspirant. Horum capita Rictrudis fratres erant, feris homines moribus, & armis nobiles. Cùm soror eorum Adalbaldo nuptui daretur, aberant ipsi à paternis edibus procul, & in Aragonia contra Saracenos armis certabant. Igitur domum iis è finibus reuersi, de sororis & Adalbaldi nuptiis cognouere. Quòd ea Franco data fuisset, maximo scilicet ipsis ea res dolori erat. Cùm enim Francos suo generi posthaberent, eos vehementer odio prosequebantur. Ergo neque palàm, neque in occulto ipsi de Adalbaldo benè sentire; multis eum conuiciis proscindere; multas in eum inimicitias exercere; tandémque de eo, vel per insidias, vel per apertam vim tollendo, sermones serere. Contrà, modis omnibus niti parentes: eorum animis, & iris mitigandis multa proponere, multa facere. Sed illi neque rationi, neque parentibus obsequi. Eò denique res processit, vt in parentes etiam

D

odia

A odia conueccerint · aduerſus eos arma tumpierint. Cum itaque factionis ignarus in eas ſeſe improuidus inſidias Adalbaldus induiſſet, quas ij collocaucrant, à multis in eum impetus eſt factus. Haud procul Ernoldi ſoceri domo cæſum fuiſſe comperio: de Rictrudis fratribus vnum ei ferro caput abſcidiſſe: grandi necem miraculo diuinitus ornatam. Cùm enim cædis auctores alius aliò diffluerent, Angeli duo Adalbaldum ab vtroque latere ſepſerunt: his ipſe adiuuantibus, caput in manus recepit: iiſdem comitatibus, ad Epiſcopale templum Petragorici viam fecit: illic coram ara cum capite ſtitit ſeſe, ac flexis genibus in victimam numini obtulit, ibique tandem concidit. Mouit tantæ rei miraculum pleroſque vrbis illius incolas, vti cum honore ſepulchro imponerent, & veluti Martyrem venerarentur.

Poſt cædem S. Adalbaldus caput ſuum in templum defert.

Mar Martian.

Verum eius necis nuntius Chlodouæum Regem, Erchenualdum ipſius fratrem, & Francorum primores ſauciauit vehementer, quibus tanto viro priuari durum fuit. Præcipuus tamen turbo mœſtitiæ in Rictrudem incubuit, quam propinquorum crudelitas, chariſſimæ rei amiſſio, & liberorum orbitas vno impetu vulnerabant.

Doluit ea cædes Regi, Erchenualdo, Francis:

at præcipuè Rictrudi:

Ceterùm vbi frequentibus
B D. Amandi ſermonibus erecta fuit, mœrorem facilè temperauit. Obuerſata etiam animo mariti virtus, morúmque ſanctitas fidem ei fecere, haud dubiè ipſum cælo potiri, nihilque ideò mœſtitudini obſequendum. Sanè poſtmodum conuolantis ad eius corpus hominum multitudinis veneratio magnum ipſi, & diuinum quidpiam ineſſe patefecit: ſed multò magis quæ plurima vis ex eo manauit compluresægros morbis leuandi.

quam tamen S. Amandus, mariti virtus, & ad huius corpus miracula ſolantur

Eapropter Rictrudem cæleſtium rerum vehementiùs ardor incendit: ipſaque mox animum cœpit præclarum audendi facinus. Sæpè auditu vſurpauerat, magnoperè Deum caſtimonia tangi. quæ fœnimarum à teneris annis illibatum corporis florem ei conſecraſſent, gratiſſimas eſſe: quæ contrà poſt nuptias viduo iam thalamo ſaltem pudicè vitam agerent; haud etiam diſplicere. Quod igitur vitæ ſupererat, id S. Amandi colloquijs impulſa caſto corpore traducere inſtituit: & quò ſecuriùs hoc ageret, etiam cordi fuit intra cœnobij ſepta concludi.

eique mêtem iniiciunt pudicitiæ, viteque religioſæ.

Hucbald.in vita S Rictrud. Anonymus l.1 de mirac. S Rictr. Chron. Mart.

Sed huic tam piæ voluntati obluctantem grauiter Regis animum ſenſit. Quippe vbi ad
C eius aures perlatum fuit, poſt Adalbaldi fatum vxorem eius conſilium cœpiſſe vitam caſtè ducendi: eò ſcilicet animum vehementer appulit, vt ſecundas ei nuptias perſuaderet. Primò blanditijs actum, & illecebris eſt, oblato inſigni viro, qui nobili genere, gratia, opibus pollebat. Poſtquam hoc parum procedit, etiam intentati ab Rege terrores, minæque cogendi, niſi pareret extemplò.

Verùm huic deſiderio Rex ſe oppoſuit;

Auctores citati,

eamque ad nouum matrimonium impellere conatus eſt:

Sed opportunè Rictrudi S. Amandus conſilia ſuffecit, quibus iram frangeret Regis, aut ſaltem eluderet. Cùm ergò rurſus inſiſteret ille, vti caſta mulier ſecundis ſe nuptijs obſtringeret: ipſa molliùs reſpondere; haud apertè propoſito matrimonio reniti: tantùm petere tempus ad deliberandum; prorſus ad Regis voluntatem omnia fingere cœpit: adeò vt etiam ſponderet, nihil ſe, niſi ex eius ſententia facturam. Ita Regis animus facilè temperatus eſt.

inſigni tamen modo S. Amandi conſilio eluditur in conuiuio:

Auctores cit.

Verùm vti quod animo conceperat, id Rictrudis aliquando perficeret, in villa Bareio (diſtat ea tribus Atrebato leucis, iámque Boirium appellant) inſigni luxu conuiuium apparat: ad id Regem, aulæque Principes inuitat, quaſi conſilio de nuptijs agitandi. Ipſa inter epulas hilarandis conuiuis varios lepidóſque in-
D ſpergit ſermones. Ibi Chlodouæus mulieris animum ob libertatem admiratus, perfacilè credidit exſtinctum eſſe penitùs caſtè viuendi deſiderium: è contrario, nuptias celebrandi cupidinem exortam. Sed eius ſpei plenum breui Rictrudis ſefellit. Illatis enim menſis ſecundis, hilari vultu ipſa conſurgit: tum Regem elata voce percontatur, Num ſibi liceat id, quod animo ſederit, domi peragere. Annuente Chlodouęo, quòd arbitraretur capaciori cyatho conuiuas ad potum inuitaturam, ipſa de ſinu conſecratum ab D. Amando velum extrahit, eóque confeſtim caput obnubit, dicto etiam horrendo imprecationum carmine, ſi quis obſiſteret votis.

dum inter epulas ſacro ſe velo tegit Rictrudis.

Ea re conuiuium repentè turbatum eſt, ſæuéque omnes commoti. ſed Regis animus præſertim exarſit iracundia. Ergo ipſe protinus epulas deſerens, exeundo Rictrudem ſic affatur: *Si regium decus opportunum ludibrio arbitrares Vide tandem, quo conſilio id cœperis, quod ipſo exitu fœdum erit. Haud difficilis quidem res eſt, Regibus interdum illudere: Verùm id audere, nulli facilè impune fuit. Si nuptiæ cordi non erant, ideóne tali facinore obturbare*

debebas? Sed nunc optato tegere velo; quam adeo dilige, pudicitia fruere: eo tamen facto quàm dedecus mihi, tam inimicitias tibi parasti. Parum mouit matronam ea Regis oratio, parum minæ turbarunt. Quod enim cœperat ingenti ausu, etiam maiori perficere contendit. Detractis igitur corpori ornamentis, omníque abdicato vestium luxu, vili se vulgaríque amictu operuit, pluris æstimans animæ ornatu Christi gratiam retinere, quàm perdere vano corporis cultu. Dein opum, quibus pollebat, magnam D. Amando vim tradidit vel in monasteria, vel in pauperes erogandam. Quò se posteà reciperet ad virtutem intra septa tutiùs comparandam, retinendamque, Martianensem Abbatiam delegit. Cur eò loci, quàm alibi, abdere mallet sese, ista præcipuè impellebant. Erat id monasterium in solo situm Adalbaldi mariti possessioni obnoxio: Hamaticensi cœnobio, vbi eiusdem Adalbaldi auia Gertrudis religiosam cum cœtu virginum vitam ducebat, proximum cernebatur: auctorem suum agnoscebat sanctum Pontificem Amandum: ab Ionato viro integerrimo regebatur: virorum insigni religione præditorum collegio florebat: angustiis rebus arctioris studium paupertatis ingerebat: ideóque spem faciebat plurimæ virtutis adipiscendæ. Quo minùs tamen intra paucos dies ei desiderio corpus illic concludendi faceret satis, duo potissimùm impediebant. Primùm enim haud satis tutum videbatur, nondum placato Regis animo, tantum opus aggredi. deinde plusculum temporis condendo testamento, partiendísque possessionibus dandum erat. Interim dum Amandus in Elnonensi monasterio quietem carperet ab grauioribus Apostolici muneris laboribus, animum eò intendit, vti Fratribus de necessitatibus prouideret. Vinum ipsis breui defuturum animaduerterat. Eapropter Chrodobaldum Martianis in cœnobio vitam ducentem, rebúsque Fratrum vitæ necessariis præpositum, plaustra vino aduehendo parare iussit. Id verò imperium ægrè accepit, paruíque duxit Chrodobaldus, aliis rebus, quàm isti, operam nauabundus. Sub vesperum tamen iter ingressus est Elnonem versus, vt vehiculorum penuriam pro excusatione obtenderet Amando. Verùm viam facienti omnia corporis membra ita repentè cum acri dolore soluta sunt, vt tota langueret artuum compago, solúmque pectus leni motu micaret. Quod igitur lingua vti nequiret, solo flatu peruicacem animum fatebatur, & delicti veniam poscebat. Ea res socios itineris vehementer sollicitos habuit: quidam tamen consilium rapuere nauigio ægrum imponendi, & prono flumine deferendi Elnonem. Sub noctem ad mensam cibum capturus iuerat Amandus, cùm ei de Præpositi ægritudine nuntius affertur. Parum is moueri visus, ac leniter subridens, plura toleraturum iactantiæ, & inobedientiæ, quibus tenebatur, vitio, respondit: nihilominus tamen presbyterum quendam exciuit, eíque vini modicum, & panis frustum porrigens mandauit, vti Chrodobaldum mox adiret; his ipsum iuberet muneribus vti; tum denique ipsi ediceret, die crastino albente iam cælo venturum se, ideóque corpus è strato corripiat obuiam processurus. Res dictu mirabilis. Vix aliquid è pane vinóque sumpsit Chrodobaldus, cùm extemplò membra sibi restitui sensit. Aduenienti igitur posteà occurrens Amando, cunctos admiratione subitæ salutis perculit. Sic obtenta delicti venia, leníque senis correptione ad meliora stimulatus, cum ingenti voluptate ad suos Martianas reuertit, ibique ad virtutem incumbens diligentius, felici postmodum exitu vitam clausit. Suggerunt monumenta Martianensis Abbatiæ præclarum eius sanctitatis argumentum post mortem præbitum. Nam quo tempore cœnobij templum incendio conflagraret, impositum eius sarcophago tapetem prunis ardentibus coopertum fuisse, & maximis vndique septum flammis; eum tamen illæsum integrúmque mansisse, idque propter in sacrario inter res sacras tamquam miraculi testem repositum. Atenim Diuus Amandus magnopere cupiens intra monasterij muros Rictrudem includi, apud Chlodouæum Regem nihil reliqui fecit, vt eius iram extingueret. Et sanè multis quà precibus, quà monitis effecit, vt matronam eam ipsi conciliaret. Obtenta igitur facultate monasticam vitam degendi, multos Rictrudis Atrebatum viros genere & dignitatibus magnos exciuit, vti spectantibus iis, & probantibus, testamentum conderet. In his emicuere D. Amandus, & Cametacensis

Pontifex

Marginal notes:

Temptis ergo Regis minis ornatus corporis exuit Rictrudis.

Multa monasteriis & pauperibus donat.

In qua se cōcludat, Martianēsem Abbatiam eligit varias ob causas.

Cur io illam non statim se receperit.

Cum in Elnonensi monasterio agit S. Amandus, eius præcepto non obtemperans Chrodobaldus punitur.

Baudemund. & Philipp. in vita S. Amād. monu. Martian. MSS.

At subinde culpam fassus sanitatem recuperat.

Rictrudem S. Amādus Regi Chlodouæo reconciliat: *Hucbaldus in vita S. Rictrud.* quæ mox scribit testamentum Atrebati. *Chronic. Mart.*

Section letters in right margin: A, B, C, D

A Pontifex Autbertus. Iltis aderant Vindicianus, qui posteà Cameracensem Episcopatum iniȷt, Honoratus Atrebatensis Archidiaconus; dein Abbas Ionatus, & Chrodobaldus. Inter viros illustres duo præsertim eminebant, Madalgarius Valdetrudis maritus, quem posteà Vincentium vocauere, & Amalfridus, qui monasterium Honulphi Chortis ad fines Cameracensium condidit. Eo verò Ri&trudis testamento, quæ patrimonij nomine Maurontum filium cernebant, ea ipsi omnia reliquit: de ceteris partem pauperibus, partem monasterijs attribuit. Martianensi monasterio adscripsit paucissima summæ studio paupertatis, ne locum diuitijs cumulare videretur, in quem se recipere statuerat, imitandi Christum gratia, quem nouerat in summa rerum penuria vitam in terris duxisse. Igitur ijs peractis Atrebato Ri&trudis Duacum ab illis, quos diximus, viris vnà cum filiabus deducitur. Ibi summo cultu excepta in templo D. Virginis, quod Erchenualdus, & Adalbaldus ædificauerant, vel instaurauerant, aliquamdiu precationibus intendit, vti res suas, & cœptam viam Deus

Inde Duacum venit,

B secundet. Inde Martianas eodem comitatu captum iter fuit. Illic Ri&trudem eiusque filias Eusebiam, Clotsendem, Adalsendem, Episcopi sanctis verbis Deo consecratas in ar&tum cœnobij locum abdidere. Hunc Ionatus paullò antè præparauerat ab Monachorum sede distin&tum, quòd videret minùs decere, vti cum viris in eandem fœminæ partem reciperentur. Quas verò Ri&trudis materno, lenique imperio regeret, ibidem virgines alias cogi visum est rationi consentaneum. Igitur Ionato viros, vt anteà fecerat, moderante, nouo cœtui sexus alterius cum summa potestate præfe&ta est Ri&trudis. Ea vt ceteris præclarum daret virtutis exemplum, ita nouum vitæ genus exorsa est, vt nullam admiserit in animum cupidinem claustris pedes efferendi: & quamuis Monialibus cun&tis præesset, ingens tamen persæpè ardor parendi ad varia sese deprimentis animi facinora impulerit: vt parem magis virgines quàm matrem, vel Antistitam haberent. Cùm ergò nō minùs tam præclara morum, & religionis magistra (cui nunc Amandus, nunc Ionatus præcepta sufficiebant) virgines proficerent, quàm Monachi Ionato Præsule vtentes progrediebantur: non

ac deinde Martianas proficiscitur.

Ibi cum filiabus in monasterium deducitur.

Idem Chronic Hucbald in vita S. Ri&trud. Anon. in mirac. S. Ri&trud.

Facta ibi virginum Antistita qui se gesserit.

C leuis in dies ad eas fa&ta est accessio, multis alijs ipsarum exemplo nuntium mundo remittentibus. Verùm è filiabus Ri&trudis Adalsendem immaturè paucos intra menses mors eripuit: Eusebiam Gertrudis proauia in Hamaticense, quod condiderat, monasterium deduxit. Intereà loci leuirum Ri&trudis Erchenualdum, de quo multa priùs memorauimus, sacræ alibi curæ distinebant. Is venientem ex Anglia B. Furseum, quem desiderium Romam per Gallias adeundi tenebat, volente Chlodouæo Rege, humaniter admodum, & liberaliter exceperat: quóue cum socijs in Francia retineret, potestatem ei fecerat Latiniaci templum & monasterium extruendi, ipsique hoc in opus pecuniæ plurimum largitus fuerat. sub id quoque tempus nouam Peronę obnoxio possessioni suę oppido ædem condiderat, cique monasterium adiunxerat. Iam dies di&tus erat eius templi dedicationi, cùm paullò antè Chlodouæus Rex vnà cum S. Furseo, & Erchenualdo iter fecit. Inuasit tunc morbus S. Furseum, & paucis diebus è viuis abstulit. Erchenualdus itaque non minùs post mortem eum amore prosequens, quàm viuum honore coluerat donisque, cor-

Adalsendis moritur, Eusebia in Hamaticũ parthenonem migrat.

Vit. S. Ri&trud. mirac. S. Ri&t.

Quæ S. Fursei gratia fecerit Erchenualdus.

Vita S. Fursei, vit S. Eloquij. Beda lib. 3. hist. Anglic cap. 19. Chron. Martin. Ioan. Iper. in Chron. Bertin.

D pus eius Peronam detulit; ibique dum consecratur monasterij ab se constru&ti templum, aram proximè iussit sepeliri. Quatuor illic annos iacuerat, cùm nouo Erchenualdus desiderio exarsit beatum virum decorandi. Ergo sacellum ad orientalem altaris partem ædificat. Ad coronidem hóc opere perdu&to, S. Fursei corpus è tumulo

AN. 656. educere, ibique cum pompa collocare statuit. Eam ad rem perficiendam B. Eligius Nouiomensium & Tornacensium Episcopus, ac S. Autbertus Cameracensium Atrebatiúmque Pontifex euocantur. Ibi res mira omnibus adstantibus obie&ta. Quippe S. Fursei corpus ab omni inta&tum putredine, ac prorsus integrum est repertum. Igitur inde cùm magna Episcopi voluptate persunderentur, non leuis etiam Erchenualdum affecit lætitia, eóque vehementer impulit, vt locum eum magnis ornaret censibus. Non multo inde lapso tempore, has partes varia, crebráque nobilium

S. Fursei corpus integrum reperitur, dein id Erchenualdus eleuari curat.

Vita S. Fursei.

AN. 659. hominum funera turbarunt. Primus vim mortis sensit B. Autbertus, anno fermè secundo postquam S. Vedasti corpus è ciuitate Atrebatensi in Castrum Nobiliacum

S. Autbertus vita defungitur.

Vita S. Autbert. Ægid. Bucher.

transitu-

Datur ei successor S. VINDICIANVS, *Ioan. Molan in Natal. SS Belgij Aegid. Bucher.* qui fructuosè laborat.

transtulit, ibíque monasterium ad eius honorem exstruere aggressus est. Leniuit tamen conceptũ ex eius obitu dolorem, qui proximè Cameracensibus & Atrebatensibus insulis decoratus est Vindicianus. Is enim minimè vulgari pollebat virtutum gratia, multâque vi dicendi præditus, ad euellendas ex animis vitiorum fibras aptissimus habebatur. Et multum sanè varijs locis fructum collegit, quâ feruenter è sacro suggestu improbos corripiendo, quâ bonos ad virtutis studium ardentiùs capessendum instigando vehementer. Post breue tẽpus in Francia Chlodouęus Rex mortem oppetiit. AN. 660. Chlotharius liberorum eius maximus regni gubernacula suscepit parũ idoneus regendo, quòd vix pueritiam exuisset. Verùm aderat ei mater Bathildis, quæ nõ minùs rectam ad gubernationem morum sanctitate, quàm sapientia pollebat. Eodem cum Rege anno vitam perdidit Adalbaldi frater, & Palatio Pręfectus Erchenualdus, postquam mẽses aliquot apud Chlotharium in eodem magistratu transisset. In eius laudem plerique latiùs excurrũt, pietatem, modestiam, humanitatem, & munificentiam in pauperes, & sacra loca celebrantes. Solus in eum acerbior D. Eligius videtur, & qui vitam eius litteris tradidit, S. Audoenus. Hic enim repentinum eius exitum ita memorat. B Erat Erchenualdo longinquum iter suscipiendum grauibus negotiis vrgẽtibus. Ad id cùm omnia comparasset, equósue non paucos impedimentis, auroque plurimo ad necessitates onerasset: D. Eligium ardenter rogauit, vt sese comitem viæ adiungeret. Parum ea sancto Pontifici arrisit flagitatio: & prorsus is abnuisset vnà viam capessere, nisi quorumdam Abbatum, grauiúmque virorum aliorum preces impulissent, quos metus incesserat, ne grauiter Erchenualdus offenderetur. Priùs tamen ipsis palàm edixit, haud feliciter successurum hoc iter: & quem viderent sano corpore proficiscentem, illic, quò tenderet, intra breue tempus Principem iri vita priuatum. Igitur postquam ad eum locum, quem petebat, Erchenualdus cum Episcopo peruenisset: euenit nocte quadam, vt eunctis ad captandam quietem compositis, solus cum Diacono extra cubiculum D. Eligius inambulauerit, ac rebus cælestibus intentus, è sancti Prophetæ psalmis quidpiam animo peruoluerit. Illic tunc ei visa de cælo ignea columna vibrari, rectâque ad locum vbi somnum Erchenualdus capiebat, tendere. Et mox ipse Diaconum affatus haud dubiè tacentem in lecto bestiam (ita nominabat Erchenualdum) interituram prædixit. Vix ea pronuntiauerat, cùm ingentes Erchenualdum dolores inuadunt, excruciántque vehementer. C Ad horum igitur acerbitatem euigilans Princeps, nihil priùs habuit, quàm vt Episcopum euocaret, cuius præsentia, & alloquiis aduersus mortem muniretur. Ingressi ad eum Pontificis, grauésque cruciatus corporis, quibus torquebatur animaduertentis, prima fuit oratio, vt quandoquidem nulla spes daretur vitam vlteriùs producendi, ne moriturus id facere abnueret, quod viuus præstare detrectauerat. E tumentibus loculis aurum illico extrahi, ac in pauperes distribui iuberet ira numinis pacanda. Id solùm ad salutem animæ valiturum, quod erogauerit: obfutura quàm maximè omnia, quæ vidulos intra constrinxerit dandi parcus. Ad ea verba dum cunctatur quidquam tribuere, animam protinus efflat Erchenualdus. Ita quidem Audoenus, dum res D. Eligij memoriæ mandat, tam tristis subitíque obitus narrationem prosequitur. velítne tamen æternæ salutis exsortem naturæ debitum persoluisse, non facilè mihi persuadeo. D Contractis aduersus egenos manibus ea pugnant grauiter, quæ de sacris ab hoc Principe constructis ædibus, & monasteriis exposuimus. Deinde corpus eius intra templum ab ipso conditum Eligius Peronæ telluri tradidit, argumento sanè non leui, minimè flammis infernalibus damnatum censuisse. Qui succederet in opes paternas, & summum Franciæ regni magistratum, prouectæ satis ætatis filium reliquit Leudesium nomine. Sed eo prætermisso Palatij Præfecturam Ebroinus adiuit ingenti vir animi vastitate, & ferocia. Paucis ab Erchenualdi exitu diebus mense Decembri vitam cum morte mutauit Sanctus Eligius. Eius desiderio Tornaci, Insulæ, Duaci, ac per totam Gallo-flandriæ nostræ ditionem mœsta fuere omnia; & Flandrorum meliores cum Liderico vehementer affecti: prorsus ablata spe propiùs vltrà fruendi, quòd Nouiomi extra muros in publico cœmeterio corpus condi mandauerit. Nulli tamen luctuosior eius obitus,

Chlodouæus Rex moritur. *App. Greg. c. 91. 92. Aimoin l. 4. cap. 43. Aegid. Buchers.*

CHLOTHARIVS filius ei sufficitur. *Vita Bathild.*

Obit Erchenualdus: *App. c. 92. Aim. l. 4. c. 44.* qui à plerisque laudatur, *App. c. 84. Aim. l. 4. c. 17.* à Sanctis tamen Eligio & Audoeno vituperatus est. *In vita S. Eligij.*

Ioan. Iper. in Chron. Bertin. vide quæ scribemus in vita S. Adalbaldi c. 3. Leudesium filium Erchenualdus reliquit.

Ebroinus Palatio Reg. Franc. præficitur,

S. Eligius decedit. *Audoen. in vita l. 2. c. 14.*

Grauis mors eius Flandris,

A quam Bathildi Reginæ Francorum accidere visus est. Acceptis enim de morte nuntijs ea mox ad locum, vbi iacebat, viam arripuit. Ibi multas in lachrymas fluens tegumentum corpori iniectum detrahit, arctóque membra complexu inuuluens, ori, manibus, & pectori frequens osculum figit, eò prorsus intenta, vt explendo sancti animi desiderio secum ad monasterium Calam deferat. Indulsit lachrymis, & pietati aliquid Eligius, profluente confestim è naribus ad Reginę contactū multo sanguine (quamuis hiberno tempore iam frigidum, & diu exanime corpus iacuisset:) quo linteis excepto ad solatium frueretur. Sed aliò, quàm statuerat, deferri corpus haud permisit. Quippe hinc Regina, illinc Parisiensibus aduersus Nouiomenses luctantibus, ad illorum vim & conatum immobile id semper stetit: Nouiomensibus verò manus, vt auferrent, admouentibus, illico cessit, portarique se sustinuit. Haud caret modò quibusdam eius sanctissimi viri lipsanis vtraque Flandria. Ex ossibus eius aliquot obtinuere Brugenses ac Tornacenses. In sacello B. Magdalenes mallei duo seruantur Duaci, quibus, dum viueret, ad thecas Diuorum, aliáque opera perficienda vsum ferunt. hique non modò propterea magnæ apud ciues sunt venerationi, verùm etiam multis opitulantur. Etenim ipsis Decembris Kalendis cùm partim ex tota vrbe, partim è vicinis remotisque pagis equi omnes ad id sacellum deducuntur quotannis: quos rabies infestat, eo confestim hi malo liberantur, ceteri ab eodem immunes persistunt toto anni curriculo, postquam sacerdos ijs crucem malleis ad frontes ipsorum efformauerit, aquámque sacris verbis expiatam præbuerit. Igitur Eligio morte sublato vtrique sedi datus est Pontifex Mommolenus. Quæ ipsum ad hoc regimen extollerent, plurima fuere. Primò vitæ monasticæ rudimenta cum Bertino & Bertramno Luxouij exercuit. Inde per Galliam comitibus illis ardor traxit multos sanctis moribus homines instruendi. Ibi conspicua virtus Chlothario Regi, & Francorum primoribus deuinxit. Et fuere nobilium complures, qui eius consuetudine illecti frequenter adirent, multósque dies apud eum stimulandi ad virtutem animi studio consumerent. Nec ipsi à fœdis voluptatibus homines auellere difficilè fuit, cùm quæ verbis traderet, ea gnauissimus exsequeretur. Conatus est Chlotharius in aula diu retinere: sed breui fastidium eius iniectum est, gnaro nimis, quibus ipsa quantisque morum, & animi discriminibus agitetur. Ergò Bertinum alterúmque socium Taruannam ad S. Audomarum eius vrbis Episcopum perduxit. Ibi omnes aliquanto tempore in populi cultum ardenter incubuere. Sed aliò mox desiderium impulit vitam arctiùs intra loci sacri septa ducendi. Nec votis eorum defuit Audomarus, concesso etiam fundo, vbi sacram conderent domum. Præfectus ceteris Mommolenus omni virtutum splendore ad summa tendentibus illuxit. Sed Eligio Pontifice, vt iam docuimus, exstincto, tandem inde auulsus est, Neruijsque & Nouiomensibus ad virtutem informandis admotus. Grata fuit vtrisque populis eius electio, cùm spem facerent multi apud ipsos fructus colligendi eatenus traducta sanctè vita, & vetus verbi diuini mentibus inserendi, hominésque religione imbuendi labor. Et profectò respondit egregiè sudoribus eius insignis seges animorum, quamdiu Pontificem egit. Annos sex & viginti vtramque sedem tenuisse comperio, multisque miraculis decorasse. Inter alia potentiam eius prodidit exanimis homo ad vitam eius oratione reuocatus.

Interea temporis Amandus, etsi plurima pressus ætate, Rictrudem, eiúsque virgines frequens Martianis inuisebat. quem fructum legerent, qui precibus indulgerent, quo studio virtutis tenerentur, eas percontari diligenter: præcepta etiam ipsis sufficere vitam piè sanctéque transigendi. Sed præsertim Martianas adiuit, Rictrudis rogatu, cùm de Mauronti filij nuptijs varia iactarentur. Quòd Regi charus esset Mauront us ob insignes militiæ, togæque artes, quæ iam in ipso adhuc iuuene mirum in modum emicabant; eóque fieret, vt consilijs de regni rebus idoneus haberetur: multi nuptias ipsi suadebant. neque parens Rictrudis ab his abhorrere videbatur. Quæsita igitur oblatáque tanto Principi puella genere par, multis opibus potens. Verùm Amandus clàm matre inueni facilè coniugij fastidium iniecit, præclaros de cælibis vitæ laudibus ferens sermones. Cùm ergo tempus nuptiarum appete-

Marginal notes:

& Reginæ Francorum Bathildi.

Audoen. lib. 2. cap. 15.

Ad cuius contactum è sancto eius corpore sanguis effluxit.

Audoen. in vit.

Huius viri Reliquiæ in Flandria.

Herman. Chron. Ioan. Molan. in Natal. SS. Belg.

Et hæc Duaci virtus in equos.

Arnold. VVion in Martyrol. monast.

Succedit in locum S. Eligij MOMMOLENVS:

Breuia. Audom. Mon. Tornacens. Vvard. Ioan. Iper Folcard. in vit. S. Audom. Iacob. Meier. Ioan. Molan. Arnold. VVion.

cuius hic laudes proponuntur, actaque.

S. Amandus Martianas frequentat.

Ac præcipuè cùm de nuptiis Mauronti S. Rictrudis filij ageretur, vt sanctæ matronæ cōsilia suggereret.

Baudemund. & Philipp. in vita S. Amand. Hucbald. in vita S. Rictrud. vita S. Mauronti.

A

ret, Mauruntus animum à coniugio auersum matri patefecit, dum Martianis quietem carperet ab aulico strepitu semotus. sibi enim iucundius videri castè vitam exigere, quàm matrimonio illigari. Eo dicto vehementer attonita fuit Rictrudis, ac secum reputauit, ad nequitiam filio viam patere. *Quî enim Princeps id ætatis, in aula Regis assiduus, sine coniuge, castam duceret vitam? Lubricum potius est delicias & aulam colenti iuueni pudicitiæ florem pessundare: ráróque euenit, vt delicijs assueti nullum ad fœdus voluptates gradum sternant, si nuptias recusent.* Ægerrima igitur animi, natóque admodum formidans, Amandum accersit extemplò: de Mauronti voluntate, & periculo edocet. Ille nihil cunctatus aduolat Martianas. ibi Blandis Rictrudem bonísque mulcet alloquiis. *haud quidquam Mauronto timendum, si nuptias auersetur. non vaga libidine voluptatis, sed desiderio virtutis ad hoc impulsum. tametsi ætatem inter aulicos strepitus, & voluptatum illecebras traduxerit; minimè tamen aulæ moribus, & licentia labefactatum. neque vestium luxu, neque delicijs exstinctum, quem à parentibus hausit amorem virtutis. Frontem igitur ipsa exporrigat, omnémque abstergat metum. breui Maurontum lætitiæ materiam odio nuptiarum, & castitatis amplexu daturum.* Atque ita locutus ad aram concedit sacris operaturus. Eodem vocatus festinat Maurontus. atque hunc intuenti attentiùs Pontifici mirum ecce confestim offertur ostentum. Quippe apiculam terno volatu verticem eius ambire conspicit; haud dubium diuini numinis ad se vocantis argumentum, vt castitatis dulcedine fruatur inter Clericos adscitus. Ergo perfusus ingenti lætitia, Maurontum appellat. eum calidis subinde verbis impellit, *vti moras omnes abrumpat. tempus iam esse id, quod animo insideret, aperiendi: quódque nutu diuino firmaretur, esse prorsus maturandum. eius operis cunctationem periculi plenam esse, certámque doloris non exigui. contrà, festinationem gaudio futuram.* Ad ea Maurontus facto magis, quàm voce respondet: properéque Amandi genibus affusus, manum eius præstolatur. Igitur ille verticem Mauronti capillis nudat in orbem tondendo, itáque numini æterno consecrat. Sèd dum eius ferro capillos resecat, multa in aures instillat suauiter verba. *quæ videlicet circa crines, capútque perageret, ijs pleraque innui, quibus animum mentémque tangi oporteat. Summum enim capitis verticem nudari crinibus, vti pernosceret, omnia cordis arcana immortali Deo esse prorsus cognita: nihilque adeò mentem occultè moliri, quod non eius oculis pateat cuncta cernentis. Frequenti fruticantis comæ resectione, satis indicari, inania, & superflua cogitationum esse persæpè amputanda. In coronæ modum permultos in capite crines relinqui, quo frequenter mentem subiret, de sæculi moribus retinendum nihil: ad regale sacerdotium capessendum eo diademate incitari debere. Nullo denique tentationum impetu frangi oportere, cui capillorum corona esset argumento, æternum in cælo decus, coronámque ab numine præparari.* His ergo ab Amando peractis, incredibilis Maurontum animi dulcedo, summa Rictrudem lætitia incessit. Mauronto iucundum erat, graui onere nuptiarum excusso, libera in Dei studium mente ferri: at Rictrudi lætissimum, tali instituto fluxæ fidei adolescentiæ cautum esse. Id verò nouum vitæ genus diuersas aulæ vestes, moresque poscebat alios: ac ideò vtrósque Maurontus induit multis nobilibus magno stupore defixis. variúsque mox per aulam rumor diffusus, plerisque obstrepentibus, aliis probantibus factum eius. Apud Franciæ Regem nihil inde gratiæ diminutum: sed ipse mox ab eo scribendis regiis diplomatibus est adhibitus: quo in officio laudem meruit prudentiæ, fideíque. Ardebat interim desiderio monasterium aliquod moliendi, cuius operis cupidinem animo iniecerat Amandus. Et percommodum ei locum Minariaci (hodie Meruillam appellant) in Lisæ fluminis ripa delegit, sexto ab Insula milliari, cui nomen erât Broylo. Et breui ædificium surrexit; tandemque imposito tecto electi qui incolerent, éque D. Benedicti placitis viuerent, homines probi ac quibus vitam tuerentur, insignes census attributi. Interim exeunte anno Domini sexcentesimo & sexagesimo primo, quod erexerat Elnonæ, Amandus templum insigni pompa dedicauit. Eò celebrandi festi causa ex eius voto plurimi conuenere seu virtute, seu genere nobiles viri. Horum præcipui aliquot Episcopi, Reolus Remorum, Vindicianus Cameracensis, Neruiorum & Noiiomi Mommolenus; inter Abbates Bertinus Sithiuiensis, & Ioannes Blandinio præfectus

Marginal notes:

Quod nubere nolit Maurontus, docet ex studio castitatis profectum.

Eodemque die inter sacrificandum Maurontum ad mutandum vitæ genus hortatur:

Citati auctores lectionarium lib. S. Amati.

B

eúmque in Clericum attondet,

& quid capillorum tonsura velit, edocet.

Vita S. Maur. & lectionar. lib. S. Amati.

C

Mutat subinde vestes moresque Maurontus.

Ab Rege Franciæ Cancellarius creatur.

Chron. Mart.

Monasterium Broylêse condit.

Vita, & monu. Martian.

D

Cod. ms. Elnon.

S. Amandus Elnonense têplum dedicat multis præsentibus præsulibus.

Horû hortatu

AN. 661.

Gaudaui.

A Gandaui. Et his maxime impellentibus, testamento cauit Amandus, addita horribili interminatione, vti nullus mortalium quantalibet ingens dignitate, corpus suum Elnonensibus post mortem eriperet aliò transferendum. Grauem tunc annis ætatem is agebat: ideóque iam cælis maturo anni sequentis initium vitam abrupit iucundè, cùm demptis decem annis sæculum vixisset. Quo tempore spiritum exhalauit, piissima virgo Aldegondis per noctem ad aram Deiparæ Matris Malbodij precibus indulgens ab Angelo in amœnos, & ingenti lumine fulgentes locos perducta fuit; ibique S. Amandum candore niueo, & multo lumine circumfusum aspexit, cui cælos petenti plurima hominum turba candidis emicans vestibus in pompæ modum præiret, aut ponè insisteret. Verumenimuerò ad nuntios de felici huius Apostoli Flandriæ exitu coortæ sunt multis lachrymæ lætitia permixtæ. Iucundum quidem erat, ipsum cælis illatum pro meritis gloria fulgere: at eius consuetudine, alloquio, stimulis, & consilijs priuari, graue admodum videbatur. Id quod præcipuè Liderico, Ricrudi, Mauronto, & alijs, quos præceptis excoluerat, vsu venit. Ad sepul-

AN. 662.

B turam sanctissimi eius corporis plurimi vndique discipuli quà Clerici, quà Monachi, quà nobiles confluxere. Secundo pòst anno Chlotharius Francorum Rex ardentissima febri æstuans viuis eripitur. Theodoricum eius fratrem Ebroinus quasi iure suo ad regni fastigium euexit, certo multorum exitio, quibus charior erat virtus, quàm flagitia. Etenim Theodoricum immodicus iræ ac vindictæ animus, sæuities, scelerum effræna libido, persimilem Ebroino fecerant, ideóque prorsus cum eo nimendûm. Verùm inde breui odiorum materies Francis oblata. Ideóque hi grauiter in vtrumque commoti & Theodoricum regno, Ebroinum præfectura spoliant, & mox in varia tonsos mœstósque monasteria detrudunt. Igitur paucis pòst diebus ad Childericum Theodorici fratrem in Austrasia regnantem legatos mittunt oratum, vti Franciæ regnum capiat. isque statim cum Wolfualdo regiæ domus Præfecto ex Austrasia profectus Parisios, summo plausu, & honore à Francis excipitur. Eo regni habenas moderante Iris per mensem Martium in aëre conspecta causis occultis, in-

AN. 664.

C solenti prodigio, nec pro more solis lumine in oppositis nubium ciente. Ad huius aspectum omnes tremor inuasit, multisque persuasum fuit, extrema mundi tempora portendi. Deinde per Augustum, duósque menses proximos Cometa ingentibus radijs aërem obtinuit magno spectantium terrore. Ad Orientem sub Galli cantum emicabat, nec priùs condebatur, quàm sol lumine obrueret. Exinde multi hominum exstincti, fœdéque pagi & oppida cultoribus vacuefacta sunt. Nec eius Cometæ vis Reges afflare solita, Childericum præterijt. Superbi mores eius, animi leuitas, sæuum imperium, odia Francorum accenderant. Sed in eum Bodillo vir nobilis præsertim irruit cæsi virgis ad palum ipso iubente corporis iniuria commotus. Quare per siluam inter venandum errantem adortus mucrone atrociter confodit, occiditque: ac ne quis vltor facinoris exoriretur, eodem ferro eius vxorem induit, & quam ipsa vtero prolem gerebat. Ad huius rei nuntios Wolfualdus fugam in Austrasiam furtim arripuit, quò vitæ consuleret suæ. Igitur paucis diebus elapsis Theodoricus in regnum à proceribus restituitur: & vt innoxius imperaret, Leudesius æqui cultor,

AN. 667.

D Erchenualdi filius, & nepos Adalbaldi, eius aulæ præfectus est, Leodegarij Augustodunensis Episcopi consilio. Ebroinus postquam illa Luxouij accepit, fruticante iam capillo Monachi vestem & animum exuit: tantáque cupidine recipiendi Palatij dignitatem exarsit, vt mox ad arma se suósque concitauerit. Quòd multos Francorum in partibus haberet, breui ad eum iusti exercitus copiæ confluxerunt. Igitur eas extemplò contra Theodoricum ac Leudesium duxit, ingenti spe vincendi erectus. Sed paullò pòst placuit furto belli potiùs, quàm apertis campis hostem aggredi. Ergo nocte media consurgens ad Isarani flumen exercitum rapit. Ibi custodes amnis, dein alios quàm plurimos per tenebras adortus obtruncat. Verùm exorto iam latè tumultu, priùs Theodorico & Leudesio effusa condi fuga licuit, quàm ipsis hostilis mucro ingrueret. Ita Leudesius cum Rege, ac thesauro regio ad villam Abacinum euasit. At Ebroinus rapiendam celeritate victoriam ratus, eò breui vtrumque persecutus est. Vt inde Leudesius & Theodoricus per fugam in tutum se receperint alius

Margin notes:

de corpore suo scribit testamentum. *Monum. Elnon.*

Idem paullò pòst moritur. *Milo in tract. de nat. & obit. S. Amandi.*

Oblata de ipso Aldegondi visio. *Append. ad vit. S. Amandi.*

Dolor multorũ de ipsius obitu.

Corporis eius sepultura.

Chlotharius Rex Francor. moritur. *Append. c. 41. Aim. l. 4. c. 48.*

THEODORICVM ei sufficit Ebroinus. *Iidem auctores, & c. 49.*

Vterque breui pòst in monasteria detruditur à Francis, & regnum CHILDERICO traditur. *App. Greg. c. 94. Aim. l. 4. c. 44.*

Iris insolita.

Cometa miræ magnitudinis.

Ingens subinde mortalitas.

Childericus à Bodillone occiditur: *Append. cap. 91. Aim. l. 4. c. 44. vita S. Leodeg.* eiusque coniux vterum gerens.

Iidem auctores.

THEODORICVS in regnũ restituitur. *Append. cap. 95. Aim. l. 4. c. 44. Sigeb. 669.*

Leudesius Maior domus constituitur. *Iidem auctores.*

Ebroinus è monasterio fugit, & collectis copiis in Theodoricum & Leudesiũ mouet. *Vit. S. Leodegar. App. c. 95. Aim. l. 4. c. 44. Sigeb.*

Partem hostium noctu cædit.

thesauris regiis potitur: ac subinde Regem capit. *App. c. 96. Annal. & 4. c. 44.* Leudesium periurus occidit. *Iidem auctores, alij.* Et Maiorem Domus se constituit. *Iidem auctores, alij.* Ethico Leudesij filius patris superstes, & Regis gratia floruit.

aliò profecti: repertos tamen ibi thesauros regios Ebroinus in potestatem redegit. A
Et mox Carisiacum, quò Theodoricus fuga delatus fuerat, intendens, ipsum Regem cepit, eúmque sibi conciliauit. Verùm nisi Leudesio vitam eriperet, nihildum se fecisse arbitratus est. Ad notas itaque periurij artes conuersus, eum ad Regem euocat, data fide nunquam ipsius vitæ, & fortunis nocendi. Haud difficile fuit in fraudem Leudesium inducere, quem vitæ innocentia, rectique studium nihil prauum de aliis opinari cogebant. Postquam ergo Carisiacum ad Regem peruenit, Ebroinus imperandi libidini, & sæuitiæ posthabens iuramentum, Leudesio fœdè necem attulit, & Palatij Præfecturam arripuit. Ethiconem Leudesio filium fuisse competio; eúmque matrimonio sibi iunxisse sororem Reginæ D. Leodegarij neptem: ac propter illud côiugium in Alemannia Ducem ab Rege factum, latissimè per Alsatiam, Sueuiam, & Germaniam superiorem imperasse video. Sed occiso Leudesio multis Francorum ingens dolor exortus: cùm præsertim facilè animaduerterent, potiente rerum Ebroino, nihil vsquam probis hominibus per Franciam tutum fore. Maiori tamen præ omnibus mœstitia obruti fuere Sigefridus Leudesij patruus, Ethico B
eiusdem filius, & cum matre Rictrude Maurontus patruelis. Eo scilicet viro priuati, quem virtus, opes, ac præfectura Regi charum fecerant, bonísque omnibus; contrà, Ebroino, malísque cunctis timendum eadem reddiderant: parum sibi aduersus Ebroinum præsidij fururum arbitrabantur. Nullo tamen in eos Ebroinum maleficio grassatum reperio: creuitque potiùs in dies apud Regem vel Ethiconis, vel Mauronti gratia. De illo, quæ iam diximus, ea fidem fecerint. De Mauronto id certum est, apud Theodoricum Cancellarij functum officio. In alios quamplurimos alio Regem & Ebroinum animo fuisse memorant. Cùm enim multi Theodoricum vasti animo, rapinas & cædem anhelantes viri cingerent; horum indicio plerique ad eum delati, & falsa circumscripti criminatione sunt; nonnullíque horum exquisitis cruciati tormentis. Dum igitur partim iis delationibus, & iudiciis, partim rebus aliis in Francia Theodoricus & Ebroinus distringuntur; nullúsque has Belgij partes turbo malorum concutit: non parum in Gallo-flandria, viciníſque locis religio assurgit. Elnonæ condito ab S. Amando cœnobio nihil reliqui faciebat Andreas Archimandrita, vt non suos modò, verùm etiam alios omnes insigni virtutum studio accenderet. Nihil minùs præstabant Martianis Ionatus & Rictrudis, cùm hæc virginibus, ille Monachis, tum exemplo, tum præceptis mirum virtutis amorem inferent. Eodem studio nitebatur Gertrudis Hamagiæ Moniales commouere. Et sanè respondebant vbique pares desiderio fructus: & multis quotidie tum viris, tum fœminis ingens ardor animos corripiebat mundi fastum calcandi, intráque claustra vitam ducendi arctissimè. Ad Lisam præcipuè crescebat virorum numerus eo in monasterio, quod recenter struxerat Maurontus, & multis donârat possessionibus. Martianis & Hamagiæ maior in dies virginum cœtus conspiciebatur. Itaque latiùs diffusa virtutum fama, quæ plurimæ his in phrontisteriis alebantur gnauiter: Hasnoniense monasterium ad Scarpi ripam in Ostrouandia erigendi data est occasio. Depressus is locus Elnonam inter & Martianas, solo ferè Scarpi flumine ab Gallo-flandriæ terminis seiunctus: ceterùm vitæ monasticæ opportunus. Ioannes & Eulalia soror magno nati loco, & virtutibus clari, condidere, fortunis, quas admodum copiosas habebant, eò traductis. Postquam omnibus ædificiis culmen impositum fuit, Vindicianus Cameracensis & Atrebatensis Pontifex sacris templum cæremoniis dedicauit: vterque sexus intra septa conclusus est, acceptis secundum Diui Benedicti regulam vestibus, & instituto viuendi: separatis in sedibus Ioannis filius viris, Eulaliæ filia virginibus, præfuere. Non multò pòst vitam posuit sanctissimè Andreas Elnonensis monasterij Antistes decimo ferè post S. Amandi exitum anno. Eodem in templo cum hoc Flandriæ Apostolo tumulatus, non leuia dedit argumenta æternæ felicitatis adeptæ, dum multis febrientibus opem attulit, alijsque alio laborantibus morbo. Contrà Ebroinus in Francia Theodoricum Regem ad scelestissima stimulauit facinora: eiúsque tandem impulsu Pontificum Synodus coacta est, non rectì sanè studio, at sæua in multorum caput molitione. Eo igitur

Right margin: AN. 668 (beside "sectionem … nihildum se"); B; C; AN. 670 (beside "Hasnoniense monasterium"); D; AN. 672 (beside "Non multò pòst vitam posuit").

Left margin notes: Nec in eius propinquos sæuijt Ebroinus. — In alios multos Rex idéque grassantur. — Floret interim Religio in monasteriis Elnon. Mart. Hamatic. Broil. — Multique ad eam conuolat ex sæculo. — Hasnoniense monasterium à Ioanne & Eulalia conditur. *Monu. Hasnon. Bald. in Chron. Camer. lib. 2. Iacob. Guis. in Annal. Han.* — Andreas Abbas Elnon. moritur, & miracula edit. *Chron. Elnon.* — Aduersus quosdā Episcopos Rex & Ebroinus Synodū habent. *Vita S. Amati.*

A tur in Concilio Episcoporum meliores, pars dignitate exuti, pars in exilium acti spe nulla domum remeandi relicta. Quidam etiam extremis cruciatibus affecti. Leodegarij frater Guarinus saxorum grandine in oculis fraternis obrutus fuit: dein ipsi Leodegario, post varios corporis cruciatus, caput ablatum in Artesia. In Sanctum Amatum Senonensem Pontificem solo sæuitum exilio. Eum ficto crimine aduersæ Regimentis circumuentum, obstructis contra ius fasque ad defensionem auribus, Senonum vrbe Theodoricus exegit: Vltanóque Abbati Peronam transmisit perpetua tenendum custodia. Non abs re fecero, si tam præclari hominis, cuius corpore Duacum potitur, quóque id oppidum fruitur Patrono, quædam litteris tradam, quibus ipse priùs claruit, quàm Theodoricus in exilium propelleret. Christianis probisque parentibus ortus, ipsa domestica educatione cum lacte materno virtutis amorem imbibit. Exuta enim pueritia tanto ardore bonas artes, virtutemque sectabatur: vt neque studio litterarum, neque moribus probis vlli sociorum cederet. In illa ætatula frequens orabat; multus vigilijs & inedia corpus obterebat; sa-

Guarinus & Leodegarius perimuntur.

Vita S. Leodeg. Append. c. 96. Aim. l. 4. c. 44.

S. Amatus in exiliū agitur.

S. Amati vita. Andr Marcian. Ioan. Trithem. Demochar.

Eius laudum & factorum quædam explicantur.

S. Amati vita.

Quî puer vixerit.

B cros libros euoluebat lubenter; pijs de rebus ardenter colloquebatur; animum pijs excolebat commētationibus. His ergo rebus instructus, quas Clericis ad vitam rectè degendam necessarias arbitrabatur, tum denique adscribi Clero Domini optauit quàm maximè. Eum ordinem assecutus, multò maiori tū sibi tum alijs prodesse studio virtutis instituit. quo factum fuit, vti latè famā per Franciam celebraretur. Ergo vel Senecio, vel Lupo Senonensi Pontifice viuis erepto, cùm de alio surrogādo, qui conuenerant, Episcopi maturè & prudenter agitarent: vox omnium fuit, Amatum eius Ecclesiæ infulis dignissimum esse. & statim ipsi, quamuis renitenti, manus imposuere. Ea dignitas nouus Amato stimulus fuit ad maiora virtutum quęrenda tam sibi, quàm suis, præsidia. adeóque sensim summos gradus probitatis & virtutum conscendit, vt iam tū dæmonibus terrori esset, horum vt nullus eum iaculis tentationū petere auderet: contrà, cęlestibus spiritibus adeò charus esset, vt plerique horum dulcissima cum eo colloquia sererēt. Sed quoniam rarò euenit, vt qui præclaris rebus, &

Factus Clericus vt se gesserit.

Senonensis Episcopus creatur.

Qualem in eo magistratu vitā duxerit.

C virtutibus ad gloriam grassantur, omnium animos sibi concilient, eousque nonnullis recti studium exosis, vt ipso virtutum lumine offendantur: bonis quidem omnibus magnopere placuit Amatus; sed multis, quibus alia omnia, quàm virtus, iucundiora erant, odio fuit: idque propter, cùm nihil reprehensione dignum in eo cernerent, in Regem fluxæ fidei arcessiuere. Igitur, quod iam diximus, neque audita, neque ventilata Rex causa eum Vltano custodiendum tradidit. Sed suam ipse causam Vltano satis probauit, cùm plerumque tempus apud eum patienter, modestè, sanctéque transijt. Intereà crudelis Ebroinus, qui auctor exilij huius, aliarúmque rerum apud

AN. 675. Regem exstiterat, immanem denique pertulit tot scelerum vindictam, quibus Franciam impleuerat. Ermenfredus, paratas sibi insidias præuenturus, somno sepultum media nocte ferro confecit. Et visa est à quibusdam eius anima in ardentem inferni voraginem à monstris pertrahi. Ac tum præfecturam domus regiæ in Waratonem Franci contulere. Erat is loco nobili natus, virtutum sectator, sapientia imbutus, ideóque paci opportunus. Eapropter ad ipsum Pipinus, qui res in Austrasia moderabatur, obsides misit, faciléque pacem obtinuit. Sed eius filium Gyslemarum in-

Apud Vltanum in exilio vt vixerit.

Ebroinus occiditur ab Ermenfredo, cui insidias parauerat.

Vit. S. Leodegar. App Greg. c. 98. Aim l. 4. c. 45.

VVarato Maior domus creatur ob virtutes.

App. c. 98. Aim. l. 4. c. 46.

Pacem Pipino tribuit.

D gens animus, imperandi libido, & impietas, ad multa grauiáque scelera stimulauere ardentiùs. Spreto igitur patre, multa ipse moliri; aulæ præfecturam exercere; arma palàm capere; contrà Pipinum bello ferri. Et ausus est cùm hoc Principe ad Namurci castrum acie confligere: multósque perfidia viros nobiles oppressit. Verùm ipso

AN. 676. breui morte sublato, pristinam Warato pater dignitatem recepit. Hæc dum fiunt anno circiter sexto & septuagesimo supra sexcentesimum, Lidericus viuis ereptus est magno Insulæ, & totius Flandriæ luctu: cùm Flandricam regionem annis quinquaginta quinque magna vigilantia, & prudentia rexisset, vt asserit Massæus. Siccáne morte, an vulnere in pectus accepto, ceciderit, incertum est. A quibusdam memorię traditum est, inter eum, Regémque Francorum graue bellum arsisse: arma sumendi causam dedisse Lidericum, ob negatam Regi fidem; crudeli etiam facinore in legatos regios perpetrato. Quippe vbi acceperat, ad Regem se vocati dicendo ex

Gyslemari eius filij mores praui, & scelera.

Ijdem auctores.

Itéque muer interitus.

Lidericus Buccensis Flandriæ Saltuarius è vita discedit.

Lib. 11. Chron.

Quo mortis genere sublatus sit.

Lib Lid. Chron. quedd. Fland.

 more

An cæde, à Rege Franciæ ob rebellionẽ bello petitus?

A more sacramento, cunctos ferro legatos perfodisse, iussis eorum seruitiis cadauera in Franciam reportare. tum Regem ira percitum ingentes secum traxisse copias. pugnam haud procul Atrebato commissam. ibi Lidericum ferro transfossum vitam exspuisse. Mihi multa suppeditant argumenta, quibus id refutem. Primò Sigebertum ea tempestate Franciæ regnum tenuisse perperam arbitrantur, hæc qui tradunt memoriæ; cùm ceteri meliùs Theodoricum imperio per Franciam potitum affirment. Deinde quis credat Lidericum ita vecordem, vt bellum, quàm pacem maluerit, spreta Regis potestate? Exiguæ tunc ipsi vires erant, neque satis firmatum ad rebellionem imperium. Ad hæc, paucis cautum fuit, qui quam Regibus debent, fidem aspernantur. Et non dubiè fœdum sibi exitium timuisset, Phinartij exemplo, si eum abiecisset Regem, à cuius maioribus ditionem, opes, imperium acceperat: si tanto scelere spoliasset vita legatos. Ex aduerso, immodicæ Liderici laudes apud varios scriptores reperiuntur. Nec silentio ipsi inuoluunt, præ ceteris eum insigni cultu religionis, & iustitiæ fama floruisse. Igitur mihi verius est, senio grauem morbi doloribus exstinctum. Ariæ, quam post Insulam vel condiderat, vel muniuerat, magna pompa, filiis parentantibus, humo mandatus est. superadditum tumulo insigne ac superbi operis mausoleum: sed nunc id ætate consumptum adeò, vt nullum ferè vestigium eius appareat. Diúne vitam protraxerit vxor ipso mortuo, incognitum mihi est: quamuis aliqui non paucos annos luctu confectam Ariæ tradant vixisse. De liberis, quos Lidericus moriens reliquit, apud nonnullos inuenio, mares quatuordecim fuisse, omnes è R othilde susceptos; variis eos Flandriæ vrbibus Præfectos: omnium primos duos Antonium & Burchardum vocitatos; in paternum Flandriæ totius imperium illum primò, hunc subinde successisse. Duas aliqui filias adiungunt eadem matre progenitas, quarum nomina nullus prodit. Dein nothum quendam ex Gratiana Regis Anglorum filia prognatum Nauuelonem nomine, qui Principatum aliquem adierit in Britannia. Sed his omissis, quæ minùs ex veritate memorãtur, de primo Liderici successore Antonio pauca dicamus. De moribus eius varia, pugnantiáque nostri ferunt Historici. Quidam tradunt patri dissimilem fuisse, animu scilicet parum erecto, moribus solutis, insigni vecordia, exiguo recti studio, rara scelerum punitione. quo breui factum fuerit, vt denuò per Flandriam latrocinia, cædes, flagitia omnia grassari cœperint. E contrario, laudes eius explicat latè Ludouicus Bresinius: ac in primis memorat erga patrem résque sacras pium fuisse; Ariam quoque validis cinxisse muris, ne quam illic paterno sepulchro iniuriam hostes inferrent: in eodem oppido ædem D. Iacobo Maiori struxisse. Verùm hæc alij opera parenti Liderico tribuunt. B C

An morbo fractus denique?

De vxore ac liberis eius.

Lib. Lider. Ludouic. Bresin. in Chron. Fland. Cornel. Martin. in Geneal. Com. Flãd. vet. Flãd. Chron. ms. Ferreol. Locr. in Chron. Belg.

ANTONIVS patri, in Flandriæ præfectura surrogatur.

De moribus eius varia opinio.

Chron. Fland. vetus & ms. Oudegh. c. 15.

In Chron. Flãd. ms.

At Elnonæ quod Amandus ædificauerat templum, ac nomine Sanctorum Petri & Pauli Apostolorum numini dedicauerat, nimis angustum visum fuit. Nam domi Monachorum ingens degebat multitudo: dein ex omni circùm iacente regione magna vis mortalium affluebat, stimulantibus passim miris morborum curationibus, quas multis Diuus Amandus impertiebatur. Ergo plerique diuitiis & opibus pollentes viri nouam moliri & laxiorem aggressi sunt ædem. Hæc postquam intra breue tempus fastigium accepit, per ipsam dedicationem à S. Protomartyre Stephano induit nomen. Et tunc placuit insigni pompa Sancti Pontificis Amandi corpus è veteri tumulo sublatum in nouam templi huius machinam id temporis transferre. Multis itaque adstantibus tum Prælatis, tum Monachis, tum viris nobilibus, sepulchrum eius effodi cœptum sexto ac decimo post mortem anno. Ibi res cunctis obiecta est mirabilis, multúmque voluptatis attulit. Quippe sacrum illud corpus inuentum est adeò integrum, quasi animam emisisset eo die. Igitur exempto velo, facies, manus, pedes omnibus spectare, osculisque libare volentibus ostensi: quò maior integritatis spectaculo fides haberetur, ipsique spectatores tanto explerent thesauro desiderium. Ac tunc dies dictus eius translationi sextus ac vigesimus Octobris: quo sanè ingens hominum frequentia templum celebrauit, D. Mommoleno tam pium Apostolo nostro præstante officium. Inuenio vnà humo eductum, eodémque delatum Beati corpus Andreæ, quem suprà diximus Elnonensibus Mona- AN. 678. D

Laxius in Elnonensi monasterio templũ erigitur, ac dedicatur.

Chron. Elnon. Mol. in Suppl.

Dũ S. Amãdi corpus è tumulo leuatur, ad integrum repertum est.

Eleuatum vnà corpus B. Andreæ Elnon. Abb.

chis

A chis præfectum fuisse. Ab illo igitur tempore multò maior in dies Elnonam factus est hominum concursus, vel vtrumque virum veneratione prosequentium, vel ab vtroque postulantium malis opem. Et horum multi, aut detersa valetudine aduersa, aut impetrato rebus suis auxilio, magna cum voluptate domum rediere. Hæc inter Antonium Liderici filium, cui post patris obitum Flandriæ imperium obuenerat, inertia torpentem mors oppressit. Quidam scripsere, sceleribus indulgentem fœdum sibi exitum, Flandriæ calamitates maximas attulisse. Irati scilicet numinis argumento, barbaros in Flandriam effusos. ibi, plectendis mortalium flagitijs, in omnia ferro, flammisque bacchatos: vrbes, oppidaque muris & incolis nudasse: Insulam cum primis incendio corruptam euertisse funditus; vt annis posteà centum vel ampliùs, suis obruta ruinis iacuerit. Coactum igitur Antonium tanto imparem hostium furori, & viribus, solum vertere, ac in Franciæ visceribus tutum ei locum fuisse, donec obruerit morbus. Sed barbaros eo Flandricum imperium tenente in Flandriam exercitum traxisse, nondum certò comperi. Haud multò pòst in illam grassatas aliquas Aquilonaris tractus gentes, quædam adstruunt monumenta, dum Theo-

AN. circiter 679.

Ad vtrumque multa facta miracula.

Chron. Elnon.

Antonius Fland. Præfectus moritur.

Per. Oudeg. c. 13.

Eiúsne vitio Flandria fuerit à barbaris afflicta.

Vita S. Lug. & Luglian.

B dorus Bainus Morinorum Pontifex viueret. Ceterùm, quod Petrus Oudegherstius tradidit, relictum ab Antonio filium Burchardi nomine, successorem patris fuisse, ab vero prorsus recedit. Etenim omnium, qui res Flandricas libris mandarunt, certior est opinio, nullam Antonium sobolem suscepisse, haud insueto Principum malo, quos ignauia & volupias fregere: Burchardum eius fratrem, qui tertius natorum Liderici & Rothildis exstitit, Flandriæ gubernaculo statim post mortem ipsius admotum paternas secum ditiones, opésque fraternas, quæ supererant, traxisse. Insignem hunc artibus probis, animóque ad virtutem erecto fuisse ferunt, certa patris æmulatione. Ergo ad bellum manu promptus, in pace iusti amans, & scelerum purus, insigni subditorum bono Flandriam rexit. Harlebecæ frequentior, quàm Insulę fuit, Lisa fluuio, & regionis voluptate pellicientibus, vt illam potiùs, quàm hanc, vrbem instaurauerit. Sed quod multis vsu venit, prospera mox eum fatigauere. Ausum

Lud. Bresin. & aoj ante cit.

Post Antoniū BVRCHARDVS frater eius Flandriam gubernauit.

Chron. Fland. Meier. Mass. Bresin. alij.

Laudes eius.

C enim Theodoricum Franciæ Regem bello petere cum Pipino, felix pugnæ successus inopinato fortis aduersæ damno perculit. quo verò id modo euenerit, infrà memorabimus.

At enim Peronę Vltanum eius monasterij Antistitem, quod Erchenualdus S. Mauronti patruus condiderat, beata mors terris eripuit, & in cælos sustulit, haud parum S. Amati virtutum, animíque sancti consciùm. Sed quamùm is huic Pontifici faucebat, eiúsque graues ærumnas miserabatur: tantùm iracundia Theodorici Regis, & obstinatio in eum gliscebat. Statímque post acceptos de morte Vltani nuntios, Mauronto grauiter mandauit, vt abductum è Peronensi monasterio in pagum Legiensem abduceret, & in arcta Broylij atinerer custodia. Iuit igitur Peronam Maurontus, indéque sanctum Pontificem secum abduxit Regis obsequens iussioni, & minùs in eum benignus, quòd crederet alicuius in Regem admissi criminis compertum. Sed optimam patientissimi viri causam ipsi ostendere, summo numini curæ

S. Vltanus moritur Peronæ.

Vita S. Amati.

S. Amatum Perona Broylum in custodiam à Mauronto duci Rex iubet.

D fuit. Postquam enim vterque Cameracum aduenit: solus orandi causa in D. Virginis templum Amatus sese abdidit, ac leuando corpore (fessum enim id erat itineris labore) cucullum, vel cappam, & manicas in solis radium, perticam esse ratus, oculos fallentibus loci tenebris, deposuit; ísque radius ligni vice, vestes sustinendo, functus est. Eodem paullò pòst, compositis in hospitio rebus, è vicinia penetrat Maurontus. Ibi subnixas solis radio vestes conspicit, easdémque diligenter explorat: & tandem miraculo rei perculsus, totum sese abijcit ad pedes Amati, profusisque mox abundãter lachrymis, veniã flagitat temeritatis, & asperitatis, quibus ipsum in custodiam trahebat: ac nihil prius habet, quàm eius se potestati subijcere, vt in posterum omnia ex ipsius sentẽtia occipiat, perficiátque. Sed contrà, sanctus Pontifex mollibus eum, solandi ergo, verbis affatur. *nihil enim ipsi timendum esse, qui regiæ voluntati obsecundet. iucundum sibi fore, in custodiam trudi, & si Deo bonum videatur, etiam graui supplicio mortem oppetere. porrò pergeret se sine mæstitia illuc abducere, quò Regis imperium vrgeret.* Exinde mutui vehementis signum amoris complexus sunt secuti. Igitur Maurontus

Dum cum eo Maurontus Cameracum venit, miraculum ibi contigit:

Vita S. Amati. Chron. Camer. lib. 1. c. 22.

veste ac chirothecis è solis radio pendentibus.

Exorta inde Mauronti erga ipsum veneratio, & amicitia.

eo de loco egrediens, & sanctum Episcopum deducens, ad iter omnia lętissimè procurauit Cameraci. Et cùm illic cuncta expediuisset negotia, ad Hamaticense monasterium, vbi Gertrudis abauia etiamnum agebat multis annis onusta; dein Martianas ad matrem deduxit honorificè. Capti sunt omnes vtrobique suauissimis de cælestibus rebus, ac numine sermonibus, quos libentissimè nũc omnibus publicè, nũc priuatim singulis impertiebatur; summéque animos virtutum eius splendor afficiebat, vitæque innocentia. Eapropter Mauròntus haud vanè sibi persuadens minimè offensum iri Theodorici Regis animum, si cognita Episcopi probitate, nõ iam eum custodiret, quàm veneraretur, ac sibi aliísque instruendis ad virtutem auidiùs certiúsque sectandã pręficeret: omni modo Hamatici retinere conatus est. Itaque plusculũ illic dum moratur, ad eius pręcepta, regulámque Gertrudis, Maurontus, Eusebia, & Moniales ceterę cuncta perficere: cùm de virtute, vita beata, rerum cælestium dulcedine orationem haberet frequẽter, eius ab ore pendêre. Verùm Gertrudi tam præclara Pontificis doctrina imbui haud ita diu concessum, ac voluisset. Nam ipsa iam longa ætate grauis, & cælo matura, non multo pòst aduentum eius tempore felici exitu vitam clausit. Et sanè ob illustria mentis decora, insignéque vitæ actus, digna prorsus videbatur, vt ad mortem latiùs obeundam viri huius sanctissimi sermonibus erigeretur, & posita iam vita, manibus eiusdem imponeretur sepulchro. Qui diu antè Gertrudem morte consumptam crediderit, quàm Hamaticensem ad locum Amatus deduceretur, Ioannem Molanum inuenio. Is enim anno sexcentesimo & quinquagesimo quinto è viuis abiisse tradidit. Verùm errasse Molanum id peruicerit omnino, quod pleræque Diuorum historiæ tamdiu vixisse afferant, donec Amatus Hamagiam & Martianas venerit. Igitur defuncta, & cum sacra pompa telluri à sancto Pontifice mandata Gertrude; Eusebia Rictrudis filia, & huius pronepis, Hamaticensis cœnobij gubernationi adhibita fuit. Quæ sanctum ad regimen prudénsque sufficeret, plurima inerat illi virtus, & non paullò maior ætas, quàm plerique voluerunt, qui duodecim tantùm annos ipsi tribuêre, dum cœtui virginum præficeretur. Quamuis enim hæc opinio multorum fuerit auctorum minimè leuium: ea tamen longè plurium series annorum, quæ iam inde à patris eius cæde ad S. Amati huc ducti aduentum pertexitur, hanc minimè sententiam tolerat. Verùm etsi propter ista subsidia, ei virgini Pontifex Amatus adesset, qui sublearet curis & consiliis, vbi minor onere videretur: plurimùm tamen ipsi parens timuit, non ignara multis eas tentationibus virgines quati, quas ætatis nondum statæ firmæque, ac spontis suæ, dæmon nanciscitur, quamuis magna, multáque virtute polleant. quippe satis facilè illas etiam de gradu virtutum deiici, quas aliarum regimen, ætas longa, & multę res præclarè gestæ obfirmauerint. his omnibus contrà vel nudatas, vel parum septas, haud secura ingredi via; ideóque multis esse hostium insidiis obnoxias. Ergo ne quid Eusebia sibi confidens peccaret; ne quid imprudens sibi suísque noxium admitteret: statuit eam Hamagia educere, & secum Martianis intra claustra seruare. Statímque ipsi mandauit, vt eo relicto cœnobio secum Martianis figeret sedem. Durum Eusebiæ visum est matris imperium. Et quoniam amore plurimo Hamaticensis loci tenebatur, propter haustas illic ab diuino numine multas animi voluptates: parentis iussibus, non tam peruicaciæ vitio, quàm monasterij religione, obrogauit. neque secundis, vel tertiis eius mandatis inde potuit auelli. Rictrudis ea filiæ recusatione, ceu contumacia esset, vehementer offensa, mox abs Rege Franciæ litteras flagitauit, quibus eam cogere liceret sibi. fuítque diplomate regio sancitum, vt ius omne mater haberet in filiam. Igitur regio maternóque tandem iussu compulsa, Martianas adiit Eusebia, eóque secum traduxit omnem virginum cœtum; dein corpus abauiæ aliorúmque lipsana Diuorum vnà detulit. Ea propinquante totus effunditur è Martianensi monasterio quà Monachorum cuneus, quà virginum numerus, & cum cereis ac suffitu ossa Diuorum, & sacrum agmen excipit. Ita votis potita Rictrudis, multa monendo filiam ex animi sententia fingere contendit: vt se reprehendi, sibíque imperari permittat, suadet omnino. Verùm quoties de obterenda monasterij Hamaticensis memoria, ídque repetendi volun-

Et mox eum Maurontus Hamagiam & Martianas deducit.
Vit. S. Amati. vit. S. Rictrud. cap. 15. Chronic. Camer. d. l.

Illic dũ heret S. Amatus, B. Gertrudis moritur, cuius corpus terræ mãdat.
Vit. S. Amati vit. S. Rictrud. cap. 15. vit. S. Eusebia.

In Ind. SS. Belg. 6 Decemb. Vit. S. Amati. MI. Vit. S. Euseb. Vit. S. Rictrud.
Eusebia Parthenonis Hamatic. Abbatissa renunciatur.
Vit. S. Rictrud. Vit. S. Euseb.
Qua tunc ea fuerit ætate.
Hucbald. in vit. S. Rictrud. auct. vit. S. Euseb. Chron. Mart. Ioan. Molan. Vide quæ disputamus ad vit. S. Euseb.
Quod ei timeret, Martianas ipsam migrare vult S. Rictrudis.
Auctores citati. Vit. S. Rictrud. Vit. S. Euseb.

Et cùm nihil mãdato proficit, Regis eam litteris, vt illuc se cõferat, cogit.
Auctores citati.

Cum Sanctorum Reliquiis aduenientem læta excipit, & lipsana honorat.
Auctores citati.

A B C D

A voluntate frangenda loquitur, parum scilicet proficit. Adeò enim Eusebia loci eius desiderio ardebat, vt nunquàm ex animo labi memoriam eius fineret; à Deo semper id flagitaret, vt modum sufficeret eo fruendi. Et sensit aliquando sese diuinitus impelli, vt nocte profunda è strato surgeret, eòque per tenebras carperet viam. Ac ne quid vel periculi, vel turbationis oriretur, si sola discederet: placuit in societatem itineris, & orationis illic instituēdæ, Diuum Amatum, & plerasque moniales veteris tactas sedis desiderio admittere. Ergo relictis ad lectum sandalijs, quò rem magis tegeret, vnà cum illis comitibus è Martianensi monasterio intempesta nocte digressa, lætis animis Hamagiam iuit. illic intra templum multas horas concinendis Deo laudibus, fundendisque precibus consumpsit. dein maturè sub gallicinium Martianas remeauit: vti virginum aliarum choro se sistens, minimè pij furti deprehenderetur. Tantámque sensit eo facto iniectam animo voluptatem: vt posteà frequenter id vsurpauerit; neque vel hyberni temporis iniuriæ, vel delicati corporis labor (nudis scilicet pedibus incedebat, erátque Scarpus amnis transeundus) absterruerint.

Hæret tamen semper Eusebiæ animo desiderium Hamagiæ: eoque explēdo noctu illuc cum S. Amato, & aliquot virginibus sæpe intendit.

B Sed postquam ea res aliquorum indicio matri cognita fuit, tum denique multis hæc ipsam modis ab instituto retrahere contendit. Primò blandis admodum illecebris certatum est. deinceps, vbi blandimenta non procedunt, etiam adhibitæ graues minæ. & his quidem modò mater Rictrudis, modò frater Mauront ius, alijque nituntur illuc abeundi desiderium exstinguere. Sed in vanum prorsus hæc adhibentur omnia. Ergo matri & Mauronto tandem placuit, eo nimis imprudenter, ac periculosè, vt rebantur, indulgentis religioni animi feruore comprimendo, verberibus eam excipere, dum noctu egreditur: idque Maurontus castigandi ministerium de matris sententia suscepit. Traditum libris comperio, excussum de manu Mauronti sororem ex condicto posteà cædentis virgultum humo rectum inhæsisse, statímque lætis frondibus indui visum: argumento forsan tum percutientem ex matris mandato animóque minimè malo, tum patientem amore pietatis, æterno numini placuisse.

Hác egressionē mater primùm verbis conatur impedire.

dein etiam verberatione:

quæ nō caruit miraculo.

Vita S. Euseb. ms. & Vita S. Rictrudis.

C Ceterùm ea ratione parum profecit Rictrudis, Eusebia maloribus in dies illius loci desiderijs ardente. Igitur ne quid intentatum relinqueret, Episcopos, Abbates, viros illustres non paucos adhibuit frangendo virginis instituto. Sed illi dum vident sese frustrà laboribus conniti, omnes Rictrudi renuntiant, suæ virginem sponti relinquendam. etenim haud dubiè nutu diuino permoueri, vt relictum repetat locum. Ita denique facta Eusebiæ potestas Hamagiam remeandi. Quanta tunc eam voluptas incesserit, dici ex vero nequit. Martianis abeūdi tantus ardor impulit, vt mox resumpto abauiæ Gertrudis corpore, aliísque Sanctorum Reliquijs, cum cœtu suo lætabunda, & Deo laudes cantabunda excesserit. Postquam ergo veterem sedem instaurauit, cui non parum detrimenti solitudo attulerat, ad sui suarúmque virginum cultum studiosè animum, vt anteà fecerat, intendit. Et quoniam gnara erat, faciliùs virtutem à subditis capessi, eósque iucundiùs mandata superiorum exsequi, dum quæ iubent, vel exigunt, ipsimet alacriter faciunt; eò tota ferebatur, vt suo ceteris exemplo ad sancta prælucerer studia. vnde breui factum est, vt florentissimo virginum numero præfuerit. Capiebat ex eo felici filiæ successu magnam Rictrudis animo voluptatem: eóque plus religionis hauriebat, quò videbat ardentiùs exemplo puellæ ad legendos virtutum ornatus virgines rapi.

Vbi neq. præsulum, neque aliorum monitis quidquā impetrat, libertatē filiæ concedit Hamagiæ habitandi.

Iidem auctores.

Qui se gesserit Eusebia Hamagiam reuersa.

D Sed paucis pòst diebus eam duplex obitus non leuiter concussit. Prior domesticus fuit, cùm vis morbi Ionatum exstinxit. Is enim, vt memorauimus, ab D. Amando primus fuerat Martianensis monasterij Abbas institutus, eóque in munere plurimos iam annos laudabiliter sanctéque transegerat. Et licet solos imperio flecteret Monachos, nullámque in Rictrudem eiúsque virgines porrigeret potestatem: multum ramen eius auctoritati hæc ipsa concedebat, raræque sanctimoniæ; vt pleraque ex eius consilio ac sententia susciperet perficerétue. Igitur cùm videret eius se subsidio vidnatam, haud parum mœstitiæ concepit aluítque Rictrudis. Quia tamen suauissima virtutum eius memoria profundè pectori inhærebat; spémque ipsa ceperat plus per eum è cælo fluxurum auxilij: ab monachis & monialibus funus eius diligenter procurari voluit. Persolutis verò quàm pientissimè iustis, nullus qui viros eo in monasterio re-

S. Ionatus Abbas Martianensis vita defungitur.

Monumenta Mart. mss.

ligione

ligione obstrictos regeret, Antistes dictus est amplius: tota vtriusque sacri gregis ex S. Ionati constitutione in Rictrudem eique surrogandas Antistitas transfusa est potestas. qua dum sanctè prudentérque ea vtitur matrona, non multò posteà tempore in Hamaticensi cœnobio filia ipsius Eusebia naturæ concessit; nouámque luctus causam attulit. Præsenserat illa diuino monitu instare sibi tempus ex huius vitæ statione decedendi, iámque animum ad felicem exitum comparauerat. Ergo priusquam spiritum exhalaret, vniuersum sibi adesse tam Monachorum, quam virginum cœtum iussit. ac licet minimè dubitaret, ciendas omnibus lachrymas, vbi de morte sua mentionem faceret: pauca tamen coram iis extremùm locuta est: Ex his fluxi temporis ærumnis breui se ad cælitum sedes euolaturam: ideóque magnopere nunc flagitare, vti omnes mutua semper charitate nectantur; in proposito religionis ac suscepti numinis seruitij constantes maneant; ad obedientiam prouolantes nulla se sinant frangi difficultate, nullo torpere periculo. omnes æternæ menti curæ fore, si suis viribus diffidant, ex eius si pendeant omnino prouidentia. His dictis cum valediceret, tanta repèns locum vbi decumbebat, lux impleuit, vt præsentium oculos præstingueret, haud dubio videlicet argumento spiritus illuc cælestes deuolasse, qui pulcherrimam, ac Deo gratissimam eius animam in cælos è corpore portarent. Illo siquidem lumine mox recedente, pariter è corporis ergastulo discessit eius virginis spiritus, quem magna perfusum claritate psallentium chorus Angelorum cælesti sponso sisteret. Corpus eius in ædicula ecclesiæ Hamaticensi proxima, quam tredecim pedes longam, septem latam ipsa sibi condi fecerat, vbi frequens in preces incumbebat, humo mandauit Amatus Episcopus, quo præceptore vsa fuerat. Eam verò virginem Deo charam fuisse, admirandæ multorum hominum ad tumulum eius à morbis sanationes patefecere. in quibus id præsertim animaduersum, quàm plurimos illic sanitatem flagitâtes, dulci ad sepulchrum sumno sopitos eam impetrauisse. Quæ virginibus post obitum eius præficeretur, Gertrudis admodum visa est idonea. Multa ipsam virtus exornauerat. prudentiæ non parum ei grandis attulerat ætas, & cum Ingomaro viro clarissimo, & Comite matrimonium. Igitur ea dum sapienter, ac studiosè Moniales Hamagiæ moderatur, Mauròntus & Rictrudis Broylensi monasterio, quod ille ad Lisam erexerat, Amatum Senonensem Episcopum imposuere. Idne fecerint Theodorici Regis metu, qui priùs mandauerat eò in custodiam deduci; an eorum commodo, qui degebant illic religione constricti: haud satis compertum est. certè vniuerso cœtui præfecere. Et voluptati fuit Mauronto eidem corpus, animum, mentémque subiicere, capessendo vehementiùs ac securiùs virtutum studio: quamuis eius loci priùs ipsemet rector esset Iamdiu enim facer hic vir & inter Monachos degere humiliter didicerat, & gregem eorum prudenter flectere. Intereà loci Sigefridus Comes D. Adalbaldi frater è viuorum numero sublatus in Pontiuensi est territorio. Vitam piè cum Bertha coniuge magnas inter opes traduxerat, ex eáque filias quinque susceperat. Vix magna corpus eius pompa Blangiaci sepulchro traditum fuit: cùm Bertham tantum fastus, & mundi tædium cepit; vt pretiosis ornatibus, & vestibus sibi interdixerit, summóque velum & habitum religiosum ardore flagitauerit: de loco, in quem se reciperet, exstruendo cogitauerit seriò ac vehementer His ergo curis cùm grauiter æstuaret, ad Rictrudem Martianas venit petendi ab ea consilij causa. Gratus fuit eius aduentus Rictrudi: sed multò iucundior itineris occasio. Postquam enim hæc cognouit eo Bertham studio monasterium condendi feruere, vbi se filiasque abderet: tum eam denique arctiùs complexa est, ac pro vera sorore habuit; dein ei libenter ad rem propositam meliùs peragendam consilia suffecit. De huius igitur sententia in multas itum est preces; maceratum inedia corpus, aliæ itidem susceptæ carnis castigationes. Et commodùm tertia post ieiunium ac preces nocte cælestis Angelus apparuit Berthæ, eique Blangiacum, quod ipsa super Thena fluuio possidebat intra fines tunc Flandricos, nunc Artesiæ, ostendit à Deo designatum exstruendo cœnobio locum. Igitur ea re mulier admodum læiata, cum fausta Rictrudis apprecatione viam eò maturat: ibi cellas, & oratorium celeriter condi iubet,

Margin notes (left):

S. Eusebia è vita discedit Hamagiæ. *Vita S. Amati. Ioan. Molan. in Nat. SS. Belgij.*

Quæ fuerint extrema eius verba. *Vita S. Euseb.*

Priusquam spiritū emitteret, lux cælestis affulsit. *Vita S. Euseb.*

Corpus eius S. Amatus sepelit. *Vita S. Amati, Ioan. Molan.*

Ad sepulchrū eius varia miracula fiunt. *Chron. Mart.*

Gertrudis Hamagiæ præficitur. *Chronic. Martian. cap. 16.*

S. Amatus Broylēsis Abbas constituitur. *Vita S. Amati. Vita S. Rictrud. Balderic. in Chron. Camer. Chronic. Mart.*

Sigefridus S. Adalbaldi frater moritur. *Vita S. Berthæ Ioan. Molan. in Nat. SS. Belg.*

Vxor eius S. Bertha capessendæ religionis desiderio tangitur. *Citati auctores.*

Martianas venit, vt cum S. Rictrude consultet. *Monum. Martian.*

Diuinitus monetur, vt Blāgiaci monasterium ædificet.

Statimque id opus aggreditur.

Margin (right): A; AN. 6[illegible]; B; C; D

A iubet, ac perpetuum eo loci victuris censum attribuit. Tota ædificij mole intra bre-
AN. 683. ue tempus perfecta, Pontifices aliquot è vicinis vrbibus aduocantur. oratorium ij Deo dedicant D. Virginis nomine. & mox illic Bertham eiúsque filias duas Gertrudem & Deotilam sancto circumdant amictu, & velis obnubunt. Quæ supererat Emma (duas enim alias Gesam, & Gescam paucis antè mensibus mors abstulerat) paullo pòst infeliciter Anglorum Regi nuptura, ibidem educatur. Quid verò illic Gertrudi contigerit, non censeo silentio transeundum. Cùm ea maternis insistens vestigijs magno virtutem studio sectaretur, Ruodgarius eam deperijt. Erat is inter primarios Theodorici Regis nobiles non infimus: iámque sibi persuaserat eius se nuptijs facilè potiturum, quòd magna valeret apud Regem gratia. In magnas ea res angustias Gertrudem, matrémque coniecit: cùm neutra cum illo nuptias optaret, iámque satis gnaræ essent, illam non posse hominis matrimonio illigari, quam sibi Deus iunxisset dato per Episcopos velo. Verùm is postquam insigni comitatu ad monasterium venisset, vti Gertrudem vel blanditijs, vel vi abduceret: consilium Ber-

Ibi subinde cū duabus filiabus includitur.
Vita eius, Molanus.

Vt ea Ruodgario Gertrudem filiam in coniugem poscenti restiterit.
Vita S. Berthæ, Ioan. Molanus.

B tha dignum genere suo, ac virtute arripuit. Etenim Gertrudem, omni per templum disposito virginum cœtu, ad cornu altaris constituit; ædísque foribus patefactis, ita Ruodgarium affata est: *En Christi sponsam, cui sacrum Episcopi velum imposuere, quámque ad hanc aram Deo dicarunt. Si te vecordem audacia reddidit: eam hinc detrahe Domino sponsóque iniuriosus. equidem quòd fœminæ simus, per infirmitatem tibi obsistere neque armis, neque manibus valemus. at certò scias, Deum nobis minimè defuturum, cúmque causam suscepturum consecratæ sibi puellæ.* Et tanta vis verborum fuit, vt pauidus metu Ruodgarius, iráque tumidus, intacta virgine abscesserit. His ergo liberata molestijs Bertha vnà cum prole vitam illic quietè monasticam duxit Rictrudis imitatione.

Hæc inter beatus Pontifex Amatus rerum suarum Broyli satagebat. Illic enim degentis curæ præsertim hæ fuerunt: subditos sibi homines religione sanctísque moribus imbuere: ad populum frequenter varijs in locis è sacro pulpito conciones habere: animi motus sui comprimere: carnem, eiúsque sensus creberrimis, & grauissimis castigationibus cohibere, frangeréque. Et quò liberiùs in corporis crucia-

Quid interim egerit S. Amatus Broyli.
Vita S. Amati.

C tus niteretur, animúmque diuinis pasceret meditationibus: iuxta eius cœnobij Basilicam sibi cellulam exstrui iusserat. Ibi tempus omne, quod à domesticis externísque vacuum curis erat, nunc se castigando, nunc mentem cælis per contemplationes inserendo, sedulus absumebat. inde festis Dominicísque lucibus, diuinarum flammis rerum succensus, ad populi cultum egrediebatur. His itaque insignibus sanctísque facinoribus non leuis ab eo fructus in alios manabat. Quippe domi omnes religionem, & monasticam disciplinam colebant gnauissimè, & iucundissimè. foris verò nullum adibat locum subigendi animos gratia, quin præclara sequeretur mo-
AN. 686. rum mutatio. Ita feliciter laborante sancto Præsule Amato, cùm flueret Christi annus supra sexcentesimum sextus & octogesimus: Neruiorum & Nouiomensium Pontifex Mommolenus vitam cum morte mutauit exitu sanè raro, & beato, postquam sui Pontificatus annum sextum & vigesimum attigisset. Quo die vitam erat positurus, extra portam Nouiomi sepulturam in communi cœmeterio delegit, nihil

S Mommolenus Tornac. Episcop. viuis subducitur.
Folcard in vit. S. Bert. Brumer. Audomar. Ioan. Molan in Natalib. Consin. in histor. Tornac.

D supra ceteros volens, cúmque munienda sibi ad cælos via sumpto Christi corpore, numini grates ageret, ac vltimum populo vale diceret, suauissimè spiritum emisit. Cùm viueret, vitam redonauit mortuo: captiuis vel pretio, vel precibus redimendis operæ multū tribuit: ad viduarum, inopúmque subsidia plurimus excubuit: varijs laborātium morbis ægritudines abstersit tangēdo precandóue. vt minimè mirū fuerit, si multis hominibus lachrymas gemitúsue mors eius expresserit. Post exitum famam eius celebrauere non pauca, quæ per ipsum terræ mandatum admiranda prorsus facinora Deus edidit. Datæ posteà Goduino præstanti virtute viro Tornacenses &
AN. 687. Nouiomenses infulæ. Gondulphum Herimannus appellat: Guidonem, vel Guidonium alij. Anno sequenti Burchardum Flandriæ Saltuarium, & Liderici Buccensis filium, aduersus Theodorici Regis animus graui pœna mulctauit: cuius rei exordia paullò altiùs arbitror repetenda. In Francia præpositus aulæ regiæ Warato exitu maturo vitam clauserat, ingenti multorum dolore, quibus pax, recti studium, & virtus

Factorū eius enumeratio.

GODVINVS ei succedit.
Tabul. Tornac. In Chron. Martin. Demo. her. & Bellef.

Burchardus Flandriæ Saltuarius iram Regis Franc. cur incurrerit.

chara

[VVaratone mortuo, Bertharius Maior domus creatur. *App. Greg. c. 98. Aim. l. 4. c. 47.* Id multis nobilibus Fräcis displicuit: ac Pipinó Maiori domus Austrasiæ.]

ebara erant. Generum eius Berthariurn Franci nobiles prauo certè consilio impulsi A
suffecerant. Quanto enim ea res dãno regnũ esset cumulatura, hominis ingenium, & artes facilè arguebant. Corpus ipsi exiguum erat; animus contra immodicus: sapientię parum & consilij; furoris & sæuitię plurimum habebat. vt prorsus Ebroinum moribus, quàm Waratonem referret. Igitur plerique procerum, quibus parum eum Berthario conueniebat, in Austrasiam relicta Francia concesserunt. Ibi iunctis cum Pipino manibus, & animis, ipsum execrari; in eius perniciem ardere; multa contra eum moliri. Et erat alioqui per se satis incensus in eundem Pipinus, quem vehementer vsserat Francorum Palatij curam ei traditum facinus. Eam quippe domus regiæ præfectutam sibi iure deberi asserebat: & quòd in alium genere obscuriorem magno reipublicę periculo delata iam esset; factam sibi rebatur iniuriam. continuit tamen sese tantisper, donec belli occasio fereretur. Interim nobiles Franci, quos partim Ebroini sæuitia exilio damnauerat, partim, vt iam diximus, Berthari electio fugam capessere coëgerat: cùm eos lõgi tædium exilij grauiter afficeret, frequentes tandem ad Pipinum venere. Omnium ea flagitatio fuit, vti per eum in Franciam vi armo- B

[Qui primò per legatos egit cũ Rege:]

rum, aut pacis beneficio reducerentur. Pipinus ergo pactam cum Waratone pacem etiamnum valituram ratus, legandos primùm ad Regem exules nonnullos censuit, quibus facundiæ & gratiæ plurimum esset. eóque voluit maximè vim legationis intendere, vti principio Regis animum lenirent: si verò is pacem respueret, tum deinde aliorsum vertenda consilia minarentur.

[dein vbi nihil impetrat, in eum arma mouet. *Auctores citati.*]

Sed abs Rege nihil æqui est impetratum, bine Berthario pacis odio ipsum occupante, illinc plerisque adulatoribus, dira Principum pernicie, ad contemptum instigantibus. Ergo Pipinus ea exulum frustratione stimulatus, belli demum studiis ardere cœpit: & quantas potuit vbique gentium copias extemplò contraxit. Exercitus robur ij præsertim fuere, quos Ebroinus in exilium relegauerat, quibúsque gratiam Theodoricus negabat. Venit etiam in partes Burchardus non paruo septus Flandrorum agmine. Verùm bunc non adeò bellandi cupido ad arma exciuit, quàm vel hinc Regis insolentia, vel inde Pipini amicitia, & exulum commiseratio.

[commissaque ad Textricium pugna victor euasit. *Auctores citati.*]

Ad Textricium in Veromanduis vtriusque sunt exercitus signa collata. Illic Pipinum dominandi ardor, exules iniuriarum acceptarum C
memoria, vehementer in pugnam stimulauere. Theodorico parum præsidij in copiis & armis erat: ex aduerso multa formido ex scelerum recordatione, & plerisque hostium, quos sibi infensissimos sciebat, quibúsque toleratæ nuper iniuriæ, durus ad arma stimulus, furorem adderent. Conserta igitur pugna Theodorici copiæ confestim fusæ fugatæque fuerunt. Et tunc Regem capere pronum erat: sed intra fugam sospitem esse, vel hosti placuit: quòd minori in eum odio, quàm in Bertharium agerentur.

[Berthari interitus qualis? *App. cap. 100 Aim. l. 4. c. 47* An Regi gratus? Pipinus Franciæ Palatio præficitur. *App. & Aim. ibid.*]

Cæsum in pugna Bertharium quidam arbitrantur: alij fugæ consilio ferrum hostile frustratum: sed paullò pòst circumuentum insidiis suorum, & in scelerum pœnas mucronibus atrociter confossum, Ansfleside socru etiam parte conspirationis aspersa. Nec grauiter eius exitus Regis animum sauciauit, cui iucundum scilicet erat, tanto metu leuari. Contrà, Pipinus adeò Regem victoria sibi deuinxit, vti cæso Berthario Magister equitum, seu Maior domûs Franciæ legeretur. Sed reductis in patriam exulibus, & rebus in Francia compositis, præcipuus malorum turbo in D

[Burchardus ab Rege grauiter mulctatur ob pugnã. *Iacob. Meier. l. 1. Annal. Fland.* etsi Pipinus pro eo intercederet: cuius hæc fuit apud Regem oratio.]

Burchardi caput incubuit. Is Theodorico iram mouerat sociatis ad pugnam cum Pipino viribus. Ergo Rex vt tantum facinus insigni vindicta premeret, Burchardum Flandriæ imperio, multísque paternis ditionibus nudat. Neque quidquam barum retinuisset, nisi Pipinum mouisset eius commiseratio. Vtrumque arctissima scilicet iungebat necessitas. Quippe Burchardus Helwidem Walfeisci filiam Pipini cognatam matrimonio sibi deuinxerat. Itaque Pipinus eo nexu affinitatis & viri ærumnis impulsus, quantis potuit, Theodoricum verbis fatigauit, vti paternum Burchardo imperium restitueret. *Nullum siquidem in eo flagitium hærere, quod tali pœna damnari mereatur. quod arma sumpserit, non eam ipsi tribuendum, quàm sibi. exulum ærumnas, matrimonij iura, preces suas bellandi necessitatem attulisse haudquaquam aliâs in Regem surrecturo, nisi tantis causis vrgentibus. Et verò detur, ob belli contagia Burchardum pœnæ obnoxium esse, maiorem tamen miserando, quàm plectendo Regi conciliatum iri gloriam: quan-*

doquidem

A doquidem *Regum sit magis parcere, quàm punire. si ad eius parentem aspiciat, nunquam eius memoriam tristi facinore oppressurum, cuius omnes conatus ad Regum Franciæ gloriam grassati semper fuissent.* Verùm post tot preces id modò Pipinus impetrauit, vt solam Burchardus Harlebecam retineret, ceteris in mulctam exutus. Sed hic veteri nudus imperio, & tot ditionum, quas Rex eripuerat, dominatu, Louanium abiit, ibíque multo tempore consedit. Retinuit nihilominus semper Saltuarij Flandriæ titulum, eóque deinceps vsos video posteros eius, quamquam imperio nondum ab Regibus recepto: vt quidam rerum Flandriæ scriptores significant, apud quos omnes in Saltuariorum seriem veniunt; quorum hîc rationem numerandi ac scibendi sequemur.

Locub. Meier.

AN. 688. Proximo ab ea clade Burchardi anno, Riĉtrudis, sanctissima Mauronti parens, Martianis, vbi se abdiderat virtutis ergo, in fata concessit, vitæ parem exitum sortita. Annum ætatis quartum & septuagesimum agebat. & iam plerumque tempus virginalis cœtus Antistita eo loco transiuerat, sui negligens iudicij, alieni sensus appetens; B tantò maior cultrix paupertatis, quantò anteà diuitijs pollentior; subdi magis optans, quàm regere; imperio leni, at stimulante vsa; ad virtutem subditas ipso ciens exemplo. Ergo virtutum splendor bonæque actiones, quibus latè illuxerat solis æmula, quamplurimos ad funus eius traxere mortales. Erant tunc Martianis Mauróntus & Clotsendis eius liberi, quos ipsa moriens ad virtutem, cælique desiderium incitauerat. Ex vicinis remotísque locis intra paucos dies multi funus curaturi cum Abbatibus Episcopi venere. Sacerdotum maximis corpus efferre voluptas fuit: ceteris certamen iucundum manu cõtingere, dum iusta persoluuntur. Et multi opem morbis hausere, vel ipso corporis attactu, vel fusis ad illud precibus. Vt igitur post obitum matris cœnobium Martianense moderaretur, omnium votis electa est Clotsendis, quam multa religio, virtus insignis, & morum parentis æmulatio com-

S. Riĉtrudis è terris euocatur. *Hucbald. in vita eius. Codices Martian. MSS.* *A quibus funus eius curatum sit.* *Ad eius corpus multi sanantur.* *Auctores citati.* *Clotsendis eius filia Martianis præficitur.*

AN. 688. vel 689. mendauerant. Non multò pòst Amatum quoque merita in cęlos traxere. Priusquam spiritum exhalaret in Broylensi monasterio: Mauróntus ceterique Religiosi dolo- C rem lachrymis & gemitibus prodentes eum cinxerant; ac mox in psalmorum eruperant cantus. At pientissimus Pontifex indicto cunctis silentio, manus oculósque in cælum erexit: atque, vbi plusculum orauit numen tacitus, vti rursum canerent, imperauit. Igitur inter eas psallentium voces animam emisit ridenti similis, & sui securus. Et repentè totum, vbi iacebat, locum tanta suauissimi odoris fragantia perfudit diuinitus, ac si omni aromatum genere imbuta domus esset. Cùm sacrum eius corpus exueretur, vti latice ad sepulturam lauarent: supra pectus ingens ferri pondus inuentum fuit, perpetuæ pœnitudinis argumentum. Id mox defixus admiratione Mauróntus accepit, & venerabundus contingere optantibus admouit: secutáque est inde variorum in ijs, qui tetigerant, morborum curatio. Quæ res eidem viro mentem iniecit ex ea informi massa ferri catenam fabricandi, vt mox ad tumulum suspensa ingentis præberet patientiæ fidem, multísque auxilio foret. An hęc præbuerit occasionem arbitrandi, graui catena corpus Amatum cinxisse, non equidem scio. certè litteris quidam mandauere, immanem è ferro catenam, qua corpus is con- D strinxerat, in partes subitò dissilijsse, cùm placidè vitam poneret, eámque multorum corporibus saluti fuisse. Die mortem insecuto ad feretri tactum quidam fluxis, propter paralysim, corporis membris ad laborem inutilis, integram membrorum firmitatem recuperauit: nullúsque postmodum æger viri sancti loculum spei ac fiduciæ plenus tetigit, quem non illico sanitas corporis sequeretur. Sed contrà primos ad nuntios de sancti Pontificis obitu vehemens Theodoricum Regem formido inuasit: ideóque stimulos admouente conscientia, Broylum delatus est ocyssimè. Ibi toto corpore tumulo affusus, lachrymis, luctibus, verbis humillimis admissi in Episcopum grauissimi facinoris iniustique exilij veniam flagitauit: quóque celeriùs impetraret, multa cœnobio aggessit auri munera; census varios, & plerosque seruos, qui

S. Amatus vitam cũ morte commutat. *Vita eius MS. lib. lection. Ecclesi. Amatens.* *Odor exquisitus cubiculũ implet, in quo moritur.* *Ibidem.* *Massa ferrea ad pectus eius inuenta.* *Lib. vet lect. Ecclesi. Amat.* *Ad eius contactum multi sanantur.* *Idem lib.* *Fit ex ea catena, & ad sepulchrum suspenditur.* *Idem liber.* *An catena cinctus fuerit S. Amatus.* *Auctores varij.* *Variæ morborum curationes ad eius Sancti sepulchrum.* *Citati libri.* *Ad id timens accedit Theodoricus Rex.* *Lib. lection. Ecclesi. Amat.* *Chron. Martian.* *Veniam irrogatæ Sancto iniuriæ precatur: eique multa donat.*

AN. 690. Sancti obsequerentur cultui ac honori, donauit. Neque multò pòst ipse fatis cessit, cùm vigesimum & quartum regni annum attigisset. Chlodouæus admodum iuuenis paternum imperium adiuit, Pipino palatij regnique curas sustinente. Interim Eu-

Ibidem. *Idem Rex moritur.* CHLODOVAEVS filius ei succedit.

 sebia

Ad tumulum S. Eusebiæ multa edũtur miracula. Vita S. Eusebiæ Chron. Martia. Anony. auctor. Mirac. S. Rictr. lib. 2. cap. 7.

sebia D. Rictudis filia, quam nuper in cælos receptam docuimus, multa in mortales A
Hamagiæ fundebat beneficia, curandis præsertim corporibus: ideóque tantus ardor corpus eius colendi plurimos inuasit, vt eum in finem varijs è regionibus ad Hamaticense monasterium magnus venerari optantium fieret concursus. Perparuum erat omnino templum, vbi corpora huius virginis eiúsque proauiæ seruabantur; ideóque paucis patebat, & sæpè venientium pietatem eius angustiæ frustrabantur. Id vehementer multis doluit, quibus eorum cultus corporum cordi erat. statimque de nouo, & maiori exstruendo templo agitatum fuit.

Propter hominum confluxum, maius Hamagiæ templũ struitur à Gertrude Abbatissa. Auctores iidem.

In id opus præsertim Gertrudis incubuit, quam suprà diximus eius Phrötisterij virginibus præfectam. Igitur ea cùm res omnes ędificio parando collegisset, hâc fabricam aggressa est. Et quoniam ingentis erat animi, intra breue tempus ad fastigium opus perduxit.

Ad huius dedicationem multi vocantur.

Ad eius ædis dedicationem cum Vindiciano Cameracensi & Atrebatensi Episcopo Hatta primus apud Atrebates S. Vedasti Antistes, plurimíque alij tum Abbates, tum nobiles viri conuocantur. Ille diem quartum & decimum ante Kalendas Decembris ei celebritati destinat. Idem educendis è terra corporibus Sanctarum Eusebiæ & Gertrudis B

Vt corpora Sanctarũ Eusebiæ & Gertrudis eleuentur, præmissus est Hatta.

ante id tempus operam dari iubet. Quod ipse occupationibus distringeretur, ad hoc negotium Hattam præmittit Atrebato. Dies tunc erat nonus Kal. Nouembris, cùm Hamagiam Hatta peruenit.

Is ieiunium & orationes indicit.

Indictum illic ab eo ante omnia tridui ieiunium, & tot dierum oratio, elicienda de transferendis è veteri templo Sanctarum corporibus numinis voluntate.

Inter orãdum visa manus quędã tumulum mouere.

Hæc dum magno peraguntur studio, & attentione, tertia nocte quosdam ostentum iucundè perculit. Quippe visa est Hattæ, aliísque nonnullis circà vigilantibus humana manus ad tumulum ferri, eúmque non leuiter mouere: quasi indicium ipsa faceret, maximè Deo placere, vti corpora inde aliò portarentur.

Inde corpora educuntur: eademque in nouũ téplum à S. Vindiciano dedicatum inferuntur honorificè.

Et mox accensis luminibus ad sarcophagum sacerdotes accurrunt: ij, dum choris alternantibus canitur, sacra pignora læti & venerabundi tumulo efferunt, cunctísque ad ciendam venerationem, & animi voluptatem ostentant: deinde apto reponunt loco, donec ædes noua dedicetur. Cùm verò posteà decretus consecrationi dies illuxisset, ingens vndique populus aduenit: templum ipse Vindicianus Deo dedicauit S. Mariæ Virginis nomine. Peractum deinde sanctum missæ sacrificium alternis modulantibus choris. Itum denique tedis collucentibus ad sancta Diuarum corpora, eáque mox magno cultu, & veneratione in templum ab Episcopo, Abbatibus, & sacerdotibus illata sunt. C

Multa deinceps per S. Eusebiã perpetrata miracula.

Ab eo igitur tempore maior in Eusebiam populi pietas exarsit. Et quoniam multos templum capiebat, plurimi quotidie opem morbis flagitantes confluxere: tantis semper eos beneficijs prósequente virgine, vt pauci non obtenta sanitate domũ reuerterentur.

Nautis in tenebris laborãtibus lucem subministrat S. Eusebia. Chron. Mart. cap. 15.

Vnum hîc iuuat adscribere, quod posteà contigit, incertum tamen quo tempore, ad augendam loci venerationem. Quidam nautæ domum noctu remeantes, onustam mercibus nauem per Scarpum trahebant non procul Hamagia. Parum erant ipsi securi, metum & periculum incutientibus tenebris, quibus latè cælum & tellus inborruerant: adeò vt, silentibus & luna & sideribus, neque terram, neque aquas, neque cælum dignoscerent. Verùm attonitis ea cæli terræque facie insigne diuinitus solatium & subsidium obuenit ad quartam noctis vigiliam. Quippe dum vertunt huc illúcque oculos regionis, in qua versabantur, ignari: magna protinus è fenestris Hamaticensis Ecclesiæ lux erumpit, támque D
longè vim radiorum proijcit, vt horum illi beneficio afficiantur non modicè. Etenim ad eam ipsi lucem aquas, arundines, ripas, arbores, quæ omnia priùs per tenebras latebant, clarissimè aspiciunt, discernúntque. & tamdiu lumen eis viam ostendit, donec leni per fluuium delapsu ad id loci peruenerint, vbi templum Hamaticense consurgit. Illic sensim lux ea rarescere, & contrahi cœpit: at eius loco gratissimus eis odor afflatus est, cuius insigni suauitate quem priùs timorem conceperant prorsus abstergerent. Ita læti animatique cùm supplices ac venerabundi Sanctis illic quiescentibus gratias egissent, cœptum iter peregere magna voluptate & gaudio.

E terris in cælos abit S. Vindicianus

Verùm vt nostram ipsi narrationem prosequamur, paucis post impensum D. Eusebię officium diebus, ad cælos euocatus est Vindicianus, vt perpetuam illic suorum An. 691. *vel aliter quemquam*

A mercedem laborum caperet. Sepulchri locum in S. Eligij Montis Ecclesia sibi viuês delegerat, quòd illic beatus hic Nouiomensium Pontifex aliquando consederit, cuius sancto consortio fuerat vsus frequenter. Non defuere varijs temporibus admirandæ curationes hominum, quas huius Episcopi poscentibus meritis fauor diuinus impertijt. Eæ tamen præsertim cælitus fluxere, cùm Fulbertus, qui post eum quintus ac decimus eandem tenuit sedem Pontificiam, è tumulo sanctum eius corpus eduxit, populóque colendum præbuit. In eius locum Hildebertus Cameracensibus & Atrebatibus datus est Pontifex. Eo ferè tempore Maurontus sanctissimi Antistitis Amati honore tactus, multa Broylo prædia villásque contradidit. nouum etiam templum erexit haud procul eo monasterio Virginis matris nomine Deo dicandum. Contrà, cælum flagitijs hominum minari vehementer visum est.
AN. 692. Pleno siquidem die tanto sol defectu lumen abscondit, vt stellæ pluribus locis conspicerentur. Securo pòst anno Chlodouæum immatura mors oppressit. Igitur ad Childebertum fratrem eius sceptri iura venere. Is iam annos fermè quatuor imperauerat, cùm Mauronto vitam intra Broylensis monasterij septa ducenti de cælo significatur, S. Amati corpus, in eam, quam recens ædem struxerat, deportandum esse, ibique collocandum honorificè. Quòd ergo dignitate ac virtute conspicuo viro ad eam rem opus esset: Bainum Taruannæ Morinorum Pontificem orat, vt operam præstet suam, ad cuius Episcopatum pertinebat Menriuilla, siue, vt aliqui volunt, Minariacum, intra cuius fines situm erat asceterium Broylense. Non cunctatur ille Menriuillam iter capessere. ibi quanta potest pompa delatum è veteri loco Diui Amati corpus in noua sede collocat. Ac tunc quanti Amatum faceret, Christus Iesus eo maximè tempore patefecit, cùm se videndum plerisque festiuitatem celebrantium præbuit, palàm multis Angelorum circumfluentibus. Simúlque vis ingens sanandi permultis auxilio fuit. reddita enim lux cæcitate damnatis, soluta contractorum membra, patefactæ surdorum aures. Elapso fermè posteà triennio, Maurontus ipse ad cælos migrauit. E Broylensi monasterio Martianas antiquum domicilium petierat, vti matris sepulchrum, & sororem Clotsendem inuiseret. Ibi morbus repens eum inuasit, & paucis diebus absumpsit. Corpus eius in subterraneo templi sacello conditum fuit iuxta puteum, qui nomen eius induit. Fama est hunc eius manibus ad Martianensis olim templi caput effossum, inde sumendo sacros in vsus latice. & nonnullos hausta illinc aqua morbis remedium inuenisse video, quos medici frustra diu sanare contenderant. Quamdiu post fratrem soror Clotsendis vixerit, quóue tempore animam efflauerit, incertum mihi est. Beato tamen fine vitam clausisse, omnino compertum, Martianensibus Religiosis id non modò constanter affirmantibus, verùm etiam anniuersario festo felicem eius exitum celebrantibus.

Left margin: ANNI ... AN. 692. AN. 693. AN. 694. AN. 698. B AN. 700. C D

Right margin: CHILDEBERTVS R. FRANCOR. — Camerac. & Atreb. Episcopus. — Aeg. Bucher. Bald. in Chron. Camer. l. 1. c. 38. Balderic. ibid. c. 30. — HILDEBERTVS eligitur. — Broylo quædam dat S. Maurontus. — Vgi Mariæ templū ædificat. — Chlodouæo ortuo CHILDEBERTVS succedit. — App cap. 101. Aim l. 4. c. 48. — Maurontus monetur cælitus, vt S. Amati corpus in templum nouum transferat. — Vita S. Amati. Molan. in Nat. — Dum id efficit fere Bainus, Christus cum Angelis apparet. — S. Maurontus terras relinquit Martianis. — Vita eius. Mon. Mart. ms.

ANNALIUM GALLO-FLANDRIÆ

LIBER TERTIUS.

Quis Flādriæ ſtatus fuerit poſt S. Maurōtū mortem.

A EA tempeſtate, qua Maurontus fatis conceſſit, Flandricis rebus, & Inſulenſi ditioni, parum ab Regibus Franciæ cautum fuiſſe, Burchardo præſertim paterna exuto potentia: ipſorum ignauia, & ſtudia partium manifeſtant. actúmque fuiſſet tandem in eo tractu de iuſtitia, bonis moribus, Chriſti lege, cultu terrarum; niſi poſtmodum Pipini ſoboles auxilio veniſſet. Nam Liderici nepotes ab horum poſteris, quamquam foriè ſeriùs, quàm decuerat, in Flandriam omnem reſtituti denique ſunt: quò multum legibus, virtuti, & Chriſtianæ fidei conſuleretur. Verùm priuſquam iſta memoremus, non erit abs re nonnulla præmittere, vel quæ temporum ſeries, vel quæ ſtatus Franciæ ſubminiſtrabit. Anno circiter Domini primo & ſeptingenteſimo, multos in Flandriam effuſos per Oceanum fuiſſe barbaros, ac plæraque locorum vaſtaſſe, comperio. In Morinis, magna tunc Flandriæ parte, horum aduentu omnes penè colonos, & indigenas ferro peremptos is memorat, qui Sanctorum Luglij & Lugliani (quos certum eſt huc veniſſe, Theodorico Baino Epiſcopalem Taruannæ Morinorum capite ſedem occupante) acta litteris mandauit: ideóque viros quoſdam nobiles omnia latrociniis illorum exemplo infeſtauiſſe poſteà. Per id tempus octauo iam anno in Francia Flandriáque rerum potiebatur Childebertus, Chlodouæi frater, ac Theodorici filius. Verùm Pipinus cognomento Herſtallius imperabat cum maxima poteſtate Palatio Præfectus. Nam iis temporibus, nulla in Francorum Regibus primi Chlodouæi virtus, nullæ artes emicabant, quibus claritudinem originis, quam ab eo traxerant, patefacerent. Ipſis regio tantùm nomine cenſeri, iucundum erat; regni munia obire, permoleſtum. exinde ipſi toto regni tempore intra domûs latebras abdi: illic dies menſis, luſúque; noctes ſcortationibus, & aliis rebus fœdis conſumere: publicæ rei curis vacui eſſe; nullius querelis aures præbere; nullius cauſæ obſequi; nihil prorſus penſi habere. Ex aduerſo, vires & poteſtas Palatio Præfectis ad ſumma creuerant. Haud ampliùs illi, ceu regiæ poteſtatis miniſtri, ſubeſſe: parum ipſi Regibus obſequi; eis, ceu mancipiis, abuti; cuncta ex libidine moliri ſua; cuncta peragere, & inuertere. ſolo Regis nomine, ambitus metu, abſtinere: quodliber regium obire munus; legationes ad Principes mittere; ab aliis legatos audire; bellum hoſtibus indicere; caſtris præeſſe; prælio committere omnes regni vires; quos vellent, ornare, vel exuere magiſtratu; cauſis attendere, quibus liberet; ius dicere, aut negare; belli, paciſque leges condere; rebus omnibus ad firmandas ſibi opes & imperium idoneis vehementer cōniti. Quatuor ex ordine Regum, Theodorici, Chlodouæi, Childeberti, Dagoberti (quem anno 711. ſucceſſorem Childebertus habuit) temporibus, ea poteſtate Pipinus ad opes, laudem, & gloriam admodum ſibi velificatus eſt. Eo multa in regni commodum moliente, omnia feliciter euenerunt: nec ipſum rebus alienis, aut ſuis nauantem fruſtratum eſt aliquid. Igitur quam Reges illi nomine tenus Flandriam tenebant, Pipinus præſertim cum Francia & Auſtraſia moderabatur. Verùm quoniam ſæpè procul aberat, alibi bello detentus: dedit ipſe primò Regi, quaſi alterum domûs Maiorem, Nordebertum, è ſuis virum inſignem: dein, eo per mortem ſublato, filium ſuum natu minorem Grimoaldum, præter publicam adulterij notam, cetera hominem clarum, ac in primis aduerſus egenos liberalem,

Barbari Flandriam populantur. — B — AN. 701.

Quales hoc tempore fuerint Reges Franciæ. *VVolfgangus Lazius de Gēt. Trāſmig. Chron. Vignier.* — C

Quales Maiores domus. *Ijdem auctores.*

Ac in primis Pipinus. — D

qui nōnullos, propter bella, ſibi adiunxit ouiæ Præfectos. *App. Gregor. Aimoin. alij.*

A …ominis benignum mitémque, orationis assiduum. Hunc in templo D.
AN. 714 Lamberto precibus indulgentem Leodij cùm Rantharius occidisset, filium eius
Theudoaldum, adhuc iuuenem, ipsi suffecit: Carolum verò Martellum, quem de
Alpaide susceperat, opum suarum scripsit hæredem, & Austrasiæ Ducem. ac paullò
pòst ipse ad Mosam Iupiliæ, vbi æger iacebat, mœstitia, morbíque vi oppressus, animam egit, Dagoberto quartum regni annum ducente. Sed mox variis per Franciam
studiis Principum ardentibus, Franci, reiecto Theudoaldo, Ragnifredum, seu Ra-
AN. 715 mansredum, Palatio præfecerunt. Eorum etiam factione Dagoberto Rege viuis
erepto, productus è cœnobio Daniel est Chlodouçæ stirpis, inque regni fastigium
elatus, indito nomine Chilperici. Contrà, è custodia Plectrudis euadir Carolus
AN. 717. Martellus: multum militem mox colligit: Chilpericum & Raginfredum iusto prælio aggreditur. hos iuxta Vinciacum in agro Cameracensium frangit, & Parisios vs-
AN. 718. que fugam capessere cogit. Inde rerum in Austrasia & Francia potitus, Chilperico
AN. 719 reiecto, Chlotharium Regem facit. Hoc breui mortuo, Chilpericum ex Aquitania
B reuocat, inita pace cum Eudone Aquitaniæ Duce, apud quem is agebat. Haud
AN. 720. multò pòst, Chilperico è viuentium numero sublato Theodoricum Dagoberti iam
nominati filium sufficit. Ita Palatij Præfecturam adeptus, vbique arbitrio suo cuncta
Carolus peragebat, vt solo Regis nomine abstinens, Franciam & Austrasiam possideret, adeóque Flandriam nostram.

Huius obitus Iupiliæ. Citati auctores. Annal. Pithœi. Paucis tunc annis varios Reges habuit Francia, variosque Aulæ Præfectos. Citati auctores. DAGOBERTVS Rex moritur, eíque succedit CHILPERICVS. Auctores citati. Hoc reiecto, Martellus victor CHLOTHARIVM Regem facit. hoc dein mortuo, Chilpericum reuocat. Auctores citati. Post Chilper. THEODORICVS regnat.

AN. 722. Has inter Franciæ Regum & Palatij Præfectorum vicissitudines, suorum quoque
Pontificum varia sensit funera Cameracensis & Atrebatensis Ecclesia. Quòd admodum ij pugnent opinionibus, qui nonnulla his de Præsulibus libris suis tradidere; nec aliunde quidquam stabile certúmque circa horum inaugurationem & obitum colligatur: eorum hîc memoriam in vnam seriem conijcere placuit. Hildeberto igitur è viuis sublato, Hunaldus (interdum Hunoldus, aliàs Humaldus legitur) Pontificios ornatus suscepit Cameraci, iísque tres annos, vt minimùm fulsit,
quinque, vt plurimum. Factorum eius nulla libri repræsentant. Delatæ posteà sunt
C ad S. Vedasti Atrebatensis Archimandritam Hadulfum infulæ. Patre sancto claróque natum inuenio. quem Martyrij palma Telodij, secundo ab vrbe Atrebatensi lapide, ornauit; parentes Ragnulfum dixere. In hoc magistratu quid gesserit, nulli
prodidere monumentis chartarum. Quòd vnà cum Pontificio munere Vedastini
monasterij curas fuerit complexus: intra eius septa frequenter se continuisse, accipio; minúsque per varios tractus Episcopatus iuisse sacri laboris gratia; nisi foras
euocaret necessitas. adeò monasticæ quietis appetens erat. Ceterum insigni floruisse morum sanctitate, multaque in cælos eum merita vexisse, constans opinio est.
Dum corpus eius Pontifex Engrannus, propter oblatas edituo S. Petri Atrebatensis (in hoc templo id sepultum iacebat) miras visiones, è tumulo solemnibus cæremoniis educeret, ipsumque in tabulas Sanctorum referret: nonnulla diuinitus, ad
ciendam venerationem cultúmque, in populum fluxere beneficia, éque mulieris
corpore malignus possessor dæmon in primis expulsus est.

Auctores citati. Episcopi aliquot Cameracenses & Atrebatenses inuicem sibi succedunt. HVNALDVS. Balder. l. 1. c. 14. Mss. lib. 13. Gaz. Locr. HADVLPHVS Balder. d. l. Mss. loc. cit. Gaz. Locr. qui vnà fuit S. Vedasti Antistes: cuiusque corporis eleuatio miraculis non caruit.

Dum hic sacrum adhuc magistratum gereret Hadulfus, ad Christi annum septin-
D gentesimum & vigesimum primum è terris in cælos abiuisse Bertham Sigefridi fratris Adalbaldi Ducis, & Gallo flandriæ nostræ luminis, viduam (cuius anteà prolixam fecimus mentionem) veteres nos docent tabulæ. Æui iam matura erat, & plurimis fulgebat virtutibus. Nonum & septuagesimum vitæ annum inchoauerat: ex
quo monasterij se claustris sepserat, quadragesimum ferè attingebat. Priusquam spiritu … exhalaret, obiectus est ei Angelus Dei, specie pulcherrimus, Crucémque deferens. statímque ipsa dulcissimam cælitum psallentium musicam auribus percepit:
quam dum assidentibus sibi virginibus impertiri desiderat illorum voces imitando,
hæc tantum verba retinere & canere potuit. *Veni electa, Veni electa.* & mox ea inter
verba suauiter animam emisit. quam dum spiritus illi cælestes susciperent, tres viri
se videndos præbuere, magno splendore conspicui, & candido amictu renidentes;
iísque Diuam vocibus affati sunt: *Dirigatur anima tua in paradisum exultationis, & eleuatio manuum nostrarum perducat te in conspectu sanctorum Angelorum.*

Balder l. 1. c. 35. Gaz. Obit S. Bertha, Sigefridi vidua. Vita eius Ms. Quæ sub mortem ei oblata fuerint: & qui portata sit in cælum eius anima.

TRAVVARDVS fit Camer. & Atreb. Episcop. *Bald. l. 1. c. 16. M. ss. Orz. Locr.* Synodũ adit Moguntiam. *Epist. Zachar. Epist. Bonifac.*

A AN. 730.

Exactis subinde nouem annis, Trauuardus, vel Tranardus (Treuuartum, vel Tragardum, ac etiam Turonum appellari video) Cameracensis & Atrebatensis Ecclesiæ regimini admotus est. Gestæ res eius nusquam suppetunt. Tantum Moguntiæ cum aliis orthodoxis Episcopis Synodum posteà celebrasse, cui S. Bonifacius sedis eius Pontifex, & Zachariæ summi orbis Præsulis legatus anno 748. præsidebat, legitur.

AN. 736.

Noua Flandriæ à barbaris vastatio.

Interim, dum Franciæ Rex Theodoricus decimum ac septimum regni annum ordiretur, iámque flueret Caroli Martelli Principatus, seu Palatij Præfecturæ, annus vigesimus: produnt quidam Flandricarum rerum Annales, barbaros, ex Aquilone in Flandriam nauibus missos, cuncta hic cœdibus, & incendiis corripuisse. exinde portus fuisse corruptos; vrbes muris exutas pagros vbique vastatos; infinitam mortalium vim ferro, flammísque consumptam. Per id tempus grauem annis Burchardus ætatem agebat; eóque plus ipsi doloris tanta Flandriæ funera parere poterant, quòd harum cladium vel spectator, vel particeps esset; nisi animus ingens, & malis assuetus effecisset, ipsum ne tristitiæ pondus opprimeret. Non deerat ei voluntas afflictis rebus opitulandi: omnis ferè ad ferendum auxilium potestas erat sublata; cùm careret imperio, ac suis ipse opibus, & oppidis, præter Harlebecam, esset in Flandria nudatus. Neque verò Martello tantis Flandrorum malis obsistendi animus defecerat: sed alibi bello, curísque distractum multa prorsus initio ferendis suppetiis arcebant. Operam tamen is posteà dedit, ne diuturnior regionem clades affligeret. B

Mortuo Regi Theodorico, succedit frater CHILDERICVS *Sigeb. Bucher.* Carolus Martellus moritur. *App. Gregor. Annal. Pithæi. Aim. l. 4. c. 57.* Filij eius assignatas sibi prouincias adeunt. *Iidem auctores. Cousin l. 2. rer. Tornac. c. 40.* Quid passus sit interim Episcopatus Tornac. & Nouiomens. Aliquot Episcopp. Nou. nomina. *Catalog. Tornac. Ioan. Cousin l. 2. de reb. Tornac.* Ex his EVNVCIVS qualis fuerit. *Demochar. Molan. Ioan. Molan. Cousin. Demochares. Cousin.* Synodus Liptinensis. *Bened. Lemeft. Baron. tom. 9. Serar. de reb. Mogunt.*

AN. 741.

Exactis inde nonnullis annorum circulis, Francorum Rex Theodoricus vitam perdidit: eiúsque frater Childericus, vel Hildericus, regnum arripuit. Vti cuncta sub eo quoque moderaretur, exéplò Parisios profectus est Carolus. Verùm is inde Carisiacum impositam Isaræ flumini villam delatus, acerrima febri cœpit æstuare: multáque mortem ei portenderunt aduersa de cælo signa. Igitur inter suorum fletus, cùm amicis, opibus, gloria plerimùm floreret, post dies paucos letho sublatus est. Quas vtrique prouincias assignauerat, Carolomannus & Pipinus filij adiuerunt; Burgundiam hic, Franciam, & Belgij partem; Austrasiam ille, Germaniam & alterum Belgij tractum: haud tamen Regum nomine, sed Palatio Præfectorum. C Respirarunt interim pleræque Galliarum Ecclesiæ, in quas Martelli temporibus graues incurrerant clades, cùm is non paucas vehementer afflixerit. Sunt, qui velint Nouiomensem & Tornacensem Episcopatum haud leuia passum damna, multúmque in eo iacuisse religionem. Illud argumentum huius rei præbere, quòd nonnullorum Episcoporum nulla sint tradita litteris facta; tantúmque nomina illorum repræsentent Catalogi Tornacenses, qui iam inde à Gonduino vsque ad Eunucium præfuere. Ij fiẽ à quibusdam nominantur, Guarulphus, Framengerus, Humanus, Guido. Qui dant Eunucium Guidoni socium potiùs, quàm successorem, illi parum mihi placent: quòd in contrarium tabulæ ducant, in quibus is post Guidonem Pontifex nuncupatur. Hunc insigni virtutum lumine claruisse accipio, & ob singularis vitæ merita Nouiomensium Sanctorum Catalogo insertum fuisse. Traditúmque libris est, ducentis ferè pòst annis è tumulo corpus eius eruisse, & ritu sacro in S. Lupi monasterium, quod deinde à S. Eligio nomen accepit, transtulisse Radulfum Nouiomensem Episcopum. Nisi me fallit opinio, in huius tempora Liptinensis, aut Listinensis, anno septingentesimo quadragesimo tertio Synodus incidit. Ea Calendis Martij Zachariæ summi Pontificis auctoritate fuit congregata Liptinis, vel Listinis, villa regia, in eo Belgij tractu, qui nunc Hannonia dicitur. Præfuit illi S. Bonifacius, Germaniæ Apostolus (qui posteà Moguntinensem Ecclesiam Archiepiscopus moderatus est) assidente Carolomanno Principe. Vti rebus Ecclesiasticis, ac religioni multis in locis fermè collapsæ prospiceretur, hunc saerum haberi Conuentum placuit. Et sanè quibusdam tum à Præsulibus, tum à Carolomanno scriptis Capitularibus, pro publico bono illic egregiè laboratum est; ac non paruus inde fructus in Cameracensem & Atrebatensem Episcopatum, dein etiam in Tornacensem Ecclesiam manauit. D AN. 743.

Qui

A Qui succeſſit Eunucio, ac Nouiomenſem ſimul & Tornacenſem adminiſtrauit Pont[illegible]catum, E[illegible]ſæus [illegible] nominatus, magnúmque ſanctitatis nomen obtinuit. Exactum ab hoc tẽporis plerumque per Flandriam inuenio, vti populum Chriſtiana doctrina probíſque moribus imbueret, eúmque cum Treuuarto Cameracẽſi Epiſcopo inter alios Galliæ Belgicæ Pontifices appellari video ab Romano Papa Zacharia iis litteris, quas ad eos pro Catholicę religionis defenſione cõgregatos dedit anno poſt ſeptingenteſimum, & quadrageſimum octauo. Ea tempeſtate, qua plurimùm hi duo Antiſtites pro ſuis diœceſibus ſanctè ac fructuosè laborabãt: ditionũ Carolomanni, religioſam in Italia vitam profeſſi, acceſſione, Pipino animi, potentia, opes, amici creuere, idonea certè regnum ambienti præſidia. Sed præcipua vis impetrandi Franciæ regni, quod optabat, quódque ipſi plerique nitebantur aſſerere, in Romani fuit Pontificis, & Catholicæ Eccleſiæ cultu, fœdíſque moribus Childerici. Partis ſcilicet à parente Martello de Saracenica gente victoriis tertiam Pipinus adiecit: cùm effuſos, deterendis clade aliqua iniuriis, hoſtes tanta virtute ſuſtinuit, retróque compulit montes vltra Pyreneos; vt nihil poſteà ſint auſi bello moliri. B Et poſt eam victoriam, curę fuit euerſa nuper à barbaris templa erigere, eadémque muneribus ornare; viris ſanctitudine præſtantibus fauere & obſequi; multo ad pietatem ſtudio, & labore incumbere: ideóque apud pleroſque Francorum, ipſi parta ſanctitatis opinio; apud hoſtes, etiam à potentia, formido. Ex aduerſo, plurima Childerici contemptum fecere. Inerat homini vecors animus, prouidentiæ parum, ſocordiæ plurimum, mens incerta: nihil in vultu cernebatur, nihil in moribus regiæ dignitatis. ne quid magnum animo verſaret, iudicij infirmitas faciebat: ne quid dignum Rege moliretur, potentiæ defectus. vt magis imagine Regis, quàm poteſtate, cenſeretur, alieni mancipium imperij, ſui prorſus expers. Hæc igitur apud multos effecere, vt Childericus regno exui dignus crederetur. Et Pipinus ideò ſæpenumerò apertis ſermonibus ipſum perſtringebat: eò etiam occultus gloriæ ſuæ iactator, quam alij palàm excollerent. Inclinantibus itaque tandem illuc Francorum primoribus, legati C ad Pontificem Romanum iuere. Et breui per eos impetratum eſt, vti ſacramento Franci ſoluerentur, quo ſe obſtrinxerant Childerico: ſtatímque Regis decora, nomen, & poteſtas Pipino traderentur. Exinde Childericus, attonſo capite, in monaſterium D. Bertini retruſus eſt. AN. 752. Ergo Pipinum Zachariæ Pontificis Romani mandato Bonifacius Moguntinæ vrbis Archiepiſcopus ſacro imbuit oleo apud Sueſſiones, Francíſque Regem dedit. Ob id factum multi lætitia impleti ſunt, & meliorum ſpe rerum, quas Pipini virtus, & potentia ſpondebant. Eſtoredo Burchardi filio, Liderici nepoti, ea præſertim opinio voluptatem attulit. Haud multò antè hic patrem amiſerat; iámque ab eo relictis in Flandria & alibi rebus anguſtis, pro generis claritudine vitam aſperè ſatis, & ægrè tolerabat. Quam igitur cum Pipino materni ſanguinis neceſſitatem habebat, animos ei fecit. Et ſpe plenus imperium Flandriæ recuperandi, Louanium reliquit, quò ſe cum parente receperat fumante Flandria barbarorum incendio. Harlebecæ ſedem fixit, ſexto ab Inſulenſi oppido lapide: vt ſuis auxilio eſſet, indéque caperet occaſionem Pipini gratiam inſigni ali- D quo facinòre promerendi. Sed Pipino variis quà negotiis, qua bellis impedito, modica tum de Eſtoredi rebus cura fuit; de Flandrię ruinis paullo maior: ideóque hanc, auertendis hoſtium incurſibus, munire inſtituit.

Per idem ferè tempus Gaufridum, vel, vt vocar Baldericus, Guntfridum, S. Arnulphi Martyris filium, Cameracenſibus, & Atrebatenſibus Epiſcopum datum inuenio, Trauuardo vita defuncto. Quis verò fuerit is Arnulphus, qui Gaufridum genu[illegible]t, à pleriſque diſceptatur. Moſonij, Arnulphum Martyrem agnoſcit Ioannes Molanus: alterum item in Gallo-flandria, Cyſonij. Eſt, qui dubitet, illiúſne filius fuerit Gaufridus. Arnulpho Cyſonienſi eam prolem tribuit Ferreolus Locrius: quem non di[illegible]culter aſſector. Igitur quoniam ſacris Arnulphi oſſibus admodum diu Cyſonienſis cœnobij templum, & pleriſque ad ea mirandis curationibus floruit in Gallo-flandria; eiuſque cultus adhuc Cyſonij perſeuerat; neque facilè dabitur alibi locus eo de viro dicendi: placet aliqua hic facta eius commemorare, & quibus

Succeſſor Eunucij ELISAEVS, vir inſignis.
Tabb. Tornac. lat. Meier. Mol. Ioan. Couſin.
In Carolomanni regna ſuccedit Pipinus.
Annal. Fuld. an.
Cur factus is fuerit Franciæ Rex.
Childerici Regis Franc. mores.
Ann. l. 4. c. 61.
Childerico in monaſterium detruſo,
Francor Annal Lodeuic Breſin. in Chron Fland.
PIPINVS Rex Francor. creatur;
Annal. Franc. Aem d. l. Baron Bucher. Serar in l. [illegible] rer. Mogunt.
ESTOREDVS Burchardi filius inde bonã ſpem concipit Flandrici imperij recuperandi.
Annal. Fland
GAVFRIDVS Camer. Epiſc. creatur.
Lib 1. Chron. c. 16.
Tabb. Atreb. Demochar. Gaz. Locr.
Arnulphus Gauf[illegible] pater quis fuerit.
Georg Colueners in Chron. Belg. Ex hymno ms. Cyſon.

malis opem præbuerit, ostendere. Fuit ipse clarus militiæ artibus, vasto, firmóque corpore; loco nobili natus: sed multò virtute præstantior. Hunc itaque vires corporis, animi virtus, & sanguinis necessitudo, cuidam illustri viro tam charum fecere, vt ipsum sibi armigerū is legerit. Sed breui hęc omnia inuidiam ipsi pepercre. quam semper maiorem summa patiuntur. Ergo cum plerique famulorum animaduertissent, eum clam domino suo recta sub veste ad pauperes edulia deferre: occasionem eum apud herum accusandi ex iis scilicet hauserunt. Sed omnia Deus aliorsum vertit, quàm sperauerant. Quippe dum vident in sinu aliquid portantem, cibos esse rati, vt re vera erant, in eum manus iniiciunt; vestes excutiunt violenter, ac diripiunt; furem rerum herilium apud dominum statuunt. At enim dum ipsi vestes eius parum humaniter attrectant, & lacerant: præter paruulas ligni assulas in ipsius sinu nihil reperiunt, ad famuli preces Deo cibos in ligni fragmina defectinante. Ita delusi, & suffusi rubore, serui mox facti & insolentiæ veniam poscunt, facilęque ab homine mitissimo impetrant. Herus autem visa cognati sui sanctitate, totius familię curam ei statim committit. Verùm Arnulphus resumptis, quas è sinu famuli effuderant, assulis, ad egenorum contubernia intendit. Ibi dum vestem aperit, videt assercu los in edulia diuinitus reformatos, quæ summa cū voluptate in pauperes distribuit: lætúsque domum, & summas Deo grates agens, reuertitur. Alias idem dynasta mandauerat, vti vis suis inferretur subditis, eorúmque bona diriperentur. Sed Arnulphus eorum ractus hominum commiseratione, clam hero de ipsius horreis necessaria iis sufficiebat. Et cùm sæpiùs id faceret, animaduertêre quidam familiares commeatum domi vehementer deficere: statímque domino significauere, vix in crastinum ei sufficere familiæ necessitates, propter magnam Arnulphi largitionem. Igitur herus grauiter ira commotus, eum accersit extemplò, & multis increpitum verbis etiam pœnis addicit, quasi criminis reum. Verùm Deus, cui gratum Arnulphi opus fuerat, magnam confestim annonæ vim horreis eius hominis ingerit quam dum ipse ad spectandum euocatus, attentiùs considerat: primùm in multam erumpit admirationem & lætitiam; dein Arnulphi virtutem, & sanctitudinem apud omnes suos admodum commendat, adeóque hunc in posterum dilexit, vti loco filij habuerit, eique potestatem fecerit, largas in pauperes eleemosynas distribuendi. Eaiam sanctitatis, & charitatis Arnulphi fama vulgabatur, & laudem omnium extorquebat: cùm vehemens eum Martyrij ardor incessit; cui visum est etiam diuinum numen materiam suggerere. Viam ipse cum hero publicam carpebat animi lætus & valdè securus. Sed ecce semitam satis angustam intrantibus parum opportunè hostes domini ex aduerso in equis conspiciuntur. Ibi cùm nullam propè aduerterent euadendi rationem: Arnulphus hoc timenti plurimum hero consilium sufficit. Equum sibi velocem & validum esse: hunc ipse ex altero desiliens celeriter ascendat; in eo fugam maturet; suam in villam non procul remotam sese abdat velociter. ab hostibus nullum sibi metum cieri, quibus nunquam nocuisset. & si ab iis capiatur, & vulneribus conficiatur: id sibi fore voluptati pro domini sui libertate aliquid patienti. Igitur conscenso mox Arnulphi equo, celeri fuga viam, ad quærendum latibulum, in villam dynasta corripit. contrà, seruus stat intrepidè, vt hostes ipsius suo licet periculo, remoretur. Hoc itaque conspicati eminus aduersarij, in Arnulphum toto agmine feruntur: eum vndique circumdant; parum renitentem capiunt; crudeliter admodum tractant: & quoniam herum neci subduxerat, ad restim damnant denique. Iniicitur illico ceruici funis, ac de arbore vir patientissimus strictis vehementer faucibus suspenditur. Sed inuocato Dei nomine, ita lætus & innoxius à loro de ramo is pendet, quasi frustra susceptos eorum labores & inutiles iras rideret. Ibi maior inimicos rabies accendit, ratos nimirum vitæ suæ periculum ingruere, nisi suspenso vitam extorqueant. Ergo simul in arborem supra corpus eius euadere nituntur. inde furibundi apprehensis arboris ramis in humeros eius insiliunt, támque diu pedibus eum per insignem subigunt immanitatem, donec fracta gula vitam eripiant. Quantam apud Deum gratiam eo facto Arnulphus sibi conciliauerit, argumento fuerunt apparentia illi diu ..., & ardentia multo tempore lumina. Exinde

scilicet

Marginal notes (left):

Genus eius, ac vires.

Per inuidiam furti accusatur.

Deus eū protegit, & accusatores confundit insigni miraculo.

Herus ipsi totam familiam credit.

Rursus accusatum Deus altero de endit miraculo.

Denuoque in gratiam herus recipit.

... herus a domino suo fuer... auctor, ab ... capitur:

& suspéditur,

ac tandem suffocatur.

Apparent ... arborem ... suspensus fuit, lumina.

Marginal letters (right): A, B, C, D

A scilicet tanta populum cepit sanctum hominem venerandi cupido, vt sensim eam quoque arborem in frusta vicini conciderint, domúmque partes eius ad tutelam, & cultum deportauerint. In quam Ecclesiam delatum fuerit initio corpus eius, non inuenio. Quid occasionem præbuerit postea in Cysoniense templum deferendi, ibíque condendi honestissimo loco, paucis aperiam. Abiuerat sensim Diui tumulus in contemptum plerisque hominibus illic vel fabulas miscentibus, vel parum honestè obuertentibus terga. Doluit ea res vehementer Arnulpho, quasi cederet in contemptum numinis irrogata sibi iniuria. Ergo cùm vidua quædam cui matura, illicque lachrymarum, liberalitatis, & precum assidua, in orationem incumberet: illi sese videndum præbuit, itáque paucis affatus est. *Meum hic sperni sepulchrum, qui cælesti domo potior, equidem grauiter fero. Siccine ad tumulum meum inania ferri verba, nugas ingeri, obuerti turpiter dorsa condecet? Eia nunc populo indica, nisi talibus abstineat denique, id à me graui luiturum vindicta.* Et cùm ea mulier de nomine inquireret, vti certiùs & alacrius imperata perageret; Arnulphum se vocari, subiecit. Igitur ea vidua Diui B mandatis obsequens, loci presbyterum adit: quæ vidisset, quæue auribus accepisset, fideliter cuncta edisserit. Iisdem ille diuinitus monitis imbutus, plebem sub templi tecta euocat: ibi grauiter hortatur, vti sancto viro cultum impendat, eius præsentia moueatur, ei venerationem adhibeat. quóque plus ponderis sermoni adderet, ostentum, verbáque Diui explicat. Sed ne tum quidem satis sibi promittens venerationis allaturum Sancto vulgus, quoniam is rudi tumulo tegebatur: subinde per noctem Arnulphi corpus inde asportauit, & in Cysoniense templum intulit, vt ibi plus honoris cultúsque obtineret. Ceterùm olim, maximè priusquam huius Sancti ossa hæretici magno furore dispergerēt, multus ad eam fiebat ædem concursus hominum. Quibus collum dolore torquebatur, eam ipsi restim huic circumdabant, quæ fauces eius Martyris eliserat; statímque sentiebant ægritudinem comprimi. Iis etiam sæpenumero ad preces malignus corporis ardor exstinguebatur, qui febribus æstuabant grauiter: & multi, pro accepto munere, frequenter afferebant argentea fila in laquei C modum contorta. Sed nunc ad cœptam historiam reuocanda est ab his oratio.

> Eandem arborem venerationis gratia Christiani cædunt, & domum deferunt.
>
> Quā ob causā corpus eius in Cysoniensem Ecclesiā fuerit delatum.
>
> Multi sanitatem per S. Arnulphum sunt consecuti.

Igitur dum filius Arnulphi Guntfridus Cameracensem, & Atrebatensem diœcesim paternis moribus ac virtutibus illustris moderatur: non leuis vtrobique collectus est fructus animorum. Ardebat scilicet hic sacerdos insigni zelo subditorum mentibus diuini flammas amoris iniiciendi, eásque tum verbo, tum exemplo ad virtutis studium rapere nitebatur. Eam ob rem commissos sibi greges adibat frequen-
AN. 753. ter, nullámque sustinebat iis deesse sui partem officij. Descendit interim cis Alpes Romanorum Pontifex Stephanus, quē vehementer in Italia Langobardorum Rex Aistulphus armis & odio persequebatur. Eò præsertim aduentus eius intendebat, vt ab Franciæ Rege Pipino aduersus Ecclesiæ Romanæ hostem Aistulphum magna impetraret auxilia. Non defuit tunc partibus suis Pipinus, exceptóque magnificè
AN. 754. Pontifici opes copiásque abundè promisit. Ergò Stephanus plurimùm ideò recreatus, Pipinum, eiusque filios Carolum & Carolomannum, in Franciæ Reges vnxit, dum in æde S. Dionysij sacrosancta solemniter perageret mysteria. Quæ sequenti-D bus aliquot annis euenere, nihil eorum hîc memorare attinet.
AN. 763. Ab ortu Christi anno septingentesimo & sexagesimo tertio sæuum ab Aquilone frigus in omnes propè regiones incubuit. Asperrimum inde gelu cuncta decoxit, & constrinxit ab Octobris Kalendis ad Februarium vsque, quaternos ferè menses. Præcipuum inusitatæ glaciei argumentum, indurata vbique fluminum rapidissima, & vorticosa; totúsque Pontus Euxinus primùm ad triginta, mox etiam, postquam niues obruere, ad quinquaginta cubitos saxorum duritia consistens. Ea vi frigoris remissa, solutísque Ponti & fluuiorum gurgitibus, nihilominus etiam in humanum genus ab cælo, & elementis sæuitum est. Insolitam aquarum penuriam siccæ nubes, & arentes fontium scaturigines fecere. Horrendis etiam aër ostentis spectantes perculit: visæque passim de cælo micantibus stellarum more flammis faces concidere, tanto vbique terrore, vt propinquus mundi interitus crederetur. Sed ea in fœdum Græcæ gentis aduersus sacrarum imaginum cultum grassantis furorem ira-

> Guntfridus huius filius in Episcopatu suo insigniter laborat.
>
> Stephanus Papa in Franciam venit auxilia petiturus, eumque Pipinus excipit.
>
> *Annal. Franc. Adon. Chronic. Aim. l. 4. c. 62. Paul. Æmyl. Ioan. Tilius. Baron.*
>
> Ob promissa subsidia, Regem, eiusque filios vngit.
>
> *Idem auctores.*
>
> Frigus insolitum.
>
> *Theophanes eius spectator. Sigeb. Aimoin. lib. 4. c. 66.*
>
> Ariditas magna.
>
> *Theoph.*
>
> Ostenta.
>
> *Sigebertus.*
>
> Ob Iconoclastas hæc accidere.
>
> *Baron. in Annal.*

quorũ etiam quidam in Francia & Flandria. *Annal. Franc. Aim. l. 4. c. 64. Iacob. Meier. l. 1. Annal. & tom. 5. Fland. Iacob. Marchant. in Fland.*

Aduersus quos Synodus coacta est. *Annal. Mon. Laurasheim. Aim. l. 4. c. 67.*

tum numen arguere: ideóque Francis etiam & Flandris minari cladem credita; quòd istorum non pauci sanctarum imaginum odio arderent, insperso nuper furtim errore per Copronymi Augusti legatos, cùm organa, eiúsque generis alia in Franciam ad Pipinum munera deferrent. De Flandris omnino id certum est, adeò multos illud auidè venenum hausisse, vt ingens eorum agmen Gandaui aduersus Dei Sanctorúmque statuas & icones bellum palàm indixerit, hatúmque multas euerterit, dissiparitque. Ea propter Francorum, & Belgarum Episcopi, vt cælestes iras auerterent, de Pipini Regis sententia, tertio pòst anno sacrum habuere Gentiliaci Conuentum: ibique pro tuenda sacrarum imaginum veneratione contra Græcos acriter pugnauere. Igitur cùm ab eo domum Concilio Elisæus Nouiomensium & Tornacensium Episcopus, ac Guntfridus Cameracensium & Atrebatensium Pontifex reuertissent; gnauissimè ad refutandum, éque cordibus peruersorum hominum reuellendum errorem Iconoclastarum incubuere. Sed præcipuus circa Flandros illum labor exercuit, minùs alibi sparsis erroribus. A AN. 766.

Estoredo mortuo LIDERICVS filius succedit. *Meier. l. 1. Annal. Ludou. Bresin in Chron. Fland. Iacob. Marchant. alij.* Quam vxorẽ is habuerit. *Chron. Fland. cap. 1. Meier Bresin. Marchant.* Gerardi eius soceri genus insigne: *Andr. du Chesne in reb. Burgund. Nicol. Vignier. in Chron. Burg.* opes magnæ: *Iacob. Guis. in Annal. Hann. Iacob. Meier. lib. 1. an. Sigeb. in Chron. an. 741. Iacob. Guis.* cũ Martello discordiæ, & ob eas dãna: *Cancel. Turon. Nic. de Nangis. Nicol. Vignier.* cũ Hannonio victoriæ. *Iacob. Guis. l. 11. Annal. Hann.* In pace studia & pij labores. *Iacob. Guis. ibid. Iacob. Guis. d. l. Ioan. Molan. in Natalib. Sigeb. in Chron. Iacob. Guis. d. l.*

Per idem fere tempus Estoredum Burchardi Flandrorum Saltuarij filium morte sublatũ comperio. Ditionem eius opésque Lidericus filiotũ maximus adiuit, quem Harlebecæ cultus, vel instauratio, Harlebecani cognomento induit. Eum præsertim animus & vxor ingentem fecere. Ex Alemannia quidam ei coniugem attribuunt Flandrinam nomine, vnde Flandria nomen acceperit. Sed verius Hermongardis, vel Hermengardis vxori nomẽ fuit, pater Gerardus, vt aliqui volunt, Ruscinonensis, apprimè nobilis poténsque. Hũc patre natum Drogone Gundebaldi Burgundię Regis filio is prodidit, qui vitam eius conscripsit. Luithardum ei patrem tribuunt alij, magnum inter Burgundos Principem, matrémque Grimildem. Quidquid de parentibus fuerit, id omnino certum habetur, è regia Burgundionum stirpe ortum fuisse, ac iam tum Caroli Martelli floruisse temporibus. In Brachanio & Neruijs, multis imperasse terrarum tractibus, indéque ad Oceanum vsque omnem propè regionem tum Gallicæ, tum Teutonicæ Flandriæ obtinuisse nonnulli autumant: vt non immeritò fecerim, si paullò latiùs de ipso quædam hîc memorem. Alij produnt etiam in Burgundia Principem fuisse; ibi cùm multis possessionibus abundaret, Viceliacum struxisse monasterium, in quo sacrum D. Magdalenæ corpus, barbarorum incendijs ereptum, collocauerit. Ceterùm, vt magnopere ipsum ornauit cum Bertha Imperatoris Byzantini filia, & vxoris Martelli sorore contractum matrimonium; ita susceptæ cum eodem Martello discordiæ multis affecere damnis, & incommodis. Dum aduerso ij se bello impeterent, plus vitium fuit Martello: ideóque Gerardus & victorem sensit, & quibusdam ab eo ditionibus exutus est, deiecta etiam ad Sequanam Ruscinonensi arce. Felicior ipsi bellorum euentus cum Hannoniensi Principe exstitit: semper enim secundis cum eo victorijs manus conseruit. Postquam cum vtroque hoste pacem composuit, firmauítque, ad pietatem animum vehementer appulit. Tunc enim præcipuum eius studium erat templa condere; monasteria moliri; Diuorum lipsana conquirere; his sacras ędes ornare; in templis, & cœnobijs plerumque temporis agere. Lutosæ prædiuitem Abbatiam exstruxit, eique Baïdilonem præfecit, insignem sanctimonia virum, qui nuper inuentum Aquis S. Magdalenæ corpus Viceliacum transtulerat, indéque secum Lutosam eius brachij partem portauit exornando, quod regendum acceperat, cœnobio. Aliud Condati monasterium condidit, eíque sacras imposuit virgines, insigni addita dote. Rotornaci, Realcuriæ, Houdainij templa construxit. Eius etiam labore & opibus nonnulla per Franciam sacra loca & monasteria surrexere. Et commodùm in Franciæ regnum paullò pòst ab Italia veniens Stephanus Pontifex Maximus cognita viri pietate & potentia, eò se perduci facillimę passus est vt nonnulla eorum templorum, quæ condiderat, ingenti pompa dedicaret. ratus enim erat scilicet opportunum id fore tum incitandis ad similia opera perpetranda multis hominibus; tum præcipuè impetrando suis rebus ab Gerardo & consilio & subsidio. Nec illum spe sua frustratus est Gerardus. Nam ipsum præ ceteris Galliæ Principibus honore, conuiuijs, & auro coluit; dein cum magna militum manu in Italiam domum reduxit. Neque potuit egregius B C D

In eum Pontificis Maximi beneficia.

Contrà, eius in eundem Pontificem cultus.

Pontifex

A Pontifex insignem in eum amorem dissimulare, quo magnopere propterea incessebatur. Ergo in Galliam ab Italia redeunti multa Diuorum corpora concessit: deinde horrendum in eos anathematis fulmen intorsit, qui ab eo Ecclesijs donata interuerterent. Quod reliquum posteà tempus transegit Gerardus, id totum in studio virtutum, ac pietatis operibus consumptum fuit: vnde non leuem sanctitatis opinionem apud multos sibi comparauerit. Igitur tali socero gener Lidericus admodum respondit vel genere, vel virtutibus. Quod enim anteà diximus, eius maiores Francicam & Burgundicam nuptijs familias iunxerant: ipsum pietas, fortis animus, & iustitia, tam timendum, quàm suspiciendum fecerant. Sed opes & ditio modicè suppetebant, priusquam cum eius Principis filia nuptias contraheret. Postmodum tamen auitum per Flandriam imperium, & Insulanam ditionem recuperandi, præter paternam vxoris potentiam, multa ipsi spem fecere: ac præsertim nota charáque Pipino in militia virtus, & cum Louaniensi Principe, eiúsque filio Fulcario Leodiensium Pontifice sanguinis necessitas. Verùm Fulcarius viuis ereptus, breui destituit: & spes omnis Pipini morte haud multò pòst visa succidi. Sed in altero tandem

B

AN. 768. filiorum Regis eius Carolo auxilium omne situm fuit, postquam is, facta paternorum regnorum partitione cum Francia, Flandriam obtinuit. In Carolo erant omnia supra maiores insignia, magnáque: & hinc ipsi Magni cognomen additum. corpus altum pedes fermè nouem, idque nulli robore secundum. immodicus & cupidus multa noscendi animus, ipsóque difficilia rerum capessendi ardore nobilis. hinc inerat tolerantiæ plurimum; bellicæ virtutis ad hostium stuporem affatim. multis idem linguis eloquij magna sapientiæ vi pollere; cunctis artibus bonis præstare, in omnes munificentia vti; nullo prorsus indigere, quod Principem ornet, suis charum faciat, & aduersus hostes etiam occultos, maximè tueatur. His ergo rebus instructus, Nouiomi Carolus regni decus accepit, secúmque Frācos, Aquitanos, magnā Belgij partem, & in hac Flandros præsertim hereditario iure traxit. Multa mox ei aduersus Aquitanos, Vascones, Langobardos, Saxones bella fuere. Inter eos, qui præclaram

C bellis ijs operam ipsi tulere, Lidericus facilè princeps erat, nulli vir Francorum secundus, siue belli, siue pacis artibus certaret; ideóque Carolo charus in paucis. Is ergo diuturnis Flandriæ cladibus admodum mœstus, quas multi iam antè barbari inuexerant, afferebántque, plurimos regionis locos insidentes: eò Regem perpulit, vti Flandriam, cæsis fugatísue barbaris, purgaret. Fuitque Carolo periucundum asfertæ in libertatem prouinciæ littoribus Lidericum præficere, quòd vigilantiæ, fortitudinis, iustitiæ plurimum inesset. Intereà loci Guntfridus, Cameracensium & Atrebatensium Pontifex, è terris in cælos abijt, laborum vtiliter in efformandis hominum animis collocatorum mercedem à Deo percepturus. In eius locum Cleri populíque acclamationibus suffectus est Albericus, haud dissimili virtute præditus. Apud Nouiomenses & Tornacenses alius, atque alius Episcopali throno impositus, & morte subtractus est. Post Elisæum Adelfredus, & Dido infulis pedóque ornati fuere, quanto verò ij tempore magistratum gesserint, quibúsue rebus nomen sibi conciliauerint, ab nullo proditum video. De Gilberto, qui Didonem excepit, non-

D nulla in veteribus monumentis suppeditant. Sanctioris animi vim in Elnonensi monasterio iuuenis hauserat, ibidémque religiosum rexerat cœtum, tantò magis Epis-

AN. 782. copali obnoxius sedi, quantò plùs sanctimonia stimulante respuebar. Paullò antequam è vita decederet, quod habebat Martianis in monasterium & parœciam, Episcopo Atrebatensi ius omne cessit, vti suæ potestatis faceret D. Martini parœciam in oppido Elnonensi positam. Non caruit apud suos insigni laude virtutum, & sapientiæ: ac nonnulla sanctitatis opinionem ei peperere. Traditum litteris inuenio, Atrebati Vedastinos Ascetas per negligentiam circa Christi corpus & sanguinem graue crimen admisisse. eius causa Gilbertum domo Atrebatum euocatum profectúmque. hic cùm intra monasterij septa post vesperas solus inambularet: diabolum ædis sacræ tecto insidētem, plenámque prunis ardentibus ollam manibus tenētem, animaduertisse. cùm vim ignis in culmen, ciendo templi incendio, effundere is pararet: auditum ab ipso D. Vedastum verbis contrà decertantem, & graui voce percontan-

tem,

Qualis fuerit Lidericus Harlebecanus. *Iac. Meier.*
Spem is concepit recuperandi Flandricum imperium: quæ Pipino Rege mortuo visa concidisse: at CAROLO MAGNO regnante rursus erecta est.
Caroli Magni descriptio.
Ad bella varia hunc Regē Lidericus sequitur, in ijsque virum se præbet. *Chron. Fland.*
Huius impulsu Flandriam Carolus à barbaris liberat. *Pet. Oudeg. c. 14. Annal. Fland.*
Et ipsum littoribus eius præficit. *Paul. Æmil. l. 2. Iac. Meier. lib. 1. & 2. Annal. Fland. Oudegh. cap. 14.*
Guntfridus Pont. Camer. & Atreb. moritur. *Tabb. Atrebati. Balderic. Chron. Camer. l. 1. c. 6.*
ALBERICVS ei succedit.
Elisæo mortuo ADELFREDVS & DIDO fiunt Episcopi Nouiomens. & Tornac. *Chron. Tornac.*
Horum successor fuit GILBERTVS, qui priùs Abbas Elnon. *Chronic. Elnon. Catal. Episcopp. Tornace. Cousin. Gazæus.*
Quam fecerit permutationē cum Episcop. Atrebat. *Idem libri. Cousin. Gaz.*
Quid ei fecerit per visū oblatum Atrebati. *Lib. ms. & vet. Ioan. Cousin l. 2.*

tem, Ecquid flammis ædem suam absumere niteretur? & postquam illi obiecisset, grande scelus in sacrificio missæ per incuriam ab Monachis commissum fuisse: sanctum virum ex aduerso respondentem percepisse, insigni iam pœnitentia A
Ei surrogatur Pileon.
Chron Tornac.
crimen ab ipsis elutum, ideóque nulli ampliùs pœnæ obnoxios esse. Ceterùm vbi AN. 783.
mortem sanctè Gilbertus oppetiuit, communibus votis successor ei datus est Pileon plus nomine, quàm factis cognitus.

Carolus Magnus Saxones debellat, eorumque partē in Flandriam mittit:
Eginhart. in vit. Car Magn. Gaguin lib 4. Paul Æmil.l.2. Iac.Meier lib.2. Iac. Merchant lib. 1.
iisque Lidericum præficit:

Non multò pòst Liderico Harlebecano ad laudem, & gloriam comparandam occasio minimè defuit, eóque maior, quò difficilior. Nam redintegrantibus pro more bellum Saxonibus, formidabili Carolus ipsis exercitu ingruit, tandémque armis pressos ad deditionem coëgit. At cùm in vitam rebellium is iure suo grassari posset, maluit tamen parcere, quàm sæuire, clementiam Regis ornamentum arbitratus. Obruendis ergò rebellandi causis (quæ præsertim animorum & opum societate nituntur) è Saxoniæ nobilibus & opulentis hominibus alios aliò dimisit. In Flandriam potentissimi sano consilio traducti, comitantibus liberis vxoribúsque. Et quò minor fraudi opportunitas pateret, ad incolendum Oceano contermina regio concessa. B Iussus etiam Lidericus ei genti præesse, cum insigni potestate coërcendi noxios, contrà obsequentes probósque publicis muneribus augendi. Tam sæua, & bellis assueta, nullíque minùs, quàm iustitiæ, ac temperantiæ opportuna hominum ingenia moderari, ingens prorsus labor fuit, sed eò ad laudem fœcundior.

qui multa cū laude ipsis præfuit, multosque mansuefecit.

Capti ergo fractíque Saxonum plerique summa viri prudentia, virtute, iusti cultu: ideóque faciliùs ad Christi legē traducti, quòd Principi maximè ipsam colenti subiicerentur. Neque Saxonum animos temperandi studia Liderico laudis & gratię parū apud Carolum Regem peperere.

Hinc apud Regem gloriā aucupatus, cū pro Præfectura Flandrica sic conuenit.

Et hinc ipsum fiducia grandis impleuit de ipso magnum aliquid impetrandi. Quòd igitur maximè auiti in Flandria Principatus cupido mentem vreret, de hoc Regis animum tentare ausus est denique, hísque verbis ipsum ad laborum præmia per se pronum prudenter aggredi. *Qui studio & labore opitulari Regibus contenderint, seu ciuilia, seu militaria deposcant: ingenti prorsus mercede cumulantur, si regiæ ipsos ornent laudes. Id enim tantæ maiestati proximum, propter* C *egregium facinus regia laude censeri. Sed alia Regum sæpè iudicia; quos tam muneribus ornare subditos, quàm laudibus, delectat: quasi plus decoris munificentia sufficiat; cum per eam vel indigentia tollatur, vel opes ad gloriam & præclara crescant facinora. Quantum id fuerit, quod tuis sæpè votis obsequens pertuli, Carole Regum maxime, nolim meo sermone censeri. plus ipse, quàm vellem, laudando frequenter aperuisti: & ne minùs donis, quàm verbis, mecum decerneres, tuo munere Flandricæ ad Oceanum oræ præfectura polleo, ac in gentem tot olim bellis tibi aduersantem imperio: Vt affirmare nequeam, plúsne decore meo, quàm tua obstringar fiducia. Si fortunam aspexero, qua nuper oppressus agrè vitam pro auita nobilitate traxi: abundè mihi iam suppetere arbitrabor, quidquid tuo munere accepi. Sed abaui opes, & apud Francorum Reges gratiam intuenti, ad illum splendorem & diuitias, quidquid habeo parum videtur. Nihil tamen incuso vel factum Regis Burchardum auum meum bonis nudantis, vel obliuionem maiorum tuorum ad meliora euehere tardantium. Ad laudem aui mei iudico satis esse, quòd fuerit virtutis ergo ditionibus exutus, postquam iusta exulum causa, & Pipini commiseratio apud impotentem animi Regem reum* D *fecerat. Audere magna virtutis impulsu, & amicitiæ causa; ceterùm indidem graui damno percelli: ingentis prorsus ac nobilis animi est. sempérque melius & tutius esse iudicaui, obstringi Reges subditis, quàm subditos Regibus debere. Etenim plerumque subditis deest, quod exsoluant: abundè contrà semper Regibus, quod largiantur, aurum, ditiones, officia tribuendo. Sed multum me tibi debere gaudeo vehementer: contrà, Pipinum auo meo debuisse, persæpè dolui. Quibus satisfaciam tibi, manus, vires, voluntas ad omne obsequium prona, suppeditant. At Pipino vita perfuncto quid his nominibus exsoluēdis superfit præter laudem & gloriam, quibus mundum impleuit? Sed hæc illius propria, qui facinoribus parauit: nec aliis communicari queunt, nisi virtus etiam transdatur. Equidem meritò Pipinum admiror ob ingentia factorum decora, quibus vel hoc quoque tempore apud omnes maximè floret: sed illis doleo aui mei in ditiones suas restituti gloriam defuisse. Quid si modò, Carole Rex maxime, abaui tui personam induas, eiúsque nomine quidquid Burchardo quondam in Flandria fuit abla-*

tum,

A *tum, mihi ipsius nepoti, non tam mea, quam vestra vtriusque causa restituas? Sanè cur hoc*
flagitem mihi, vel nulla, vel pauca impellunt: cùm sit tutius in tenui fortuna latere. Sed plu-
rimùm tibi & Pipino id facere conducet. Enimuerò iucundè quiescent Pipini manes, post-
quam id aduerterint tuo munere perfectum, quod ipsis facere amicitiæ iure incubuerat. Et
quantum tibi ad laudem velificabere, si quietem abauo tuo parias, si me tibi rursus obstringas
auitum imperium redonando? Neque mihi ad omnia tibi obsequendi animus deerit: priùsque
bonis exuar & vita, quàm tanti memoriam beneficij, vel obliuione deteri patiar, vel aduersa
mente conuelli. Virum & amicum in me habes pace bellóque tibi notum. aduersus hostes in
bello frequenter, & fidenter viro vtere; in pace amico; ad omnia vtroque tam prodigo sui,
AN. 792. *quam tibi deuoto.* Vehementer apud Regem valuit Liderici oratio, eáque mox ipsum — Liderico Flandriam donat Rex Carolus.
ad insigne munus impulit. Quippe, si veri sunt Belgarum Annales, Flandriam huic
Principi totam sic donauit, vt hæreditario iure & imperio ad posteros transmitteret, — *Ioan. Iper in Chron. Bert. in Chron. Fland. Christ. M ss in Chron. I. cob. Meier. lib. 2. Oudegh. 014.*
non tam Præfectus, vt anteà, sed Dominus: ideóque Lidericus ei iureiurando fidem
obstrinxit. Igitur postquam centum annis ita subiecta Regibus Francorum fuit, vt
B omnis ad eos prouentus rediret: ad Liderici fundatoris posteros tandem cum ple-
risque locis aliis rediit Insula, eiúsque ditio, Flandriæ pars nulli secunda. Verùm id
oppidum ea tempestate cunctis propè ciuibus & muris nudum erat, suísque cladibus — Insula qualis tunc fuerit. an tunc instaurata?
ferè sepultum: neque tam Lidericum ad sui traxit instaurationem, quàm imposita
Lisæ luca. Et nondum certò deprehēdere potui, quo tēpore nouis eam vrbem muris — *Chron. Fland. M.*
& munitionibus quis cinxerit, ac rursus idoneam multorum incolarum habitationi
reddiderit. Dum autē rerum suarum in Flandria Lidericus satagit: ad opprimendam — Vt Feliciani, & Iconoclastæ tollantur, laborat Carolus.
Felicianorum & Iconoclastarum hæresim Carolus Rex animum seriò conuertit, ne
per Franciam, Belgium & Germaniam latius serperet. Eum in finem sacra Franco-
AN. 794. fordiæ comitia præsulibus indixit, quò paucos infra menses Episcopi ferè trecenti è — *Annal. veter. Franc. Ado, Regino lib. 2. Aim. l. 4. c. 85.*
Germania, Galliis, Belgio, & aliunde conuenerunt. In his præcipui Theophylactus
& Stephanus ab Romano Pontifice Adriano legati, qui eius nomine præessent. Ibi — eò Synodum indicit Francofurti.
in Elipandum & Felicem ab omnibus conclamatum est, eorúmque explosus error,
C & diris oneratus. Post eam Synodum Carolus Rex in Flandriam venit oppida vr-
bésque visurus. Gandauum præsertim istîc arrisit, ipso situ ac cælo benignum: ideo- — Idem in Flandriam venit.
que quatuor menses tenuit. Præcipua illic ei cura fuit, S. Petri monasterium frequen-
tare, quod Franciæ Reges per D. Amandum erexerant, ornarántque: dein Pha-
raildis corpori (quod nuper è Francia Orientali Agilfridus Abbas detulerat) arden- — Albericus Camerac. Episc. moritur, ei succedit HILDOVARDVS.
AN. 797. *vt habet Locrius. ad 790. reuocat Georg. Colnezerius. ad 798. Gaz.* ter affundi, donis & precibus colendo. Cetera ditionis huius loca postmodum ab
eo leuiùs obita. Biennio pòst Cameracensis & Atrebatensis Pontifex Albericus è
viuis abiit. Ad Hildouardum vel Hildoardum delatæ mox eius Episcopatus infu- — *Atreb. tabul. Bald. Chron. l. 1. c. 37. Massæus. Locr. Gaz.*
læ. Quis eo tēpore Tornacensem rexerit Ecclesiam, vix certò licet asserere. Tantùm
inuenio, post Gilbertum, Pileonem, cuius antè memini, Guendelmarum, Berenga- — Nouiomens. & Tornac. Ecclesiā qui gubernarint.
rium, Ficardum Nouiomensis & huius Ecclesiæ thronum insedisse, nullis tempo-
rum assignatis curriculis, quibus sacrum singuli magistratum gesserint. Exactis ali- — *Chron. Tornac.*
AN. 800. quot annis, Romanorum Imperator ab Summo Pontifice Leone coronatus est — Carolus Magnus Imperatorio diademate ornatur.
Romæ Carolus. Ac paullò pòst terram motus vehemens concussit, eáque trepidatio
D nec Germanis, nec Belgis pepercit. Sed præcipua vis circa Rhenum incubuit. Et
AN. 801. quòd hibernum tempus ingenti aëris mollitie fluxisset, exorta mox pestis, quæ plu- — *Eginhard. alij*
rimos vbique mortales absumpsit. — Terræ motu & pestis.

Hæc inter Episcopus Engolismensis Saluius in Belgio diuini verbi sementem — *Regino lib. 2. Aim. l. 4. c. 90.*
gnauiter faciebat, ausus ex Aquitania tam remotos laborum ergò locos adire. Ex-
culti huius opera Belgæ, qui vicinam aut subiectam Insulæ, Duaco, & Orchiaco di- — S. Saluius in Belgio iuxta Gallo-flandriam homines erudit, & prope Condatum occiditur.
tionem incolebant; & paullò pòst etiam Condatum, Valentianæ, multique circùm
pagi. Sed ibi fuso tanti Pontificis cruore impij manus homines fœdauere: & quò
crimen execrabilius esset, eius auctor cædis fuit Winegardus Gerardi Procuratoris
regij filius, sacri ornatus cupidine accensus. Cùm enim sacris ad aram in æde S. Mar-
tini Valentianis proxima, operatus fuisset Saluius, eum ad epulas Gerardus domum — *Sigebert. Iac. Guisian. lib. … Ioan. Molan. 26. Iuny.*
inuitauit. Eodem aduenit Winegardus insigni homo leuitate, lubricis, superbísque
moribus, ac scelus anhelans. Et postquam aureum calicem, aliáque pretij magni

ornamenta, quibus ad peragendum Missæ sacrificium Saluius vtebatur, conspica- A
tus est: exarsit extemplò vehementi desiderio Pontificem illis exuendi. Verùm mo-
ræ tantum sibi sumpsit, quantum sufficere ad facinus tectè tutóque aggrediendum
ratus fuit. Haud procul Condato insidiis opportunum nactus est. ideóque seruitiis
aliquot septus, primò rebus omnibus violenter nudauit, dein catenis onustum vnà
cum socio in custodiam dedit. Sequenti nocte Winegarij carceris præfecti manu
vtrique caput ablatum ipso iubente: defossáque in stabulo corpora sunt obtegendis
Quid ad corpus eius in stabulo sepultũ acciderit.
sceleribus. Atenim taurus illic claudi soliti armenti princeps sepulturę locum, boues
omnes arcendo, sordibus violari semper vetuit. Et visũ frequenter hoc ędificium in-
solitis per noctem luminibus ardere. Neque à cælo voces defuere, quibus ad quæ-
Quoque id fuerit refossum & in ædẽ delatum.
renda corpora Carolus Magnus impelleretur. Eius igitur imperio refoditur ille sta-
buli locus. Ibi sacræ piorum hominum exuuiæ crucis modo sibi mutuò impositæ
reperiuntur: quæ mox in D. Martini templum delatæ miris postmodum ingentis
Carolus Imp. leges scribit.
Sigebert.
claruere virtutis ostentis. In cædis auctores ab iudicibus sæuitum grauiter, diuina-
que simul in eos grassata est vltio. Et subinde Carolus Imperator auertendis, aut B
plectendis criminibus intentus, varias legum tabulas conscripsit: ac in omnes Im- AN. 802.
perij regiones claros moribus viros legauit, qui deferrent, ac secundum eas ius di-
Lidericus iustitiæ dat operam.
cerent. Ea res Liderico inprimis voluptati fuit, quòd maximo exercendæ iustitiæ
desiderio teneretur. Illis ergo legibus ad coercenda crimina vsus est maximè: ac
Latrones persequitur.
Iac. Meier lib 2. Annal. Fland.
sicubi ratio locorum posceret, etiam ipse noua condidit legum capita. Præcipuus in
latronum flagitia, & rapinas vltor exarsit. Et quòd barbaræ gentes Flandriæ olim af-
fusæ multis ad latrocinia viam strauissent: nullis parsum est ab eo laboribus, quò re-
gionis itinera latronibus nudaret, tutáque redderet viam facientibus Ipsa præsertim
latronum capita vi adortus est Milonem & Iacobum Lawuanos; aliósque complu-
res nobili ortu viros ferro & rapinis per viam fæuiẽtes: ac sic denique ceteros insigni
perculit virtute, fregitque. Interim noua in Saxonia diu Imperatorem bella sollici-
F Saxonibus bello superatis quosdam Carolus in Flandriam mittit.
Aim l. 4. c. 92. Sigeb. Paul. Æmil lib 3.
tum habuere. Verùm is ad extremum victis iterum iterúmque regionis eius incolis, AN. 804.
Abodritos, quibus sæpè foediis fuerat vsus, eorum sedibus imposuit: illiusque peruica- C
cis populi quamplurimos cum mulieribus ac liberis in Brabantiam & Flandriam de-
duci voluit. Maior inde cura Lidericum stimulauit, quòd Christianæ legis rudes es-
sent. Sparsi ergo sunt per regionem, ne facilè ad motus coalescerent: deinde probis
moribus sacrísque ritibus imbuti. Ac ne festos dies illicitis operibus contaminarent,
His benè formandis operã dat Lidericus.
graui admodum deterriti pœna sunt. Ex aduerso, eadem tempestate quidam in
Flandria Christianis legibus instrui respuerunt: adeòque innata ipsis barbaries & fe-
Contrà idem quosdam expellit è Flandria, qui sacra Christiana respuebãt.
Iac. Meier lib 2.
rocia mentes obstinauerat, vt aliò pelli mallẽt, quàm Ecclesiæ Christianæ ritibus ini-
tiari. Hunnorum & Wandalorum eorum, qui iam diu antè vel per Oceanum, vel per
aliam viam immigrauerant aliqui posteros fuisse censent. Verùm Lidericus Caroli
Magni opibus & voluntate fretus, toto Flandriæ tractu eos tandem exegit. Retenti
modò impubes ipsorũ liberi, vt baptismate tincti, Christianis legibus percolerentur.
Varia homines terrent ostenta.
Aim l. 4. c 95. Rygino lib. 2. Iac. Meier l. 2.
Secundus ab hinc annus cælorum ostentis per Franciam & Belgium formida- AN. 806.
bilis exstitit. Luna ter defecit: soli lumen ad meridiem semel ereptum: per dies
octonos nigra in solis medio macula conspecta: in luna signum Crucis apparuit.
Quo tempore in Martio lunæ deliquium fuit, ingentes per noctem acies in cælo vi- D
Liderici obitus.
Iac. Meier. l. 2. alij.
sæ. Biennio pòst Lidericum annis grauem matura mors viuis eripuit, tantò acerbio- AN. 808.
re omnium tristitia, quantò plus in eo viro virtutis, & veræ laudis cernebatur. Præ-
clara bello paceque facinora Imperatori charum, subditis verendum, aduersariis
formidabilem fecerant. eòque plus periculi ex decessu Flandris ingruere visum est.
Filius eius ENGLERANNVS imperiũ Flandriæ capessit.
Meier. Brefin Marchant. Locr. alij.
Sed Englerannus (Enguerranum quidam vocant) eius filius, prouecta iam ætate
vir, Flandriæ gubernaculis admotus hereditario iure, breui formidinem exstinxit.
Inerant illi paternæ virtutis æmulatio, æqui, rectique studium, animus impetterri-
tus, consiliorum vis magna, præclarum aliquid audendi ardor insignis, corporis ro-
Quid hîc fecerit ad tollendos latrones.
Iidem auctores.
bur nulli secundum. Igitur quantum mœstitiæ Liderici mors attulit, tantum spei &
lætitiæ Englerannі primordia fecere. Præcipuus labor illi fuit, prædonibus (qui
Principum interitu ad rapinas etiam apertas incitantur) ditionem nudare: eóque
terra

A terra & mari gnauus incubuit. Ab ipſo præſidium littoribus impoſitum arcendis Oceani piratis: per regionis itinera latronibus opprimendis frequentes cum armis milites colloeati. Ita breui parta quiete, animum ad cultum ornatúmque omnis Flandriæ eontulit. Templa paſſim erigere; diſiectas quondam arces, oppidáue ſolo proſtrata reſtituere; vrbes nouas moliri; opacas multis locis eruere ſiluas; frumenti ſationibus agros parare; vicinos fluminibus tractus excolere; mortales probos amare, & laudibus ornare; peruicaces & improbos legum ſæuitia coërcere & caſtigare, iucundiſſimum ei ſtudium fuit. Et his artibus laudem apud Carolum, apud ſubditos amorem peperit ſibi.

& ad ornandā & muniēdam Flandriam.

Interim Danorum Rex Godefridus, Imperatoris odio grauiter ſuccenſus, ad bellum diligenter cuncta comparat, tandémque in Friſiam magnum ducentis nauibus exercitū mittit. Perculſus eo nuntio Carolus ingētes aduerſus eum copias vndique cogit. Pręcipuus in omni Flandria delectus habetur, quòd Friſiæ propinqua, ideóque periculis obnoxia eſſet, cùm Friſonum nomen & imperium ad Zelandiæ Inſulas B eo tempore pertingeret. Instructa etiam Gandaui multarum claſſis nauium. Parum tamen is apparatus omnis valuit, Danis onuſtas ſpolijs naues è Friſia priùs in Oceanum deducentibus, quàm Carolus in eos exercitum moueret. Et horrenda in Flandria, totóque Belgio boues hoc anno clades & peſtilitas afflixit. Ac tum duplex lunę AN. 811. ſoliſque defectus aliquid grauius minabatur. Non multò pòſt Imperator Belgium peragrauit. Primùm Bononiam verſus iter fuit. Ibi claſſem, quam inſtitui & ornari fecerat, luſtrauit. Pharum olim in edito rupis loco ſitam, ſed ipſa vetuſtate prolapſam reſtituit, ad dirigendos igne nocturno nauigantium curſus. Exinde Flandriæ media iuxta Liſam emenſus, Gandauum adijt, vbi plurimas aduerſus Danos naues armari curauerat.

Dani Friſiam vaſtant: R gen. l. 2. Iat. Meier l. 2.
fruſtra in eos arma, & viros parante Carolo.
Boum peſtilitas. Ann. l. 4. c. 98.
Solis & Lunæ defectus. Ann. l. 4. c. 99. Meier. lib. 2.

At in Elnonenſi monaſterio D. Amandi Flandrorum Apoſtoli, & præcipui Gal- AN. 812. lo-flandriæ noſtræ cultoris gloriæ nauatum vehementer eſt. Supra centeſimum quinquageſimus ab eius ſancti viri obitu voluebatur annus, cùm magna Scarpus C amnis eluuie ripas tranſcendit, multiſque damnis iacentem circà regionem affecit. Ea res Lotharium Elnonenſis templi Cuſtodem (nobilis tunc erat is titulus, & magiſtratus) admodum habuit ſollicitum. Cùm enim animaduerteret propter aquarum abundantiam ædem ſacram adiri non poſſe, periculúmque Diui tumulo profundiſſimè deſoſſo ingruere, ne ſupernatans pauimento templi latex ad ima ſepulchri penetraret, ſanctúmque corpus ſenſim corrumperet: de lipſanis celeriter eruendis conſilium arripuit. Haud priùs tamen quidquam aggreſſus eſt facere, quàm multos quà prælatos, quà nobiles viros è vicinioribus locis exciret. Cùm igitur aperiendo tumulo, & educendo corpori ſtatutus illuxiſſet dies, plurimíque adeſſent tam ſacrorum, quàm laicorum hominum, vti præclarum oculis vſurparent ſpectaculum: multas per templum accendi lucernas & candelas iuſſit Lotharius, & ſubinde ſolenniter ad aram principem ſacra operatus eſt myſteria. His peractis ad ſepulchrum deſcendit ſarculum manu tenens, & ceteris ad eruendam reuerenter humum præiuit. Ibi res aliquot mirabiles contigere. Dum enim profundè terra effodi- D tur educendo corpore, ne vnica quidem aquę pauimento ſuperfuſæ gutta in tumbæ cauum decidit: quaſi liquor ad Diui reuerētiam dureſceret. Dein vbi Lotharius ſacrum corpus ex imo leuaturus manum adhibuit, ingenti omnium ſtupore & lætitia integrum illud cum veſtimentis Epiſcopalibus, queis obtectum erat, repertum eſt: viſque magna ſuauiſſimi odoris ab eo profecta nares adſtantium iucundiſſimè affecit. Viſi quoque capilli, & vngues penetrato etiam inuolucro admodum ereuiſſe, ideóque ad memoriam & cultum reciſi. Sed cùm forcipe dentes aliquot è mandibulis ab eodem Lothario vellerentur, permultum inde ſanguinis quaſi recentis manauit, qui poſteros miraculo ad Sancti venerationē ſeruatus exciret. Eum igitur cùm pyxide Lotharius excepiſſet, publicè corpus in templo expoſitum fuit: ibique nudum ad dies duos & triginta iacuit, vti concurrentis ad videndum multitudinis deſiderio fieret ſatis, quæ mirum in modum afficiebatur, cùm venerabiles Diui exuuias, non tam mortui, quàm dormientis hominis ſpeciem præ ſe ferre animaduerteret.

Eleuatio corporis S. Amandi. Sigeb. in Chron. Monum Elnon. ms. Ioa Molan. 6. Febr.
Cauſa eius Scarpi exundatio.
Quàm ea ſolenniter facta fuerit.
Quæ tūc mira euenerint aut viſa fuerint.

A

ret. Eo dilapso tempore, in sarcophagum, quem è marmore excisum alto statuerat loco, sanctum corpus intulit Lotharius, multis ardentibus circùm luminaribus, & ingenti adstante religiosorum & prophanorum hominum numero. Regebat ea ferè tempestate Nouiomensem & Tornacensem Ecclesiam Guendelmarus, præclaro vir animo, & præcipuus apud Carolum Magnum amicitia & fauore. Cùm verteretur annus Christi decimusquartus & octingentesimus, non leuem is quæstionem de finibus Nouiomensis diœceseos cùm Rotardo Suessionensi Pontifice mouit, eiusque causa Vulfarius Remensis Archiepiscopus prouincialem Nouiomi Synodum habuit, ad quam non modò idem Guendelmarus, & Pontifex Cameracensis & Atrebatensis Hildouardus vnà cum ceteris Ecclesiæ Remensi subditis Episcopis iuere, verùm etiam Comitum Franciæ pleraque pars: vbi facta quadam ex æquo pagorum partitione, sopita est controuersia. Eodem anno Carolum Imperatorem Aquisgrani degentem valida febris inuasit, veheménsque lateris dolor: quo morbo intra septimum diem cōfectus vitam perdidit. Postquā increbuit eius de obitu fama: excussæ sunt omnibus vbique gentiū Christianarū, & Imperio subditarū, lachrymæ, ingentis testes doloris; multósque Christianæ legis expertes non leuis ideò mœstitia sauciauit. tantum eius amorem benignitas, munificentia, insignis animus, variæ artes, vera virtus, apud cunctos conciliauerant. Verùm eo præsertim nuntio animi Flandrorum perculsi sunt. Hærebant scilicet infixa memoriæ singulorū, quæ tot olim ab ipso beneficia perceperant. & quanquam maneret admiratio Principis & fama: certè mallebant eum vita frui. Horum quoque moderatori Engleranno multa & grauis etiam tristitia obuenit, suspensis in Flandria rebus Augusti morte. Quòd enim intra ditionis viscera Saxonum vis ingens agitaret; neque satis virium ipsi suppeteret, oppidorum plerisque aut muro nudis, aut nondum satis munitis: vehemens eum tumultus formido pulsabat. Sed Ludouicus Caroli filius, cognomento Pius, Aquisgranum ab Aquitania profectus, omnem breui metum oppressit. Is enim cùm trigesimo à parentis obitu die vrbem eam tenuisset: summo illic procerum consensu exceptus est; intráque paucos dies eodem vndique legati peruenere, qui obsequium fidémque Principum præberent. Ita nullis abrogantibus, paternas ditiones ac Imperium Ludouicus capessiuit. Quibus in officio subditos hic retineret, tótque regiones & regna moderaretur, optimæ artes nullæ defuerunt. præcipua tamen eius ornamenta censebantur hæc, numinis cultus, morum suauitas, & beneficentia: vnde Pij cognomentum inuenit. Ante omnia Generalem Imperij Conuentum indixit Aquisgrani. Ibi contra Iudices iniquos, & grauia plebis onera vehementer fuit disceptatum. ideóque Ludouicus permultos in subditas sibi ditiones insigni sapientia & virtute viros legauit, qui iudicia corrigerent; pœnis coërcerent Iudicum flagitia; vectigalibus populum leuarent. Indulsit etiam Saxonibus per Flandriam dispersis in auitas domos reditum, facta testandi potestate. Vtrúmne id consilio hanc regionem eorum onere liberandi fecerit, an illos arctiùs obstringendi sibi. non satis compertum habeo: saltem vt beneficium arripuere, idque propter postmodum partes eius acriter bello tutari sunt. Et sanè lætus Flandris omnibus eorum abitus fuit: quòd iam metu se vacuos cernerent.

Guēdelmarus Nouiom. & Tornac. Episcopus de finibus cùm Episcop. Suess. controuertit.
Bald. in Chron. Camerd. 1. c. 37. Flod. lib. 2. hist. Rem. c. 18. Mon. Tornac. Ioan. Cousin l. 4. c. 52.
Carolus Magnus moritur.
Regino lib. 2. Annal. Franc. Aim. l. 4. c. 102.
Ob eius mortem vbique tristitia.
Et metus in Flandria, ob Saxones.
LVDOVICVS PIVS patri succedit, & omnibus lætitiam parit.
Annales Franc. Regino lib. 2. Aim. l. 4. c. 102. Sigeb.
Laus eius.
Conuentum habet Aquisgrani.
Annal. Franc. aliq.
Studet iustitiæ, & leuando populo.
Annal. Franc. aliq.
Saxones in patriam è Flandria dimittit.
Aim. l. 5. c. 10.

AN. 814.

B

C

D

AN. 817.

Exactis propè annis tribus, Cameracensium & Atrebatensium Pontifex Hildouardus fatis concessit. Paucis ante mortem mensibus ab Ludouico Imperatore præclarum de Cameracensis B. Virginis Ecclesiæ priuilegijs & immunitate diploma impetrauerat, quod Balderici Chronicon repræsentat. In eius locum Halitcharius vel Halitgarius ille surrogatus est, quem Ebbo Remensis Archiepiscopus Apostolica mente præditum nouerat; cuíque multis precibus persuasit, vt sex de remedijs peccatorum libros conscriberet. Eodem ferè tempore Guendelmarus Nouiomensis ac Tornacensis Episcopus ab Imperatore Ludouico non paruam soli portionem, Ecclesiæ Cathedrali circumiacentem Tornaci, obtinuit, producendis Canonicorum claustris: ibidémque non leue ius temporale ad augendam sacri magistratus dignitatem impetrauit. Et curæ fuit eidem Augusto tunc temporis Episcopos, Abbates, ac proceres ad comitia rursus Aquisgranum euocare. Igitur facto il-

Hildouardus Camerac. & Atreb. Episc. moritur, HALITCHARIVM successorem accipit.
Bald. in Chron. Cam. lib. 1. c. 38. Tabul. Atrebat.
Guēdelmarus quædam impetrat à Ludouico pro Torn. Eccles.
Diploma Lud. Ioan. Cousin l. 2. rer. Torn. c. 52.

lic

A hic Conuentu, præcipuus circa eos impensus labor, qui numini diuino consecrati, intra cœnobia vitam degunt. Quòd enim plerique prauis moribus transuersi agerentur; in alios vel duritia, vel penuria sæuiretur: ea tempestiuè rescindenda videbatur pernicies. Collatis ergo sententijs, præsertim Abbatum, multa sanctiùs agitanda capita conscripta, probatáque sunt. Vt ex horum præscripto vita moresque componerentur, ad omnia Ludouicus cœnobia sibi subiecta sapientes viros misit, qui ea vbique proponerent, describi, & obseruari facerent. Stabant ea tempestate intra ditiones Engleranno parentes non pauca magni nominis monasteria; Atrebati, Vedastinum; Audomaropoli, Bertinicum; Bergis, Voromholtanum; Blandiniense & Bauonicum, Gandaui, in Pabulana ditione, Amandinum, seu Elnonense, & Martianense; Broylense Minariaci, aut Menriuillæ, Martinianum Tornaci: Torholtanum, alibi; & Blangiacense. His igitur, vt alijs vniuersis, ex Ludouici Cæsaris sententia scitis illis cautum fuit. Nam eorum pleraque minùs sanctè vel colebantur, vel regebantur: illic viris, hîc monialibus parum piam & castam agentibus vitam, siue has sexus

Idem Imperator Conuentum cogit Aquisgrani, in quo præsertim pro Religiosis laboratur.

Bened. Leuita, & vita Ludou.

Quæ tum fuerint in Flandria monasteria.

Et qui horum quædam sese habuerint.

B mollities, siue praua illorum exempla istuc traxerint. Sed postquam ex Britannia
AN. 818. minore, quam debellauerat, reuertens, Ambianum, Cameracum, aliásque vrbes per
AN. 819. viam inuisit, ac denique Aquisgranum se retulit, latiùs etiam Ludouici labor diffusus est, cùm paullò pòst in singulas Imperij regnorúmque prouincias Episcopos & Comites misit cum mãdatis, vt omnia tum Ecclesiastica, tum ciuilia statuta bonaque explorarent: quid rite obseruaretur; quęnã ęqui iustique cura vigeret; quid iaceret; quid conuulsum esset; quæ flagitia grassarentur. Et postmodum malis moribus opprimendis, contrà bonis vbique stabiliendis, indicto iterum Aquisgrani alibique Conuentu multa sanciuit. In Capitularibus eius duos ab ipso in Nouiomensem & Tornacensem, Cameracensem & Atrebatensem, Taruannicum, & Ambianensem Episcopatus legatos reperio, qui omnia perspicerent, ac emendarent, quæ corrigenda viderentur; quorum alter Missus esset Dominicus (sic enim tunc vocabant) Rangarius Pontifex, alter Comes Berengarius. Sed Rangarius quam sedem obtineret, is liber

Annal. MSS.

Episcopos & Comites mittit Imperator, vt omnia visitent.

Annal. Franc. lib. 2. Capitul. Franc.

Alium habet Aquisgrani Conuentum. Moribus reformandis duos mittit legatos in Belgium.

C non indicat. Nobis tamen arguere licet, Nouiomensem & Tornacensem Episcopum fuisse. Nam circa hæc tempora Index Episcoporum Tornacensium Roncgarium, vel Rantgarium suppeditat, quem nonnulli Berengarium etiam dixere. Deinde cùm alijs quibusdam diœcesibus idem Imperator suos ad idem negotium Episcopos attribuerit; ac inter eos Episcopatus, quos recensuimus, certum sit Nouiomensem, cui Tornacensis suberat, principatum obtinuisse: equidem facile est opinari, datum his omnibus primorem Episcopum Nouiomi sedem habentem. Id verò si constat, haud dubiè is errauerit, qui Guendelmari sedem ad annum Christi octingentesimum & quadragesimum nonum prorogat; cui Rantgarium, vel Roncgarium omnes sufficiunt. Ceterùm ea tempestate Orchiaci frequens erat Imperator, vt quædam ab eo conscripta illic diplomata fidem faciunt. Quod alias diximus, id oppidum intra territorium Gallo flandriæ iacet loco admodum pingui commodóque: nunc exiguum, raris habitatoribus, nullo fermè commercio, at illis temporibus Duaco & Insula maius, confertum ciuibus, diuitijs abundans, pulchris ædibus

Lib. 2. c. 25.

Rangarius ab Imperatore missus, an fuerit Nouiom. & Tornac. Episcopus.

Guicl. Gaz.

Ludouicus Imp. Orchiacum frequentat, & ibi diplomata exarat.

Qualis tunc ea vrbs?

D nobile, principum virorum, adeóque Regum sedibus opportunum. Orca tunc vocitabatur, ab riuulo tracta voce, cui nomen vrticæ fecerant (eius rei memoriam ingerunt insertæ sigillo vrbis vrticæ) ac tum erat Castrum regium, totiúsque Pabulensis caput Comitatus, seu regionis.

AN. 820. Sed vigesimus post octingentesimum annus varijs rebus admodum fœdus exstitit. Per totum Belgium Franciámque continuis imbribus effusæ nubes. exinde modicus fuit vini prouentus: & quidquid ex vuis profluxit, id insuaue, acerbum, ignis expers visum; tot pluuijs languente solis calore. omnis ferè frumenti & leguminum satio cultores frustrata, imbrium copia sic nocente, vt vel adulta colligi nequirent, vel collecta illico putrescerent. Et quibusdam locis adeò flumina exundauere, vt latè stagnarent aquis campi. Eapropter per Autumnum nulla iacta sementis: quidquid frugis anno sequenti collectum fuit, satione verna prouenit. Secuta pòst ingens annonæ caritas, morbi frequentes, sæua pestilentia: ideóque magna morta-

Pluuiæ insolitæ ac diuturnæ quid mali attulerint.

Annal. Franc. Aim. l. 4. c. 108. Meier. l. 2.

Normanni in Flandriam exscendunt. Annal. Franc. Aim l. 4. c. 198. Vita Lud. Py. Meier. l. 2.

litum vis & animalium vbique his malis absumpta. Et tum initia sese grauioris ab Aquilone calamitatis prodidere. Quippe tredecim piraticis Normanni nauigiis Flandriæ oram legere ausi sunt: & quà custodum socordia viam permisit, in continentem exscendere. parum tamen damni rusticis illatum. viles tantùm aliquot casæ flammis haustæ, & paullum pecoris abactum. Maiorem ingruentes è propinquo præsidio milites auertêre cladem. Conscensis ergo nauibus Normanni aliò vela fecere. Verùm quamuis adeò facilè tum cessetint: posteà tamen maior eos Flandriam inuadendi cupido corripuit, suis vt locis memorabimus. A

Frigus ingens. Aim. l. 4. c. 9.

Anno sequenti per hyemem cælum immani frigore sæuum fuit, ideóque aspetrimo cuncta gelu concreta. Danubius, Albis, Rhenus, Scaldis, Sequana, insigni latitudine amnes, triginta dierum spatio sic induruere, vt equites, plaustra, currus, magnam vim hominum rigentibus tergis tolerauerint. Sed ea fluminum glacies mollioribus auris soluta ingens damnum plerisque locis attulit. AN. 821.

Variæ clades à terræ motu, fulminibus, grádine, morbísque: Aim l. 4. c. 111.

Toto fermè anno tertio & vigesimo supra octingentesimum ingentes fœdæque Franciam & Belgium agitauere clades. Multis locis terræ trepidatio damno fuit. cælo admodum sereno frequenter interdiu fulgura micuere. lapsis de cælo flammis passim tacti & perempti mortales, iisdémque pecora, domus, integræ pagorum villæ consumpta. Insolitæ magnitudinis grandine pluit aliquoties: & veri cum grandine interdum lapides immensi ponderis cecidere. Ita fruges, quę per agros adoleuerant, obtritæ sunt, arborum plerǽque omnes aut fractæ, aut nudatæ fructibus. Exinde penuria rerum secuta, & pestilens morbus, qui grassatus vbique innumeram hominum multitudinem confecit. Huiusmodi calamitatum initia causásque ea vitia & scelera struxere, quibus se multi mortales pessundari siuerant. Haud diu pòst id fuit cognitum sacerdoti optimo viro infessam à diabolo puellam ad Sanctorum Petri & Marcellini corpora sacris vrgenti verbis. Qui enim prauus puellam genius agitabat, edixit palàm, vndecim annorum spatio potestatem sibi aliísque dæmonibus factam multis Gallias cladibus opprimendi ideóque se omni genere calamitatum eas obruisse. Et causam percontanti subiecit: Innumeris mortalium flagitiis exigentibus id scilicet mandasse numen offensum. Sed Ludouicus Imperator iis & prodigiis & cladibus admodum pressus, animum ad consueta religionis & pietatis remedia intendit. Publicum ergo supplicium indixit sacerdotibus, corporáque flagellis iussit, aut inedia castigari, tum ingentibus etiam leuari muneribus inopum indigentiam. ad omnia præcipuus ipse & quasi ductor aliorum esse. Hæc dum fiunt ab omnibus diligenter, Cameracensis & Atrebatensis Pontifex Halitcharius ab sua proeul diœcesi aberat. Eum quippe Remensis Archiepiscopus Ebbo Paschalis Romani Pontificis voluntate fidei Christianæ semen iactutus hinc abduxerat. Etiam longum iter emensus, intra fines Danorum ad huius populi conuersionem cum ipso pariter insigni studio & opera contendebat. AN. 823. B C

quarum causæ hominum scelera fuere. Egmhard l. 4. c. 11. de transl. SS. Marcell. & Petri.

His malis auertendis quid fecerit Imp. Vita Ludouici lib. 5. Capitul. cap. 156.

Halitcharius Episc. Danis Christum prædicat. Adam Rem. Canonic.

Engleranni Flandriæ Saltuarij mors, & ODOACRIS filij successio. Iac. Meier lib. 2. Chr. Huan. Mass. Petr. Oudegh.

Qualis hic fuerit & quæ fecerit.

Anno proximè secuto in Belgio Englerannus Flandriæ Saltuarius, aut Princeps, & Insulæ dominus viuis ereptus est. Odoacer filius Principatum eius & dominia mox capessiuit. Ingentem animo fuisse comperio; belli iuxtà & pacis artibus clarum: ideóque publicis vtilem rebus. Sed plurima factorum eius temporum inuidia detriuit: & quæ supersunt, nullam patiuntur annorum seriem. Quæ igitur pauca mihi obuenere, huc conferam breuiter delibata. Dum belli studiis arderet, finitimas gentes aggressus, de ipsis castella quędam cepit. Ausus etiam est in Italiam ducto ex Flandria exercitu contra hostes Imperij auxilia ferre. Sed domi pace fruentem monasteriis operam dandi voluntas incessit. Immodicus itaque tribuendi, etiam ea, quę iam inde à Dagoberti tēporibus ad hanc ętatem plurima illis detracta vitio quorūdam Principum fuerāt, vltro restituit adeò diuitiarum victorem, & obstrictum religione animum gerebat. Multis etiam, quæ barbari olim vasta fecerant, instaurandis operā nauauit oppidis. Gandauū præsertim muro complexus est. Vbi regio incultis agris horresceret, tantum cuique ad terræ cultum concessit, quantum ad frumenti sationem subigere posset. Quóue maior plurimis ad laborem stimulus adderetur, in longum tempus immunes vectigalibus, aut militia esse iussit. Dum autem hunc in modum insignem Flandris vel tuendis, AN. 824. D

vel

A vel in officio Christiani hominis retinendis operam impendit Odoacer: Imperator
AN. 828. Ludouicus Episcopum Halitcharium è Danorum finibus reuersum ad Orientis Im-
peratorem Michaëlem Byzantium mittit. Eò legationis causa tēdebat, vt à Michaë-
le pax & amicitia impetraretur. Gratum fuisse Augusto huius Pontificis aduentum,
exhibitus honor, & concessa Diuorum Stephani Protomartyris, Cosmæ, Anthimi
Nicomediensis Antistitis, Theodori Martyris lipsana, quę retulit Cameracum, pate-
faciunt. Vix inde redierat Halitcharius confectis feliciter rebus: cùm Ludouicus so-
AN. 829. luto, quem Wormatię habuerat, generali Conuentu, è liberis Lotharium in Italiam
amandat, & Bernardum Barcinonēsem Comitem suo præficit cubiculo. Parum pla-
cuit nonnullis hoc officio Hispanum hominem ornari. & mox iacta conspirationis
AN. 830. in Pium Augustum semina: quæ vehementer admodum adoleuere, cùm Bernardus
parum castæ cum Iuditha Imperatrice consuetudinis suspici cœpit. Breui tamen so-
pitus is tumultus, quamuis Ludouici liberi cum aliquot Principibus eius capita es-
AN. 831. sent. Sed non multò pòst grauior inualuit motus, postquam Imperator purgatam
B Aquisgrani Iuditham domum recepit, & Pipinum è filiis alterum in carcerem de-
AN. 832. trusit. Hic custodiam frustratus, magno parentis illicet odio exarsit, ac secum in ean-
dem aduersus eum conspirationem Lotharium fratrem, Principes multos (in his
Odoacrem, quamquam initio renitentem, numerant) & Episcopos traxit. Quam
dum initio cæcis & furtiuis colloquiis adornat: Normanni, gens aspera, quietis
impatiens, & bellis assueta, multis è Noruegia nauigiis egressi, & Oceanum peruaga-
ti, oræ Flandricæ littora tentauere. Quò minus exscensione facta clades attulerint,
imposita fluminum faucibus præsidia fecerunt. Eodem ferè tempore Ludouicus
Imperator in Flandriam venit Hamburgensi Pontifice Anschario comite, quem
Torholtano cœnobio donauerat. Actum etiam Cameracensibus & Atrebatensi-
bus, mortuo nuper cum insigni sanctitatis opinione Halitchario mœstis, datus est
Episcopus Theodoricus eiusdem Cæsaris voluntate. eòque plus per eam electionem
voluptatis allatum vtrique populo fuit, quòd is iam præclara virtute, ac prophetico
C spiritu emineret plurimùm. Sed Imperator non diu post in Alsatia liberorum factio-
AN. 833. ne (cuius vires plurimùm creuerant) ab suis desertus, captúsque, decoribus Imperij,
& potestate nudatur. Et quamuis posteà in Conuentu publico Compendij multos
Pontificum & procerum incesseret eius commiseratio: ibi tamen ab Ebbone Re-
morum, & Agobardo Lugdunensium Archiepiscopis præsertim damnatur. Eo ta-
AN. 834. men in monasterium vi retruso, plerosque Principum iniuriæ ferro vindicandæ ar-
dor inuasit. In Flandria Odoacer exercitum legit, quem vehementer pœnitebat pa-
ctæ priùs cum Ludouici liberis amicitiæ. In agro Tornacensi, Gallo-flandria nostra,
& plerisque locis aliis Euerardus (qui postea Cysonij dominus fuit) & Gantselmus
copias contraxere. factúmque breui est, vt Ludouicus in libertatem & Imperium è
Lotharij filij sui manibus assereretur. Igitur in eos Augustus, qui auxilio sibi fuissent,
haud leuibus sanè muneribus certauit. Odoacri Morinensem agrum, Atrebatum &
Bononię regionem tradidit, quæ omnia Froymondus Atrebas nuper amiserat, cùm
ingenti scelere ad Saracenos transfugeret. Euerardum nobilissima inter Francos
D ortum familia Ludouico priùs charum in paucis multa fecerant: præcipuè tamen
virtus bellica, fides incorrupta, probi mores. Eapropter tutandorum aduersus ho-
stes limitum anteà Comes fuerat factus. Et dignum se tanto munere præbuit, dum
Sclauos, Numidas, Saracenos, aliásque barbaras gentes armis aggressus oppressit.
Nunc insigni eius facinori obnoxius Imperator maiora meditatus est. Gislam Ca-
roli filiorum minimi sororem, quam ipse ex Iuditha susceperat, insignem virtutibus
puellam ei coniugem dedit: & quò nuptias ornaret, Cysonij fiscum ei donauit, ip-
súmque Foroiulij Ducem esse voluit. Erat id temporis Foroiulij Ducatus ingens re-
gio Italiæ, à Pado per Alpes ad Dalmatas vsque pertinens, ac Venetis contermina.
Langobardici sanguinis Duces quatuordecim, deinde Gallici duos habuit. Sed ho-
rum vltimum, Baldricum, grauis ignauiæ arcessitum, ingressis subditas Imperio re-
giones Bulgaris, ea dignitate & opibus nudauit Ludouicus. Et quò firmioribus
præsidiis Foroiulium reneretur, quatuor ex vno Duces esse iussit. Horū igitur vnus

Halitcharium Episcop. Byzantium mittit Ludouicus.
Balder. Chron. Camer. l. cap. 40. Aegid. Bucher.
In Ludouicū Imp. conspiratio:
Annal. Franc.
quæ mox fuit oppressa.
Altera in eundem conspiratio.
Annal. Franc.
Normanni Flandriam tentant.
Iac. Meier. l. 2.
Ludouicus Imperat. in Flandriam venit.
Iac. Meier. ibid.
THEODORICVS Halitchario succedit in Camer. Episcop.
Bald. in Chron. Camer. Tabb. Atreb.
Ludouicus Imp. capitur à liberis, & Imper. priuatur.
Annal. Franc. Regino lib. 2. Aim. lib. 5. c. 14. Paul. Aemil. Gag. Masson.
Pro eo quidā arma capiūt, & eum in Principatum restituunt.
Annal. Franc.
Quid is Odoacri dederit.
Per. Oudeg. c. 15.
Qualis fuerit Comes Euerardus; & quàm in eum gratus Imper. fuerit.
Offic. Cysin.
Comes limitaneus constituitur.
Gislam Ludouici filiam in vxorem accipit.
Foroiulij Dux creatur

A

Euerardus ab Cæsare factus est, tantò certiori præsidio futurus, quantò plus inerat ipsi virtutis. At Cysonium vicus erat in agro Tornacensi (nunc Insulensi subiacet ditioni) mortalium multitudine, solo ferali, cælo benigno, fisci regij nomine insignis, de quo multa priùs memorauimus. Igitur Euerardi Comitis eo Gislæ ornati matrimonio artes fuere vigilantia, fortitudo, pietas, tecti studium. Militiæ nauantem animus ingens, audentia, & vigiliæ timendum hostibus faciebant. Domestica pace fruentem ipsa virtutum exercitia familiaribus imitandum, externis admirabilem præbuere. Præcipuum tamen studium fuit egenis opitulari; Diuorum lipsana conquirere, & colere; templa erigere; viros religione obstrictos venerari; monasteria condere; alienos à Christo fidei rudimentis imbuere; prauis moribus transuersos ad bonam frugem reuocare, plus Apostoli, quàm militis ostendere. Interim Odoacrem in Flandria mors abstulit magno Ludouici Pij, & Comitis Euerardi dolore; ac multo etiam subiectæ gentis ob ingruentes Normannos (qui iam in Valacriam è Zelandicis insulis vnam grassabundi penetrauerant) periculo: nisi Balduinum filium suæ virtutis æmulum reliquisset, qui iam dudum reipublicæ gubernaculis idoneus erat. Vt nostrates referunt Annales, nullis Balduinus, quæ Principem decent, rebus carebat. Corpore decoro, procero, & prævalido vtebatur: idque ferè semper armis ferreis obtegebat; vnde Ferrei cognomentum obtinuit. Erectum habebat animum, magnumque; vt nihil mediocre vellet, summa omnia meditaretur: quasi Regem, non Principem ageret. Moribus tamen erat compositus, comibus, benignis, raro in altis mentibus ornamento. Domi, expedita in arduis rebus consilia clarum faciebant: militiæ, vigilantia & fortitudo. His ergò præditus insignibus animi corporisque dotibus dum paternum Balduinus Principatum administrat prudenter ac fortiter: diuinitus Comiti Euerardo mens iniecta est cœnobium erigendi. Ad hoc ipse Cysonium, vt maximè congruentem locum, elegit, vbi prædijs & siluis abundabat. Quòd enim solum illic fœcundum benignè cultoribus responderet; pleraque pars regionis nemoribus abundaret; cælum insigni faueret clementia: prorsus apta hæc omnia cælibem, & à vulgo semotam capessentibus vitam iudicabantur. Ædificatis ergo templi & habitaculorum molibus, perpetui census ab Comite affatim tributum est. Ecclesiam S. Saluatoris, & D. Virginis nomine dedicari placuit. Qui diuino numini nauarent sacrificijs, pio cantu, sanctis moribus, viri boni, delectu habito, impositi Canonicorum in commune viuentium nomine cultúque. Inter alios princeps sacellanus Comitis Walgarius illic viuendi arctum rapuit institutum. Et quò liberiùs id præstaret, fortunis, quas florentes habebat, sese exuit. Inde Heestbergensis Præpositura prope Brugas erecta, & Cysoniensi Ecclesiæ subiecta. Ipsemet etiam Euerardus, cùm per otium liceret, frequens illic agitare; cum Clericis iucundos de beata cęlestique vita serere sermones; in templo multus esse; numinis laudes modulantibus accinere; nouis in dies animum subigere victorijs. Et quòd talibus exercitijs Ludouico Pio similior euaderet, vehementiùs ab eo diligi, & multis percoli donis. Religiosos etiam mariti mores Gisla lubens imitabatur, & ad eorum æmulationem liberos incitabat: vt ea familia non tam aulæ, quàm monasterio similis videretur. At enim dum curreret annus à Christi ortu quadragesimus & octingentesimus, apud Moguntiam Ludouicus Imperator, Gislæ pater, animo egregiè ad mortem comparato, cessit è vita. Vt res pacatas decedens relinqueret, paullò antè inter Lotharium, Ludouicum & Carolum filios ita regna diuiserat, vt Imperium & Australe regnum à Mosa in Germaniam longa intercapedine locorum pertinens Lothario cederent, à quo posteà Lotharingiæ nomen hoc adeptum est: quidquid autem ad Occasum à Mosa in Franciam protendebatur, in Caroli partem veniret; ideóque Belgium inferius ipsi subijceretur; Ludouico Bauaria relinqueretur: Gislam, eiúsque liberos multis asperserat donis. Non multò post Ludouici obitum dilapso tempore sol defecit, & magnum Balduinus Ferreus periculum vitæ adijt. Eius rei causam paullò altiùs repetendam arbitror. Cùm nequeat longa fratrum concordia vigere, vbi præsertim ambitio & cupiditas infestant: Lothario latè regnandi cupientissimus animus descriptos à patre Imperij regnique fines nimis angustos esse persuasit: ideóque di-

tiones

Marginal notes:

Gallo fland. l. 1. cap. 19.
Qui se gesserit inito matrimonio.

Odoacer vita defungitur. *Chron. Fland. Iac. Meier lib. 2. aly.*
BALDVINVS filius cum excipit. *Iydem auctores.*
Huius descriptio.

AN. 837. — B

Euerardus Comes Cysoniense cœnobium condit. *Vett. & mss. monum. Cyson. monast. Iacob. Meier. lib. 1.*

AN. 838. — C

Ibi Canonicos seculares constituit.

Inter quos sæpè versatur.

Ludouicus Pius Imper. decedit. *Annal. Franc. Annon. l. 5. c. 19. Regino l. 2. aly. Annal. Franc. Aim. lib. 5. c. 18.*

AN. 840. — D

Balduinus Ferreus vitæ periculum incurrit, & quã ob causam. *Chronic. Fland.*

AN. 841.

A tiones & regna fratrum iam tum sibi vniuersa destinauerat. Quòd igitur cupientibus nihil satis festinetur, viros, arma, opes hic Princeps celerrimè comparauit, quibus ab Italia in fratres effusis cuncta vastabundus bello inuolueret. Ad huius expeditionis societatem multis Balduinus promissis & muneribus inuitatus est, tandemque pertractus. Vtrùm è Flandris copias contraxerit, eásque Lothario iunxerit, non inuenio: saltem consilijs eum manúque adiuuit. Ex aduerso, Ludouicus & Carolus animos viresque iunxere. Vterque fratrum exercitus ingenti hominum numero in finibus Altissiodorensium latè locum obtinuit Icauna flumine irriguum. Lotharius ad Fontaneum consedit: ad Tauriacum vicum Carolus & Ludouicus. Sed his pacem postulantibus, induciæ tantùm callidè ab Lothario concessæ: quòd speraret Pipinum nepotem suum breui cum copijs auxilio sibi venturum. Igitur postquam Pipinus aduenit, à meridie Lotharius summa vi Ludouicum & Carolum aggressus est. Prælium vtrinque atrox, vehemens, eruentum exstitit, illos cupidine, hos ira, stimulantibus, vtroque prodigo sanguinis malo. Nunquam plus Francici cruoris vno die

Inter Ludouici Pij liberos graue cer[tamen] de finibus:
Annales Fran[c]. Nithar. Gagui[n]. Paul. Æmil. Mass.

B fusum, tribus scilicet fratribus, & nepote vno, insigni discordiarum exemplo, tot regnorum vires in pugnam committentibus. Victoria post longam animorum & corporum contentionem Ludouicum & Carolum iure se tuentes aspexit. Sed Balduinus eo prælio meritas audaciæ & adiuti temerariè Lotharij pœnas dedit. Nam vbi multos ex aduersarijs in acie prostrauit, grauissimo demum ipse vulnere haustus est, ac inter mortuos semiuiuus iacuit. actúmque de vita fuisset, nisi quidam interuenisset gnarus eius armorum, & amicus. Is igitur postquam ipsum agnouit, inde sublatum periculo exemit, breuique in Flandriam occultè remisit ad suos. Postmo-

& cruéta pu[gna], qua Lotharius victu[s] est, & Ferreu[s] admodum vulneratus:
Pet. Oudeg. c. [...]

AN. 843. dum Euerardi Comitis aliorúmque Principum rogatu ac studio inter fratres compositæ res fuere, deletis scilicet vtrinque viris quadraginta, qui ex æquo regna partirentur. Ludouico trans Rhenum prouinciæ omnes, Orientalis Franciæ nomine, cum Bauaria cessere. Lotharius Italiæ Imperium, Alpes ipsas, & quidquid inter Rhodanum, Ararim, Mosam, Rhenúmque iacet, secum sorte traxit. Occidentalis

Euerardus Comes aliiq[ue] Principes Ludouici filios ad pacem, & nouã regnor[um] partitionem inducunt.
Annales Fran[c].

C Francia, quam Neustriam dixere, Carolo in regnum obuenit, eáque Rhodano, Arari, Mosa, Scaldi, Oceano mari, & Pyrenæis montibus circumsepta etiam Burgundiæ partem cis Ararim iacentem complectebatur. Sed quam Carolus cum fratribus pacem peperit, Normanni paullò pòst infestauere. Etenim anno post octingentesi-

Normanni i[n] Gallias pene[trãt], & Frãco[s] pugna superant.

AN. 845. mum quinto & quadragesimo in Gallias nauibus inuecti sunt: & cùm aduersis copijs Carolus Rex ac Siguinus Vasconum Præfectus arcendi consilio ingruerent; inter Burdegalam Vibiscorum, & Santones, magno ardore & spiritu arripuere pugnam. Fractis eo prælio Francis, Siguino inter primos perempto, ægrè Carolo euadente, spolijs ingentibus collectis, in patriam prospero vento vela fecere. Verùm subinde maioribus ardentes belli studijs, & spoliorum cupidine, lecto in supplementum fortissimo quoque viro, plures adornauerè naues. Ita secundo cursu in Gallias rursus delati, Sequanam fluuiũ permeauere, ibíque multis affecere damnis Francos, ac non nisi magna imperata & accepta pecunia, discessere. Paullò pòst in Frisiam latè diffusi ter cum incolis pugna cõflixere. Primo prælio Frisonibus felix euentus victo-

Annales Fran[c]. Lupus Abb. Fer. epist. 31. Gaguin. Æmi[l]. Gili. Mass[o]n. Meier aly.
Alio tempor[e] Parisios vsque sæuiunt.
Annal. Franc. Aim. l. 5. c. 2[.] & in lib. de Translat. S. Germani.

D riæ fuit: duobus alijs barbari vicere, ideóque regionem vastauere cædibus, rapinis, incendio. Eapropter admodum in Flandria trepidatum est, ne pari in ea, ob viciniam, cuncta exitio inuoluerentur. Has clades sæuissima etiã fames excepit. Ea stimulante acti in rabiem lupi multos vorauere mortales in Gallijs. Irritabãt scilicet numen diuinum ea tempestate grauissima vbique flagitia, multis præsertim Principum auctoribus. Rarò quippe regnorum dissidia sceleribus carent, comitante semper licentia peccandi, cùm valdè obturbent iura, & iudicia pessundent. Certè coacto Meldis Concilio sacri Patres, tractos in Gallias Normannos puniendis sceleribus, dixere. Eorum præcipuis laici nobiles fœdabantur, quibus assiduum erat vsurpatis per vim Ecclesiæ bonis potiri; inter Monachos sedem figere; ijs contra leges præesse; addictos peregrinis indigentia pressis census negare. quo etiam malo iam tum multa Flandriæ loca & cœnobia laborabant. Auertendis igitur postmodum cladibus, quædam ab eo cœtu Pontificum statuta fuere. Inter alia seuerè contra nobiles

In Frisiã ve[n]iũt, ibiq[ue] se[mel] victi, b[is] victores õn[ia] populantur.
Annal. Franc.
Fames magna.
Iacob. Meier l. [...]
Cur hæ clades in Gallias inuectæ? an ob peccata hominum, [&] præsertim Ecclesiastic[a] bona occupantium?
Contra qu[æ] laboratum e[st] in vanum ab Episcopis.

actum,

A

actum, qui bonis Ecclesiæ pollerent. Non leuiter aduersus eosdem certabant tum alibi, tum in Gallo flandriæ nostræ finibus Immo vel Emmo, Emnóue Tornacensis & Nouiomensis Episcopus, qui post Berengarium, aut Henegarium, vel Ragenarium, ac Ficardum (de quibus nihil aut libri aut tabulæ suppeditant) infulis ornatus fuit; ac Theodoricus Cameracensium & Atrebatensium Pontifex: quos non minùs flagitia opprimendi, quàm suos aduersus Danos vel Normannos tuendi cura sollicitos habebat. Neque hi tamen, neque alij præsules, tum reprehensionibus, tum decretis multum præstitere. Ij námque nobiles, qui bonis Ecclesiarum fruebantur, Regem Carolum adorti facilè impetrarunt, vti Patrum scita ipsis aduersa rescinderet. Verùm ideò permulta postmodum eius regnum obturbauere mala. Etenim paucis pòst annis Normannos ab Aquilone in Gallias Godofrido Duce rursus impulit fæuities, & innata prædandi cupido. Eos per Sequanam ingressos, & omnia vastantes cùm sustinere Carolus non posset, in regni partem coactus recepit, data, quam colerent, ad Oceanum non modica terræ portione, cui ab gente posteà Normanniæ nomen inditum. Sed ea ditionis concessio parum barbaros repressit: quasi prorsus prædarum & humani cruoris sitim accenderet. Penetrata mox ab eis interiora Galliarum, ibíque vastata omnia. Nec ipsi posteà Flandriæ pepercerunt. In ea primi ferrum eorum imbuere Gandenses. vrbs enim horum ab ipsis incendio cædibúsque corrupta: & circùm flammis & rapinis deformati aliquot pagi. Huius famæ calamitatis cùm spargeretur latiùs, omnem ea Flandriam impleuit, hácque tota regione trepidatum est maximè. Multam interim operam dedit Balduinus Ferreus, tum vt Flandris animos faceret, tum vt locos ditionis suæ fortibus contra barbaros præsidijs firmaret & munitionibus. Neque suis deerat partibus Cameracensis Pontifex Theodoricus. Hic enim modò Duaci, modò Atrebati cócionibus ciues erigebat, vt aduersus barbaræ gentis furorem cælum indefessis precibus lacesserent. Eiusque studio & labore perfectum est, vti tandem S. Vedasti corpus ex occultis (ignorabant scilicet Religiosi, qua parte esset defossum) & profundis terræ latebris erueretur; ac si fors vrbi Normannorum rabies immineret, ad facilem inde exportationem feretro imponeretur. Nihil tamen eo tempore præter metum ab Normannis passi sunt Gallo flandri & Atrebates. In Franciam rursus ea gens odium ferrúmque conuertit, per Ligerim nauibus Turonos delata. Illic cùm multa immaniter aduersus homines sacráque perpetrassent: Archiepiscopus Remensis Hincmarus Concilium Suessione Calui voluntate coëgit. Inter alios Episcopos ibi existentibus Immone Nouiomensi & Tornacensi, ac Theodorico Cameracensi: Carolus Rex capita quædam Patribus porrexit instaurandis Ecclesiæ bonis, & reparandis monasterijs opportuna. Inter alia circa cœnobia id statutum est, vti ab Rege legati coram Episcopo & Abbate in vitam moréſque singulorum inquirant Monachorum: quæ praua fuerint, corrigant. officinas, vbi defuerint, erigi vbi temporum iniuriæ corruperint, instaurari iubeant. de cibis, potu, vestibus, rationi consentanea præscribant. quid curandis hospitibus, quid subleuanda egenorum inopia, erogandum sit, statuant. quæ monasteria vel ab Normannis, vel ab alijs vastata fuerint; quid census ijs detractum; quid Normannis, alijsue concessum; qui in quoque loco sint reditus, quot viri religione obstricti, quot virgines; quæ supellectilia, præsertim sacra, superſint, in tabulas referant. Et hæc aliáque consimilia ab Rege constitui Pontifices rogauerant: quasi plus in eo virium & prudentiæ ad reformandos sacræ gentis mores agnoscerent. Ceterùm ea nonnullis Flandriæ monasterijs in statum meliorem restituendis opportuna satis erant, in quæ iam tum laici nobiles vel per vim, vel Caroli voluntate penetrauerant, ibíque rerum potiebantur; aut quæ Normanni flammis absumpserunt.

Iis temporibus hærebat in Italia Forotulij Dux & Comes Euerardus, apud Lotharium Imperatorem magna pollens gratia & auctoritate. Neque tempus inerti otio transibat homo pacis bellíque consiliis, & rebus maximè idoneus. Certè multorum, quibus ibi nomen celebrauerat, ad Hincmarum Remensem Archiepiscopum fama facinorum peruenit. Igitur eorum auditione iucunda delectatus, insignes ad ipsum litteras dedit. His in primis *gaudio se perfusum vehementi* scribebat, *quòd præ-*

clarè

Normanni Gallias iterũ petunt, & populantur.
Annal. Franc.
Sedem ad Oceanum eis concedit Carolus.
Annal Franc.
Iidem rursus Gallias adoriuntur.
In Flandria Gandauum capiunt, & diripiunt.
Iac. Meier. lib. 2
Theodoricus Episc. Camer. suos contra eos animat.
S. Vedasti corpus è tumulo leuat.
Bald. l. 1. *c.* 42 *Camer. Chron.*
A Normánis denuò infestatur Gallia.
Annal. Franc.
Suessionense Concilium.
Quid ibi de monasterijs fuerit decretum à Carolo.
Apud Anton. August. & Baron. tom. 1.
Euerardus Comes in Italia moratur.
Quid ad eum scripserit Hincmarus.

AN. 850.
B
AN. 851.
C
AN. 853.
D

A *clarè potentia vteretur, qua plurimùm ex Lotharij voluntate in Italia valebat. ad magnam nominis eius celebritatem & parandam apud eum gratiam facere: quòd sincero numen affectu coleret; multa pietatis exerceret officia; constringendis arcto pacis vinculo Principibus nauaret; Ecclesiæ quieti studeret; multis ad religionem & pietatem stimulos exemplo figeret suo.* Deinde hortabatur vehementer, *vt porrò pergeret maioribus in dies factis Deum, Principes, Rempublicam sibi obstringere. humanam quippe naturam instabilem fluxámque esse: ac nisi admodum recti studio contineatur, ad mala sponte ferri. inter mortales eos, qui aliqua potestate præditi sunt, quasi contra fluminis lapsum niti, multísque curarum vndis obrui: ideóque, nisi velint cum dedecore ad ima relabi, ipsis omni conatu laborandum indefesse, vt cum laude summa petant, obtineántque. Igitur id in primis studeret, vt quidquid cœperit perfeceritque, numini æterno præsertim placeat. dein quoniam multis Ecclesia motibus obturbaretur, ei pacem & tranquillitatem afferre contenderet. apud Principes agendo, si rogaretur, sana consilia sapienter suggereret: non rogatus, etiam ingereret prudenter. Ecclesiasticis & religiosis hominibus, sacrisque locis priuilegia, opes, libertatem*

Flodoar. in hist. Rem. lib. 3. c. 26. qui in quibusdã editionibus Eberardum, in alijs Ebrardũ habet. quibus nominibus etiam alibi hunc Comitem vocari video.

B *parare semper insisteret. Si quos vidisset rectè factis ad laudem grassari, lætitia perfunderetur, eósque ad virtutem comparandam iuuaret. contrà, vbi quosdam sceleribus transuersos agi conspiceret, magnum animo caperet dolorem, & eorum conatibus obniteretur. Ad extremum ipse sibi studeret: temperantiæ, pietati, iustitiæ continuam daret operam. His enim rebus Dei gratiam conciliari, & perpetuùm florentem in cælo coronam.* Suggerebat etiam pauca de quibusdam monasteriis aliísque locis, quæ, sicut ad Imperatorem scripserat, componi meliùs oportebat: eò scilicet impellens, vt admodum stimularet ad hoc opus Lotharium. Euerardo & litteræ, & negotium ab Hincmaro sibi commissum placuere vehementer. Igitur apud Imperatorem id, quod rogabatur, promouere instituit, plurimámque ceteris rebus ab Hincmaro memoratis impendit operam. Interim eorum, quæ ad Cysoniensis Ecclesiæ decus facere videbantur, haud negligens erat Euerardus. Nam de multis in vrbe Romana Diuorum Reliquiis sermo varius eum ita commouit, vt aliquas, exornando Cy-

Idem Comes pro templo Cyson. Reliquias vestigat.

C sontensi templo, quærendi cupidine exarserit. Sancti Callisti præsertim desiderium impulit Romam adire, eius ossibus ab Romano Pontifice impetrandis. Callistum Romæ natum patre Domitio, sacri produnt Annales. Zephyrino Eliogabali temporibus violenta propter Christi fidem morte sublato, Romanum adeptus Pontificatum, insigni morum sanctitate floruit. Calepodij opera vsus, plurimos Christo adiunxit nobiles Romanos. Vbi Martyrum & sacerdotum corpora sepelirentur, amplum sub terra cœmeterium exstruxit Appia via, quod certum etiam foret Christianis latibulum, vbi securiùs degerent sæuientibus Romæ tyrannis. Adriani rerum potientis Imperio fame diu excruciatus, & baculis cæsus est, quinto initæ dignitatis anno: dein ex edita domus, vbi torquebatur, fenestra deiectum puteus excepit. ibi demerso nobilis martyrij palma obuenit. Et hæ postmodum ædes consecratæ diuino numini fuere in tantæ virtutis iuge monumentum. Sacrum eius corpus in cœmeterio cõditum fuit, quod Calepodius Aurelia via substruxerat. Sed erecto posteà trans Tyberim D. Virginis templo, Callisti, Cornelij, & Calepodij corpora eò de-

Monum. MSS. Cyson. Monast.

Pro impetrãdo S. Callisti Papæ corpore Romam adit.

Genus, facta, martyrium S. Callisti.

Anastas. in C. llisto. vit. S. Callisti. Petr. Equilin. Martyrol. Rom.

Corpus eius vbi sepultum?

D lata sunt: indéque datum huic Callisti & Cornelij nomen. Quòd parum ad cultum idonea sede consisterẽt, eorum veneratio facile successu temporis consenuit. Ea res præ ceteris Gregorium hoc nomine inter Romanos Pontifices Quartum sauciauit. Huius igitur mandato eorum corpora Diuorum resossa. Et mox sub ipso templi fornice, conspicuo ad aram principem loco, nobilis è marmore moles erecta: ibique composita Martyrum ossa sunt exciendo ad venerandum populo. Haud multò pòst à Sergio eius nominis Secundo Ecclesiæ capite Sancti Callisti corpus Episcopo Brixiensi Notingo datum, scriptis quidam prodidere. ab Notingo Euerardum id munus postulauisse. perspecta Comitis virtute, certo munerum illectamento, annuisse poscenti Notingum: firmam tamen huius animo spem hæsisse, Callistum minimè votis Euerardi obsecuturum; quasi Cellæ Aureæ monasterium, in cuius templo seruabatur, plus decoris afferret. sed deiecto ea spe Notingo, Callistum facilè cedentem ab Italia in Belgium Euerardi studio & labore delatum. Ad Leonem Ser-

Quò posteà delatum?

Anastas. in vita Gregor.

A quo exornatum?

An id datum Notingo Brixiensi Episcopo?

An ab hoc acceperit Euerardus?

Lib. MS. de Trãsl. S Callisti in Monast. Cysoniensi.

Ab Leone Pa-

gio

pa verius est habuisse.

Frodoard lib 4 c 1 & 6. histor. Remens.

gio suffectum Romam iter maturasse Comitem nostrum, certior fama tenet. Vti magna postulanti Pontifex annueret, contra Christiani nominis hostes tolerati labores & merita fecere. Sclauos enim, Mauros, & Saracenos ab Italia ingenti virtute submouerat. Tãto igitur munere pollẽs beneficio Leonis Euerardus ipsum Callisti corpus ab Italia in Belgium humeris sacerdotũ deferri voluit, quò plus venerationis afferret, rutilantibus circùm luminibus. Ad D. Quintini oppidum in Veromanduis cùm peruentum fuisset, primo per iter miraculo Martyris virtus emicuit. In locum, cui nomen Aquilæ Silua, cum sacro corpore diuerterat Comes. Ibi lipsanis decenter cõpositis, peractísque pro more diuinis officiis, ad corporum curam omnes digressi sunt sub vesperam. Interim à quibusdam affertur, haud procul esse fratres duos ita propter patrimonium mutuis odiis ardentes, vt quotidie ad mutuam se necem incitarent. Et quidam pio vtrumque reconciliandi zelo permoti, in sacri corporis conspectum eos non multò pòst adduxere. Æstuabant adhuc eorum animi grauibus iris, cùm tecto succederent. Verùm vbi coram martyre constiterunt: adeò vehemens vtrumque pauor perculit, vt in facies proni ruerint humi; & mox discordiæ odiorúmque veniam à Deo flagitauerint. Ibi ab omnibus actæ numini grates: ipsíque fratres statim erecti, & paternis monitionibus impulsi, vti postmodum vnanimes vitam agitarent. Neque frustrati sunt ipsi vel monita, vel diuinitus iniectum mentibus concordiæ studium: quoniam mutuo sese in posterum amore coluerunt vehementer. In tantæ rei memoriam eodem loco crux extemplò defixa, vbi S. Callisti corpus ea nocte quieuerat. Postero die manè eodem cæca mulier deuenit auxilium ab Sancto postulatura. Verum iam inde Martyris corpus elatum fuerat, neque spes erat fatigatæ breui pompam gestantium assequendi. Igitur postquam audiuisset eo loco beati Pontificis potentia germanos in mutuam venisse concordiam: ad Crucem ibi depactam mœsta consedit. & hanc aliquoties vlnis complexa deosculatáque, molli somno diffluxit. Sed excusso tandem sopore, ita palpebræ oculorum aperiuntur, vt ipsa clarissimè videat. Ergo maxima inde voluptate perfusa, receptísque viribus, ad eum celeriter locum intendit, vbi per noctem Diui corpus seruaretur. Ibi mox humi abiecta, ingentes Martyri gratias agit: seruulum suum, viæ comitem, eidem offert: dein ipsa capiti suo velum imponens, ad excubandum in tanti Pontificis Ecclesia se Deo deuouet. Post aliquot dies nihil ad pompam Cysonij defuit, dum in templum sacrum corpus inferretur. Iuere obuiam Canonici omnes ac Clerici Cysoniensis Ecclesiæ, iísque iunxerunt sese quamplurimi sacri ordinis homines, qui partim è vicinia, partim è remotioribus locis aduenerant colendi Martyrem ergo. Sacra præibant labara, crucésque; longus ordo sequebatur tedas lucentium. non deerant odoribus ciendis thuribula & thymiamata. psallendo chori vices alternabant. ingens circumcircà populus cernebatur venerandi cupidine accensus. Igitur delatum ea perhonorificè pompa corpus intra Cysoniensem ædem in parato eleganter Mausoleo componitur. Illic ad dies octo vigilijs, cantu, ieiunijs, precibus, diuinis officijs sancti viri gloriæ obsecundatum est, ipso præsertim ad omnia Euerardo duce. Et cùm frequentissimus è propinquis ac dissitis tractibus locorum populus honorandi ac supplicandi gratia conflueret, è sancto corpore vis exorta est plurimos sanandi. Cæcitate damnatis lumen illico restitutum: obstructę priùs surdorum aures patuere: vincula linguæ mutis abrupta: tibiarum vsus claudis redditus: depulsi è multorum corporibus spiritus maligni: nullum prorsus cum fiducia obsecrantem spe salutis frustrante. Quædam scripto prosequi latiùs placet, quibus ad gloriam Diui numen auxilium poscentibus obsecutum est. Inter alios oculorum lumine priuatos, vnus exstitit miro in Martyrem officio, & continua per dies aliquot obtinendæ lucis confidentia. Is quodam die sub vesperum obseratis iam templi foribus, & omnibus ad sua discedentibus, animum obstinauit desiderio ad ianuam ædis ea nocte consistendi, ibíque multis sanctum Pontificem precibus fatigandi. Igitur cum plerumque noctis orando & obsecrando peregisset: sub auroram sensit graui corpus somno corripi. Et mox ei per visum senex oblatus est, insigni canitie & gloria conspicuus. Iíque blanda statim voce, *Quid*, inquit, *Malalde* (hoc enim erat

Qui Cysoniũ illud deferri Comes curarit.

Lib. m s. de Translat. S. Calisti. ex quo quæ sequuntur sumpta sunt.

Primum ab hoc sancto Pontifice per viam factum miraculum: duobus fratribus ob patrimonium grauiter dissidentibus in eius præsentia ad pacem impulsis.

Secundum, reddito cæcæ mulieri lumine.

Qua pompa fuerit in templum Cysoniense delatũ S. Callisti corpus:

quibus illic cultũ modis.

Multi ad sacra eiusdem Põtificis ossa variam opem sentiunt.

Ac in primis cæcus quidam.

A B C D

A viro nomen) *tandiu istic iaces, tuámque defles calamitatem? Eia modò consurge, templum ingredere, ibique numini grates age*. Ad hæc verba Malaldus derepente somnum excussit corpore, oculósque aperuit, & confestim clarissimè circùm aspexit omnia. Itaque tanto lætus beneficio, ad templi fores accurrit, & quanta vi potest, eas verberat. Qui latebant intus, æditui ad vehementem eius pulsationem è strato corripiunt se; dein ad ianuam accurrunt, eámque reserant. Sed dum vident eum hominem, quem probè nouerant, oculis apertis cuncta circumspicere: ibi primùm miraculo defixi, & mox lætitia perfusi, in Ecclesiam eum deducunt, vnáque ad numinis laudes & Martyris incumbunt. Diuulgatur illico latissimè tam præclarum abstersæ oculorum cæcitatis miraculum, maiórque in dies ad Cysoniensem ædem vndique fit hominum concursus. Plurimam inde voluptatem cepit animo Comes Euerardus. Et cùm animaduerteret, adeò multis hominum turbis ad eius viri, aliorúmque sanitatem vehementer ad beati Pontificis cultum impulsis, non sufficere templi angustias: de alio mox ædificando mentem induit. Igitur cùm eius Imperio pars ædis anterior, quam nauim dicimus, in plana deijcitur; quidam faber ceteris audacior parieti supernè insidet ad opus inde ceteros instigaturus. Verum citiùs, quàm rebantur operæ, pars eius parietis concidit, vbi vir ille consistebat. Et mox ipse præceps eadem ruina inuoluitur, multis obruentibus saxis. Ad id spectaculū fabri & operæ omnes concurrunt protinus. quidam saxa, cæmentum alij celeriter eruunt. Sed quem mortuum cuncti arbitrabantur, is sensim ablatis impedimentis, sese commouet: dein erecto paullulùm corpore, ob collisum quidem lapidum casu caput primùm dolet; verùm statim receptis viribus & sanato capite, consurgit, & cum reliquis ad opus integer festinat, quasi nullus eum ex casu dolor inuaserit. Eadem propè tempestate nobilis puer Engelburgus magnum à sancto Martyre beneficium accepit. Is clarissimis ortus natalibus in ardentissimam inciderat febrim. nihil parentes reliqui fecerant, vti sanitatem ei restituerent. Exstinctus quidem eo studio, & medicorum artibus febris ardor fuit: sed contracto puerum corpore membrorum officia destituere. Ibi maior parentes tristitia inuasit, cùm intra vitam mortémque filium miserè affligi cernerent. Verùm inter lamenta gemitúsque subijt tandem eos memoria delati Cysonium Diui Callisti, & redditæ multis per eum sanitatis. Ergo ipsi multis onusti muneribus eò puerum deferunt. Vbi coram Pontifice ardenter votis Deum incessere, donísque ipsum affecere, non sine fiducia impetrandæ filij salutis domum iter remetiuntur. Illic altera post reditum die, confestim puero membra soluuntur; in totum ei corpus sese vigor insinuat; iámque receptis viribus, integrum se & vegetum parentibus gnatus ostentat. Igitur magno perfusi gaudio genitor & mater ad S. Martyris ædem vnà cum filio reuertuntur; ei gratias habentes, maiora, quàm priùs, munera offerunt, seséque promissis substringunt, alia quotannis largiendi, quamdiu gnatus vitam duxerit. Haud defuit etiam cuidam cœnobij seruulo, Emmoni nomine, huius beati viri opitulatio. Apertis quidem iste oculis natus erat, sed luminis vsu priuabatur. Ergo cùm diu Diuum flagitasset, vti lumen is oculis donaret, quò promptiùs, & expeditiùs munere suo fungeretur: tandem repentè sensit vim videndi oculis concedi, adeóque ex inopinato clarè perspexit, ac si nunquam tenebris damnatus fuisset. Constat etiam puerulo vim loquendi & audiendi concessam; cui à prima ætate ij sensus minimè obsequebantur: dein mulieri corporis robur & firmitatem, quam grauiter paralysis membrorum afflixerat.

Cysoniense templum dilatat Euerardus.

In hoc opere obrutus ruina muri faber illæsus cōsurgit ad laborem.

Puer quidam posteà corporis ob morbū contracti sanitatē recuperat.

Dein seruulus quidā visum.

Puer denique surdus & mutus, ac mulier paralytica sanantur.

AN. 855. Post hæc, absoluto, & S. Callisti nomine dedicato numini templo Cysoniensi, quinquagesimum & octingentesimum Christi annum multa fœdum grauémque fecere. Agitata fuit crebris motibus terra. Turbinibus, procellis, inusitata grandine infestantibus, multa vbique vastata. Frequentes de cęlo ignes micuere, mixto terroribus damno. Et repertus hominum vnus, quem intactis vestibus ea flamma consumpserit. Nec multò pòst grauissima regnum Caroli flagitia obturbauere. Latrocinia, cædes, stupra, bonorum Ecclesiæ inuasio, quotidiana multis exercitatio erant: quasi nullo hæc scelere obstringerent. Discessum etiam in partes stimulantibus factiosis hominibus, quibus aliena quies displicebat. Refrænandis quidem sceleribus

Variæ ab elemētis clades. Annal. Francor.

AN. 856. *Varia Franciam infestāt scelera: dein etiam procerum factiones:*

quibus frustra per Synodum remedia quærit Carolus.
Admonitio Caroli Vide Baro. to. 10.
Normanni rursus in Gallias veniunt.
Flodoar. l. 4. c. 5.
In eosdē aduersus fratrē Carolum Ludouicus Rex bellū portat.
Annal. Franc.
Dum ad huius exercitus conspectum fugit Carolus, noua datur cladibus occasio.
Immo Nouiom. Episc. à Normannis occiditur.
Herman. in Chron. Albert. Crantz. in Norweg. l. 2. c. 5. Martian. Monach. in Chron. monn. mss. Tornac. Chron. Tornac. Guil. Gaz. Herman. in Chron. Iacob. Meier lib. 2. Albert. Crantz. l. Norweg. c. 5. Monn. mss. Eccl. Tornac.

A Carissiaci Concilium Carolus indixit, multis Pontificibus obtestatus, vt auxilia conferrent: sed aliorsum eius vota cecidere; plerisque procerum aduersantibus, quos ipsius mores parum grati auerterant. Et mox ea discordia, & Principum factiones maiorem sæuiendi causam præbuere Normannis. Ij námque iterato in Gallias effusi sunt. & cùm aduersus eos bellum gerit Carolus, augendis regni malis, hinc Francorum aliqui grauiter factis eius infensi, ad barbaros deficiunt, eorúmque sacra, ritibus Christianis abiectis, complectuntur, vt plus apud eos sibi concilient auctoritatis: inde Ludouicus Germaniæ & Boiariæ Rex eiusdem regendi rationem regni Franciæ legatorum impulsu detestatus, alterum in Franciam bellum infert. neque desunt, qui fraternos limites ingredienti obuiam veniant, ac suas huic vires coniungant. Igitur Carolus ad hos nuntios vehementer attonitus, varia trahitur in consilia: verùm denique omissis ad tempus Normannis, in fratrem exercitum armis infestis promouentem copias ducit: quasi plus ab eo formidinis ingrueret. Ad Briacum in fraternæ aciei conspectum venit. Sed quamuis eo loco militem, quasi pugnaturus, in ordinem composuisset: de repente tamen & clàm ex agmine fuga sese cum paucis proripuit; eóque facto & copiis suis ad fratrem transfugiendi præbuit occasionem, & maioribus Normannorum infestationibus regnum exposuit. Igitur hi liberiùs postmodum grassati multas intulere Gallis clades. Ac tunc Nouiomensem & Tornacensem Episcopum Immonem ad valuas Ecclesiæ suæ ferro cæsum ab his barbaris quidam volunt anno Christi post octingentesimum sexagesimo: in quod tempus composita inter Ludouicum Regem, Carolum Caluum, & Lotharium pax incidit. Sitne tamen vita exutus Nouiomi, vel Tornaci, vrbem Normannis diripientibus, omnino controuertitur. Non pauci asserunt Tornaci gladio perfossum peremptúmque iuxta templi fores. Malunt alij Nouiomi deprehensum à barbaris, cùm eam vastarent ciuitatem, vitámque ferro perdidisse, vel intra muros ædem sacram iuxta, vel foris, dum præda onusti hostes fugiunt. Ego veriùs Nouiomensis vrbis direptioni hanc cædem ascribendam arbitror, cùm nondum hoc tempore in agrum Neruiorum & Gallo-flandriæ territorium ea gens armis penetrauerit: neque bis Tornacum ab ea vastatum, apud veros auctores reperiatur. Ceterùm Immonem magno Caluus Franciæ Rex amore complexus est, eiúsque gratia Ecclesiæ Tornacensi multa donauit, & quæ maiores eidem concesserant, nouis obstrinxit diplomatibus.

AN. 858.

B

AN. 860.

C

Normanni Taruannense territorium & S. Audomari vrbem vastant.
Iac. Meier lib. 2. Ioan. Meian.
Balduinus Ferreus bellū in Flandriam accersit rapta Iuditha Calui filia: quæ vel Angliæ Regi nupserat.
Flodoal. l. 3. c. 12. Capitula Calui. Guil. Malmesb. lib. 2. c. 2. Nicol. Gill. Chron. Mss. Chron. Robert Gaguin. Ioan. Tillet. Claud. Bouch. In vita Alfredi.
vel Regi Nauarræ fuerat promissa.
Chrost. Mss. lib 25. Lib. 3. Remens. cap. 12.

Anno proximè consecuto correpti sunt barbarico Normannorum furore Taruannensium agri. Tentatum quoque tunc, & vi captum S. Audomari oppidum. Ibi Sithiuiense D. Bertini cœnobium flammis absumptum: & qui ad custodiam relicti fuerant, monachi exquisito genere mortis interempti. Ne latiùs eo tempore crudelissimæ gentis arma sæuirent, multa per Flandriam castella opportunis ad arcendum locis condi placuit. Sed quasi parum calamitatis ab hostibus illis ingrueret, nouo & difficili Balduinus Ferreus Flandriam implicuit bello. Cùm nuptias quærendi tempus appeteret adulta iam ætate, tam vastus animo fuit, vt socerum Regem vellet. Eò Iuditham Calui Regis filiam diu coluit. Sed meliùs Caluo visum fuit eam Regi ad contrahendas contra barbaros opes & necessitudinem tradere. Francorum Annales Ethelwoldo (quidam Edeboldum, Edelulfum alij nominant) Angliæ Regi adhuc teneram ætate, & nondum nuptiis idoneam, matrimonio iunctam produnt. quòd is nondum attigisset, integro flore corporis viduam factam. quas in Anglia possederat, diuenditis rebus, in Franciam ad patrem rediisse. Asserius Menenensis memoriæ mandauit, Ethelboldum Ethelwoldi filium eam sibi, mortuo patre, per scelus coniugem cepisse. Contrà, Ethelwoldo datam vxorem Osburgam asserunt alij rerum Anglicarum scriptores: de Iuditha nihil memorant. Quidam eam Calui filiam Regis Nauarræ nuptiis destinatam volunt; ideóque in Balduinum procliuem fuisse, quòd in Hispaniam ad illum duci metueret. Quo se modo res habuerit, aliorum iudiciis æstimandum relinquo. Id tantùm arbitror, minimè contemnendum esse Flodoardi Iuditham Edilwlfi coniugem facientis sententiam. Ceterum Balduinus ardenti amore saucius, eò tandem animum intendit, vt quam Calui

AN. 861.

D

volun-

A voluntate vxorem habere non poterat, clam eo filiam ipsius domum asportaret. Ac ne tantum facinus temere suóque dedecore & damno inciperet, supra morem & modum amoris (cuius ferè perpetuum est cęca mentis properatione ruere) sapienter omnia cōsuliόque expēdit, qua ratione, quibus adiutoribus, quo perfugio vteretur. Ludouicum Iudithę fratrem, Caroli filium natu maximum, multis olim nominibus bello aduersus Saracenos & Normannos Balduinus sibi deuinxerat. Eum igitur arcani participem facit, è duobus alterum ratus; vel auxilio sibi futurum; vel certè nihil daturum impedimēti. Tentato dein animo Iudithæ, nihil ab ea durum accepit, cùm ad nuptias ipsa prorsus inclinaret. Ita rebus ex animi sententia cōparatis, ignaro Rege, Ludouico tamen satis conscio, volentem secum Iuditham Sylnanecto in Flandriam abduxit, & cum ea nuptias contraxit. Quid posteà euenerit, Annalium Flandriæ scriptores ita litteris tradiderūt. Vbi facinus Balduini Caluo cognitum fuit: iracundia vehementer is accensus Balduino mandauit, vt filiam extemplò remitteret, nisi bello peti mallet. Iuuenilibus animis veniam se daturum, si obsequeretúr protinus.

Flod. lib. 3. c. 12.

Caluus filiam repetit, & Balduino minatur.

B contrà, reluctanti arma, flammas, bonorum direptionem, interitum ingiuere. Caroli minas Balduinus parui pendit: haud ignarus scilicet, duo Regem mala constringere, Principum factiones, atque Normannos. eum minimè tantis viribus pollere, quibus tertium hostem adoriatur. vbi tamen inferre bellum sederit, intra Flandriæ fines in armis stare constituit, satis hominum & telorum ratus sibi suppetere, quibus aggredientem sustineat, aut repellat. Supplices nihilominus ad Regem litteras dedit, quibus animum eius leniret. *id facinus vi amoris cœptum perfectúmque. nullis coactam minis Iuditham, nullo tractam lenocinio. oblatas sibi nuptias sponte secutam. neutri amoris impotentiam fraudi esse debere. sibi annos, illi sexum hoc præsertim impulsore veniam mereri. si cœptas peragi nuptias sinat, obsequentem in omnibus se futurum.* Sed nihil pacati ab Rege impetratum est. Balduini ditiones bonáque fisco subiecta. Et quamuis procerum multi pro tempore bello abstinendum censerent, insedit tamen animo Caroli vindictam armis quærere. Igitur delectu habito Ludouicus cognomento Balbus,

Petr. Oudegh. cap. 16.

Contrà, se litteris excusat Ferreus, & veniam facti petit.

In eum bellū suscipitur.

C Calui filius, qui paternis iris in Balduinum fuerat accensus, copiis præficitur. ei legatus additur Anselmus Episcopus præcipuum ad vindictā Regi flabellum. Hæc præsertim Petrus Oudegherstius. Christiano Massęo potiùs placet, Regem Nauarrę ductorem copiis datum fuisse, qui Iuditham nuptiis expetiuerat. in exercitu cērum millia pugnatorum numerata. tanta multitudine per Atrebates ventum in Flandriam. superatis Duacensium & Insulensium agris, obsessūm Harlebecæ Balduinum. sed hunc portis egressum vnà cum insigni militum manu, adeò fortiter rem gessisse; vt millia quadraginta prostrauerit; quinquaginta ceperit; paucis admodū fuga dilapsis. è captiuis Anselmi Pontificis propinquos duodecim Balduini iussu in D. Eligij monte suspensos. Anselmum posteà Balduino & Flandrię diras imprecantem ab ipso cęsum Balduino exinde Francum iracundia furentem nouum in Flandriam exercitum traxisse. in D. Eligij monte ab eo posita castra. sed erumpentem Atrebato Balduinum eius copias ita fudisse, vt armorum inducias petere sit coactus. Mihi aliorū scriptorum vestigiis insistere visum est, apud quos hæc propior vero narratio. Audi-

Lib. 15. Chron.

Vbi, & quo euentu aduersus eum fuerit pugnatum.

An prope Harlebecam, ipso victore?

An ad montem S. Eligij Atrebatum iuxta?

D to Balbi aduentu exercitum in Flandria Balduinus contrahit, breuíque copias in Atrebatū fines mouet. Ad montem S. Eligij aperto campo concurrunt acies. & mox fusis fugatísque Francis victoria Flandros aspicit. Anselmum Pontificem Balduini manu in primis peremptum asserunt. Die proximo duodecim Franci nobiles ex Froymontij & Ganelonis familia inter captiuos reperti, cum Anselmi auunculo ex altissima trabe in eodem mōte suspensi fuere ad nobile victoriæ monumentum. Ceteris ex fuga retractis libertas in patriam ad Regem remeandi concessa. Redintegratam in Atrebatibus pugnam eo tempore quidam putat, secunda rursus Balduino victoria: & testes bis cæsi Francorum exercitus ad Ascum & Bertonuallem ingentes duos lapides fixos. Seu semel tātùm, seu bis in ea regione pugnatum fuerit, tantę cladis nuntij Caluum affecere grauiter. iámque belli curas, aliò ad vindictam intentus, exuisset, nisi actorū in crucem nobilium amici in bella rursus eum vocassent. Delectę itaque denuo copiæ magna celeritate, vt nihil opinantem Ferreum opprimerent. &

Iac. Meier. Pet. Oudegh. Ludou. Bresin. Francisc. Balduin. And. Vailland.

An ibidem secundò fuerit pugnatum.

Andr. Vailland. Ferreol. Locr.

Saltem rursus in finibus Insulensium secundo Balduinus exitu pugnauit.
Iac. Meier lib. 2. Petrus Oudeg. Locrius.

A

præfectus illis Episcopus alter turbulento vir ingenio, Ferreique odio flagrans. Quò plus terroris afferret, Ludouici Balbi nomen, armáque induit. Sed breui gnarum fuit Balduino, aduersus Flandriam in Francia exercitum cogi. Quanta igitur is potuit auxilia breui contraxit. Ne bellum extra ditiones suas portaret, Francorum celeritas fecit: cùm illi priùs magna mole per Atrebates in agrum Insulensem vastabundi ruerent. Raptis tamen, quas habebat, copiis, obuiam iuit, saltem visceribus regionis hostes arcendi consilio. In extremis Insulensium finibus acies conferendi necessitas iniecta. Sed priusquam tuba signum pugnæ daretur, Pseudo-ludouicus ita Francos erexit. *Quantum hodierna die vobis ad opes & gloriam offeratur, commilitones, etiam me tacente, quæ videtis omnia loquuntur. Circumspicite oculis ditionem, in qua parati ad pugnam consistitis: ipsam bellandi causam expendite. quocunque res cadet, gloria vobis obueniat necesse est, pro vestri Regis vindicta vel moriendo, vel vincendo. Oppetentibus mortem, æterna fortitudinis laus vigebit, quòd in hostico deterrimi viri scelera punituri vitam ferro amiseritis. Victores, præter maximum vltionis decus, etiam multa manent spolia, tam opima regione obnoxia prædantibus futura. Nihil igitur animos consternet accepta nuper ab hostibus clades. Victoriam nostris aut temeritas ducum eripuit, aut certè numen offensum. Sæpenumero vinci contingit eos, quibus æquitas causæ fauet, vt animos doment, & maiori postea obtineant laude victoriam. Erepta Regi filia, & maculati eius thalami, quantos ad fortiter agendum stimulos admouent! vbi præsertim raptoris conditio ponderatur. Si regio quispiam exortus sanguine id fecisset, tolerandum sanè crederem. Nullo Principatu fulgentem, filius ab Rege præfectum, ab homicida, & alienæ ditionis inuasore genus trahentem tantum regiæ mulieri probrum afferre quis ferat? Indigni Francorum nomine & genere simus, nisi audenter armis castigemus. Neque ad ciendos vehementer animorum spiritus prius ita in hostem odia desunt. Froymontij ditio infausto Regis munere ab illo tenetur. Et prætextus est in ea nuper Mons S. Eligij tot nobilium cadaueribus è furca suspensis, ingenti dedecore Ganelonis & Froymontij. Tam immanis vltio flagitij viros exposcit. Eia*

B

nunc igitur tantò maioribus animis pugnam capessite, quantò plus boni victoria pollicetur. Opportunum prælij locum delegi: cetera ducis munia ne desint pugnantibus, prouidebo. Tantùm Regis calamitas, Iudithæ opprobrium, generis nostri dedecus, Francorum clades oculis vestris obuersentur, dum certamen inibitis: oppressa priùs acceptæ cladis ignominia, victoria, decus, opes obuenient. Ad has Episcopi voces innatus Francis ardor pugnandi concrepantibus armis, & vultibus accensis emicuit. Ex aduerso, Balduinus copias obequitans his ad pugnam verbis stimulos subiecit. *Cur fidenter hodierno die, milites, exigua manu ingentem copijs, infestum armis & odijs hostem aggrediar, vestra præsertim alacritate impellor, & iusta belli causa. Enimuerò cuncta bello prosperè cessura spes affulget, vbi nulla formido militum animos pulsat. Nam vti bona sanáque consilia obturbat metus: ita res etiam turbidas & difficiles explicat & superat alacritas. Eamus igitur milites, & quem quisque pugnæ locum ceperit, ingentibus animis vel obtineat cadendo, vel transiliat fugando, cadendóue aduersarios. Tam magnas hostium copias ne timeatis, vestra virtus admonet: quæ nuper de ijsdem victoriam retulistis. Qui vobis persequentibus fugêre, plerique in aduerso exercitu pugnam capessent. Nihilo meliores ad vincendum credite, quàm priùs fuerint. Quem*

C

E contrario aciem suam sic erexit Balduinus.

natura timidum finxit, rarò ducis oratio, vel spes victoriæ audacem fortémque fecerit. Et quis nesciat iniqua illos ad bellandum causa moueri? Si de meis cum Iuditha nuptijs certetur: sanè firmam victoriæ spem capio; cùm nullo illam scelere, at volentem abduxerim. Natura scilicet liberrimum vult esse matrimonium: vt nullis ad hoc terroribus cogamur, nullis ab eo impediamur aut minis, aut damnis. Illecebris Iuditham demulsi, quod licebat: minis, terrore, violentia sic abstinui, vt carere mallem, quàm ita coniugem habere. Non enim adeò me amoris impotentia perculit, vt vim rationis obtunderet, ideóque me tanto raptus scelere obstringerem. Quæ multa Deus mihi ad illiciendum corporis & animi dona indidit, ea prorsus Regis filiam cepere, vt ad nuptias inuitantem sponte, non inuita, sequeretur. Testem æquitatis meæ numen habetis, quo nuper auxilium ferente victor euasi. Sed Ganelonis posteri, & Froymontij propinqui aliam in nos huius belli causam struunt. Quippe suspensorum de trabe nobilium virorum cædes ipsos vrit. Sed quàm iniquis ij odijs flagrent, vos ipsi arbitrari poteritis, milites, si Ganelonis & Froymontij perfidiam attendatis, qua se Deo & Regibus ob-

D

[illegible]

[illegible]

B

[illegible]

C

[illegible]

D

[illegible]

A dissimo certè in barbaros munimento, pleræque regiones tenerentur, quosdam ornauit perpetua Comitatus dignitate. Theodoricus præsertim apud Frisios summo loco natus, insigni homo militiæ laude, animo magnô & imperterrito, tali munere cultus fuit. Vbi voluntate Regis imperium exerceret, Hollandiam & Batauorum sedem ad Oceanum æstuariis, fluminibus, & pascuis nobilem accepit. Ac tum multus in Flandriæ munimenta Balduinus incubuit. Modò Brugis, modò aliis oppidis muros & fossas obducere, perpetuus ei labor erat: nunc fluuiis pontes, & castella imponere: ne quid ab mari ingrueret, prospicere: illic & alibi præsidia collocare.

Theodoricus Hollandiæ Comes creatur.
Meier. Barland.
Ad muniendá Flandriam laborem confert Balduinus.

AN. 866. Neque verò suis circa subditos ad virtutem, ac præsertim in aduersis durísque rebus constantiam, erigendos, partibus deerat Ioannes Cameracensis Episcopus. Sed bis eum intra breue tempus à finibus suæ diœceseos auulsum, & in Galliam proficisci coactum reperio. Eo scilicet anno, in quem huius præsulis exordia incidere, Synodū apud Suessiones haberi voluit summus Ecclesiæ Pontifex Nicolaus Augusto mense. Et secuto proximè anno Trecis alter indictus est sacer Conuentus. Cum
AN. 867. B igitur ad vtrumque Concilium vnà cum aliis Pontificibus Caluo subiectis fuisset euocatus, suam minimè Ioannes passus est ad soluendas graues Ecclesiæ difficultates desiderari præsentiam. Inde cùm pedem domum retulisset, nouam sibi parentibus populis curam adhibuit.

Duabus synodis interest Ioannes Camer. Episc.
Epist. Synodales, quibus est subscriptus.

Ea tempestate in Italia Foroiulij Dux, & Comes Euerardus, quem suprà docuimus Cysoniensem Canonicorum Ecclesiam condidisse, vitam degebat animo quidem erecto, & sapientia prævalido, sed infirmo annis corpore. Obnoxium priùs Lothario, dein Ludouico, Imperatoribus multa fecerant: ideóque illic post parentis abdicationem mortémque Ludouicus detinebat, satis alioquin cupidum Cysoniense cœnobium reuisendi. Cùm permitteret ab Imperij occupationibus quies, multū tēporis Musiestri (quam in agro Taruisiano villàm habebat) relaxando curis animo, & cœlestium rerum meditationi tradebat. Et ne mors inopinū opprimeret, ibi maturè sibi suísque prouidit. Exstat Cysonij testamentum ab eo, dum in illa villa quietem
C caperet, conditum: sed quo id anno Christi fuerit obsignatum, difficile est arguere. Ibi Ludouici regnantis annus quartus & vigesimus exprimitur. Verùm ad quem Ludouicum id referri oporteat, hîc scilicet laborandum. Est, qui velit ad Ludouici Pij regnum reuocare, vt respondeat anno Christi octingentesimo & trigesimo septimo, sed magno prorsus errore. Cùm enim certò constet, Gislam Euerardi coniugem Ludouico Pio natam secundis nuptiis matre Iuditha, nullo modo is annus Ludouici testamentq Comitis Euerardi conuenit. Nam Francorum Annales prodidere, admotam Ludouici thalamis Iuditham nono Christi anno & decimo supra octingentesimum. ab illo tempore ad vigesimum quartum Pij annum non amplius annis septemdecim intercedit. Igitur si demus, totidem tantùm annos natam fuisse Gislam quarto & vigesimo paterni regni anno, vix eam nuptiis idoneam inueniemus; multò minùs septem liberis educandis, quot in testamento superstites numerat Euerardus, nisi velimus nono vel decimo ætatis anno nupsisse, & generandi vim adeptam insolito prorsus exemplo, & fœcunditati noxio. Meliùs itaque opinabi-
D mur, Ludouicum Lotharij filium Romanis imperantem ab Euerardo exprimi. Sed quoniam is annos tantummodò viginti Romanum tenuit Imperium, ex his duobus alterum dicamus, necessitas nobis inicitur; vel antreà saltem in aliqua parte regni paterni regia potestate præditū fuisse, priusquam à patre monasticam vitam ineunte Imperium acciperet, vnde regni annorum numerus incipiat; vel pro quarto & decimo, quartum & vigesimum annum testamento perperam subscriptum. Verùm vt narrationis filum repetamus, vbi postremam de bonis in liberos partiendis volun-
AN. 869. tatem Euerardus tabulis mandauit, intra paucos menses morbo absumptus est. Sacræ supellectilis, & piorum librorum affatim reliquit; prorsus insigni religionis argumento. Latifundia, census, aliásque fortunas, quantum cuique ad vitam ex dignitate tuendam satis esset, impertiit. Sed in primis curæ fuerat ad virtutem hos incendere, ideóque sanctis moribus iis admodum præluxit. Septem ei superfuere, mares quatuor, Vnrochus, Berengarius, Adalardus, & Rodulphus: fœminæ tres, Engel-
drud,

S. Euerardus Comes, & fundator Ecclesiæ Cysoniensis, dum hæret in Italia, quid fecerit.
Testamētum illic quando condiderit.
Flor. Vāderha de Castell. Insu
S. Euerardu ex hac vit. subtrahitur
Quos libe moriens r querit.

A

drud, Helvic, Iuditha. Dum postremus vitæ dies immineret, ex hoc numero præter Vnrochum & Berengarium aderat nullus, qui tum curam corpori ægro impenderet, tum vltimis eius verbis ad vitæ morúmque sanctimoniam impelleretur. Apud matrem Cysonij degentem filiorum reliqui, ac puellæ morabantur, eiúsque ad sectandam pietatem vestigiis insistebant.

Breuis laus Berengarij.

Berengarium quidam memorant insigni corporis magnitudine formáque floruisse; ac paternæ virtutis æmulum multa de hostibus victoria potitum; ad recuperandum Italiæ regnum multo fuisse auxilio; Imperium tandem adeptum, variísque agitatum casibus, ferro denique hostili cecidisse cum quadam Martyrij opinione: quæ nos omnia suis posteà locis stylo prosequemur. Adalardum plurima quoque virtus ornauit, qua præsertim Cysonij clauit: vbi non modo sepulturæ mandatus est, verùm etiam sanctitatis nomen obtinuit. Quod genus vitæ sectatus sit; mundine fastum pedibus presserit Clero adscriptus; an florido vtens habitu Principum more splendori familiæ studuerit; incertum est. saltem beato fine vitam clausisse asserunt. Rodolphus mundi pompis nuntium remisisse videtur, cùm vel Abbatis, vel Præpositi clarus titulo Cysoniensi Ecclesiæ præfuerit: nisi nobilium eius temporis consuetudini obsequens sacra bona prophanis iunxerit. quanquam id paterna maternáque minimè probauerint exempla. B E sororibus horum vnam sibi per matrimonium copulauit Comes Hucboldus.

Hubertúmne filiū habuerit S. Euerardus: & qualis is fuerit.

Humbertum à quibusdam filiis Euerardi adnumeratum comperi, magna virum sanctitate & sapientia: sed fato patri præreptum. Vrij memorant, Forojulij Episcopus fuit. At ne diu in Italia moraretur, plures Christo adiungendi mortales cupido causam præbuit. Ergo inde in Belgium delatus, Antuerpiam petiit. illic eò maximè contendit, vt multos ciuium vera de Christo imbueret doctrina. Et labori fructus respondit, non paucis errorem, vitæque sordes exuentibus. Intereà loci persæpè Cysonium venit, ibíque iucundos de beata vita cum matre, fratribus, sororibus, & Canonicis sermones miscebat: vt qui magno cæli sibi & aliis obtinendi desiderio teneretur. Nec multò pòst morbo correptus animam egit. Aldegundis, præclara virgo sanctitate, inuolutum linteo corpus humo mandauit. C Fama tenet eam syndonem post annos très & quinquaginta, cùm fortè tumulus aperiretur, integram fuisse repertam, ideóque Cysonium magno sanctitatis indicio Humberti ossa cum ea delata. Quid tamen his omnibus factum sit posteà, nulli cognitum video. A quibusdam Arnulphum etiam inter liberos Euerardi censeri conspicio, at nutante eius de rebus narratione. Ceterùm priusquam spiritum sanctus Comes Euerardus mitteret,

Ad præsentes liberos extrema S. Euerardi verba.

non destitit præsentes filios sapientibus monitis instruere. *Sæculi pompas vti flocci facerent: ac ne nimium opera darent diuitijs & honoribus comparandis. hæc omnia caduca fluxáque esse cùm perspicerent, ad æterna niti magis assuescerent. creatos his quærendis, illis aspernandis animos. ad cælestes ac perpetuas voluptates, non corporum cultu, & honorum aulicorum splendore, at virtutibus animorum ornamentis, & rectè factis intendi. Sacrorum curam locorum animis complecterentur: cælitum fouerent amorem, eorúmque lipsana studerent venerari, & ornare muneribus. Erga Principes suos nihil obseruantiæ prætermitterent: fidem ius suam ne deesse paterentur. Ad matrem frequenter aspicerent, éque generis eius claritudine præclara virtutum exempla caperent. cùm fratribus ac sororibus amicitiam,* D *& sanguinis iura colerent. nullo enim magis familiæ opes, decora, & potentiam dilabi, quàm domestica discordia. Si firmis ad hæc omnia peragenda præsidijs muniri cuperent: æterni numinis amorem puritate animorum, probis moribus, in egenos liberalitate, alieno à sordibus auaritiæ & sæuitia imperio alerent semper.* Exceptæ sunt hæ voces à liberis perquàm cupidè. ac postquam vir sanctus animam placidè exhalauit, ei magna vterque pompa iusta persoluit. dehinc, vbi per occupationes licuit, Cysonium Vnrochus ad matrem

Corpus eius ex Italia delatum Cysonij sepelitur honorificè.

corpus detulit. Verùm tametsi principiò nuntius de mariti morte acerbus Gislæ fuisset: facilè tamen omnem ei detersit dolorem sanctitate florentis corporis aspectus. Quanto igitur potuit apparatu, in Cysoniensi templo id condidit vnà parentantibus liberis. Et periucundum Canonicis fuit extremum fundatori suo his præsentibus Principibus, & circumstante omnis generis hominum corona, officium impendere, vnáque omnium vox fuit: tam præclaris ornato virtutibus viro, ac iam

A cælos incolenti, non solitos tantùm, at debitos etiam cælitibus honores esse tribuendos: omninóque secum agi benignè ac liberaliter, quòd vnà tam sancto decorentur ac muniantur corpore. Hæc cùm Gisla perquàm cupidis auribus acciperet, & in animum magna cum voluptate demitteret: non cessauit frequenter sese, ac liberos exhortari, vt ad virtutem tam sancti Comitis imitatione raperentur ardentiùs.

AN. 870. At nō leuis ei posteà labor fuit cū Rege Carolo fratre. Quædam scilicet possessiones per incuriam Euerardi (plùs enim is spiritualibus, quàm corporeis rebus aduigilabat) ad fiscum regium eius morte deuoluebantur. Iis ergo ne nudaretur, apud fratrem Gisla precibus egit: ac non nisi post aliquod tempus illas obtinuit. Tunc nouam ea mentem induit perficiendo Cysoniensium Canonicorum cœnobio laborem opesque tribuendi: omninóque multa eius gratia præstitit. Et paullò pòst etiam aliud prope Martianas in Ostrouandia opus ad Scarpi fluminis ripam molita est. Id mulierum fuit monasterium: quod intra paucos dies fastigium accepit. De huius nuncupatione hæc inuenio. Quòd templum huius ad D. Virginis honorem consecratum B esset ab Episcopo Atrebatensi, isque locus vicinam secundùm amnem siluam haberet: primò D. Mariæ ad siluam nomen obtinuit. Sed breui, seu regionis ingenio, seu cultu mortalium, is terræ tractus plurima risit amœnitate, ideóque, veteri abiecto nomine, Belloreparium dici cœpit, ab idiomate Gallico tracta voce, quæ florentem amœnitate locum signat. Ibi prognatas summo genere virgines Gisla constituit, quæ Conuersæ nobiles appellabantur. Et qui regerent, sacráque operarentur, nonnullos adiecit petitos è Cysoniensi Ecclesia claros virtute sacerdotes. Hoc igitur opere perfecto, instructóque censibus, ac virginibus florente, illuc interdum eadem pia mulier sese contulit, vti calida de virtute cum his colloquia sereret, vnáque sui fructu laboris frueretur. Hærebat interim multorum fixus animis in Belgio acerbus Normannorum metus, ne scilicet, vt fama vulgabatur, in has regiones effusi cædibus, incendio, rapinis grassarentur. Et passim iactatum fuit, quidquid intra Scaldim, Scarpúmque esset, primis eos incursionibus aggressuros, ibidémque fixuros C sedem: sacrarum rerum nihil reliquum facturos; Diuorum corpora gemmis, auro & argento nudaturos, dein ipsa crematuros igni. Igitur quibusdam locis contra vim eorum seruādis pignoribus sacris, & rebus accolarum oppida & castella iterum munita. Duaco præsertim prospectum fuit in magna iacenti planitie, & propter Scarpum flumen aquis abundanti, ideóque arcendis hostibus opportuno. Et mox eò multa Diuorum corpora velut ad certum asylum delata sunt. Feruebant vbique itinera vel deportantium, vel comitantium, vel suffitu & luminibus colentium, multitudine: cùm, id honorificè vt fieret, decretū esset; quò plus ab eis exspectaretur auxilij. Ab Elnonensi monasterio, D. Amandi; Martianis, S. Mauronti, ac Diuarū Rictrudis, & Closendis; Hamagia Sanctarum Gertrudis & Eusebiæ; Donono, Aldeberti, Reginæ, Ragenfredis; aliunde alia sacra corpora vno fermè tempore Duacum deportabantur. Sed præcipuus tunc honos D. Amato Senonensi Archiepiscopo impensus. Eius enim sanctas exuuias Broylensis monasterij Fratres ab vsque Lisa fluuio insigni pompa detulere: ac postquam à Clero populóque cum sacris vexillis, D cantu, thuris vaporatione obuiam progressis excepti, ac Duacum ingressi fuere, in D. Virginis æde castrum intra suo iure collocarunt; quòd eam olim S. Mauronti dono acceperant. Itaque postquam tot Diuorum corporibus Duaci cautum fuit, ipsum etiam oppidum ingens ab illis auxilium & præsidium sensit. Quippe ab illo tempore nihil damni muris aut ciuibus ab Normannis illatum, quamuis eum locum magnis sæpè viribus aggressi fuerint. Ac die quodam posteà cum nudos propugnatoribus muros summo conatu impeterent, adeò vi diuina repulsi fuere, vt Lambras vsque fugam præ metu capessiuerint. Eáque trepidatio postmodum rursus aggrediendi voluntatem obruit. Eodem prorsus tempore D. Piatonis Neruiorum Apostoli, & Siclinensium patroni corpus Carnutum in Franciam delatum inuenio. Omninóque mihi persuadeo, id tunc accidisse, quod quidam memoriæ tradiderunt: paullò tamen aliter quàm euenerit. Cùm enim sacrum id onus Gallo-flandri Carnutum portarent, haud procul ea vrbe hostilem globum apparuisse, ac mox in Diui comi-

Marginal notes:

Lutera Gisla.

Cysoniensem Ecclesiā Gisla perficit.

Mon. mss. Cys.

Belloreparienfem parthenonem condit.

Normannorū metus Flandriā, & alias Belgij prouincias concutit.

Ob eum Reliquiæ ac res sacræ in tuta loca deferuntur.

Ad has conseruandas delectū præcipuè Duacum

Mon. ms. Eccl S. Amati. Iacob. Guis. lib. 14. Annal. Han.

Quorum Sanctorum corpora eò fuerint delata.

Quanto cum honore illuc fuerit portatum corpus S. Amati.

Lib. argent. S. Amati. Ioan. Iper. in Chron. Bertin. Iacob. Guis. alij.

Ob tot Sanctorum Reliquias, vt tutū fuerit Duacū; & cōtra Normannos munitum.

Inscript. vet. Eccles. Amatens. Iac. Guis. d. l.

Corpus S. Piatonis Carnutum defertur.

Herimann. in Chron.

Et quidem cum insigni miraculo.

Seba. Rouillard. in Parthenia Carnot. Vide quæ nos latiùs hac de re dicemus in S. Piatone.

comitatum admisso cursu impetum fecisse. Verùm diuinitus, ac repentè nebulam circùm adeò densam exortam, vt S. Martyris corpus, eiúsque portitores, ac comites ita contexerit, omnis vt eorum conspectus inhianti rapinæ agmini eriperetur. A Cùm igitur salui & incolumes Carnutum Belgæ cum sacro pignore peruenissent, insigni à Clero & ciuibus acceptos lætitia, tractatósque lautissimè. Aliquóne tunc Sancti Callisti corpus, aliáue lipsana detulerint tuendi gratia Cysonienses, nusquam traditū video. Ceterùm ea tempestate nihildum ab Normannis præter metum passi sunt Gallo-flandri. Non multò inde transacto temporum spatio, aduersus patrem Carolum Caluum, Ecclesiámque, graue bellum suscepit in Gallia Carolomannus. Erat is Diaconatus ordinem adeptus, & cùm multis polleret Abbatiarum opibus, quas parens ipsi conciliauerat, etiam Elnonensis monasterij Præsulem agebat in extremis Comitatus Pabulensis finibus, quod olim S. Amandus condiderat. Illic priùs litteris operam dederat Milone (quem mors anno 871. è viuis abstulit) loci eius Monacho varia doctrina florentissimo vtens præceptore, cuius gratia Comitum, ac Ducum etiam liberi permulti ad varia studiorum genera eò mittebantur è Galliis. B Verùm vbi cum libertate potentiam, opésque consecutus est: adeò quorumdam prauis incitationibus ab æquo rectóque ad scelera impelli se permisit, AN. 872. vt parentem sacrámque exosus, alteriùs Iuliani speciem factis suis, & apostasiam expresserit, latronum & desertorum Ecclesiæ ductor factus. Permotus igitur iis Caluus flagitiis in vincula tandem eum coniecit, sacróque exutum ordine, & cœnobiorum opibus nudatum, AN. 874. oculorum lumine, exstinctis pupulis, priuauit. Quo sic anno mulctatus est Carolomannus, hyems atrox & longa fuit, tanta humo superfusa niue, quantam retroactis temporibus nulli viderant. A Kalendis Nouembris vsque ad veris æquinoctium nix & gelu socio frigore cuncta vexauere, huiúsque atrocitate non pauci obriguere mortales. Æstas pari sæuitie consecuta est. Ad multos menses insolitus & ardens solis æstus infestabat. Exin vbique herbæ satáque nimio ardore tosta sunt: ideóque parum fœni & segetum ab agricolis collectum. Sed præcipuum in Francia Belgióque vindictæ in homines diuinæ argumentum fuit insuetum & horribile locustarum C agmen. Erant illæ ceteris multò maiores. Sex alarum remigio ferebantur: sex pedibus incedebant: duobus lapidea duritie dentibus vtebantur. Quoties ad nouas sedes quærendi pabuli causa migrandum erat, militaris disciplinæ specimen dabant. Cum paucis ductores præire, vt aptum pascuis locum agmini metarentur. peruesperi tota multitudo è statione diurna discedere: ad paratam in crastinum diem noctu ferri strepentibus grauiter alis, & passim terrorem incutientibus. ibi quietè solis exortum præstolari: dein dato à ductoribus signo repente corporibus ab humo sublatis volitare: ac demum protenso ventre, & hianti ore frutices, herbas, arbores omnes inuadere: quidquid tenerum & viride esset, magna ingluuie diem totum depasci: nihil reliquum facere ad quatuor fermè passuum millia. Postquam igitur multis diebus eum in modum cuncta populabundæ ad Oceanum peruenere: exorti repentè vehementes à Meridie venti totum id agmen in maris aquas præcipitauerunt. Sed inquieti, & cadauerum impatientis Oceani æstus eas sordes in littus euomuit. his itaque ad solis ardorē putrescentibus, infici aër cœpit, tantáque tabes omnia corrupit, D vt remotas etiam regiones peruaserit. Ea lue, & consecuta mox fame per Gallias & Belgium plurimi mortales absumpti sunt. Sed hos inter aduersos euentus, de Caroli Regis sententia sacra quædam comitia in Belgio habita fuere. Broylenses Religiosi, quos nuper cum D. Amati corpore Duacum migrauisse memorauimus, eorum causam præbuere, de sua scilicet salute, & lipsanis D. Amati solliciti. Experti iam fuerant tuta omnia Duaci contra Normannos futura; ex aduerso Minariaci, seu Menriuillæ in Broylensi monasterio tutum nihil firmúmque. Igitur ne pacatis, aut fugatis ad breue tempus Normannis, Broylum reuerti posteà cogerentur, ibíque denuò intuti, superuenientibus hostibus, grauia tolerare: magnum operæ pretium se facturos duxere, si Duaci perpetuam figerent sedem; & quia sine Regis voluntate hoc tentare noxium arbitrabantur, ad eum misere legatos, qui veniam id agendi peterent. Sed Caluus sapienter ea de re ad Pontifices referri maluit. Quapropter

Carolomannus Calui filius aduersus patrē Ecclesiamque rebellat.

In Elnonæ & alibi Abbas, & Diaconus erat.

Chron. Elnon.

Sub Milone in S. Amando studuerat.

Iuliano Apostatæ similis factus est:

Sigeb. in Chron. Aimoin l. 5.

ideoque à patre in carcerē detrusus & excæcatus.

Aimoin. lib. 5 cap 14 9

Atrox gelu, & nix diuturna.

Annales Franc Aim lib 5, c. 31. Sigeb M ss. alio tamen anno.

Insolitæ magnitudinis & formæ locustæ.

Annal. Franc. Regino lib 2 Sigeb in Chron. Mss. Andr. Martian. Iacob Meier sed anno 870.

Quo sedes ordine mutauerint.

Quid mali attulerint.

Putrefactis earum corporibus lues grauis exorta.

Annal. Franc.

Conuentus Duaci pro corpore S. Amati, & Religiosis Broylensibus.

Lib. argent. Eccl. S. Amati.

... M[illegible] ... [illegible] ... Iunium [illegible] ... [illegible] S[illegible] ... & [illegible] ... non [illegible] vim eam [illegible] ... nis exara[illegible] & [illegible] ... B

vi[illegible]s, [illegible] ... [illegible] Lu[illegible] ... [illegible] A[illegible] ... [illegible] Ba[illegible] ... D[illegible] est A[illegible] ... frequentia ... Bal[illegible] C[illegible], R[illegible] ... [illegible] ere. In Comitatu [illegible] ... R[illegible] postea Com[illegible] Camer[illegible] ... Vix [illegible] C[illegible], cum Ioannes Cameracensis & Atrebatensis Pont[illegible] omn[illegible] ... C

ex[illegible] [illegible] quę sancti[illegible] nomen [illegible] tinuerat inge[illegible] mir[illegible] [illegible]ctibus Et p[illegible] m[illegible] ... cùm [illegible] ... Camer[illegible] ... orbis ac [illegible] quar[illegible] ... [illegible] Successorem habuit Ro[illegible]adum. Verum Balbo Ferreoque morte su[illegible] ma[illegible] pro[illegible]sus Franciam & Belgi[illegible] ... Ing[illegible] ... N[illegible] ... tauum [illegible] hominum & præd[illegible] Ga[illegible]is a[illegible]. Q[illegible] ba[illegible] ... Fla[illegible] Bal[illegible]uino Ferreo nondum armis per[illegible] ... F[illegible] ... m[illegible]bantur, ideoque faci[illegible] rat [illegible] ... N[illegible] ... ex-[illegible] pr[illegible] Normann[illegible] ... am in Fra[illegible], & [illegible] ... I[illegible] Ba[illegible] ... L[illegible] ... H[illegible] Abbas T[illegible] R[illegible] ... B[illegible] ... C[illegible] ...,C[illegible] M[illegible] n[illegible], vb[illegible] ... E[illegible] q[illegible] facilius ea res pro[illegible], Hugonis viri fort[illegible] ... D

ex[illegible] [illegible]dum inter Be[illegible] & T[illegible] ... te[illegible] A[illegible] S. Ge[illegible] ... accepta ... apud quem plu[illegible] ... Bal[illegible] ... o[illegible] ... ulauer[illegible] ... gra[illegible] ... [illegible] apud [illegible] ... Vbi exa[illegible] ... P[illegible] ... & ... P[illegible] ... A[illegible] ... & ... vbi Thara Nara[illegible] fuit. C[illegible] pr[illegible] ... Sed[illegible] re[illegible] ... Lu[illegible] ...

[illegible]

B [illegible] ndia, [illegible]
[illegible] p cem [illegible]
[illegible] ab [illegible] que, G [illegible] nus [illegible]
liri Ba[illegible]beris. apud Ludouici Germaniæ Regis [illegible]
ptos fuis[illegible] igitur instare, vt ea denuo Lu[illegible] at R[illegible]
ingentis & cupidi mulier animi, hæ[illegible] R[illegible]
[illegible]git, & cum pertraxit quò volebat. Exinde G[illegible] & [illegible] a[illegible]
[illegible] ad rapinas rursus incubuerunt, missóque nunti[illegible] vt b[illegible]
[illegible]nt animo; vires colligerent; & in armis con[illegible] op[illegible] Ludo[illegible]
[illegible] Regem Germanorum affore. Sed Hugonem al[illegible] Principe[illegible] B[illegible]
[illegible] a[illegible]sima protinus perpulit, vt Ferrarij[illegible]ro Senonum [illegible],
Ludo[illegible]um & Carolomannum ab Episcopis sacro in Reges oleo im[illegible]
[illegible] dein copias sustinendo Germaniæ Regis impetu col[illegible]erent. I[illegible]
C tur, v[illegible] u[illegible]o successu Ludouicus in Franciam [illegible] Germania v[illegible]
linus & C[illegible]dus cum ingenti agmine suoru[illegible] m[illegible]
qua[illegible] cuperent, procedentibus, placuit Germaniæ Regi fœdu[illegible]
p[illegible]ilci. Erg[illegible] tanto liberi metu Ludouicus & Carolom[illegible]
B[illegible] regi[illegible]m nomen dec[illegible] ante[illegible]
[illegible] E[illegible]opo Nouiomum Torna[illegible]que, sublato pe[illegible] R[illegible]
ac [illegible] successore diu agitatum frustra fuit. Inter Hincm[illegible] Remen[illegible]
copum [illegible] Reges Carolomannum ac Ludouicum ea d[illegible] x[illegible]
[illegible] Mul[illegible] apud Reges insistebant, vti ab aula P[illegible]ce[illegible] d[illegible] o-
rum plerique eam sibi sedem destinauerant. Conu[illegible] H[illegible] apud
Reges conatibus obsistebat: scripsitque ad ho[illegible] litter[illegible]
[illegible]ubernandis Epi copatibus [illegible] vos. Epis[illegible] r[illegible]m [illegible]
[illegible]m regimen animarum. Haud [illegible]
[illegible] pietatis, quā n[illegible] m & no[illegible] ad[illegible] m [illegible]
D *[illegible] m sent [illegible] ex au[illegible] àm Cl[illegible] p[illegible]*
esse [illegible] clei[illegible] um [illegible]
mel[illegible] d[illegible] luce[illegible]e. Hæ[illegible]
[illegible]un[illegible]nsem [illegible]iscopum, & [illegible] tis [illegible]
[illegible]
Norma[illegible] R[illegible]
[illegible] P[illegible] A[illegible]
[illegible] T[illegible] an[illegible] I[illegible]
[illegible] ma[illegible] ve[illegible]
[illegible]
[illegible] C[illegible]rum [illegible]
[illegible] P[illegible] tur. [illegible]
[illegible] e, & [illegible]

[illegible]

[illegible] Re- [illegible] R [illegible] qui [illegible] mag [illegible] tur ol [illegible] am [illegible] ui fan [illegible] c pum [illegible] E A [illegible] H [illegible] mi Ep[illegible]la pe[illegible] quam [illegible] an[illegible]s quinque [illegible] urnam altera [illegible] m [illegible] nem [illegible] co [illegible] A[illegible]iepi co [illegible] castigandi mori[illegible] in anim [illegible] gendisque aduersus p[illegible] & barbarorum incur[illegible] Intra fines Tornacen[illegible] opa- [illegible] Neruiorum Episcopi & [illegible] E[illegible]u [illegible] ue honorandum præbuit. In hunc ea r[illegible] m[illegible]um [illegible] R[illegible] Ko[illegible] (unc dicimus) pago nobili, ac r[illegible]bus p[illegible] m[illegible]bu[illegible] Tornaco d[illegible]lare, ni[illegible]ros etiam nū homines idola colēdi error implicuer[illegible] [illegible]iod [illegible]ic ad publicum cæ[illegible] nationis cultum sigilla falsorum nu[illegible]nu[illegible] [illegible]t, [illegible] è partibus ido[illegible]atriæ confluebant. Degebat ibidem nob[illegible] a [illegible] d[illegible] [illegible] T[illegible]la nomine, sed moribus adeò diuersi, vt verum sanctu[illegible]que Deu[illegible] [illegible]er [illegible] ns in [illegible]ntibu[illegible] tem virtutibus ornaret, multasque in egenos pecunias lar[illegible]- tur. Ea no[illegible] cùm in stratis somnum carpit, visa sibi est hominem can[illegible]dis a[illegible]m [illegible] facie decora blandaque modeste subridentem conspicere; & cum [illegible] è [illegible]oqueretur, inter alias voces has etiam auribus percipere Vt B[illegible]di- [illegible]m adiret, ibique fusis aliquamdiu precibus, ad Episcopum Hetilonem i[illegible]ret, [illegible] ab[illegible]e mandaret vt quàm citissimè corpus suum, refossa in Blandiniensi æde hum[illegible] [illegible]duceret [illegible]opu[illegible]que ostenderet cultu prosequendum. Donec tertium ea [illegible]species [illegible]mnum [illegible] videndam obijceret, tandémque verbis acrioribus [illegible]e- [illegible] n[illegible]nans, id, quod imperauerat, iuberet ipsam a[illegible] exte[illegible]au[illegible] Thecla m[illegible]t Per eas i[illegible]itur vision[illegible] vocum it[illegible]ratio[illegible]n[illegible] dum [illegible]det[illegible]mnem ex animo du[illegible]tionem abstergi, Blan[illegible]inium [illegible]on[illegible]im ipsa p[illegible] I[illegible] c[illegible] tempori[illegible] orationi tribuisset, ad Het[illegible]onem [illegible]pisco- [illegible] non p[illegible] a[illegible]ra [illegible] & [illegible] acciderant, cum cu[illegible]a e[illegible]- [illegible]. Ni[illegible] moræ an[illegible] vi[illegible]s affer[illegible] iudican[illegible]o, quanta potest [illegible] [illegible]are in p[illegible] D[illegible] Cameracen[illegible]em ac Morinensem Episcopos [illegible]n Abbates pr[illegible]x m[illegible]a [illegible]m ad sacrum opus inui[illegible]at A[illegible]unt eo die cum Præ- [illegible]ibus a[illegible] & m[illegible] c Monachorum mu[illegible]tudine [illegible] Pontifices Per[illegible] s[illegible] [illegible]rem[illegible] d[illegible]m C[illegible] & M[illegible] Diui corpus è p[illegible] [illegible]pi v[illegible]neratione [illegible] & [illegible]m venerandum omni[illegible]is [illegible] suaui[illegible] ma inter [illegible]ndum [illegible]cant umque v[illegible]luptate[illegible]er [illegible]is [illegible] myste[illegible] c[illegible]mmuni[illegible]ari [illegible] p[illegible] & [illegible] a [illegible] a [illegible] era [illegible] an[illegible] [illegible] compleuit. E[illegible] [illegible]s [illegible]a [illegible]us [illegible]nines [illegible]tterent, [illegible]

[illegible]

A claudo incessum, apertos cæcis duobus oculos, solidata tribus paralysi solutis corporibus membra, liberatam à fluxu sanguinis mulierem, à maligno spiritu suffocatum recepisse puerum vitam, reperio. Erupit quoque ad caput sepultæ eo in templo Theclæ fonticulus, qui lympidissimo scaturiens latice multis dolore capitis grauiter afflictis, & corporum paralysi languentibus auxilio fuit. Eiúsque vim damno suo quàm maximo isiuuenis expertus est, qui pede per contemptum obstruens, eius pedis venas illico sensit arescere, & non multò pòst vitam perdidit. His ergo rebus dum sacra Blandinij ædes plurimùm efflorescit, éque proximis regionibus ad eam frequentissimè concurritur: miraculorum à beato Pontifice Eleutherio profectorum Viennam vsque fama perlata est in extrema propè Gallia sitam vrbem. Erenim illic cùm degeret Feriolus presbyter, horum ita nuntiis permotus est, vt mox inde Blandinium aduolauerit Diui membra veneraturus. Postquam igitur non parum temporis eius S. Pontificis cultui honoríque feruenter impendit: fors euenit, vt Libertino Tornacensium Tribuno, eiúsque satellitibus reum aliquem ad crucem per-
B trahentibus occurrerit. Ibi repentè, pro insitis animo misericordiæ affectibus, haud leuiter sese sensit eius hominis è propinquis lethi faucibus eripiēdi cupidine accēdi. Ergo Tribunum lenibus verbis aggressus, illū sibi reum donari suppliciter flagitauit. Verum innata Tribuno feritas minimè postulantis precibus respondit. Quippe ad lenem misericordiæ appellationem is adeò confestim iris incanduit, vt lictores in Feriolum manus iniicere, éque furca ipsum suspendere iusserit. Nulla tam sæuo fuit imperio mora. Iniicitur statim collo funis, & stringūtur ferreis manus catenis: eóque sacerdos ornatu ad crucem præcipitatis gressibus rapitur. Sed cùm præter Blandinij ædem truculentum id agmen viam maturat: Feriolus oculis ad sancti Pontificis corpus conuersis, erectóque ad auxiliandi, qua pollebat, potestatem animo, pauca lachrymans precatur, & memoratis, quæ aliis priùs concessit, opem ab eodem postulat. Haud frustra missas voces, fusamque orationem euentus ostendit. Quippe mox è manibus trahentium erupit Feriolus, magnóque in templum impetu sese conicit.
C Et vix ad tumulum beati se stitit Pontificis: cùm funes è collo sponte concidunt, &, qua manus erant implicatæ, in partes dissilit catena. Ad hoc spectaculum & Tribunum & satellites primùm admiratio inuadit, dein furor accendit vehementius. Ergo rursus arctissime ferro vincitur Feriolus, & omni priuatur incedendi facultate. Verùm ad nouas eius preces, edutósque ex imo corde gemitus, vincula denuo rumpuntur, fractæque iterum catenæ pars longè proiicitur, & Tribunum in fronte grauiter ferit. Ea, ceu telo lethali, percussus Libertinus extemplò concidit, & semianimis domū in vrbem cum magno luctu & clamore defertur. Varius subinde motus intra muros Tornacēses ideò factus. Et mox eo de loco multus prorupit ciuium numerus, rectáque Blandinium ad Episcopi tumulum contendit. Ibi dum acclines sepulchro, & in gemitus effusi misericordiam implorant: totus is locus intremuit, vbi sancti Pontificis corpus collocatum nuper fuerat, éque cœlo tabulæ sculptura insignes labi visæ. Quæ dum fiunt Blandinij, vita interim Tornaci Libertinus exuitur. Verùm vxor eius Thecla nomine tametsi vel mariti letho, vel adstantium plan-
D ctibus admodum sauciaretur; haud tamen omnino spem abiecit impetrandę diuinitus marito vitæ. Igitur exstinctum eius corpus deferri Blandinium imperat. Eodem cùm ipsa venisset, inter confertam gementium & opem flagitantium multitudinem ingentibus B. Eleutherium luctibus & precibus impetrandæ ergô misericordiæ lacessit. Et mox delapsa supernè insignis claritas ædem compleuit, intérque cælestem eam lucem vox insonuit, nihil cælitus impetrandum, nisi Feriolus apud Christum precabundus intercederet. Subiit tunc omnes admiratio, quòd luce tanta circumfusi vocem quidem perciperent, neminem tamen conspicarentur. Sed statim conuersis ad Feriolum lachrymis oribúsque, multis eum obtestationibus impellunt, vti suum Libertino subsidium, opémue ne deneget. Vt nihil optabat magis pientissimus sacerdos, quàm suo miseros auxilio leuare: ad preces confestim animum linguámque attentius compunit: finitáque oratione, sacris beati Pontificis Reliquiis exanime corpus contingit. Ac tunc mirabilis omnium adstantium oculis tés obie-

Ad sepulchr Theclæ fons erupit: cuius aqua miros effectus produxit.

Feriolus Blā dinium Vien na venit, vt S. Eleutherium colat.

Lib. ll. Feriols miræ. S. Eleut. Gisbert in v S. Eleuther.

Is pro furciferi vita supplicās, à Tr. buno ad pati bulum quoq damnatur.

Idem.

Sed mirabili ter ad S. Eleutheri inuocationem liberatur:

& fupit in templū Blan diniense: vbi funes soluun tur, & frang tur catena, quibus ligabatur:

Iæso grauite eius catenæ fragmine Tr buno, qui li- gari iusserat

qui posteà Tornacum delatus vitam perdidit.

Tract. Fer. e Gisb. in vit S Eleuther. c. 2

Verùm ad preces Ferio li, & contactu Reliquiarum S. Eleutheri ad vitam reuocatur.

A
ča diuinitus. Extemplò ſiquidem Tribunus in pedes erexit ſe recepta iam vita, &
quæ ſibi contigerant, quæque futuris temporibus euenirent, ſtupentibus cunctis ex-
poſuit: actiſque ſancto numini, Eleutherio, & Fetiolo gratiis, domum incolumis
abiit. Exactis non multis poſteà diebus, cùm Tornacenſes his aliiſque rebus admi-
randis præclarum Epiſcopi ſui corpus florere, multámque Blandinio famam parere
animaduerterent: haud mediocri cupidine accenſi ſunt, ea lipſana vendicandi ſibi,
intráque muros vrbis ſuæ conſtituendi. Ergo rebus omnibus ad hoc opus perficien-
dum comparatis, magno Blandinium numero Clerus populúſque aduolant. Indę
cum magna reuerentia & religione ſanctiſſimi Præſulis corpus exportant Torna-
cum laturi. Ad hoc ſpectaculum Blandinienſes animis grauiter ſauciabantur: &
cùm nequirent precibus, aut verborum pondere ab ſacri pignoris contactu auertere
Tornacenſium manus, ad arma ipſi protinus vimque proſiluerunt. Intentis itaque
confeſtim arcubus, arreptiſque ſagittarum pharetris, in eos, qui tanto ſe præſidio nu-
dabant, telorum grandinem miſere. Atenim non obſcuro Deus argumento patefe-
cit, magnopere ſibi placere Tornacenſium facinus. Quippe nullum eorum iſta ia- B
culatio vel leuiter perſtrinxit: cùm ſi vitię omnes vi quadam diuina in iaculatores
retorquerentur vehementiſſime; ex iiſque alios in manibus vulnerarent; oculorum
lumine alios priuarent; ſemineces alios ſternerent humi. Igitur eum in modum
cælitus afflictis Blandinienſibus, magna perfuſi voluptate Tornacenſes intra mœ-
nia ſanctiſſimum ſui Pontificis corpus detulere. At tunc pleriſque tum paralyticis,
tum cæcis hominibus, qui per viam offerebantur, ſacrarum Reliquiarum virtute
vel firmati corporis, vel cæcitatis abſterſæ conceſſa ſunt beneficia. Sed non diu Tor-
naco iis potiri lipſanis licuit: pauciſque pòſt diebus coactus cſt Clerus ea in Fran-
ciam Nouiomum (quę iam vrbs admodum fuerat munita) transferre, vti Norman-
norum iniuriis ſubtraherentur. Quippe gens ea, quam Principum Galliæ diſcordia
vehementiùs ad arma & rapinas incitauerat, intereà loci diuerſis agminibus in Fran-
ciam & Belgium irrupit. Pars in Franciam penetrauerunt per Ligerim flumen inue-
cti. quidam per Carbonariam ſe ſiluam in Lotharingiam effudere. alij Flandriam C
occupauere, vicináſque Belgij regiones. Nuſquam incendio, cædibus, rapinis pe-
percere. Sed prope Ligerim prædas agentes Ludouicus & Carolomannus Reges
aggreſſi vſque adeò fuderunt, vt eorum multi cæderentur, plurimi Vigiennæ flumi-
nis aquis abſorpti perirent. Et quoſdam graſſantes in Carbonario ſaltu non procul
Scaldi Ludouicus Germaniæ Rex ad ſuos è Francia per Belgium reuertens graui
prælio ſuperauit. In eos, qui Belgium alibi infeſtum armis habuere, nullus initio
ſurrexit: ideóque plurimum infenſi cuncta ferro, flamma, rapinis, corrupere. Bal-
duinus cognomento Ferreus paullò antè vitam amiſerat, vti iam docuimus. ſucceſ-
ſerat ei filius eiuſdem nominis: ſed is annum vitæ duodeuigeſimum agebat, idcóque
parum idoneus erat bellis ſuſcipiendis, & tanto furori barbaricæ gentis opprimen-
do. Igitur Belgij rebus adeò ruinæ opportunis, Normanni primùm Antuerpiam ag-
greſſi ſunt. Hac direpta, & incendio vaſtata, magno numero deſcendere Ganda-
uum. Viſus ille locus ſtationi admodum opportunus. quapropter eo potiti magnam
ibi partem hyemauere. Frequenter interim ad vicinos vrbi locos excurſum, præſer- D
tim vbi Liſa & Scaldis amnes ad ripas villis pagiſque prætexuntur. Illic perrupta &
igni corrupta paſſim caſtella, cœnobiáque. Sed poſtquam cæſos ab Ludouico in
Carbonaria ſilua ſocios perlati Gandauum nuntij fuere, tunc iracundia & pudore
ſtimulantibus exarſere barbaris vehementer ad vindictam animi. Igitur Cortracum
iter maturantes id oppidum breui cepere. Ibi caſtra ponere, & munire placuit op-
portuno ſcilicet loco intra regionis viſcera, & iuncto ponte Liſa. Vbi ſatis munita,
tutáque omnia fuere: primùm impoſita Liſæ oppida, villæ, caſtelláque direpta: in his
Cominium, Virouiacum, Warneſtunum, Pons Stegrenſis, Minariacum, Aria. Quæ-
ſiti ad necem Sueui iuxta Cortracum, cæſique, vt quos maximo Normanni proſe-
quebantur odio. Dein Oceanum verſus arma, furor, incendium vno propè impetu
cuncta corripuere. Aldenburgus, Thoraltum, Rhodemburgus, Furnæ, Ooſtburgus,
Hypra, Bailliolum, Meſſinæ, Caſletum, Popetinga, & alia pleraque oppida Flan-

drorum

S. Eleutherij corpus Tornacenſes in vrbem ſuam haud ſine voluntate diuina transferunt.
Tract. Fer. c. 6. Guib. in vita S. Eleuth. c. 24.

Sed id non multò poſt Nouiomum propter metū Normannorū portatur:
qui iam in Frācia & Belgio ſæuiebāt.
Horum quidā ad Ligerim, & in Carbonaria ſilua cæduntur.
Annal. Franc. Sigebert.

Alij Antuerpiam diripiunt,
Gandauum capiunt:
alia vaſtant loca.
Andr. Marchian. Bald. in Chron. Iacob. Meierus, Belleforeſt. alij.

A drorum diruta. Et cladem rabiémque senserunt etiam Bononia, Taruanna, & Audomaropolis, intacto tantùm hîc à flammis D. Audomari templo. Intra Scaldim Lisámque, Insula (quæ iam Ferrei temporibus florere rursus incœperat) Bassea, Orchiacum, Martianæ, Hasnonium, S. Amandus, Tornacum, Cysonium; dein Mauritania, Rotomacum, Lutosa, simili furore oppressa, & flammis absumpta sunt. Neque parsum fuit Cameraco, Ambianis, Atrebato, & cunctis per Hannoniam sparsis quà villis, quà cœnobiis, quà vrbibus. Igitur ea Normannorum rabies quantum hac tempestate opum & rerum corraserit; quantum oppidis, vrbibus, monasteriis, aliísque locis damni attulerit, dici non potest. Certè Martianis, vt ex veteribus monasterij Annalibus percepi, nihil reliquum hæc fecit, litteris, priuilegiis, bibliotheca, supellectili, ædificiis, ornatu, rebus denique omnibus aut direptis, aut igne consumptis. In Elnonensi monasterio propter aram templi Monachos diuina peragentes mysteria ferro peremptos reperio. Atrebati & Cameraci omnium fere ciuium ferro sanguis effusus, factáque solo æquata loca. Tornacum etiam suis totum ruinis inuolutum, vt vix quidpiam integrum illic steterit, & per annos aliquot tutam nulli sedem præbuerit. Solum his in partibus Duacum multis tam corporibus Sanctorum, quàm religiosis, & laicis hominibus variis è locis eò confugientibus, præsidio fuit: ipsúmque Diuorum, vt creditur, patrocinio cladis immune constitit, frustrà sæpius Normannis irruptionem tentantibus, ac vi diuina procul repulsis: vti priùs memoratum est. Ceterùm plurimis ea tempestas mortalibus maximo fuit dolori, ac ingenti ad capienda demum arma stimulo. Et mox eorum impulsu coactæ sunt vndique non contemnendæ copię, quibus fortiter barbarorum incursibus obsisteretur. Inter primos Duces emicuit Gauselinus D. Amandi Præsul magno vir animo, & summo loco natus. Ei non pauci è vicinis ac remotioribus monasteriis Antistites aderant. qui potissimùm arma tractarent, quidam vel Comites, vel nobiles viri etiam præficiebantur copiis. Verùm tametsi ductoribus florentissimum esset id agmen, nihil per id tamen effectum fuit. Nam cùm primo impetu Normannos adorirentur, maximus confestim omnes pauor inuasit, retróque coëgit fugam capessere. Igitur ea re ferociores barbari multò sæuiùs, quàm anteà, grassati sunt. Haud feliciùs semper aduersus eam gentem in Francia pugnatum ab Rege Ludouico. Is relicto ad Viennæ obsidionem (quàm multis antè mensibus fuerat aggressus Bosonis Burgundiam sibi vendicantis odio) Carolomanno fratre, cum aliqua parte copiarum obuiam venit barbaris, quo tempore vastata iam vrbe Ambianorum, Corbeiam, & situm ibi monasterium deprædabantur. Illic veteris victoriæ memoria tumidum, ac nouæ desiderio succēsum iuuenilis ardor in pugnam impulit. Cessit primus armorū conflictus prosperè, cęsique non pauci sunt hostium. Sed ipse Rex vel supetuenientibus impar hostibus; vel eo successu inaniter ac superbè animum extollens; nullo persequente, solo impellente metu (quem immissum diuinitus quidam asserunt) cum toto ferè exercitu fusus extemplò fugatúsque est; adeò mentem obturbante pudore, vt non diu pòst vi mœstitiæ vitam perdiderit. Euentu feliciori subinde frater eius Carolomannus relicto Viennæ obsidio pugnauit. Nactus enim ad Axonam flumen Normannorum ingentem multitudinem, magna eos gloria fregit; dein vsus modestè victoria, clementer habuit: ratus videlicet ea ratione parandam aliorum amicitiam, qui tum temporis circa Rhenum omnia populabantur. Hoc tempore Rodulphum Balduini Flandriæ Comitis fratrem, eum in finem & Comitem & Abbatem Cameracensem factum fuisse, vt contra Normannos, qui nuper eam vrbem & monasterium S. Gaugerici incendio corruperant, bellum gereret, Iacobus Meierus narrat. Verùm tametsi non obscuris fuerit argumentis deprehensum, ob fœda mortalium crimina tum in Franciam, tum in Belgium impulsu diuino venisse barbaros: pauci tamen qui cladibus superfuere, vitam in melius mutarunt. Eóque grauior ea lues animorum videbatur: quòd non modò principes nobilitatis, verùm etiam Episcopos & Abbates inuaserat. Vt de aliis taceam, quorum historiæ Francorum memoriam ingerunt, aduersa de moribus Hetilonis Nouiomensium & Tornacensium Pontificis fama vehementer Hincmarum Remensem Archiepiscopum perculit.

Margin notes (left): B; C; AN. 882.; AN. 883.; D

Margin notes (right):
Mem. MSS. Elnon. Monast.
Duacum ob Sanctorum corpora barbaris resistit.
Lib. argent. S. Amat. Iacob. Guysian.
Quidam aduersus Normannos consurgunt.
Chron. Elnon. Iac. Guys. l. 14. Annal. Han.
Ac in primis Gauselinus Abbas.
Sed ab his infeliciter pugnatum.
Contra eosdē variâ pugnauit Ludouicus Rex Franciæ.
Annon. Regino, Bell. for. aliq.
Qui breui pòst mortuus est.
Frater eius Carolomannus de Normānis victoriam obtinet.
Iidem auctores.
Rodulphus Cameracensis Comes, & Abbas creatur aduersus Normannos
Lib. 2. Annal. Fland.
Mala de vita Hetilonis fama Hincmarum torquet.
Flod. l. 3. c. 25.

A

Iactabatur eum talem agere vitam, quæ prophanum hominem virtutis amantem minimè deceret: totáque à plerisque in Hincmarum noxa retorquebatur; vt qui sacris talem virum infulis ornasset. Igitur Sigebertum sacerdotem, à quo sanam de probis Hetilonis moribus opinionem priùs imbiberat, per litteras accersijt; vti cum eo coram agitaret; quæ vera, quæ falsa essent, pernosceret: itáque pro vetis comperta corriperet; contrà dilueret mendacij manifesta. Sed in Hetilonem quid egerit Archiepiscopus audito Sigeberto, quæúe per hunc de ipso didicerit, prorsus ignotum est. Certè non multò pòst eodem anno Hincmarus è vita decessit ob solutissimos multorum mores, & Franciæ clades, mœstitudine oppressus.

Carolomannus Rex Fráciæ moritur.
Annales Franc. Gilliom, Æmyl. Belleforest.
An huic successerit filius Carolus Desidiosus?
Armoin. Chron. S. Dionysij, Gaguin, alij.

AN. 884. Anno sequenti Carolomannus ab apro inter venandum in Aquilina silua fœdo vulnere conscissus, mortem oppetijt. Litteris quidam tradidere, per imprudentiam ab comitum aliquo vulneratum, dum vterque aprum venabulo induere nititur, vndevitam amiserit: sed quoniam nulla illius culpa vulnus acceperat, nunquam eum prodere voluisse, vt innocentis sanguini & vitæ caueret. Plurimi Francicorum scriptores Annalium eius filium ac successorem faciunt Ludouicum, cui praui mores, & socordia Desidiosi cognomen indidere; & quem tradunt neque belli artibus, neque consilio pollentem, multa corporis libidine æstuasset extractam è Kalensi monasterio virginem matrimonio sibi copulasse; vti Normannis obsisteret, haud idoneum fuisse. Verùm neque Carolomanni ætas patiebatur, vti moriens id æui sobolem relinqueret: neque Regino, & alij eo tempore vitam ducentes auctores ei filium attribuunt. Igitur veriùs in auxilium aduersus Normannos audita morte Carolomanni reditum in Franciam maturantes, Carolum Imperatorem cognomento Crassum Franci vocauere: huic regnum, se, suáque subdidere. Is tamen ab Italia cùm exercitum in Galliam adduxisset, plus in ipso spei fuit, quàm bellicæ virtutis. Nam ferè ad primum barbaræ gentis conspectum ita prorsus animó concidit, vt pacem, quàm prçlium, mallet. Igitur pecuniç, quàm hostilis profusior sanguinis, pacem emit: vtique Normannorum è regno discessum impetret, Godefrido ipsorum Duci Frisiam donat, eíque Gillam Lotharij filiam matrimonij nexibus copulat.

B

CAROLVM CRASSVM Regem suum Franci statuunt.
Regino lib. 2. Annales Franc. Sigebert.
Contra Normannos hic nihil agit.
Armoin. lib. 5.
Ab iis emit discessum.

C

Sigebert. Iacob. Meier.
Balduinus Caluus quædã instaurat.
Iac. Meier lib. 2. Ferreol. Locr. in Chron.
Vxoré ducit.
Iacob. Meier.
DODILO datur Cameracensibus Episcopus.
Bald. in Chron.

Interim Balduinum Flandriæ Comitem ad sacrorum locorum ruinas animum vertisse quidam afferunt: impositum Lisæ monasterium Troncíniense cum primis instaurasse: castrum Brugense, vbi conspicitur ædes S. Donatiani, firmissimis obduxisse munitionibus, asportatis ex ruinis Aldenburgi lapidibus. ipsum deinde Regis Anglorum Elfredi filiam Elstrudem per nuptias sibi iunxisse. Apud Cameracenses & Atrebatenses noui Pontificis electioni data est opera, Rotrado in cælos euocato: & ad sacrum vtriusque ciuitatis magistratum votis omnium euectus est Dodilo Vedastini cœnobij Religiosus. AN. 887.

Carolus Crassus vita defungitur.
Regino, Æmyl. aliy.
Inde turbæ tum in Italia, tú in Francia. Harum initia.

AN. 888. Cùm verò flueret annus Christi supra octingentesimum octauus & octogesimus, Carolum Crassum Imperatorem, & Franciæ Regem mors è viuis abstulit. Ac tunc multus extemplò tumultus, quæ suberant ei, omnia turbauit, quibusdam Principum varias alentibus factiones. Harum pleræque Italiam, aliæ Franciam concussere. In Italia florebant opibus & præfecturis Foroiulij Dux Berengarius, & Wido vel Guido Spoletinus. ac tanta ipsi amicitia coaluerant, vt mutuo se iureiurando adstrinxerint, post Caroli Cæsaris mortem, Italiæ Franciæque regnum inuadendi. eóque fœdere Widoni Franciam, Berengario Italiam tribui oportebat. Erat Berengarius Euerardi Ducis ac Comitis filius, quem suprà Foroiulio præfuisse, & cœnobium Cysoniense, quod etiamnum hodie intra fines Gallo-flandriæ cernitur, fundasse memorauimus. nihilque ipsi ad Principatum rectè moderandum idoneum deerat, tractis vnà cum nobilitate parentum præclaris animi corporísque dotibus. Cùm igitur Adriani Romanorum Pontificis decreto statutum fuisset; vt sublato è viuis Crasso ad Italos Imperium reuocaretur: audito Berengarius Crassi transitu, ad obtinendum Italiæ regnum totus incubuit. Breuíque opibus amicorum fultus Ticinum inijt, ibique ab Mediolanensi Pontifice Anselmo regio insignitus diademate, multa ciuitatibus Ecclesijsque more maiorum scriptis diplomatibus indulsit. Cùm pòst Franciam Wido Stephani post Adrianum Ecclesiæ Romanæ Pontificatũ adepti vocibus

D

Berengarius Italiæ regnũ inuadit.
De hoc omnia quæ memoro, partim Reginо, partim Sigebert. Luitprand. Sigon. Cuspinian. Baron suffecere. quos tu consule.
VVido Franciam frustra petit.

impulsus

[illegible] Odon [illegible] as al aue [illegible] C [illegible] men [illegible] O [illegible]

Verum W[illegible] odu[illegible] ens, n[illegible] le [illegible] in Italiam [illegible] a Be[illegible] n[illegible] vehemen[illegible] ar[illegible] A[illegible] ur. N[illegible] m in[illegible] anus Pont. ex [illegible] vel quas [illegible] us co[illegible] erat, ve[illegible] x ab [illegible] Ita[illegible] multo plures ad [illegible] Widoni, qu[illegible] n Be[illegible] acribus semel, [illegible] qu[illegible] is prælio amissis [illegible] exuet[illegible] & [illegible] actus ex Italia profuge[illegible] rmaniam ad Re[illegible] A[illegible] enderit. Il[illegible] dum moratur Step[illegible] P[illegible] ex [illegible] W[illegible] Romam [illegible] at, ibique Cæsarem [illegible] Berengario mirum in modum displiceret [illegible] R[illegible] Arn[illegible] xe [illegible] di, vt idonea recuperan[illegible] o regno su[illegible] dia [illegible] um in I[illegible] n a-gnam hæ preces [illegible] o[illegible] m Exer[illegible] Arn[illegible] que filium p[illegible] Z[illegible] d[illegible]. S[illegible] I[illegible] c[illegible]

C [illegible] essisset, deserto Berengario a[illegible] patrem re[illegible] N[illegible] Flandriæ Comes re[illegible] qu[illegible] ebat, q[illegible] Ca[illegible] r[illegible] m [illegible] Regem Arnulphum Carolus Simplex [illegible] quo[illegible] Ba[illegible] Ca[illegible] rent [illegible] [illegible]

D [illegible] fubiu[illegible] iterum [illegible]

[illegible] Berengar[illegible] [illegible] conftat. [illegible]

[illegible] Placentia eodem [illegible] Widone cum [illegible] & uxore [illegible] Berengarius [illegible]

[illegible] progreditur [illegible] hoc illato, profectus [illegible] Papam [illegible] iterum armis [illegible] Papam [illegible] Berengarius ingenti [illegible] ad [illegible]endum animo, [illegible] priusquam [illegible] Lambertus, mu[illegible] sperato [illegible] nudauerunt [illegible] Lambertus, [illegible] Ticino, cum magna [illegible] Rex [illegible] clamatus est.

[illegible] Italia, ingens [illegible] per [illegible] in Vala[illegible] Zela [illegible] Hammoniæ [illegible]

[illegible]

Eo[illegible]

[illegible] quantum [illegible] Re [illegible] vendicare [illegible] Cum videret [illegible] Haud [illegible] Maxi[illegible] R[illegible]

[illegible]

[illegible] de [illegible] um [illegible] fgn[illegible] [illegible] tamen [illegible] deinde [illegible] abat, vt ali- [illegible] & lapidem ad eum [illegible] eret; per eum de iniuria [illegible] eret. [illegible] non impetraret, ad [illegible] mi- [illegible] Quid H[illegible]lo [illegible] cenobio. [illegible] saltem certum est, [illegible] post [illegible] us. Refert eum Flodoardus ad F[illegible]onem [illegible] templo

D R[illegible] Sa[illegible] [illegible] ad [illegible] E

G [illegible] Romanus Ar[illegible] Regem adductus Lan[illegible] [illegible] in [illegible] cauerat [illegible] Is e[illegible] A[illegible] R[illegible] [illegible] Berengario dux [illegible] eam vrbem [illegible] S[illegible] prelio ac Sergium expulit: dein ab F[illegible] [illegible] Romanos [illegible] em grauissimo ad [illegible] a- [illegible] L[illegible] annos [illegible] est, e[illegible] [illegible] A[illegible] one Camerini. Verùm vbi propinatam [illegible] bus [illegible] us hausit, qua par erat; ideóque per dies [illegible] iter alio flectere coa[illegible] dum E[illegible] [illegible] de exstinguendis Berengarij oculis, [illegible]

an

A Prælulis è syncero pectore vera sanctaque promentis monita. Igitur omnem illico de Normannis in auxilium fœdúsque aduoçandis cogitationem Rex oppressit: iisque copiis, quas parentes ei proceres ac populi subministrarunt, in Odonem bellum gerere pertexit. Vt erat iucundum omnibus in Francia Belgióque Normannorum societatis metu liberari: ita renouatum aduersus Odonem armorum studium difficile ac durum multis accidit. Ea res vtrisque Flandris non parum laboris & damni attulit, cùm sæpè Balduinus Comes, eiúsque frater Rodolphus Cameracensium Comitatu donatus, suos ad arma cogerent pro Carolo bella suscipientes.

Normannorũ societate abstinet.

In Odonem cũ suis Francis bellum redintegrat.

Rodolphus Calui Comitis frater cum Flandris Veromandiam aggreditur. *Io. m. Iper. in Chron. Iacob. Meier. l. 2.*

AN. 898. Igitur Rodolphus magna cupidine flagrans Heribertum Veromandiæ Comitem insigni clade afficiendi, quòd partes Odonis tutaretur: de fratris voluntate vtriusque generis Flandros magno numero in Veromanduos duxit. Illic paucis diebus magnam per agros stragem edidit. Diui Quintini oppidum & Peronam Heriberto armis eripuit. Verùm ea re vehementer accensus Veromandiæ Comes, de Normannis multos in auxilium vocauit, eorúmque operâ intra breue tempus oppida B recepit: ipsum etiam Rodolphum vnà cum Flandris aliquot occidit interceptum leui prælio. Admodum vssit Balduinum interempti fratris dolor, eúmque statim ad arma compulit. Raptus iterum est de vtraque Flandria miles non modicus. Iis copiis Atrebatum Balduinus celeriter circumuenit. quam vrbem postquam Odoni (nam is eam per suos interceperat) vi & armis ademisset, in hosticum agmen duxit, ibíque latè prædas egit, multis locorum igni corruptis. At non multò pòst Odone per mortem sublato, vniuersum Franciæ regnum Carolus pacificè obtinuit. Ferunt Odonem, priusquam spiritum emitteret, sequentibus partes suas Franciæ Principibus ex animo mandasse, ne quas ampliùs factiones alerent: Simplici sese omnes submitterent, eiúsque paterentur imperium, cui ius ad regnum soli competeret. Ab vero minimè discrepat, Caroli hostem è medio tempestiuè sublatum fuisse numinis voluntate, quòd is Normannicę gentis consortia & amicitiam Fulconis impulsu vitauerit. Eôdem propè tẽpote vsus est in Italia felici successu Berengarius. Cùm enim

Ibi quædam oppida capit.

Sed non diu pòst ab Heriberti copijs opprimitur. *Iean. Iper. in Chron. Iacob. Meier. l. 2.*

Ob hanc cladem Flãdriæ Comes Atrebatũ mouet, eamque vrbem capit. *Iijdem auctores.*

Multas de hostibus prædas conuertit.

Odone mortuo totum Carolus regnũ obtinet. *App. Regin. Sigeb. in Chron. Baron. to. 10.*

C huius gratia plerique Italicorum hominum aduersus Lambertum arma cepissent, quòd eius mores diutiùs ferre non possent, inter venandum Hugo, cæsi ab ipso Maginfredi, vel Mangifredi, Mediolanensis Comitis filius, inflicto grauiter in caput fuste viuis eum exemit. Igitur accepto eo de Lamberti exitu nuntijs, Ticinum Berengarius adiit, &cùm eam ciuitatem non multo labore subegisset, omni rursùm

Occiso Lamberto, Berengarius Italiæ regnum occupat.

AN. 899. potitus est regno. Frustráque Adelbertus Eporædiæ, vel Iporegiæ Marchio, eiúsque gener (Gislam enim Berengarij filiam matrimonij legibus sibi deuinxerat) per summam eum perfidiam imperio exuere contendit, euocato ex Prouincia Rege Ludouico, Bosonis filio. Quippe Adelberti Lucæ, aut Tusciæ Marchionis viribus adiurus, ita Ludouicum Italiam ingressum Berengarius circumuenit: vt certo expositum internecionis periculo suppliciter sibi suísque vitam flagitare coëgerit; ac non priùs incolumem dimiserit, quam magno se obstrinxerit iureiurando Italiam cum exercitu nunquam repetendi. Sub id tempus in Heribertum Viromandiæ Comitem Balduinus Flandriæ Comes, qui propter cædem fratris nondum Regis aulam frequen-

Luitprand. l. 1. cap. 12. Sigon. Baron. to. 10.

Ludouicum Regẽ superat. *Luitprand. l. 2 c. 10. Sigon.*

D tauerat, rursus arma commouit, multáque vsus Flandrorum opera denuo Peronam sibi subiecit. Quibus Flandri potentia minùs placebat, eò Regem Carolum assentationibus perpulere, vt eum in hostibus censeret, à quo tamen vnà cum Fulcone laborante ad regni fastigium euectus fuerat: Peronam Heriberto restitueret: Atrebatum daret Comiti Altmaro: D. Vedasti cœnobium Fulconi Remensium Pontifici concederet. Tenebat tum S. Medardi monasterium Altmarus: quod cùm magis Fulconi quadraret; id cum Vedastino permutauit. Septus igitur copiis Altmarus Atrebatum venit, eique obsidium admouit, ac per vim potitus est oppido & monasterio. Id cùm ægerrimè ferret, ac tunc non posset vires opponere; conabatur quidem Balduinus Carolum precibus emollire, vt Atrebatum, & Abbatiam Vedastinam reciperet: verùm Regem obstinabant tum Altmarus & Remorum Antistes, AN. 990. tum Veromanduus. Igitur cùm maior odiorum flamma Comitem Flandrum in Fulconem accenderet, Winemarus miles eius Episcopum lanceis confossum è me-

Flandriæ Comes rursus Heribertum armis petit. *Iacob. Meier.*

Contrà, Rex eum multis locis priuat. *Flodoard. hist. Rem. l. 4 c. 10. Iacob. Meier.*

Sed occiso Fulcone, Atrebatum Comes recipit.

Flod. l. 4. c. 10. Sigeb. Append. Reginon. sub anno 901. Flod. l. 4. c. 10. Cruces sanguineæ in vestibus apparent. *Iac. Meier. lib. 2.* Dodilo Remos adit. *Flod. l. 4 Rem. hist. c. 11. Bald. l. 1. c. 63.* Idem vita defungitur. Quid fecerit pro Camer. Ecclesia vrbeque. *Balder. l. 1. c. 63. & 64.* STEPHANVS ei succedit. *Balder. l. 1. c. 65* In Italia Berengarius infestatur denuo per Adelbertum euocato Ludouico, ac toto penè regno exuitur. *Luitprand. l. 2. c. 10. Sigon. l. 6.*

dio sustulit: & statim ipse Atrebato, & cœnobiis Diuorum Vedasti ac Bertini in potestatem redactis, arma posuit. Verùm numen grauiter offensum fuisse tam fœda Episcopi cæde, cõsumptum à vermibus Winemari corpus patefecit, dein noui generis ostentum. Nam in Flandria multis hominum vestibus impressæ sunt diuinitus cruces ipso sanguine horribiles, quo præsertim formabantur: indéque tantus passim animos metus inuasit, vt multi consternarentur. Cùm in locum Fulconis apud Remenses successisset Heriueus, Cameracensis Pontifex Dodilo cum nonnullis aliis Presulibus Remos profectus est, vt pompam celebraret; dum is in Archiepiscopum sacro liniretur oleo. Non diu pòst idem è viuis euocatur. Nomen eius Cameracenses laudibus magnis efferunt, ob accepta per ipsum beneficia. Ab Rege Arnulfo diploma impetrauit, quo Cameracensis Ecclesiæ D. Virginis bona firmarentur. Maiori Cameracensem vrbem murorum ambitu circumcinxit, eóque S. Autberti monasterium complexus est. Christi parentis ædem cùm dedicaret, multis eam muneribus decorauit, ac præsertim argentea principis aræ tabula. Datus ei successor est Stephanus, cui cognomen Alsatio fuit ab Alsatia, vbi vitam acceperat. Magna fuisse virum virtute, variáque disciplinarum cognitione, asserunt, & multa valuisse apud Reges nonnullos gratia. Iisdem quoque temporibus in Italia Berengarium Regem aduersa perculere. Eóque plus ipsi doloris attulit Adelberti Tusciæ Marchionis facinus, quò plùs ipsum sibi obstrinxerat, cùm Lamberti vinculis oneratum Ticini pristinam in libertatem asseruit. Is nempe tam coniugis Berthæ, quàm nobilium Italorum, quibus Berengarij mores minimè arridebant, hortatibus & stimulis frequenter impulsus, è Prouincia Ludouicum rursus exciuit certa spe proposita obtinendi tandem Italiæ regni. Et spreto graui iureiurando, quo fidem obligauerat suam Berengario in Italiam arma nunquam inferendi, magnum Ludouicus exercitum illicò præparauit, eúmque per Alpes in Langobardiam duxit, ac festis vbique plausibus, & multis lætitiæ signis exceptus est. Id postquam Ticini percrebuit; magno cõstrictus est metu Berengarius: nihilque in ea vrbe tutum sibi arbitratus, quàm primùm licuit, eo loco relicto Veronam sese contulit, propugnaculis, natura, & ciuium fide munitissimam vrbem. Itaque Ludouicus cognito Berengarij discessu Ticinum rectà contendit, eáque vrbe regia potitus vniuersum facilè regnum in suam traxit potestatem. Et postquam illic decoratus ornatu regio fuit, multa Italicorum Principum vi fultus ad Pontificem maximum Romam profectus est. Erat tunc Ecclesiæ caput Benedictus eius nominis Quartus (si rectè memorant Onuphrius, ac Sigonius) parum addictus Berengario. Igitur is cùm rogaretur, vti Ludouicum Imperatoris titulo ac diademate donaret, haud grauatè vtrumque impertiit. Ornatus ea dignitate Ludouicus maiores per Italiam contraxit copias, omninóque Berengarium toto regno exigendum sibi statuit. Eum in finem decimo Kalendas Septembris Veronam versus, vbi sese muniuerat Berengarius, castra promouit. Verùm eius aduentu cognito, quàm citissimè eo de loco Berengarius discessit, & in Bauariam profectus est: quòd satis animaduerteret, pauciores sibi suppetere vires, quibus tam validi hostis sustineret cõpias; ac non paucos è suis fluxa esse homines fide. Illic dum moratur, non multò pòst insignis oblata est occasio & opprimendi aduersarium, & regnum recuperandi. Peragrata Ludouicus Langobardia, Tusciam quoque inuisere constituit. Ibi dum Lucam ingressus est, Adelbertus Marchio & splendidissimè ipsum excepit, & regio apparatu coluit. Verùm insignis tum supellectilis, tum epularum luxus, & splendidus familiæ totius ornatus adeò Ludouici oculos animúmque perstrinxit; vt mox inuidia contacto hæ voces exciderint: Non Marchionem, at Regem eam decere magnificentiam; solóque se ab eo distingui titulo. Non latuit is sermo Bertham Marchionis coniugem ingenti fœminam versutia, animóque. Nihil ergo cunctata, quæ perceperat, marito exposuit, vnáque ipsum vehementer aduersus Imperatorem accendit: quasi discrimen aliquod ab ipso ingrueret. horúmque artibus occultis perfectum extemplò est, vt multi nobilium Italiæ animos ab eo auerterint. Iis itaque rebus cognitis, Berengarius ad omnem felicis in Italiam reditus occasionem excubans, Ludouicum Veronæ securiùs agere

Ac Ludouico Imperatore nuncupato, & coronato; *In Chron. lib. 6. reg. Ital. Regino l. 2. an. 904. Onuph. Sigon d. l. Vigner. in Chron.* Veronam deserit, & in Bauariam fugit. Post aliquod tempus datã recuperandi regni occasionẽ arripit. *Luitprand l. 2. c. 10. Sigon. l. 6. Regino.*

A B C AN. 901 D AN. 902.

dimisso

A dimisso exercitu accepit, omninóque esse insidijs opportunum. Quapropter occul-
tis magnisque itineribus è Bauaria in Italiam aduolans, subito Veronam aduentu
oppressit, eámque [illegible] pecunia custodibus intempesta nocte ingreditur, ac pau-
cis e ciuibus spectatæ virtutis & fidei viris septus, arcem intercipit arduo impositam
colli, & accessu difficilem. Ibi Ludouicum inter tumultus aggredientium, ac pro- [Captoque & excæcato Veronæ Ludouico, regno iterum potitur.]
pugnantium trepidantem, & intra D. Petri Basilicam occulentem se nactus, non alio
ipsum supplicio affecit, quàm luminis oculorum priuatione: licet violati iurisiurandi
flagitium mortis pœnas poscere videretur. Inde Ticinum profectus, nullo negotio
regiam, ac ceteras vrbes recepit, cum iam animos Italorum Ludouici calamitas fre- [Luitprand. l. 2. Regin. l. 2. Marian. Otho Frising. Onuph. Sigon. Vignier.]
gisset: multísque pacificè annis regnum tenuit; solis interdum infestantibus Hunga-
ris, quorum tamen furorem ita mitigauit, vt etiam socios belli aduersus hostes ha-
AN. 903. buerit. Soluit intereà naturæ debitum Nouiomensis & Tornacensis Episcopus He- [Heidilo Nouiom. Episc. moritur.]
idilo, eiúsque loco infulis ornatus est Rambertus, quem aliqui Lambertum nomi-
nant. Erat eo tempore, quo curam hic animarum sustinuit, attrita vehementer Ec- [RAMBERTVS creatur ibidẽ Episcopus.]
B clesia Francorum Belgarúmque & passim apud vtrosque mirum in modum pessun-
data religio. Iacebant locis plurimis in plana deiectæ Diuorum ædes: multa ruinis [Herman. in Chron. Catal. Episcop. Tornac. Meier.]
sepulta videbantur monasteria. ingens erat sacrorum canonum neglectus. Hæc om-
nia duo præsertim inuexerant, Normannorum furor, & habendi cupido. quæ Nor-
manni reliqua fecerant, ea nonnulli palàm inuolabant prædis assueti: vt etiam sacris [Miseran lus Ecclesiarum status in Gallijs.]
AN. 905. rebus pascerentur laici, & monasterijs præessent. Quæ cum animaduerteret Heri-
ueus Remorum Archiepiscopus, magnóque tangeretur erigendæ religionis deside- [Heriueus Normannos mitigat, & ad fidem conuertit.]
rio: primùm ad molliendos Normannorum animos sacrisque fidei Christianæ my-
sterijs initiandos multum operæ contulit: in plurimis horum ferociam, & vanam
idolorum religionem exstinxit: ad morum comitatem sacráque Christiana eos con-
uertit: indéque factum denique est, vt minùs posteà damni pepererint, cùm eos in [Ioan. Pap. 9. epist. Flodoar. l. 4. c. 12. hist. Remens.]
regni partem Simplex admisit, eorũ Duce Rollone sacris vndis abluto, insignitóque
Roberti nomine. Post aliquod tẽpus idem subiectos sibi Põtifices Troslleium Tros-
AN. 909. C legium iuxta Suessionem euocauit, ibíque Synodum habuit, qua præcipuè his ani- [Iac. Meier. lib. 2.] [Iuxta Suessionensem vrbem Synodũ habet.]
mos faceret ad restituendam sacrorum canonum disciplinam, eóue quædam ipse
cum ijs constitueret. Illic tum fuere Cameracensium & Nouiomensium Episcopi
Stephanus & Rambertus: qui cùm ad suas reuertissent Ecclesias, multis quoque locis [Flod. l. 4. c. 14. Acta eius Synodi to. 3. Conc. & apud Bar. t. 10. Gilder l. 1. c. 65.]
AN. 911. in melius pleraque conuerterunt. Ac tunc periucundum id Ramberto accidit opus,
quod ciues quatuor Tornacenses aggressi sunt, ad instaurandos Tornaci muros do- [Tornacum instauratur.]
mósque curas partiti, postquam Normanni flammis vrbem eam absumpserant, an-
AN. 913. no trigesimo Paullò pòst ordinandis Flandriæ rebus indictus est Gandaui Conuen- [Herman. in Chron. Iacob. Meier.]
tus: vitæque finem fecit Rambertus Pontifex. In eius locum suffectus est Aynardus,
AN. 915. vel Airardus, qui Troncinium ex Merendra Diui Gerulphi corpus transtulit. In [Iac. Meier. lib. 2.]
Italia graue bellum aduersus Saracenos iuxta Garilianum à Christianis gestum [Post Rãbertũ AYNARDVS fit Episcop. Nouiom.]
est feliciter, iíque ad internecionem deleti. Quòd plurimam ad hanc expedi-
tionem operam contulisset Berengarius, Ioannes Romanus Pontifex sacro eum
AN. 917. ritu Cæsarem vnxit. Inuidiam ea dignitas apud Bertham Adalberti Tusciæ Mar- [Catal. Tornac. Herim. Chron. Iac. Meier lib. 2. Luitprand. l. 2. cap. 14. Leo Ost. Sigon. l. 6. Bar. to. 10.]
D chionis viduam conflauit: & mox ipsa Imperij cupida cum Vidone filio in Be-
rengarium occultè multa tentauit. Sed horum gnarus Imperator vtrumque copijs
oppressit, & in custodiam tradidit. Vbi tamen sensit frustrà se oppugnationibus vr-
bes Tusciæ ad deditionem cogere, demerendis animis sponte libertatem Berthæ [Berengarius Imp. vngitur. Insidiantes sibi deprehẽdit & capit.]
AN. 918. donauit eiúsque filio. Fluente anno Christi nongentesimo & octauo decimo Bal-
duinus Comes Flandriæ vita Gandaui exuitur. Qui succederet, Arnulphum filium
reliquit. Huic ætas longa Senioris aut Vetuli, ingentia facta Magni cognomen dede- [Luitprand. l. 2. c. 15. Sigon. l. 6.] [At eosdem posteà liberat.]
re. Eius initia Normannus multo cruore imbuit commisso ad Falcobergam prælio
in finibus Artesiæ, quo Flandria tunc temporis porrigebatur. Infestabant eum lo-
cum iuncti Danis Normanni. Sed Burgundiæ Rex Rhodolphus in eos celeriter mo-
uit, eique se iunxere Arnulphus Comes ac frater eius Adolphus magnum ex vtra- [Auctores citati. Iac. Meier. lib. 2.]
que Flandria exercitum trahentes. Pugnatum vtrimque acriter: & quamuis Christia-
nos aspiceret victoria; non ea tamen paruo stetit labore & sanguine. Grauis subinde

Aduersus Robertum Andegauensem laborat pro Carolo Arnulphus Comes.

labor Flandriæ Comitem Arnulphum Simplicis rebus studēiem exercuit. Etat tum A
magna cum Roberto Andegauensi eius Odonis fratre, qui regnum Franciæ, vti me- AN. 919.
morauimus, inuaserat, contētio. Victis ad Oceanum Normannis, animos ingentes is
sumpserat, ac iam spreto Cōmitatus titulo, ad regium nomen, decúsque vehementer
adspirabat. Qui consilia regno exuendi Caroli sufficerent, multi aderant illi: neque
Principum quidam deerant, qui pecuniam & viros bellū in Regem molienti promit-
terent. Cùm itaque Robertus opportunum tempus adesse perspiceret, quo Simpli-
cem bello peteret, signa confestim explicuit. Quà magnis viribus ingruebat, multa

Ereptam sibi arcem S. Venantij recuperat.
Iacob. Meier. l. 2.

de Rege oppida cepit castraúe. Adeóque arma latè circumtulit, vt etiam Comitis
Arnulphi ditionem inuaserit. Hîc præter alia loca S. Venantij castrum ad Lisam in-
festandis vtrisque Flandris opportunè situm in suam redegit potestatem. Id Arnul-
phus cùm grauissimè ferret, haud diu tardauit suas ei vires opponere: collectóque
milite huic arci obsidium admouit. Eo tandem loco potitus aliò vires conuertit. In- AN. 92
terim alibi magnum capiebat incrementum Roberti factio. Propiúsque abfuit, quin

In Simplicē multi conspirāt Principes.
Frod. Chron.
Heriueus & Arnulphus eum præcipuè tuentur.
Frod. Chron.

toto Carolus regno priuaretur. Quòd enim is Haganonem, qui nuper ex humili B
loco emersus ad summam apud ipsum familiaritatem & potentiam peruenerat, ab se
nollet procul amoliri: omnes fere Franciæ proceres ad Robertum defecerant, ac
maiores regni vires secum traxerant. Verùm tunc in Regem magna Heriuei Re-
mensis Pontificis, & Arnulphi Comitis fides emicuit. Circumduxit eum ad septem
menses per suæ ditionis castra Heriueus, ibique semper in tuto coluit. Quæ pro eius
defensione arma ceperat, ea nunquam posuit Arnulphus; & hoc demùm vtriusque
officio perfectum est, vt plerique Principes ad Carolum rursus animos adijcerent,

Fulmina & siccitas insolita.
Frod. Chron.
Per nouam conspirationem Robertus in Regem vngitur.
Frod. Chron.

ísque in totum ferè imperium restitueretur. Eorum, quæ pòst secuta sunt in Gallijs, AN. 921.
malorum prænuntia fuere per varias tempestates fulmina, quibus multi homines
tacti periere, multáque absumpta sunt ædificia: dein trium mensium Iulij, Augusti, ac
Septembris continua siccitas. Certè non multo exacto tempore adeò Roberti par-
tes inualuere, vt non modò Principum pars maior ei sese denuò submiserit, verùm
etiam Pontifex Heriueus ad ipsum transfugerit, eúmque in Regem solitis vnxerit C
cæremonijs. Idne factum cælo minùs placuerit, haud ambiguum est. tertio námque
pòst eam Roberti vnctionem Heriueum è terris subductum auctores asserunt. Va- AN. 922.

Ostenta varia.
Frod. Chron.

ria subinde per aërem ostenta formidinem incussere. Non procul Cametaco tres
visi soles; aut ternos orbes distinctos spectantibus sol præbuit. Spicula duo tamdiu si-
bi aduersari, & appropinquare in cælo conspecta, donec vtrumque nubes contege-
ret. ignei quoque stipites duo concurrere tantùm destitere, cùm eos altera nubes in-

Grauis inter Simplicem & Robertum pugna, qua Robertus cæsus est, & Simplex fugere coactus.
Flodoar. Chron. Reginon. App. Sigeb. Meier. alij.

uoluit. Hæc grauissimo præludere certamini credita, quòd posteà inter Carolum
Regem ac Robertum in Frācia commissum est. Ad Axonam fluuium infra Suessio- AN. 923
num vrbem Robertus castra posuerat multis quidem instructus copijs, at nondum
ad conferēdam pugnam dispositis: cùm Simplex eum aggressus est. Dies erat Domi-
nicus, eiúsque temporis reuerentia spem ipsi quietis iniecerat: iámque totus eius
exercitus vel circa parandū prandium, vel circa sumēdas epulas impediebatur. Suos
nihilominus ad pugnam Carolus milites erexit: quorum pars è Lothariensi regno,
pars è Flandria Duce Arnulpho venerat, pars Francis constabat. Postquam igitur ex D
aduersa fluminis ripa, vbi cōsidebat, cum copiis in proximum castris Roberti locum
euasit: in aciem equites peditésque direxit Arnulphi præsertim consiliis vsus. Atrox
ibi prælium variúmque coortum est, quamuis imparati ab instructis lacesserentur.
Pro Carolo pugnandi opportunitas, & causæ iustitia plurimùm faciebant: contrà,
ipsi oberant Lotharienses, quos contractarum cum Roberto induciarum violatio
reddiderat pœnis obnoxios. Roberto metum & alieni regni occupatio, & prære-
ptum instruēdis ordinibus tempus incutiebat. Pugnatum igitur dissimili principio,
exitúque, viribus propè paribus, alternāte victoria. Cædem suorum auxit Robertus,
postquàm excepta in os lancea perfossus vel Caroli, vel alterius manu occubuit. ac
tum Simplex victoriæ signa prodidit, quasi hoste oppresso debellatum esset. Verùm
Roberti filio Hugone, ac Veromandiæ Comite Herberto pugnam acriter redinte-
grantibus, cladem is suorum insignem pertulit, & fugam capessere coactus est, im-

pedi-

A pedimentis omnibus amissis. Eam passus stragem & plagam Carolus non destitit legationibus apud Seulfum Remensem Archiepiscopum, & Heribertum Veromandiæ Comitem agere, suas vt partes amplecterentur. Sed is labor omnis frustra fuit susceptus: cùm illi societatem eius aucrsati ad Burgundiæ Regem Rodulphum miserint legatos, qui Franciæ regnum offerrent, si cum exercitu aduersus ipsum in Franciam tenderet. His Carolus perspectis ab Normannis auxilia petiit. Ea Ragenoldus promisit liberaliter. Verùm priusquam suas hic vires coniungeret, Rodulphus in Franciam aduenit, & cum Francis sese opposuit. Ergo trans Mosam Simplex fugam arripuit. Ibi dum hæret, Franci Rodulphum Regem suum faustis acclamationibus renuntiant. Paucis inde diebus tum legatione, tum iureiurando inuitatus, grauiter in eo Carolus peccauit, quòd veteri ac subdolo aduersario Veromandiæ Comiti nimium fidenter sese commiserit. Ab eo siquidem insigni perfidia in custodiam traditus est: Ludouico filio in Angliam cum matre fugam arripiente. Interim Ragenoldus Princeps Normannorum, cuius antè meminimus Francorum B prædationibus irritatus in Atrebatium ditionem copias deduxit, ibique non leue damnum incolis attulit, circumcircà metu latè Gallo-flandris etiam incusso.

Carolus frustra tentans Heribertum & Seulfum adiungere:

Normannos aduocat. *Frodoar. Chron.*

RODVLPHVS Rex Franciæ creatur. *Frodoar Chron. Regin. App. Sigeb. aly.*

Simplex in carcerem ab Heriberto detruditur. *Frodoar. Regin. App. Sigeb. aly. Frodoard.*

Hęc dum fiunt in Galliis vltra montes quoque variis motibus res agitantur. Iuerat nuper Rodulphus, (qui populos cis Alpes regia fulgens dignitate moderabatur) in Italiam Principum quorumdam factione aduersus Beregarium incitatus vehementer, vt Italiæ regnum ipsis adiuuantibus capesseret: adeóque rem feliciter gesserat, vt exuto præter Veronam vrbibus cunctis Berengario, Ticini Rex acclamaretur fauStissima omnium admurmuratione. Inde cùm Burgundiam reuisurus cis Alpes descendisset, & iucundis ipse nuntiis Heriberti ad regnum Francicum inuitantis perfusus est, & nouo Berengarius discrimine circumuentus. Agebat ipse, vt iam diximus, Veronæ munitissima vrbe, cuius incolas magnæ semper fidei & constantiæ viros expertus fuerat. Euenit fortè (quam ob causam incertum est) vt aliqui denique horum C eius odio exarserint, mentémque necis afferendæ induerint. Visus ei factioni ad hoc negotium feliciter peragendum Flambertus quidam, cuius filium è sacri fontis lauacro exceperat Berengarius. Nō latuit istum Principem ab hoc vitæ suæ insidias strui. Sed cùm meritò posset è viuis eum tollere, munificentia & humanitate sibi obstringere maluit. Igitur cùm eum ad se vocasset, his peramenter verbis aggressus est. *Nisi multa te cogerent, Flamberte, insigni mecum amore coalescere: admodum sanè fuerat mihi procliue, in animū altiùs id admittere, quod multi claro ferunt sermone, tuis caput meum insidijs peti. Sed quantum ijs verbis fidei demo, tātum animo te velim reputare: nullis te rebus & fortunis auctum ornatúmque, nisi meo cunctas beneficio acceperis. Quo certè perfici oportet, vt neque amorem, neque fidem in te vnquam aduersus me desiderem. Equidem ingenuè profiteor, nullum suam maiori cura salutem tueri, quàm ego tuum studio sim honorem prosecutus. Hoc tibi persuadeas opto, maioribus me muneribus certaturum, si tuam semper fidē experiar votis meis consentaneam.* Hæc vbi pronuntiauit capacissimam ex auro pateram vino iussit impleri, eámque Flamberto porrigens talibus ad ipsum verbis vsus est: *Amoris mei salutísque gratia, quod infusum est, ebibe; vas ipsum dono meo posside.* Ad eam Flam- D bertus tectam animo proditionem dissimulans, in eam Cęsari sententiam respondit, quæ plurimum amoris fideique proderet, omnémque ab ipso metum procul amoliretur. Ceterùm vix ab eo discesserat, cùm ad socios rectà contendit, quorum opera viribúsque adiutus atrocis facinus cædis perficere statuerat. Exacto iam die iuxta templum Berengarius in amœnam pro more domunculam se recepit somnum capturus, eique loco nullas adhibuit custodias, quòd nihil formidinis ingruere videretur. Verùm vbi sub Gallicinium è strato sese corripuit, agendísque numini gratiis sacram ædem ingressus est: accurrit extemplò Flambertus, armatámque vim iuuenum pertrahens irrumpit. Ibi sonitus armorum pedúmque strepitus nauantem precibus Cęsarem mouit; ideóque obuiam procedens, & Flambertum eminus cōspicans, quid arma, quid ingēs hominū globus velint, ab eo requirit. Nihil aliud Flambertus renidenti vultu respondet, quàm eius salutis tuendæ causa eam iuuenum manum adduci. proinde posito metu omni in medium se globum inferret. illic aduersus eos, qui ne-

Berengarius iterùm regno in Italia priuatur. *Luitprand. l. 2. cap. 16. 17. 18. Sigeb. Sigon. l. 6.*

Vitæ periculū adit. *Ijdem auctores.*

In hostem quàm fuerit benignus & liberalis.

A

cem eius molirentur, iri defensum. Sed nulla in animum admissa insidiarum suspicione vix in mediam se turbam insinuauit Berengarius, cùm Flambertus à tergo ingentem in caput rompbæam infligit, humíque cæsum porrigit. Hoc igitur exitu è viuis sublatus est Berengarius sanctissimi viri ac Comitis Euerardi filius (quem nos suprà memorauimus intra fines Gallo-flandriæ nostræ Cysoniensem Canonicorum Ecclesiam molitum, cuiúsque corpus hîc etiamnum hodie asseruatur) cuius etiam mater Gisla, & nonnulli fratres tum Cysonium, tum alia Gallo-flandrici tractus loca suis nobilitauere virtutibus, velut anteà fuit narratum. Exstant præclara per Italiam eius in Ecclesias profusæ liberalitatis monumenta. æternâque dignum illud memoria facinus, quo Gilebertum hostem ab Hungaris sese propugnantibus captum, virgisque cæsum benignè prosecutus est. cùm enim is in conspectum eius vinculis constrictus ac seminudus raperetur, ac fortè partibus obscœnis ob vestis breuitatem detectis risum adstantibus moueret: vultum Cæsar auertit grauiter, lautumque ac vestibus admodum pretiosis donatum liberè domum abire permisit. Et præbuit certum eius innocentiæ argumentum, qui fusus ea cæde sanguis adeò lapidi semper inhæsit, vt nulla vnquam ablutione detergi potuerit. Hæc dum fiunt in Italia cæsi sunt Atrebatum iuxta Normanni, quos Ragenoldus adduxerat. Ex his sexcenti ferro perempti, in fugam coniecti ceteri: dum eos Adelelmus Comes adortus est. Ex aduerso, Gislebertus Lotharienfium Dux Cameracensem agrum, & Hannoniæ regionem vastabundus incurrit. Ipsúmque pòst Cameracum per negligentiam quotumdam igne fuit deformatum. Subinde Seulfus Archiepiscopus Remensis alteram Trosleij Synodum habuit. Illic cùm esset Stephanus Cameracensis Pontifex, inter alia pro ipso aduersus Comitem Isaacum, qui quoddam eius castellum furtim occupatum incenderat, dicta sententia est; ísque Comes promissa non leui pecuniæ summa, in gratiam cum Episcopo redijt. Eo tempore Carolus Rex magnum vitæ discrimen incurrit. Ea quippe turris incendio correpta est, in qua captiuus tenebatur. Anno proximè secuto venit has in partes, Heriberto vocante, Rodulphus Rex, ac dies aliquot Cameraci consedit. Inde cùm Mosanam ditionem adijsset, ibique Gislebertum & Othonem, qui grauiter ab eo dissidebant, in gratiam recepisset, haud procul Atrebato Normannos in nemore considentes, obsidio circumuenit; ac postquam ipsi eo de loco erumpentes Francos adorti sunt, accepto vulnere, partem eorum non modicam cecidit; ac ideò pacem cum ijs melioribus, quàm voluissent, pactus posteà est conditionibus. Visæ deinceps sunt acies ignitæ per aërem ingenti conflictu concurrere. Et mox inualuit morbus grauis, tussi, febríque corpora hominum vehementer agitantibus: quo paucis mensibus magna pars tum Galliæ omnis, tum Germaniæ hausta fuit. Interim Romanus Pontifex Ioannes plurimùm insistebat, vti Regem Carolum Heribertus è custodia mitteret. Ex aduerso eius voluntati multa semper hic Comes opponebat, etsi minis incurrendi anathematis vrgeretur. Verùm vbi Regem Rodulphum in Burgundiam iter fecisse accepit: è carcere Simplicem extraxit; ac cùm eo Remos profectus est. Inde Romam ad Pontificem Maximum litteras misit, quibus significabat, eius votis obsequendi studio, è custodia missum ab se Carolum; vtque regnum recipiat, daturum sese operam. Idem cùm studeret Normannos sibi conciliare, filiúmque Odonem, quem ij obsidem habebant, recipere: neutrum priùs impetrauit, quàm Regi Carolo sese submitteret, ac in eius partes Episcoporum & Comitum Franciæ nonnullos pertraheret. Ad bellum subinde hic se conuertit. Prope fines Gallo-flandriæ ad flumen Scaldim stabat Moritania, munitum arte, locique ingenio castellum. Eam Lotharij filij tenebant imposito firmo satis præsidio. Cùm igitur Heriberto minùs placeret ab Lotharienfibus id castrum insideri; exercitum eò duxit, ac post dies paucos munitione potitus, totam in plana deiecit. Vbi verò certis nuntijs accepit, Ioannem Ecclesiæ caput ab Vidone ob simultatem in carcere attineri: omnis in Simplicem obseruantiæ oblitus, in custodiam eum denuò addidit. Illic dum detinetur Carolus, Rodulphum incessit cupido pacem cum eo componendi. Verùm post breue tempus multa oppressus tristitia mortem Peronæ Simplex oppetijt. Quem filium is reliquit apud auunculum An-

Margin notes (left): Berengarij liberalitas. Sigon l. 6. — In hostem comitas. Luitprand. l. 2. c. 17. Sigon. l. 6. — Sanguis eius deleri non potest. Idem. — Normanni cæduntur. — Ager Cameracensis vastatur. Frod. in Chron. — Cameracum deflagrat. Frod. in Chron. — Synodus Trosleiensis, vbi Stephanus Camer. Episcop. Frodoar. Chron. Balderus. Frodoar. Chron. — Rodulphus Rex Cameracum venit. Frod. in Chron. — Normannos cædit. Frodoard. — Acies in aëre, & morbus. Chron. Frodoar. — Ad instantiam Romani Pontificis Carolũ Regem Heribertus è custodia liberat. Flod. lib. 4. c. 21. Frod. Chron. — Eidem se eis alijs subiicit. Frodoard. — Heribertus Moritaniam capit, ac diruit. Chron. Frod. — Carolum in custodiam iterũ retrudit. Chron. Frod. qui tandem ibi moritur. Iidem auctores, & varij annal.

Margin notes (right): B — AN. 924 — AN. 925 — C — AN. 926 — AN. 927 — AN. 928 — D — AN. 929

A glię Regem profugus agebat, Ludouicus nomine. Sed eo spreto Rodulphus in Francos imperium retinuit. Exorta tunc grauis inter Veromanduorum Comitem Heribertum,& Hugonem Andegauorum Comitem simultas,quæ non leuiter belli motibus Flandriam concussit, Arnulpho Comite in partes tracto. Lothatienses Hugoni obstricti Gisleberto Duce Duacum capiunt. Contrà Comes Arnulphus Moritaniam iuxta Tornacum Scaldi Scarpóque fluminibus irriguam, ac nuper iterùm munitam,& à Rotgarij filiis defensam,de hostibus vi recipit;dein Atrebato potitur: frustráque hanc vrbem paullò pòst Rodulphus & Hugo cingunt obsidio,ac tantùm inducias obtinent.

AN. 930

AN. 931.

Hoc ferè tempore in S. Amandi monasterio vitam viuere desiit Hucbaldus. Multos hic annos Benedictinum gerens habitum religionem apprimè coluerat, vnàque variis animum disciplinis imbuerat; vt non minùs versus pangere, quàm protam orationem scribere gnarus esset; vt modis musicis aures mulcere, ac philosophorum scitis animos instruere posset. adeò Milonem auunculum, quem idem B monasterium ascetam & artium multarum magistrum aluit,studio, eruditione, moribus referebat. Auctores habeo, qui memorent horum temporibus Elnonæ insignem fama & doctrina scholam floruisse: ad quam ex omni Gallia Principum liberi mitterentur multiplici ornandi scientia, & præclaris formandi moribus. Exstant non pauca vtriusque monumenta, quorum ea plurimis placuere,quibus ipsi Sanctorum gesta celebrant. Non renuit Bertiniani cœnobij Antistes Rodulphus Hucbaldum accersere, vt eo docente plus doctrinæ & sapientiæ biberet. Et placuit Archiepiscopo Fulconi eundem Remos euocare, vt plus nominis & celebritatis ei ciuitati docendo compararet. Anno proximè secuto decessit è vita Tornacensium Pontifex Airardus; eúmque magistratum excepit Walbertus Corbeiensis monasterij Antistes. Et nondum exacto biennio è viuis subtractus est Stephanus Cameracensium Episcopus. Hoc flagitante Lambras,assidens Duaco municipium,Ecclesiæ Cameracensi cum fisco regio, moneta, & telonio Carolus Rex concessit:eóque tamdiu do- C no integrè frui Episcopis licuit, donec post aliquot annos Flandriæ Comes eius partem Duacum pertraxit, iuréne an iniuria, saltem potentia nisus. In eius locum surrogatur Fulbertus magno in Brabantia genere exortus. Conciliata postmodum inter Franciæ Principes pace, Alisam Heriberti Veromanduorum Comitis filiam Arnulphus Flandriæ Comes sibi iunxit nexu matrimonij. Altero deinde anno Rodulphus, quem Franci Regem patiebantur, è viuis abiit. Et mox Francorum Principes ad Ludouicum Simplicis filium animos verterunt, eúmque per legatos ex Anglia reuocatum Regem suum fecere, paucis aduersantibus, quos eius stirpis odium ceperat. Eo regnante Hungaros barbaram gentem in Franciam, transito Rheno, incursiones fecisse, comperio. hîc ab eo flumine Oceanum vsque in multa loca sæuissimè grassatos. Visus erat sol eam perniciem prodigio quodam portendere, cùm cælo valde sereno cœpit obtenebrescere, & radios velut sanguineos immittere domorum fenestris. Eodem propè tempore Walbertus Nouiomensis & Tornacensis Episcopus è vita discessit, eique suffectus est Transmarus aut Fransmarus. Hunc è nobili apud Atrebates cœnobio D. Vedasti sum- D ptum Annales referunt, insigni virum pietate, ac monasticis motibus florentem: statímque susceptis infulis Arnulpho Comiti Flandriæ auctorem fuisse, vt Gandense, aliáque monasteria, nuper ab Normannis corrupta disiectáue, pristino nitori redderet. Neque suam Comes operam tam pio voluit officio deesse; omninóque suum laborem huius Præsulis studiis coniunxit. Sic in primis loca quædam instaurata Gandaui. Tenebatur interim à Comite Rotgatio Duacum. Sed is posteà captus, non priùs datis obsidibus ab Rege Ludouico dimissus est, quàm Arnulpho hanc vrbem restitueret. Inuasit subinde magna Franciam & Germaniam fames ob insignem annonæ caritatem, multósque passim boues pestilitas oppressit. At enim quoniam Arnulphum plurima domi, foris, pace, bello, insignem fecerant: Ludouicus Franciæ Rex eo multus vtebatur, cum eo cõsilia frequens communicabat, magnas res etiam aggrediebatur. Circa Normannos Danosúe armis vel consiliis

AN. 932. AN. 934. AN. 936. AN. 937. AN. 941. AN. 942.

Rodulphus Franciæ regnũ retinet. Duacum capitur. *Frod. in Chron.* Moritaniam capit Arnulphus. *Frod. Sigeb.* Hucbaldus moritur. *Chron Elnon. Sigeb. Trithem.* Laus eius. *Iidem auctores. Vide Ioan. Cons. fin. de reb. Tornac. l. 2. c. 64. & l. 4. c. 5. Ioan. Iper. Flodoard. in histor. Remens.* Airardus Nouiom. Episc. decedit. *Catal. Episc. Tornac.* Ei sufficitur VVALBERTVS. *Frod. Chron. Catal. Torn Episc. Herim. Meier. Balder. l. 1. c. 31.* FVLBERTVS fit Episcop. Camer. *Bald. in Chron. l. 1. c. 68. & 69. Frodoar Chron.* Arnulphus Comes vxorem ducit. *Frod. in Chron.* Rodulphus Rex moritur. *Frod in Chron.* LVDOVICVS Simplicis filius Rex Franciæ renuntiatur. *Frodoar Chron. App. Regi. Sigeb.* Hungari Franciam infestãt. *Frod. in Chron. Meier.* Prodigium in sole. *Sigeb in Chron.* VValberto mortuo TRANSMARVS Nouiom.& Tornac. Episcop. creatur. *Frod. & Sigeb. Catal. Episcop. Tornac.* Comitẽ Flãd. ad instaurãda monasteria excitat. *Iac. Meier lib. 2. Frodoar. Chron. Iac. Meier. lib 2.* Arnulphus Fland. Comes magna pollet

apud Franciæ Regem auctoritate. Iacob Meier.

opprimendos, eum sibi socium præsertim adhibuit. Vt iis hostem acerrimum se A
præberet, duo maximè Arnulphum stimulabant, erectus eò Comitatus Flandriæ, & accepta nuper à Danis iniuria. Ij námque Flandriæ fines paucis antè mensibus inuaserant, multóque Flandros damno affecerant, agros eorum populando, & castrum quoddam vi armísque subigendo. Igitur delectum in vtraque Flandria militem Arnulphus extemplò aduersus Normannos & Danos eduxit. Sæpiùs ad fines Flandriæ pugnatum leuiter: cúmque placeret Pinciniaci ad Somonam fluuium colloquio pacem conciliare, Balduinus Arnulphi cognatus, & Rodolphi Cameracensium Comitis filius Guilelmum Rollonis filium Normanniæ Ducem ex insidiis adortus fœdo facinore occidit, an iubente Arnulpho incertum, saltem admodum læto, Regem eo séque hoste maximo liberatum. Vehemens subinde calculi dolor hunc adeò Comitem vexauit, vt nullam quietis noctu & interdiu partem caperet. Quòd is opibus & diuitiis abundaret, multáque largiretur, medici frequentes aderant. Verùm ij cùm sectionem corporis extrahendo calculo suaderent, prorsus id suscipere abnuit id etiam affirmans, *Nolle se indulgentiùs viuere, vt inclementiùs mori inciperet.* Opportunè tunc secunda de Gerardo S. Gisleni Abbate, & Broniensis cœnobij fundatore fama percrebuerat, eius precibus & virtute redditum nuper cæcæ visum mulieri. Igitur Arnulphus id facinus animo versans, in spem venit eius se viri auxilio sanitatem consequi posse: statímque ad eum misit, qui precibus infirmis eius opem flagitarent, secúmque volentem adducerent. Verùm tametsi facilè vir sanctus iter ad Comitem intenderit: nunquam tamen adduci potuit, vt vel corporis tactu, vel oratione sanitatem redderet. Maluit aliò scilicet animi demissi cultor insignis restitutæ salutis gloriam traducere; iniuncta tum corporis inedia, tum pecuniæ largitione, ad promerendum numinis auxilium. Haud renuit tamen peracto missæ sacrificio Christi corpus Arnulpho id auidè postulanti tribuere, cùm sentiret eo velut medicamine præsentissimo salutem corporis sui consecuturum. Et mox recepto tam idoneo remedio, ingens Comitem cœpit cupido vrinæ vesicam exonerandi: cui rei dum indulget, erumpit vnà calculus, & repentè totus dolor abscedit. Dici nequit quanta Flandriam omnem lætitia perfuderit eo sanati corporis nuntio, quæ prius in magno luctu iacebat, ægrè tolerans eius dolores, à quo suam salutem pendere satis nouerat. Sed Arnulphus eo beneficio vehementer obstrictus, præter oblatam ingentem vim auri, quam Gerardus arbitratu suo distribueret, omnium ei monasteriorum, quæ per Flandriam, aut fines ei subiectos Diui Benedicti regulis adstringebantur, curam imposuit, id enixè precatus, vt ea libenter susciperet, atque visitaret; in ijs omnia ex animi sui sententia mutaret, faceréue, reuocandis ad frugem meliorem quà monachis, quà virginibus. Ea tunc octodecim numerabantur: ac in ijs erant D. Amandi Elnonense, Martianense S. Rictrudis, & Amatense Duaci. Quæ cùm pius Antistes omnia de Comitis voluntate complexus paternè fuisset, ita gnauus ad eorum curam incubuit, vt nihil eis deesse passus sit officij sui, eáque frequenter obiuerit, ac sensim perfecerit, vti religiosæ vitæ splendor efflorésceret.

Contra Normannos arma portat. Meierus.

Cum iis posteà de pace agit. Frodoar. Meier.

Ac tunc Guilelmus Normannorum Dux ex insidiis occiditur. Frodoar Chron Meierus

Arnulphus ex calculo laborans per miraculũ sanatur. In vita S. Gerardi c. 24.

AN. 943. — B — C

Ob id beneficium multas idem largitur eleemosynas: & omnia Benedictini nominis monasteria S. Gerardo subijcit. Ioan. Iper. Iac. Meier. l. 2.

Exactis duobus annis infelici exitu contra Normannos Ludouicus Rex Franciæ AN. 945.
exercitum duxit. Ex Frodoardi narratione, ab Hailgrodo ita circumuentum Regem inuenio, vt is hunc ad colloquium securè venientem ex insidiis fuerit aggressus; ac multis Francorum occisis fugientem, alij Normanni, quorum fidei se credebat in custodiam abduxerint, ac deinde Hugoni Principi tradiderint. cùm hic aliquamdiu detinuisset, ad Regis Angliæ flagitationem è carcere assertum, & in regnum restitutum fuisse. Vt libris alij mandauere, collatis signis ab Rege & Normannis, pugnatum quidem acriter vtrimque est: multis tamen occisis victoria barbaros aspexit, viuúsque venit in hostium potestatem Ludouicus. Is cùm Hugonis Parisiorum Comitis artibus Lauduni detineretur, Arnulphus Flandriæ Comes Othonem Cæsarem ad bellum exciuit, tantúmque apud eum valuit, vt iustas copias ad Regis liberationem secum in Galliam pertraheret. Duas & octoginta legiones in armis habuisse narrant Sigebertus aliíque. Ad eius famam exercitus tanto perculsum pauore Hugonem vt statim Ludouicum è custodia dimiserit: Remos aliáque loca de hosti-

In Chronico. — D

Ludouicus Rex contra Normannos pugnans vincitur & capitur. Balder. l. 1. c. 71. Sigebert Meyer. Meie. Bellefor. alij

AN. 946.

Othone suppetias veniente liberatur. Iidem auctores.

A bus recepta: Rothomagum matrem vrbium Normanniæ obſidio circumuentum. Sed illic occiſo nepote, quem magnoperè diligebat, in Comitem Arnulphum Othonem grauiter exarſiſſe ferunt: extemplóque de Comite furtim vel capiendo, vel perimendo conſilia cepiſſe, vti Flandriam inuaderet, eáque potiretur. Verùm Arnulphus longo vſu ſatis edoctus, parum ei fidendum eſſe, ad primam eius rei ſuſpicionem occultè fugam arripuit, magníſque domum itineribus venit. Igitur cùm dolos parum procedere ſenſit Auguſtus, ad vim & iniurias ſeſe vertit. Nam mox è Normannia Comitem ſecutus maximam copiarum partem in Flandriam duxit. Quacumque iter fecit, nulli agro pepercit vel oppido. quæ nuda muris erant, incendio & rapinis vaſtata. quæ muri & præſidia tutabantur, magno ſaltem obſidij metu correpta. Qua igitur licuit, fœdè omnia populationibus hauſta per vtramque Flandriam ab extremis Atrebatum finibus Gandauum vſque, ſed præſertim vbi regionem vtramque lympidis aquis Liſa fœcundat. Vtque Gandenſes Auguſtus comprimeret, in Liſæ ripa caſtellum ex aduerſo vrbis condidit, ibique validum poſuit præſidium.

Balder. d. l. — Ab Othone periculũ Arnulpho Comiti ingruit. — *Iacob. Meier. Crantz. lib. 3. Norweg. c. 21.* — Eiuſque ditio multis dãnis afficitur. — *Meierus.*

B Dein occupata Quatuor officiorum ditione, ab Scaldi in Oceanum foſſam duxit, cui nunc Othonianæ, propter auctorem, nunc Hontæ ſiue Cani, propter ingens aquarum murmur canum latratibus perſimile, nomen adhæret. Trepidatum aliquamdiu fuit tota Flandria, iis operibus Auguſti, & populationibus perculſo vehementer populo: donec is Cameracum adiit, ibique ſalutatio, & muneribus ornato Pontifice Fulberto ad propria remeauit. Neque poſteà minus terroris Hugo Princeps in ſubiectos Arnulpho Comiti tractus inuexit. Coactoſiquidem exercitu eorum oppida quædam obſidio vallauit, omnémque adhibuit operam, vt in ſuam ea poteſtatem redigeret. Verùm Arnulphi tum potentia, tum vigilantia ſic omnis eius labor eluſus eſt, vt inglorius domum copias reduxerit. Poſt dies paucos Atrebatum Ludouicus Rex cum Artaldo Remenſi Archiepiſcopo venit, Arnulpho flagitante; ac inde ad Monſtrolij expugnationem cum eodem Comite profectus eſt. Vt maiora mala timerentur, ſequentibus annis multus per Gallias terræ motus impulit: dein paullò pòſt ingens ſolis defectus, & multos dies cometa cruentum crinem porrigens. Nihil tamen præter timorem.

AN. 947. AN. 950. & 951.

Balder l. 1. c. 71. — Hugo fruſtr[à] in Flandriam exercitum duxit. — *Chron. Frodoar.* — Ludouicus Rex Atrebatum petit. — *Idem.* — *Sigeb. in Chron. Aſſani alij.*

C Flandris ingruit quamuis rurſum copias Hugo in hanc traxiſſet regionem, bellúmque molitetur, Arnulpho regiis opibus & auxiliis freto, ac diligentia & virtute damna omnia procul auertente. Et quò plus hic opum ſibi filióque ad firmandum imperium conciliaret, Mathildem Hermanni Saxonum Ducis filiam, Balduino vxorem quæſiuit, magnáque celebrauit pompa nuptias. Interim Tranſmarus Nouiomenſium & Tornacenſium Epiſcopus ex hac vita migrauerat; iámque Rodulphus multa vir religione ac virtute præditus eam vtramque Eccleſiam moderabatur: cùm nouus ab Hungaris metus Belgas inuaſit. Ij Ducis Lotharingiæ Conradi euocatione Hannoniam aduerſus Raginerium Comitem ingreſſi ſunt. Sed horum furor minimè Flandros attigit. Poſtquam enim Carbonariam ſiluam Gallo-flandris proximam regionem vaſtauere populando, Cameracum verſus ex tractæ ſunt copiæ, dein Remos traductæ. Quid verò tunc aduerſus Cameracum barbari ſint moliti, quamúe operam Cameracenſes

AN. 953.

Hugo rurſus incaſſ[um] in Flandriam tentat. — *Frodoar. Chron.* — RODVLPHVS Nouiom. Epiſc. — *Frodoar. Chron. Tabb. Tornac.* — Hungari in Belgio ſæuiunt. — *Frodoar. Chron. Folcuin. Balder. in Chron. lib. 1. c. 74. Sigeb.*

D dederint, vt horum conatus frangerent, placet hoc loco latiùs paullò deſcribere: vt patriis aliquid rebus tribuam. Cùm itaque Fulbertus ciuitatis huius Pontifex multas in vicinia Eccleſias igni barbaræ gentis corripi, aliáque loca eiuſdem maleficio peſſundari animaduerteret; non imprudenter ſecum ſtatuit, parem Cameraco cladem ingruere. Quamobrem muros vrbis feſtinanter inſtaurari præcepit, nouáſque circumduci munitiones: éque templo in ſuburbiis ſito S. Gaugerici corpus in beatæ Virginis ædem honorificè tranſtulit. Vix iſta fuerant perfecta, cùm ſeſe Hungari iuxta Cameracum ingenti ſpatio diffudere octauo Idus Aprilis. Vt his obſiſterent, parum erat in ſuburbanis hominibus virium: ideóque in vrbem tempeſtiuè recepti ſunt; ſolis ferè S. Gaugerici Eccleſiæ Clericis ad huius loci tutelam remanentibus. Igitur barbari nuſquam impediti ſuburbia diripiunt, flammíſque corrumpunt. Inde propiùs ad mœnia magno furore rapiuntur, vt ea viribus adorti, in vrbem ſternant aditum. Contrà, ciues è propugnaculis & munitionibus eos aſcenſu prohibent,

Fruſtra Cameracum ab Hungaris oppugnatur. — *Balder. Chron. Cameracẽ. c. 76.*

quoſdam

A

quosdam grauiter lædunt, alios interimunt. Cùm ea concertatio vtrosque multum tempus fatigasset: à mœnibus Hungari modicè recedunt, ac secundùm Scaldim fluuium ad prata recipiunt, vt fessa cibo potúque corpora reficiant, ac nouis subinde muros insultibus nonnihil recreati aggrediantur. Perseuerant interim Cameracenses in mœnibus, & propugnaculis, ibique ad omnem nocendi hostibus occasionem excubant. Fortè quidam barbari Regis nepos, quem scientia rei militaris clarum fecerat, cum pauculis animaduersus est seriùs, quàm ceteri, à munitionibus ad prata discedere. Illic Odo vir acer animo, & manu promptus, rem aliquam fortiter agendi nactus opportunitatem, e socijs aliquot pati præditos virtute, & fundendi pro patria sanguinis prodigos eligit, ac cum iis illum derepentè adoritur. Tam subita territi hostes inuasione, alius alio fugam arripiunt, solúsque nepos regius arma ex aduerso expedit, quòd ingens animus fugæ præsidium aspernaretur. Sed quamuis nonnullos è ciuibus ferro læderet, victus tamen ad extremum ipse succubuit: desectúmque caput eius in vrbem Odo detulit. Eo mox è conto in mœnibus defixo sublimiter ostenso, vt lætitiam cepere Cameracenses, ita Bulgio Rex nepotis dolore saucius iracundia vehementer exarsit. Ergo suis protinus ad vindictam stimulatis, muros validiori, quàm priùs, impetu verberat, omnémque adhibet operam, vt per ruinas in vrbē paret ascensum. Suis è contrario minimè desunt partibus. Cameracenses horū alij telis hostē petere; alij saxa trabésque de muris voluere; alij alia properare: vt omni barbarus ascensu aditúque prohibeatur. Dum hos patriæ amor in omnē trahit defensionem; illis ob cæsum Ducem furor animos acuit, pius Pontifex Fulbertus nunc in beatæ Mariæ Basilica huius sanctissimæ Virginis, ac beati Gaugerici subsidia in preces & lacrymas effusus flagitat: nunc inde ad mœnia properans, ad fortiter agendum, éque cælo præstolandum auxilium ardentibus ciues vocibus hortatur. Ita redintegratis propugnantium animis & viribus, cùm nihil promouent barbari · serióne, an dolo, quietem armorum pacémque hi proponunt; ac si caput regij nepotis è pertica tollatur, ipsísque restituatur, omnem se prædam relicturos, alióque mox abituros, promittunt. Nullam sponsioni fidem ciues adhibent, telísque, non verbis, hostibus respondent. Itaque ergo per oppugnationem vrbe potiundi spe sublata, de sanctissimæ Christi parentis templo flammis absumẽdo mentem Hungari capiunt. ac statim tectum eius ignitis petunt iaculis. Etiam ardere hoc cœperat, prorsúsque in cineres abiisset, nisi Clericus quidam conscensa celeriter turri lustratum sacris verbis laticem in flammas sparsisset, eòque vim ignis obruisset protinus diuina fretus potentia. Id cùm animaduerterent hostes, ad D. Gaugerici ædem impetum conuertunt, eamque totis viribus adoriuntur. Verùm qui cum aliis hanc tutabantur Canonici adeò se fortiter eorum conatibus opposuere, vt nulla præberent parte aditum: frustráque laminis plumbeis, quibus obtectum culmen erat, ardentes malleoli cum sagittis ad ciendum incendium figebantur. Igitur omni vrbis ac templi desperata expugnatione aliò se confestim barbari contulissent, nisi quispiam è campanili telum in confertam eorum multitudinem intorquens, ipsorum furorem concitasset denuò. Tentata tunc scilicet iterum huius ædis oppugnatio, tandémque vi obices perrupti sunt. Ibi tum Canonici, tum alij permulti sanguine suo ferrum imbuere. Per laquearia ignis in tectum coniectus: ac confestim ea sacra moles tota flammis exarsit, variis è partibus liquati plumbi torrentibus propiiis accedentes infestantibus. Sed in vrbem sæuiendi prærepta potestate, cum captiuis & præda Bulgio Rex copias suas in Franciam deduxit. Non longo post tempore Ludouicum Franciæ Regem mors abstulit; postquam apparentem in via lupum admisso celeriter equo secutus cecidit, indéque grauiter læsus, lepram contraxit. Quem de coniuge susceperat, & puerum relinquebat, opum regnique factus est heres Lotharius vixdum exita pueritia. Sub eius initia satis absumptum reperio Tornacensium & Nouiomensium Antistitem Rodulphum, eique datum successorem Fulcharium. Ferunt eum Fran[illegible]iæ Regis coquo principe prognatum in D. Medardi cœnobio religionis habitum cepisse. inde cùm Decanum ageret, malis artibus, erogata præsertim pecunia, Pontificias dictarum sedium infulas adeptum, haud ampliùs decem & octo mensibus sa[illegible]m tenuisse magistratum.

Hungarorum Regis nepoté Cameracẽses occidunt.

B

Hinc acriùs à barbaris, sed frustra oppugnantur.

C

Ab incendio templum S. Virginis Mariæ aquæ lustralis infusione præseruatur.

S. Gaugerici templum capitur, & comburitur.

D

Ludouicus Franciæ Rex obit.
AN. 954.
Fred. Chron.

FVLCHARIVS fit Nouiom. Pontif.
Fred. Chron.
Tornac. Chron.
Herman. Iac. Meier. l. 2.
Is Fulcharius & Fulcarius interdum nominatur.

Qualis fuerit.

A gistratum. hoc in gradu nihil pensi habuisse; vitam egisse licentiùs fœdiúsque. de rebus Ecclesiasticis in proceres multa largitum. inter alia Tornaci Canonicis D. Quintini, & Monialibus D. Petri res omnes eripuisse: vt postmodum ea templa his
AN. 955. nuda in parochias degenerauerint. cùm decimum & octauum mensem Pontificatus ageret, ingentem vim pediculorum eius membris innatam protinus, vbi per somnium à B. Virgine ob commissas rerum sacrarum rapinas accusatum se sensit, & perpetuis ignibus adiudicatum. horum morsibus eum adeò fuisse corrosum, vt magnos inter dolores & fœtorem dirissimum animam emiserit. ad humationem insutum eius corpus tergori ceruino. Post fœdum Fulchatij exitum mense quinto tradita est Hadulpho dictorum Episcopatuum cura.

Eius punitio. *Herm. Meier.*

In locum eius eligitur HADVLPHVS.

AN. 956. Anno proximè secuto multa variis in locis tacta de cælo sunt templa: sacerdotum plerique vtriusque ordinis fulmine afflati, consumptique. alia quædam mortales grauia terruere portenta, multósque pestilitas absumpsit. Feliciter interim è terris in cælos migrat Fulbertus Cameracensis & Atrebatensis Pontifex. Iniit post eum vtram-
B que sedem Berengarius Othonis Augusti consanguineus. Sed in eum breui graue odium concepere Cameracenses propter asperos mores, vitámque solutiorem: ideóque ab Germania, quò negotia pertraxerant, redeuntem intra muros admittere prorsus renuerunt. Vssit ea res vehementer Berengarium, cui plus animi militaris inerat, quàm Pontificiæ mentis, & piarum artium. Igitur intrandi vrbem desiderio succensus, ad Flandriæ Comitem Arnulphum venit: cum eo de Cameracensium seditione admodum questus, Lambras ipsi, villam pulcherrimam ac Diuæ Virginis Cameracensis patrimonium, vltro donauit; idque tantùm pactus est, vti cum exercitu Cameracum peteret, idque vi subactum sibi restitueret. Accepto munere Arnulphus statim in armis constitit, & cum magnis copiis Cameracum versus intendit. Eius de aduentu Cameracenses accepto nuntio trepidare cœperunt: vtque suis rebus consulerent, tantisper duxere odiis abstinendum, donec Episcopo in vrbem recepto, Comitis copias & potentiam auerterent. Igitur missis aliquot proceribus,
C qui Berengarium salutarent, eíque nuntiarent, positis simultatibus sine noxa vrbem ingredi licere, nullo negotio rem omnem ex animi sententia confecere. Nam mox Arnulpho copias domum reducente, pacificus vrbem Berengarius intrauit. Verùm is paullò pòst, seu leuitate animi compulsus, seu Comitis odio ardens, ab eo vi Lambras extorsit: adeóque minatus est, si porrò pergeret sibi vendicare, multis se copiis in Flandriam vtramque penetraturum; ibi omnia se correpturum ferro
AN. 958. flammísque. Ita vix iunctas Gallo flandriæ Lambras vis abiunxit. Verùm Berengarius biennio pòst à S. Gaugerico per somnium apparente grauiter virga percussus, animam efflauit Coloniæ. Archiepiscopi Brunonis opera Engrannus, qui vitam monasticam Corbeiæ fuerat professus, magna vtriusque populi voluptate post eum Episcopalibus infulis ornatus est. Et respondit eius Principis opinioni, cùm magna subditos charitate complexus, insignem se præbuit dominicæ vineæ cultorem. Magno natu tunc erat Flandriæ Comes Arnulphus. Et quamuis multa præstaret prudentia, minùs tamen ob fractum variis laboribus corpus idoneum se
D sentiebat rebus agitandis. Dein magna ipsum ceperat cupido vitam in otio piis operibus transigendi. Igitur Balduinum (quem matura ætate filium habebat, cuique tam natura bonum ingenium, quàm varius rerum vsus multum prudentiæ suffecerat) censuit publicæ rei admouendum; habitisque Gandaui comitiis Flandriæ Comitem eum dixit, abdicatis à se curis principalibus. Ferunt Balduino præter prudentiam & industriam, multum animi viriúmque fuisse, ac vigilantiæ plurimum. Non pauca Flandriæ oppida, quæ barbari vastauerant, in melius ab eo restituta: multis in locis rerum venalium nundinas, & statos mercatus concessos. quòd parum pecuniæ Flandris suppeteret, inducta per commutationem rerum commercia. ita iussum, vt gallinis duabus anser, duobus anseribus nefrens, tribus agniculis veruex, tribus bos vitulis venirent. in Flandriam varios cum texendi pannos artifices im-
AN. 959. misisse, & statuisse, parandis opibus. Incussit anno proximo metum ingentem mortalibus non leue ostentum. Nam quibusdam diuinitus aspersæ crucibus vestes fuere:

non-

Frod. Chron. Fulmina, & pestis.

Fulbertus Camer. Episc. moritur. *Sigeb. Chron.* *Frod. Chron.*

BERENGARIVS ei surrogatur. *Bald. l.1. c.79.*

Ob mores eũ non amant Cameracẽses, ideoque in vrbem non admittunt. *Bald. l.1. c.80.*

Berengarius è medio tollitur. *Balder. l.1. c.81.* *Tabula Atreb. Eccles.*

ENGRANNVS Cameracẽsis Episc. renuntiatur. *Idem.*

Ob magnam ætatem, & quietis amorẽ BALDVINVM filium Flandriæ Comitẽ cõstituit Arnulphus. *Iac. Meier. lib. 3.* *Iac. Marchant. lib. 2.*

Qualis fuerit Balduinus Iunior: & quæ fecerit in Flandria. *Iacob Meier. & Marchant. l.l.*

Cruces & fames in vestibus. *Sigeb. Chron.*

[Arnulphus Senior it Remos, & quædā ibi offert. *Frod. Chron.*]

nonnullis fœda sanie, & lepræ persimili persusa pallia. Hoc ferè tempore Arnulphum Comitem Balduini parentem Remos iuisse comperio D. Virgini vota soluturum. illic multum Ecclesiæ Deiparæ matris auri pondus dedisse. factas inde pulcherrimo capsas opere, quibus Diuorum Nicasij, Eutropiæ, & Callisti nuper Cysonio illuc delati Fulconis ætate, conderentur. Et vix elapso biennio Balduinum A

[Balduinus Iunior decedit. *Iac. Meyer.*]

Comitem mors immatura Flandris eripuit, postquam suorum auxilio Francorum AN. 961.
Regi Lothario aduersus Normannos bellum gerenti victoriam pepenisset. Papularum, seu variolarum morbo periisse asserunt Bergis. E Mathilde coniuge filius ei

[Quod Arnulphus eius filius paruus esset, Senior denuo gubernauit. *Meyer. Marbāt*]

superera, Arnulphus nomine, pauculos annos natus, ideóque parum aptus regionis gubernaculo. Quamobrem rursus in Arnulphum Balduini patrem totum regendi munus recubuit. Dum igitur is operam nauat moderandæ pristinis artibus Flandriæ, Cameracensibus & Atrebatensibus eripitur Engrannus, tertio, postquam eos regere

[Engrāno defuncto ANSBERTVS nuncupatur Camer. Episcopus. *B aldér. l. 1. c. 86.*]

occeperat, anno vix expleto. Qui succederet, Ansbertus præsertim delectus. Is monachum simul Atrebatensem, & Cameracensem Archidiaconum agebat, haud minùs litteris tinctus, quàm probis moribus illustris. Verùm Arnulphus Senior nimiùm se sentiens annis fessum, & laboribus debilitatum, habito Gandaui Conuentu, Flandrorum proceres eò perpulit, vti nepotem Arnulphum Comitem dici per- B

[Arnulphus Senior nepotem suum ARNVLPHVM Flandriæ Comitē dici curat: *Meyer. Oudegh. Marchant. Frod. Chron.*]

mitterent, eúmque Principem suum obstricta fide agnoscerent, priúsquam ipse mortem oppeteret. interim quamdiu vita suppeteret, nihil ab se desuturum nepoti, seu potentiam, seu consulta res eius poscerent. Igitur eo negotio ex animi sententia confecto, quantùm potuit, Flandriæ rebus & nepotis consuluit. Sed breue AN. 965.
tempus id fuit. Nam quartus post filij decessum annus viuis eripuit. Ergo nudus aui præsidio Arnulphus Iunior Balduini filius parum erat opportunus, propter ætatem, moderando Flandriæ populo, sustinendisque hostibus. Eam ob rem huius initia regioni parum fausta fuere: statimque Gallo-flandriam ingens calamitas cir-

[Lotharius Flandriæ Comiti quædam oppida eripit. *Frodoar. Chron. Balder. l. 1. c. 99. Chron. Camer. Sigebert. Iacob. Meier. lib. 2. Oudegherst.*]

cumuenit. Ea tempestate Francis adhuc imperabat Lotharius, homo cupidus, armis gaudens. Igitur hunc ætas Arnulphi in contemptum, ipsa cupido in Gallo-flandriæ inuasionem perpulit. Et præsto fuerunt ingentes copiæ, omnisque generis C
arma, commeatus, machinæ. Captæ primo incursu Hanæ, dein Atrebatum. Ac priusquam Arnulphus exercitum cogeret, vna nuntij Gandauum ei pertulere, has vrbes in potestatem venisse Francorum; & Lotharij Regis legati eodem venere

[Duacum repetit, & obsidet.]

Duacum, aliáque cis Lisam sita Flandriæ oppida repetitum. Interim Lotharius Duaco (vrbem eam Senior Arnulphus iam antè de Francis receperat) copias circumducit. vti se dedant incolæ, per fecialem imperat. æquum se fore, ac leni eos imperio habiturum spondet, si sponte sua séque ipsi permittant. si machinas exspectauerint, armisque muros propugnare institerint; multa in eos vi grassaturum; nulli parsurum posteà. Verùm vbi Duacenses pernegant sibi licere inconsulto Comite vrbem tradere; eum se locum tueri paratos asserunt, quem suæ fidei commissum satis nossent; si locos alios leui negotio subegerit, spem se capere ex causæ suæ iustitia, plus virium & virtutis percepturum, quàm sibi promiserit; quidquid cupido iraque suaderent, id omne maturaret; pro Comitis sui & patriæ defensione paratos se cuncta etiam extrema perpeti: ad oppugnationem conuertitur. Ergò dispositis D
aptissimo loco machinis & tormentis quamplurimis, vbi muri maximè infirmi à

[Et ad deditionem cogit. *Meyer. Oudegh.*]

captiuis dicebantur, vehementer vrbem quatit: tantúmque terrorem ciuibus longa iam pace mollioribus, magno apparatu, & tumultu obsidionis iniicit, vt paucis diebus desperato Comitis auxilio, æquis se legibus dedant. Exinde tractus per reliqua Gallo flandriæ loca exercitus. Quæcumque cis flumen Lisam iacebant, vno impetu correpta: ipso Rege nullam belli causam aliam prætexente, quàm hunc terræ tractum ab Comitibus Flandriæ suis maioribus ereptum fuisse. Neque vsquam eius viribus vel potuere, vel ausi sunt incolæ obniti. tantum trepidationis feritas

[Ne vlterius Rex procederet, quorundam legatione, & auro factum.]

Francorum afferebat, qua iam cognouerant populos alios grauiter attritos. Et iam facilè patebat in alias Flandriæ ditiones aditus, poterátque Lotharius iis potiri. Sed quidam procerum Flandriæ ad Regem legati, rem ita composuere, multis Francorum auro corruptis, vt copias in Franciam Lotharius remiserit. Intereà loci Ans-

bertus,

A bertus, qui Pontifex Cameracensibus & Atrebatensibus præerat, morbo sublatus ad superos migrauit. Successor illi datus est Wiboldus, quem Nouiomenses Archidiaconum viderant. Ab eo multa in Cleri populique vtilitatem sperari iubebant doctrina & vitæ integritas, quibus pollebat. Verùm vix anni vnius spatium impleuerat, cùm vitam & magistratum mors eripuit. Superest apud Baldericum is ludus regularis, quem Clericis ab lusu alearum reuocandis, & ad virtutum studia incitandis condidit. Cùm de aliquo in locum eius surrogando ageretur, apud Imperatorem Ottonem per Cameracenses, quos auro impleuerat, Robertus Solenniacensis Monachus frustrà institit pedum flagitare. Id enim Augustus Teddoni è prosapia Ducum Saxoniæ apud Colonienses D. Seuerini Præposito, licet admodum renitenti, donauit. Non modico hic atiit desiderio subditum sibi populum omni virtute percolendi: sed quem initio gubernationis metum induit, cum Lotharius Flandri regionem inuasit, ne ab eodem Cameracum subigeretur; & quæ nobiles viri multa ipsi bella suscitarunt, sacros eius labores frequenter abrupere.

Ansbertus Camer. Episc. moritur. *Balder. l. 1. c. 87.*
Et succedit VVIBOLDVS. *Idem l. 1. c. 88.*
Dein TEDDO. *Balder. l. 1. c. 91.*

AN. 967. B Biennio postquam insulas capessiuerat, Hadulphus Nouiomensium & Tornacensium Præsul, longa solutus paralysi, vitam exuit, eúmque Lendulphus excepit. Crescebat interim Arnulphus Flandriæ Comes, isque per ætatem nuptiis idoneus iam tum ostendit quantos spiritus aleret. Nam spretis aliis, Rosalam Italiæ Regis Berengarij filiam sibi coniugem impetrauit, vnáque cum ea magnas opes, & auxilium traxit. Et prudens Reipublicæ administratio magnam ei conciliauit suorum beneuolentiam, cùm præsertim id vnum studeret, ne potentes imbecillos, dites egenos, improbi bonos opprimerent. Et timendum se præbuit, cùm belli artibus clarus Raginerij Longicolli filiis Raginerio & Lamberto Comitibus, illi Hannoniæ, huic Louanij, multum in Hannonia negotij bello facessiuit. Dein Atrebatum, Duacum, aliósque Flandriæ locos recepit. Eo Flandriam moderante res memorabilis accidit Martianis. Iacebat profundè in terram defossum B. Ionati corpus, quem suprà memorauimus in condito illic monasterio Monachis præfuisse: ideóque perparum ei C cultus & honoris impendebatur. Cùm igitur diuino numini placuisset eius sanctissimi viri sacris exuuiis plus dignitatis & venerationis arcessere, per somnum ipse Malgero sacerdoti intra cœnobij claustra videndum se exhibuit procero corpore, vultu decoro, capillis albentibus, insignique amictu. Ac tunc eum, suauiter renidens, his verbis affatus est: *Ne differ, Malgere, meo nomine Antistitam Iuditham alloqui, eique præcipere, vt omni abrupto impedimento, è terra corpus meum refodi curet, populóque venerandū exhiberi.* Ad has voces attonitus hæsit Malgerus, ac trepidus respondit, minùs idoneum se futurum eius reinuntium, nullámque sibi præbitum iri fidem. Vrsit nihilominus eum Ionatus, ac, nisi paruerit, verberibus onerandum minatus est. Verùm etsi tertiùm vir sanctissimus apparuerit, eadémque verba toties ingesserit: nequaquam ab Malgero tamen impetrari potuit, vt eius mandata Iudithæ exponeret. Dubitabat ipse scilicet, verane essent, quæ offerebantur, an vana luderetur somniorum imagine. quoùe certitudinem aliquam eliceret, ieiunijs, precibus, eleemosynis operam dabat continuam. Ergo rursus ad eum descendens Io-D natus, non iam arridenti vultu, blandóque ore, verùm irato persimilis, baculo, quem manu gerebat, in scapulis vehementer ipsum verberat, hisque insuper increpat verbis: *Quòd mandata neglexeris mea, tantóque mei corporis venerationem tempore impedieris, ab hoc die pane minimè vesceris, donec præstitutum à Deo pœnitentiæ tempus impleueris.* Et manè sensit Malgerus, cùm surgeret, contusum grauiter corpus; totísque contremens membris cœpit panis nausea vexari. Nulla igitur interposita mora in Iudithæ conspectum se contulit, & quæ Diuus imperauerat, explicuit omnia: suóque doctus malo persuadere contendit, vt ea sanctum corpus ocyssimè humo attolli iuberet. Fidem Malgero equidem adhibuit Iuditha, verùm occupationibus variis aut præpedientibus, aut obliuionem inducentibus, in annui curriculi spatium ea res dilata fuit, Malgero interim non parum affecto, vel propter continuum panis fastidium, vel propter vehemens eleuandi corporis sacri desiderium. At enim postquam omnia sublata sunt impedimenta, nihil distulit Iuditha Episcopum Camera-

LENDVLPHVS Nouiom. Episc. creatur. *F. ad Chron. Herim. Chron. Catal. Episcop. Tornac.*
Arnulphus Comes coniugem capit. *Iacob. Meier. l. 2.*
Eius gubernatio. *Marchant. l. 2. Fland.*
Bella in Hannonium, & Francum.
Eleuatio corporis S. Ionati Abbatis Martianensis quam ob caussam, & quo modo facta. *Libell. MS. Martian.*

censem & Atrebatẽsem visionis mandatique cęlestis admonere: virósque ab eo sacra dignitate fulgentes Martianas mitti flagitauit, quorum manibus è terra Diui Ionati reliquię leuarentur. Multis ergo sacris hominibus die constituto ad monasterium vnà cum Pontifice Tetdone confluentibus, insigni pompa ex ima erutum humo est sancti Abbatis corpus, & in edito, ad ciendam populi venerationem, loco repositum. Visúmque id officium sacris ossibus exhibitum beato viro placuisse vehementer: quandoquidem is posteà Iudithę per somnum sese obtulerit, eíque maximas, ob impensam sibi operam, egerit gratias. Ceterum ea de Antistita cùm Martianenses scribunt auctores, illam adeò profusi animi fuisse memorant, vt res omnes monasterij pessumdederit, multa terrarum abalienauerit, Warlaignum villam insignem nepoti suo tradiderit hereditate perpetua possidendam; vbi Landastenses reguli arce condita sedem fixerint. addunt quoque sub ea licentius moniales vitam duxisse, vt nulla ferè tunc religio in parthenone floruerit: vt mirum equidem videri possit, cur eam præsertim S. Ionatus elegerit, per quam sua è terra tolli ossa curaret: nisi ad morum emendationem vnà stimulauerit, perduxeritque. Iniuerat deinceps annus Christi supra nongentesimum sextus & septuagesimus, cùm Tetdo Cameracensis & Atrebatensis Pontifex Coloniam profectus spiritum exhalauit sanctissimè. Eundi Coloniam frequentes metus, ac tristitia, quibus admodum ob bella, & subditorum factiones, ac rebelliones, angebatur, causam dedere. Ferunt inter sacrificandum, quo tempore Christi corpus erat sumendum, sacrosanctam hostiam die quodam in sanctas eius manus sponte conuolasse, non dubio puritatis eius argumento. Gemuit aliquamdiu eo pastore orbata tum Cameracensis tum Atrebatensis Ecclesia. Quòd enim aduersus Sclauones Otto, Imperatoris nuper defuncti filius, bellum gereret; nullus antè Pontifex ei donatus, quàm is ab ea expeditione Polidam circa Christi natalem est reuersus. Interim Lotharius Franciæ Rex Episcopatus Attebatensis res inuasit: iámque passim timebatur, ne Cametaco idem ingrueret, eáque potitus vrbe Pontificalibus bonis inhiaret. Ea propter Godefridus Comes, & Flandriæ Princeps Arnulphus Lotharingiæ Ducem Carolum, Lotharij Regis fratrem, celerrimè conuenerunt: & quoniam satis perspectum habebant, ideò citeriori Lotharingiæ Ottonem ipsum præfecisse, vt multis obnoxius beneficiis aduersus Lotharium consurgeret, si forsan ab hoc fines eius bello tentarentur; multis eum callidisque verbis adhortati sunt, vt Cameracum se conferret, idque contra Franciæ Regem, & alios omnes, qui sinistrum aliquid molirentur, defenderet. Ac postquam illuc, quò volebant, ipsum impulere, cum eo ad hanc vrbem gradum contulerunt. Verùm Carolo illic cum firmo præsidio consistente, longè res aliter, quàm nominati Comites animo præceperant, euenere. Vt enim tardo erat ingenio Carolus, miniméque ad publica negotia rectè obeunda idoneus: ad res Ecclesiasticas potiùs inuadendas, quàm tuendas, prauis abreptus est consiliis. Id perpendentes Godefridus & Arnulphus, eo Duce relicto, pedem Cameraco extulere protinus: quasi per eius societatem magnam sibi notam inuri sentirent. Ergo liber eorum aspectu & arbitrio Carolus maiora in dies perpetrare ausus est. Etenim ad familiæ suæ nutrimentum Pontificijs censibus abutens, etiam coniugem suam Cameracum aduehi curauit, eiúsque thalamum esse voluit Episcopi cubiculum: totum denique palatium Pontificis, in continuas effusis comessationes Ecclesiæ bonis, indecentibus admodum vsibus fœdauit. Ad hæc vetitis promercationibus è beneficiis Ecclesiasticis, & variis officiis ad sacras ædes pertinentibus, multum corradebat pecuniæ. Hæc cùm ciues Cameracenses vel conspicerent, vel intelligerent quotidie, in varios sanè tractu sunt affectus. Quibus grata virtus erat, iis grauiter sauciabantur animi. ex aduerso, qui vitiis, aut sceleribus pascebantur, iis lætari, & apud Carolum frequentes videri. quàm illi Cæsaris aduentum expetebãt, vt nouus diceretur Episcopus: tam hi absentiam eius longiorem optare, vt diutiùs morum libertatis dulcedine fruerentur. Verùm etsi seriùs, quàm res poscerent, opportunè tamen à Sclauonum tractu cõsuetam denique sedem Augustus repetiit. Ac tunc, suadente præsertim Notkero Leodiensium Episcopo, in Rothardum insignem nobili prosapia, sanctisque moribus

Margin notes: A · B · AN. 976. · C · D

Tetdo Camerac. & Atrebat. Episc. è viuis abit. *Balder. l. 1. c. 99.*

Inter sacrificandum quid ei acciderit. *Balder ibid.*

Successor diu exspectatus, ob absentiam Imperatoris. *Bald. l. 1. c. 101.*

Intereà Episcopatum Atrebatensem inuasit Rex Lotharius. *Bald. l. 1. c. 100.*

Carolus Dux Cameracum venit, vt id aduersus Lotharium defenderet: sed potiùs illic omnia pessundedit. *Balder. ibid.*

Rothardus fit Cameracẽsis Episcopus. *Balder. l. 1. c. 101.*

[illegible]NNALIVM

GALLO-FLANDRIÆ

[illegible]R QVARTVS.

P[illegible] Balduin[illegible] [illegible] A
[illegible] Quo minus [illegible] ætas [illegible] per Flandriam [illegible] per ætatem [illegible] non parce etiam [illegible] B
[illegible] admodum videbatur [illegible] Flandria [illegible] incendium, ut non nisi [illegible] restingui. Alius aliam sibi ditionem [illegible] Et [illegible] non tam specie [illegible] nonnulli, quam [illegible] nationis adeundæ. postea tamen etiam [illegible] rebus exuerunt. In factionem [illegible] magno [illegible] C
[illegible] Arnulf[illegible] Corvia[illegible] oppidi [illegible] Verum [illegible]
[illegible] erant H[illegible]
[illegible] D
[illegible]

A nongenteſimum ſexius ac nonageſimus, defuncto Cameracenſium & Atrebatenſium Pontifice Rothardo, iiſdem ſedibus ab Otthone Tertio impoſitus fuit Erluinus, quem Gregorius Papa Quintus Romæ ſacro imbuit oleo. Paullò pòſt, vbi pueritiam Comes Balduinus exuit, firmóque conſiliis animo Rempublicam moderatus eſt: ingens populum Cortracenſem, ceteróſque coniuratos metus inuaſit: ac breui tempore omnes obruiſſent aduerſa bellorum, niſi plerique matura pœnitudine Principis vim irámque fregiſſent. Reſpirauit tunc Inſula tam vicini hoſtis metû propulſo; adeóque floreſcere cœpit præclara defenſi Principis laude. Exinde ſcilicet ipſa plerumque ea tempeſtate Comiti ſuo ſedem præbuit, haud multò pòſt etiam nouo Principi cognomen datura. Coërcitis ergo tumultibus, fractáque factionum audacia, Oginam Balduinus matrimonio ſibi iunxit. Hæc ab Giſleberto Luxemburgenſi Principe prognata nobilitatem, opes, virtutem ſecum tulit. ac tantis quidem initio nominibus marito grata charáque exſtitit: verùm poſteà magno ſterilis

AN. 997.

ERLVINVS Camer. Epiſc. nuncupatur.
Bald. l. 1. c. 110.

Balduinus Oginam in vxorem accepit.
Iac. Meier. lib. 3. Iac. Marchant. l. 1. Pet. Oudeg.

AN. 998. viri timore prolis cupientem perculit aliquanto tempore. Interim Franciæ Rex
B Hugo naturæ debitum ſoluit, eiúſque loco ſolium conſcendit Robertus filius, quem multò antè ſacrari fecerat, vt regnum genti ſuæ firmaret. Hoc de Rege vt quædam perſtringam, monet inſtituti mei ratio; cùm filiam eius Adelam Balduinus Flandriæ Comes, qui præcipuus Inſulam coluit, eamque foſſa & muris communiit, tractò propterea Inſulani cognomine, vxorem duxerit. Igitur quamuis eſſet religioni apprimè deditus, & non leuiter litteris tinctus: tamen cum Bertha Odonis Comitis matre nuptias contraxit, duabus equidem rebus id facinus valide oppugnantibus, affinitate ſuſceptæ prolis, & conſanguinitatis vinculo; verùm palàm Epiſcopi aliquot adulandi libidine correpti comprobauerant. Romanus Pontifex Gregorius Quintus earum gnarus nuptiarum, vti res poſcebat, in Epiſcopos, Regémque grauiter incanduit. Neque priùs illos deſtitit verbis & minis inceſſere, quàm aqua, igni & ſacris Roberto interdixerint. Sauciabat ſanè vehementer Regem ea Pontificum ſententia, cùm præcipuè ſubditi omnes eius conſortium fugerent; Ducum & Co-
C mitum nullus aulam frequentaret; in ſumma ſolitudine & mœſtitia intra regiæ parietes abderetur; ſoli duo famuli neceſſaria præberent, ipſáque vaſa, quibus vel epulas, vel potum ſubminiſtrauerant, ſtatim eluerent, vitandi contagij cauſa. Stabat tamen immotus, & nuptiarum pertinax, donec fœtum vtero Bertha profudit, ſpe maſculæ prolis obſtinante. Verùm is partus facilè pateſecit, eas ſummo numini nuptias minimè placuiſſe, cùm ea proles monſtro perſimilis, caput, collúmque anſeris præferret. Igitur eo prodigio, iiſque pœnis perculſus, Bertham Robertus abiecit, & legitimum cum Guilielmi Arelatenſis Comitis filia Conſtantia matrimonium iniit: vnde poſteà prodiit Adelis, vel Adela, mulier ſanctiſſimis moribus inſignis, cuius exemplo non parum ad virtutem ſtimulati ſunt Inſulenſes, cùm multis apud eos illuſtrem claris facinoribus vitam exegit. Quanto poſteà pauperes affectu Robertus coluerit, Helgaudus ita prodit. Duodecim egenos quocumque pergeret, ſecum ducebat. Præibant illi validiſſimis aſinorum pullis inſidentes, Deóque laudes accinebant. Multis etiam in vrbibus pauperum ſedes ſtatuerat, ibique nunc trecentis, nunc
D pluribus, nunc mille vini paniſque affatim ſufficiebat.

Quæ aliquandiu ſterilis fuit.

Hugo Capetus viuis eripitur, eique ROBERTVS filius ſuccedit.
Bar. quem vide. Helgaud in vit. Rob.

Hic ob illegitimas nuptias excommunicatus, non priùs tamen tori conſortē dimiſit:
Leo non in epiſt. ad Henric. Franc. Reg. Petr. Damiani.

quàm ea mõſtrũ peperit.
Pet. Dam.

Vbi legitimè nuptias contraxit, Adelam ex vxore ſuſcepit.

Vt pauperes is coluerit.
In vita Rob.

AN. 1000. vel circiter. Ea verò tempeſtate, qua regni Francorum habenas Robertus capeſſiuit, Radbodone vita functo, Harduinum Pontificiis Nouiomenſium & Tornacenſium ſedibus admotum reperio. Qui res eius litteris mandauere, ſanguinis nobilitatem, doctrinæ varietatem, magnamque eloquentiæ vim, quibus floruit, prædicant, ipſúmque genus ab Croyaca ducunt familia & patre Roberto. Minus tamen gratum fuiſſe Torna-
AN. 1001. cenſibus Canonicis, quæ poſteà memorabimus, pateſacient. Agebat quartum regni annum Robertus, cùm varia Gallos, Belgáſque prodigia terruere. Ingenti terra trepidatione concuſſa multis damno fuit. aërem diu cometes obtinuit. ipſo die nono & decimo Kalendas Ianuarij ad horam ferè nonam cælum ſcindi viſum, indéque faculæ ſpecies erupit. Ea fulguris modo cùm longo limite terris illaberetur, magnus ſplendor emicuit; eóque lumine percuſſi, vel quos tecta domi tegebant, vel qui per agros, & vias deprehendebantur. Coëunte ſenſim cæli fiſſura, ſpecie ſerpen-

HARDVINVS datur Nouiomenſibus & Tornacenſibus Pontifex.
Herman. Abb. in Chronic. Demochar. Belleforeſt. Ioan. Conſtant.

Multa homines terruere.
Chron. Sigeb. Palmerius. Balder. Chron. Camer. l. 1. c. 114.

Et ob ea creditum est, mundi finem instare.

Abbo in Apolog. Baron. to. 11.

A

tis per aërem aliquid oblatum, cuius caput increſceret, ac cæruleum pedes colorem oſtenderent. Ob hæc omnia creditum à pleriſque extremum diem mundi ingruere, iiſque fides adhibita, qui multis ab hinc annis prædixerant, vndecimi ſæculi principio totam incendio terram iri conſumptum, ipſis præſertim eius temporis enormibus peccatis aſſenſum extorquentibus.

Diluuia.

Sigeb. Chron.

Bellum Imperatoris aduerſus Flandriæ Comitē: cuius hic cauſa explicátur.

Lib 2. Annal. Fland.

AN. 1002. Anno proximè ſecuto ingentes aquarum eluuiones terras infeſtauere Iunij & Auguſti Kalendis: ac biennio pòſt Flandriam Germanici Regis copiæ, vt veriùs tradit Baldericus, quàm Sigebertus, ac Meierus, qui Cæſaris eam expeditionem in annum milleſimum & ſeptimum reiiciunt. Vt narrationem altiùs ordiar, res poſtulat. Memorat Iacobus Meierus Ottone mortuo Lotharingiæ Duce, Imperatorem Henricum Lotharingiæ Ducatum Godefrido Arduennæ Duci dediſſe, contemptis iis mulieribus, quas Francici generis originem ab Carolo Magno ducentes eam hereditatem adire oportuerat (Imergardis, & Gerberga vocabantur, harúmque prior Alberto Namurcenſium Comiti nupſerat, Lamberto Reinerij Longicolli Comitis filio altera:) ſolóque Louanienſium Comitatu Lambertum donauiſſe, qui Louanium, Antuerpiam, & Bruxellam complecteretur. Id facinus Henrici doluiſſe grauiter Francis omnibus; ſed præſertim Balduino Barbato, qui ſummo ſtudio Francorum cauſam tuebatur. Hunc igitur animo ingentem, fineſque ſuos producendi cupidum, magnis è tota Flandria contractis copiis Scaldim fluuium tranſmiſiſſe: intra paucos dies Einhamum, totúmque Brachantum, & Valentianas (quæ omnia iuris erant Lotharingici) eripuiſſe Godefrido. Henricum ea re vehementer accenſum obſediſſe poſteà Valentianis Barbatum. Sed Roberto Franciæ Rege, ac Richardo Normanniæ Duce ſuppetias Comiti venientibus, ſoluta obſidione in Germaniam exercitum reduxiſſe. Altero pòſt anno eundem Cæſarem vnà cum Notkero Leodienſium Epiſcopo Flandriam hoſtiliter ingreſſum. Ab Epiſcopi Tornacenſis Balderici Chronico res eius temporis fideliter proſequente hanc malo narrationem arceſſere. Balduinus Flandriæ Comes cum Arnulpho Valentianenſi Comite odia, & graues inimicitias exercebat: eóque res erupit, vt Balduinus Arnulpho bellum indixerit, ductiſque Valentianas copiis eam vrbem expugnauerit. Ea re cognita Henricus Imperator Balduinum ſæpiùs euocauit, vti controuerſiam inter eum & Arnulphum ipſe componeret. Verùm lætus eo ſucceſſu Balduinus adire Cæſarem contempſit. Ergo viri contumacia grauiter affectus, copias Auguſtus in Germania conſcripſit, inque belli ſocietatem pertraxit Franciæ Regem Robertum, & Richardum Normanniæ Ducem. Et paullò pòſt ab his omnibus circumuentæ obſidio Valentianæ ſunt, vbi Barbatus non modico inſtructus milite, & bellico apparatu, conſederat. Sed quamuis ij tres ſummi bellica laude viri omnibus vrbem viribus, machinis, & artibus expugnare niterentur, ſemper tamen Balduinus adeò fortiter eam defendit, vt magno dedecore, & dolore coacti ſint obſidionem ſoluere. Et iam eorum quiſque domum abiuerat, cùm magna Bello-barbum cupido accendit Erluinum Cameracenſem Epiſcopum bello vexandi, quoniam eum crederet auctorem Cæſari fuiſſe Valentianis obſidium admouendi. At ſibi ſuiſque formidans Erluinus, Archidiaconis tradita vrbis cura, & impoſitis aduerſus Balduinum militibus, Henricum maturè adiit, eúmque multis illuc precibus impulit, vti militum delectus haberet, bellóque Flandriæ Comitem aggrederetur. Ergo rebus omnibus ad eam expeditionem comparatis, Cæſar copias in Belgium traxit. iſtic impatatum adortus Balduinum, magno metu regionem perculit. paucis horis eam arcem, quam Otto vrbi Gandenſium oppoſuerat, adhibitis machinis expugnat. inde vrbem vehementer concutit, omnibúſque viribus ſubigere molitur. Verùm tempeſtiuè cum validis copiis adeſt Balduinus, eíque facultatem ea potiundi adimit. Deiectus ea ſpe Auguſtus militem è caſtris educit, totúſque ad omnis Flandriæ populationem incumbit. Ibi villæ non paucæ, vici, Caſtella, pagi, ea infeſtatione correpta, direptáque. multa vbique incendio conflagrata. plurimi mortales abſumpti ferro, flammiſque. omnis generis ingens auecta præda. incolæ complures in vinculis abducti, & in iis aliquot numerati, quos generis nobilitas, & bellica virtus Co-

B

Lib. 1. cap. 114.

Valentianas capit Barbatus.

C

AN. 1003.

In iis à Cæſare & aliis obſidetur fruſtra.

Sigebert. Iacob Guiſ. in Annal. Hann. Petr. Oudegh.

Aduerſus Erluinū Camer. Epiſc. arma præparat.

D

In eum nouū duxit exercitum Imperator.

AN. 1004.

Balder. l. 1. c. 115.

Gandenſem arcem expugnat & multa infert Flandris mala.

A mini charos fecerant. Hæc omnia quidem magno dolore Balduinum afficiebant: verùm quòd æquis viribus destitueretur, neque impedire dum fierent, poterat, neque posteà licuit vlcisci. Rebus tamen suis, & ditioni Flandricæ consulendi optimum prorsus paucis inde diebus consilium arripuit, conuento Aquisgrani Cæsare, & subditus eius potestati Valentianis, vt captiuorum Flandriæ nobilium libertatem faciliùs impetraret. Etenim captus ea viri erga suos fide, tantáque animi indole permotus, non modò Cæsar ei quos in custodiis attinebat, reddidit, verùm etiam Valentianas in fide sua retinendi potestatem fecit. *Et Barbatus reconciliatur. Iacob. Guys in Annal. Hann.*

AN. 1005. 1006. Duos annos proximè secutos terrori fuisse, apud Sigebertum reperio. Priori metum incussit Cometes horribili specie flammas ostentans. altero ingens mortalitas, quæ maximam orbis partem ita corripuit, vt mandandis terræ cadaueribus vix sufficerēt viui, ideóque tædio vespillonum multi adhuc animam trahentes cum exanimis terra obruerentur. In annum millesimum & octauum eam pestis sæuitiam transfert Meierus. Licet arbitrari, non aliam eos auctores luem perstringere, quàm quæ *Cometes horribilis. Ingens pestilentia.*

B describitur ab eo, qui S. Macarij vitam litteris tradidit paucis pòst annis Gandaui feliciter vita defuncti, cùm his persimilia memoret. Verùm quem in annum inciderit S. Macarij obitus, ne quidem apud eos satis constat. Sigebertus anno post millesimum tertio & decimo spiritum exhalasse asserit; contrà, Meierus vndecimo supra

AN. 1011. millesimum. Inter vtrumque auctor vitæ medius consistit, aitque vitam exuisse anno millesimo & duodecimo, quarto Idus Aprilis. Ceterùm nihil alienum ab instituti mei ratione facturum me existimo, si pauca de S. Macarij rebus proferam, quæ præsertim Belgium ingresso contigere. Nam cùm toti Flandriæ magna lue laboranti præsidio fuerit; eiúsque brachij partem Insulenses D. Petri Canonici obtineant, & populo, grassante pestilentia, venerandam offerant: idà me reor flagitari, ne facta eius præcipua silentio transeam. In Armenia natum inuenio parentibus Michaële & Maria, quos probi mores, & generis claritas ornabant. Cùm per ætatem licuit, Macarius alter, qui Patriarcha Ecclesiam Antiochensem moderabatur, *Res à S. Macario Antioch. Patriarcha præsertim in Belgio gestæ, breuiter memorantur.*

C eum Dei, & bonarum artium præceptis imbuit, multa ipse doctrina, & sanctitate conspicuus. Et cùm videret iactis altè fundamentis virtutum sustinendo Episcopatus oneri satis idoneum effe, successorem sibi dari flagitauit. Quòd sciret magno sui studio senem ardere, populus extemplò votis eius annuit, iuuenémque Macarium sibi præfici expetiit. Igitur cùm illo fatis functo Macarius noster Pontificium munus capessiuisset, proceres plebémque suo magis exemplo, quàm sermonibus, ad virtutis studium incendit, cibi, potúsque parcissimus, aspera veste corpus castigans potiùs, quàm muniens, iræ & vindictæ domitor, sibi durus, lenis aliis, omni virtute præditus. Sed his omnes cùm maximè rebus caperentur, ipséque mentis elationem vehementer comprimeret: maluit aliò viam carpere, abdicato Pontificatu; & quàm domi suorum iudiciis efferri, in occulto alibi subesse. Itaque translato in humeros Eleutherij Pontificio munere, clam vtroque parente Armeniarum finibus excessit. Postquam longis itineribus Palæstinam, aliásque multas regiones Belgium vsque peragrasset: hic magni nominis vrbes plerásque adiit, ibíque famam eius mira quæ- *Vita S. Macarij. Eius parētes. Bona educatio. In Patriarchā Antiochenū adhuc iuuenis eligitur. Qualem in eo magistratu se gesserit. Abdicato sponte Episcopatu fugit occultè. In Belgium venit.*

D dam celebrauere. Cùm Mechliniæ moraretur, incendio signum Crucis apponens flammas exstinxit. Malbodij diuinitus lepra percussus est ille famulus, qui missum ex eius brachio sanguinem per contemptum in cloacam abiecit, quem seruari curandis aliquando morbis summa herus religione iusserat. Miratus est Cameraci secundum eius voto numen æditutus. Nam ille cùm vesperi Macarium D. Virginis ædem ingressum ea mente, vt noctem illic precabundus insomnem duceret, magna prorsus iniuria è templo asper, & tumidus ira propulisset, statimque occlusis sera foribus abiuisset: Macarius nihil eo facto commotus pro templi ianua in genua sese abiecit Deum oraturus; ac mox diuina voluntate fores ei patuere. Sed is nolens ipsa rei nouitate hominum infirmitatem obruere, ingressu templi abstinuit. Igitur manè cùm maturat æditutus templi ostium reserare, adhuc precibus indulgentem virum Dei nactus, & patentem ædis ianuam: ibi maximo timore percellitur, & tantùm non animam corpore exuit. Verùm Macario Tornaci labor insignis obuenit. Ea in vrbe *Mechliniæ incendium signo Crucis exstinguit. Sanguinem eius abijciens lepra inficitur Malbodij. Cameraci ianua templi diuinitus ei reseratur.*

Tornaci grauissimũ sedat tumultum.

pollenti potentique populus sæpè tumultibus agebatur: ortáque iam erat periculi plena seditio, cùm Macarius illic consisteret. Eò res processerat multis ciuium mutuo ardentibus odio, vt infestis armis concurrerent: illinc volitarent tela, hinc gladij stringerentur. Aderat peropportunè Balduinus Flandriæ Comes. Is ergo dirimendis ijs incursibus, & opprimendo tumultu, suos milites arma rapere, ínque medios ciues prorumpere, & ab Comite missos se vociferari iúbet. quia tamen cæco ferebantur impetu Tornacenses, plúsque valet in ipsó tumultu vesaniæ vis, & furoris, quàm Principum reuerentia, nihil ij potuere. Igitur cùm glíscerent animi, & in summo discrimine vterque cuncus versaretur: audito Patriarcha multitudinis clamore, ab domo festinus erumpit, eóque præcipuus incumbit, vbi maximo tumultu ciues feruebant. ibi baculum in summo Cruce ornatum erigit; ardentibus Deum precibus implorat; insanienti populo pacem expetit. Et repentè moti diuinitus ciues animos ponunt; iræ mitigantur; languent in manibus arma; prorsus omnis vesania & tumultus ad peregrini preces ita comprimuntur, vt in mutuos illi amplexus conuolent. Qua via Tornaco Gandauum iuerit, equidem nullus prodit. Certè illic Blandinienses Monachi hospitium quærentem tectis exclusere. contrà, domum inuitarunt D. Bauonis Ascetæ, omnìque receptum percoluere charitatis officio. Illic menses aliquot agit charus omnibus, & multorum saluti commodus. nam plerosque aduersa valetudine laborantes vel contactu, vel precibus sanitati restituit. Et qui virtutibus eius illiciebantur, etiam aquam seruabant, qua manus abluerat, eáque malis corporum admota multis salutem attulit. Sed quamuis ardenter flagitarent D. Bauonis Monachi, vt perpetuam apud eos sedem figeret, ipsum tamen ingens cupido cepit patriam reuisendi. Gemebant omnes, eùm is cœnobio pedem efferret, & palàm querebantur, præcipuo se stimulo virtutis, & auxilio destitui. Visum est illud iter parum numini placere. Nam mox viam facienti pedes adeò inflari, totúmque corpus à morbo peruadi cœpere, vt iam depositus videretur. Illic ergo pulchrum certamen exortum. Nam ad nuntios perculsi morbo Macarij extemplò Monachi Blandinienses cum Lamberto, ea tempestate Comitis Flandriæ Castellano, ad eum viam rapiunt, vti domum deportent obterendo recusati priùs hospitij flagitio. Ex aduerso, celeres eodem feruntur D. Bauonis Ascetæ, vt eum protinus auferant, & hoc etiam prius officium cumulent. Lambertus eorum, quibuscum venerat, nomine, Blandinium inuitat: ad D. Bauonis cœnobium alij. Et dum quisque sancti viri responsum exspectat: is conuersis ad Bauonianos oculis, apud eos sedem sibi repetendam asserit. Illuc ergo delatus cùm nullam quietis partem noctu, vel interdiu capit, nocte quadam insigni oblata visione sanitatem recuperat. Sed cùm rursus exactis circiter quinque mensibus in patriam remeandi ardet desiderio, totúsque ideò Gandaui populus mœstitia perfunditur: nouo ipsum Deus morbo admonet, adeundos breui cælos, vnde Flandris patrocinetur. Ingens eo tempore per Flandriam vniuersam grassabatur pestilitas. In palatis tumor quidam repentè surgebat pustulæ modo: adeóque præsens discrimen id malum afferebat, vt nisi ferro quamprimùm chirurgus viam suppurationi faceret, eo tacti confestim mortem oppeterent. Horrendo vbique spectaculo erant quà viui, quà mortui. In corporibus vita cassis fœditas quædam cernebatur. facies viuorum macies & pallor mutauerant, tristitia, metu, labore semper infestantibus: adeóque vis morbi multos absumpserat, vt ægrè viui mortuis efferendis ac sepeliendis sufficerent. Conclamatum erat vbique: iámque nulla spes affulgebat adhibendi humanitus morbo remedij, cùm quibusdam venit in mentem capessendæ per triduum inediæ. De horum igitur sententia, & totius populi voluntate per tres dies hominibus, iumentis, pecudibus ieiunium indicitur. frequenti templa teruntur accessu: ibi coram Deo, Diuorúmque corporibus, auxilium votis omnes ardentibus flagitant. Et mox ea pestis Macarium inuadit, eíque vim loquendi eripit, vt in ipso præsertim mali furor & rabies frangeretur. Nam paullò pòst animus eius cognitione futurorum ita fuit imbutus, vt signis quibusdam & nutibus palàm fecerit, nullum postmodum, se præter, aliósque duos, hauriendum eo morbi genere. Et accito cœnobij Abbate Erembolde cœtúque omni

Gandaui Blãdiniẽses Monachi eum nõ recipiunt.

Postquã Bauonienses sub tectum admisere, multis sunt ab eo beneficijs affecti.

Reditum in patriam tentat.

Sed morbus à Deo immissus eum retinet.

Post curationem diuinitus obtẽtam, iterum de patria repetẽda cogitat.

Sed morbo, qui tunc in Flandria sæuiebat, affectus retinetur denuo.

Qualis fuerit is morbus.

Quid hoc opprimendo factum fuerit.

Eo tactus Macarius, morte sua ipsum eãdem exstinguendũ prædicit.

A B C D

A nuptiæ Ambiani maxima celebratæ sunt pompa. Si fidem adhibeamus Hugoni Floriacensi, cùm filiæ coniugium Robertus pacisceretur, ea nondum infantiam exuerat, domúmque Comitis in cunis delata fuit, vt ab eo pro Flandriæ moribus educaretur, ideóque gratior nouo Principi euaderet. Ea tempestate Nouiomensium & Tornacensium Pontifex Harduinus edicto Regis è Francia sese fuga subducere coactus est. Non leuia ipse cum viro nobili alebat odia, quem Robertus Rex ei turri, vel arci, præfecerat, quam validissimam intra fines Ecclesiæ B. Virginis Mariæ possidebat Nouiomi. Odiorum causam dederant illius hominis arrogantia, & ferocitas. Haud enim tantùm is plebem superbo premebat imperio, verùm etiam plurima passim afferebat ciuibus, canonicis, Episcopo damna. Igitur eius ingenium moresque minimè tolerans Harduinus, cùm nihil monitionibus & increpationibus proficit, per eius absentiam turrim vastat incendio. Mouit eares Regem perquàm vehementer, totiúsque Franciæ finibus Episcopum exegit. Ad quem confugeret, præter Flandriæ Comitem, Harduino nullus occurrit. Quòd ergo vel propter potentiam B & sapientiam, vel propter initum nuper eius filij cum regia puella matrimonium, apud Regem multa polleret auctoritate, hunc muneribus aggrediendum statuit. Et mox in Gallo-flandriam venit, eius opem imploraturus. Quod erogaret molliendo Comitis animo, præter sacra nihil admodum erat. Duodecim itaque Balduino sacerdotia offert, vt per eum Regis iracundiam frangat, & reditum in Franciam impetret. Ea per Flandriam sparsa erant, & non exiguis censibus quotannis prouentus Tornacensis Episcopatus augebant. Inter illa præsertim id eminebat, quo ius in Cominiensem Ecclesiam dabatur. Postquam igitur horum sacerdotiorum (altaria nuncupant Belgij Chronica) possessionem Balduinus iniit ad tertiam quoque posterorum suorum generationem nullo vitio traducendam, his exutum sponte Harduinum Regi conciliauit, & Nouiomo tandem restituit. Verùm huius pactione Pontificis non leue vulnus sacris rebus per Tornacensem Episcopatum fuit illatum. Quippe sensim Comitis indulgentia eorum, quæ diximus, sacerdotio- C rum iura & prouentus viri nobiles augendis opibus suis cum impetrassent, & multum Ecclesijs detractum est dignitatis, & illa nunquam Episcopo restitui potuere, vbi concessæ fruitionis tempus effluxit.

Harduinus Nouiomens. Episcopus Francia exigitur.
Herman. in Chron. Tornac. Iacob. Meyer. l. 2. Annal. Fland.
Quam ob causam?

Per Barbatũ Flandriæ Comitem, datis duodecim altaribus, ab Rege pacem impetrat.
Auctores citati.

AN. circiter 1029. Ar verò Balduinus Barbati filius ijs, quas docuimus, nuptijs, & affinitate regia fretus, prauis quorundam consilijs patrem contempsit: eóque processit audaciæ, & impietatis, vt ipsum Flandriæ Comitatu exuere contenderit. Rem omnem partim ex Hugone Floriacensi, partim ex Balderico eius temporis auctore fidelissimo depromam. Cùm igitur Balduinum vel cupido regnandi, vel patris odium adeò transuersum egissent, vt paternum imperium minimè ferret amplius, eíque parem se facere optaret: quorundam Flandriæ procerum, qui liberiora sibi omnia sub iuniore Principe promittebant, flabellis incitatus, ad rebellionem exarsit. Ne quid tamen imprudens moliretur, omnia priùs occultè parauit, amicos, opes, arma, militem. Præcipui Flandricorum nobilium in partibus erant, iíque maxima subsidia promisere. Et quoniam nullus satis idoneus Balduino locus in præsens suppetebat, D quò se reciperet, si res minùs ex animi sententia procederent: de coniuratorum consilio statuit erigere Cameraci propugnacula. Erat ea tempestate huius ciuitatis Episcopus & Cameracesij Comes Gerardus huius nominis primus, vt anteà fuit memoratum. Quòd is esset magna vir religione, & virtute, nihil pacati ab eo sperabatur: certúmque prorsus erat, nihil ipsum aduersus Barbatum filio cessurum. Itaque Balduinus ad Conradum Cæsarem aspexit magna spe fretus per eum quidlibet obtinendi. Et mox ad eum quasi aliud acturus viam arripuit. Sed plus illic difficultatis, minus fauoris comperit, quàm sibi pollicebatur. Quippe Gerardo vehementer obnitente, Cameracum ab Cæsare impetrare non potuit. Non parum turbauit ea res iuuenis conatus. Quæ tamen cœperat, ardenter festinanti ex animi desiderio euenere omnia. Suis stetere promissis Flandriæ primores. A Barbato palàm discessum: iíque, Flandris filium adiuuantibus, imperio, & opibus exutus est. Quò se verteret infelix Comes, nihil admodum videbat, præter Normanniæ Ducem

In Barbatum filius eius cõsurgit, eúmque ex Flandria deturbare nititur.
Balder. l. 3. c. 50. Chron. Camer.

Tandemque quod molie- batur, perficit.

Robertum.

Contrà Normanniæ Dux in Flandriam ipſum reſtituit.

A Robertum. Sed is & longè aberat, & non ſatis ſecundus videbatur. Placuit nihilominus ab eo aduerſus filium auxilia poſtulare. Et viſum eſt Duci nihil ei negare, quem filius adeò graui iniuria perculerat. Igitur delectu mox habito, copias ingentes contrahit, eáſque in Flandriam deducit. Terrore circumferendo, quidquid occurrit, id protinus inuadit: quædam flammis corrumpit, alia in plana deijcit. Et iam peruenerat ad Caſtrum Ciocam non procul Bethunia; ibi muros, & ædificia ſubuerterat; cetera incendio conſumpſerat: cùm Flandriæ nobilitas paullo altiùs illata rebus ſuis damna perpendens, metu corripi cœpit, ne cetera ſimili clade peſſumdarentur. Ergo maturè ſibi conſulentes, relicto filio, ad Barbatum omnes ſigna retulere. ac, ne quas inſidias is metueret, dati obſides Duci. Nudatus horum præſidio Balduinus cùm nihil aliunde ſperat auxilij, apud ſe omnia parum tuta conſpicit: ad pacem denique animum vertit. Neque alio conciliatore vti placuit, quàm Duce Roberto. Quamobrem ad eum miſſi protinus legati. Per eos Balduinus inceptum facinus damnauit, eiúſque veniam ſuppliciter petijt. *ab ſe peccatum ſcilicet per ætatem, quæ minùs ſapit, fluxáque ac lubrica eſt, dum præſertim maligna impellunt conſilia. nihil in poſterum tale deſignaturum ſe, nihil occeptu um. quam impetrauerit pacem, culturum ſe quàm maximè.* Multam cepit Robertus ea legatione voluptatem: ſtatimque operam dedit, vt Barbatum filio conciliaret. Neque difficile fuit eò ſenem pertrahere, quò naturæ iura ducebant in liberos admodum procliuis. Data igitur venia factorum iuueni, dictæque pacis leges ſunt. Et cùm in mutuos amplexus oſculaque ruiſſent: copias domum Roberrus abduxit; patrem natúmque arctiſſima rurſus iunxit amicitia, quam nihil poſteà diremit. Ac ne quis Flandrorum in varia denuo ſtudia raperetur, obuiam itum eſt indicto ab Comite publico Aldenardæ Conuentu. Ea námque comitia non alioueŕſum habita comperio, quàm vt Flandriæ caueretur, inita, iuratáque publicè pace. Ibi fuere cum vtroque Balduino Nouiomenſis & Tornacenſis Epiſcopus Hugo (paucis antè diebus in Harduini locum ſuffectus is fuerat) Abbates omnes primoréſque Flandriæ; dein omnia Diuorum corpora, quibus ea tempeſtate florebant Flandrorum vrbes, aut cœnobia. Tot Sanctorum exuuias ei Concilio placuit adhiberi, vt ſtabilita iuramento pax ijs teſtibus firmior euaderet.

filioq́ue pacem petenti reconciliat.

B

Inter Barbatū, eius filium & nobiles pax iurata coram Sanctorum corporibus. Sigeb. Chron. Iac. Meier. l. 2. Annal. Fland. HVGO Nouiomenſis Epiſcopus.

AN. 1030. extremo, vel ineunte 1031.

C

Tertio fermè ab hinc anno Leduuinus Abbas, quem diximus ab Comite Bellobarbo Martianenſi cœnobio nuper impoſitum, miſſionem petiit. Iam enim eum ita locum reſtituerat annorum nouem ſpatio, vt priſtino nitori redditus etiam religione, ſanctis moribus, multo cœtu effloreſceret. Sed priuſquam bona Comitis venia D. Vedaſti monaſterium repeteret, alium Martianis Antiſtitem dedit ex eodem Vedaſtino Aſceterio Albricum nomine, quem regendis hominibus ſacris opportunum nouerat. Neque poſteà, tametſi magno locorum interuallo diſſitus, eius loci curam depoſuit, cùm & multo fauerit affectu, & conſiliis adiuuerit, quamdiu vitam duxit in terris. Albricum Gerardus Cameracenſis & Atrebatenſis Epiſcopus ſacris verbis, & fauſta precatione munitum paſtorali decore ornauit. Ardens is fuit religionis ac virtutis omnis ſtudio, quæ Monachum decent. nihilque antiquius habuit, quàm, preſſis Leduuini veſtigiis, haud minùs exemplo, quàm ſtimulis verborum ad cultum animi ſubditos ciere. ideóque domui lætis ſucceſſibus nauantem nihil obturbauit incommodi. Sed plurimum ei laboris aduerſus eos exſtitit, qui dudum res inuaſerant monaſterij, eáſque vel retinebant, vel premebant oneribus iniuſtè. Iuuat hoc loco rem admirabilem litteris tradere, quæ contigit eo Martianas moderante; quo tamen anno præſertim euenerit, nondum comperi. Poſſidebant Haynis Martianenſes domum aliquam ea libertate præditam, vt nulli fas eſſet ab eo cenſum exigere, qui Monachorum voluntate incoleret: eámque vir quidam tenuis fortunæ vtendam acceperat, quò ſibi ſuiſque victum pararet. Eo tempore Osbertus vir nobilis Haynarum Aduocationem inuaſerat. ſed cùm ex munere ſuo villam tutari teneretur, eam magis opibus, & libertate nudabat. Igitur is animaduertens nullum ſibi cenſum pendi ab eo, qui domum Martianenſium incolebat, id grauiter ſcilicet tulit. & quo die nummos dari oportuit, etiam ab eo cenſum petiit. Stupuit ad rei no-

AN. 1033.

Leduuinus Martianenſi monaſterio benè conſtituto Atrebatum repetit. Lib. 1 miracul. S. Rictrud. c. 19.

Quem Martianenſibus Abbatē dedit, eum Gerardus Epiſcopus benedictione impertijt. Ibidem.

D

Quid ſub hoc acciderit homini res Martianenſes iniuſtè vexanti. Lib. 1 miracul. S. Rictrud. c. 21.

uitatem

A uitatem inquilinus palamque respondit, nullo se obstringi tributo, quoniam D.
Rictrudis eam domum libertate donasset. At Osbertus vehementer motus libera
viri responsione, rursus institit nummos petere: ac nisi mox daret, vincula, & ver-
bera minatus est. Sensit rusticus magnam quidem D. Rictrudi iniuriam fieri ea
census exactione; ideóque denuo negauit sese quidpiam daturum: tamen cùm vi-
deret nullo se modo viri furentis conatibus obsistere posse, ad dies aliquot solutio-
nem protogari petiit; ac tempore condicto stiturum se patronum respondit, qui
causam suam liberè ac verè diceret. statimque traditi Osberto vades sunt. Adit in-
terim Martianense monasterium inquilinus, rémque omnem ex ordine Antistiti
prodit. Is communicato cum Monachis negotio, de suis Haynas aliquot mittit, iis-
que sacra ossa Diuorum Mauronti, & Rictrudis tradit eò deferenda. Illuxerat iam
dies condictus, suósque satellites Osbertus exciuerat, spei plenus & voluptatis; qua-
si negotium ex animi sententia successisset. Nullum enim venturum rustico patro-
tronum sibi persuaserat. Verum ita spebus vanis inflato sese repèns stitit agricola; &
B cùm per sannas rogaretur, quem patronũ adduceret, Monachos, & sacra Diuorum
pignora ostendit. Ibi grauibus sacri homines verbis Osbertum aggressi, ne quid te-
merè audeat, indicunt: *Adesse scilicet loci patronos, quem violare intenderet, D. Mau-
rontum, eiúsque matrem Rictrudem, quorum ossa deferrent. Vlturos grauiter eos iniuriam
si quam rebus eorum faceret.* Ad ea verba cum circumstantes Sanctorum lipsanis ve-
nerationem exhibent, solus ea sic contemnit Osbertus, vt nec assurgat, nec verea-
tur: contrà statim edicat; *Non patronum venisse, verum arentia sibi ossa proponi, bellos
causæ defensores. Viuis hominibus, non mortuis ossibus ad defensionem opus esse. parúmque
sapientem se fore, si propterea censum petere desistat.* Et mox in pauperem rusticum iras
exonerans, magnis eum verberibus cædit, ab eóque vi pecuniam extorquet. Quasi
rem egregiam fecisset, conscenso statim equo lætus, ridénsque domum discedit. Sed
cùm per viam oblata fortè aqua potum equo dare festinat, is maligno agitati spiritu
cœpit, tantáque hominem vi dorso excussit, vt in propinquum & profundum præ-
C ceps puteum ruerit. Accurrunt illuc è vicinia plerique mortales, eúmque semiani-
mem inde magnis laboribus extrahunt. Sed propter maximam membrorum colli-
sionem paucułos dies superuixit: sempérque, donec animam ageret, lugubri voce
inclamauit, *Perquàm grauiter se ab D. Mauronto, eiúsque matre torqueri: facinoris teme-
ritatem, & incontinentis linguæ virus eas sibi iustè pœnas infligere.* Cum ita miserandum
in modum è viuis abiisset Osbertus, eiúsque fama obitus latè dideretur, in eas Diuo-
rum Reliquias maior gliscere cœpit veneratio. At enim hunc annum, quo Martia- Imbres magni & continui.
nis Albricus admouebatur, quædam formidabilem fecere. Fœdis continuísque ter-
ra imbribus natans nihil frugum protulit: statimque fames grassata est ob frumenti Glaber.
penuriam. Tertio Kalendas Iulij sol defecit, speciémque præbuit inusitatam & hor- Solis defectus.
rendam spectantibus. Sapphirinum ipse colorem induerat, partémque supernam Idem.
lunæ renascentis specie ostentabat. Qui mortales ad languidos eius radios sese mu-
tuò intuebantur, quasi cadauerum pallorem in corporibus legebant. res omnes aliæ
croceo colore cernebantur. Exinde multus animos metus inuasit. Et paucis pòst Robertus Franciæ Rex moritur.
D diebus decimotertio Kalendas Augusti Francorum Rex Robertus mortem oppe-
tiit, magna sanctitatis opinione. Inter Henricum, & Robertum liberos eius maxi- Vide Baron.
mas contentiones exortas quidam memorant, Constantia matre, & Balduino Co-
mite Robertum adiuuantibus, vt regno potiretur. Sed Roberti Normanniæ Ducis HENRICVS filiorũ maior ei succedit.
opibus adiutus, regnum inuasit Henricus, idque tenuit duplici iure, armorum & æta-
tis, qua fratrem præcesserat.

AN. 1034 Anno sequenti lætior cæli, terrarúmque facies fuit. coërciti nubium fluxus; sata Abundantia frugum.
feliciùs arua; & multum frugis terra protulit: eáque pòst annos quatuor vbertas te- Glaber.
nuit. Sed Galliam penè totam magnis Episcopi difficultatibus implicuere; dum Quid mali per quosdam illatum sit Galliæ.
pacis studio frequentes Synodos habent, grauibúsque populum oneribus premunt.
Agitata multis motibus nuper fuerat Gallia, cùm fratres de regno Franciæ discepta-
rent: & quidam etiam odiis ardebant hostium, qui cladem aliquam eo tumultu ac-
ceperant. Igitur in posterum vti mutuæ opprimerentur inimicitiæ, ab Episcopis in

A

Lib. 3. cap. 52. Chron. Camer. his omnino verbis.

varia itum Concilia. Vnus eorum traditas sibi diuinitus litteras persuasit, quibus omnia facilè odia exstinguerentur. Inter alia iis hæc iuberi asseruit, vt Baldericus illius ætatis auctor libris mandauit: *Arma quisquam non ferret; direpta nullus repeteret: sui sanguinis, vel cuiuslibet proximi, vltor minimè existens, percussoribus cogeretur indulgere, ieiunium in pane & aqua omni sexta feria obseruarent, & in sabbato a carne & pinguamine; solóque hoc contenti ieiunio in omnium peccatorum satisfactione, nullam se scirent ab eis aliam adyciendam pœnitentiam, & hæc sacramento se seruare firmarent. quod qui nollet, Christianitate priuaretur, & exeuntem de sæculo nullus visitaret, nec sepulturæ traderet.* Et hæc auidè primùm Episcopi hausere, deinde populus omnis: cuius pars scelera, factáque sibi indulgeri, pars ad rapinas sibi viam sterni videbat. Verum Gerardus Cameracensis & Atrebatensis Pontifex cùm videret ea minùs ab Episcopis & populo ponderari, quàm rerum grauitas flagitabat: vnus ipse omnibus obrogauit; quoniam ea legi gratiæ pugnarent, Sanctorúmque Patrum decretis. Igitur ipse vehementer institit, vt hæc omnia rescinderentur: eóque multa docuit tam sacrorum librorum, quàm Patrum testimoniis stabilita. Verùm is quid profecerit, parum liquet. B

His opposuit se Gerardus Cameracẽsis Episcopus.

Balderic. d. l. Christian. M. ss. l. 16. Chron.

Qui parum profecisse videtur, præsertim Cameraci: ob VValterum Castellanum Camerac.

Bald. l. 3. c. 51.

At posteà tũ Duaci, tum alibi multum impetrauit.

Certè Cameracum, Duacum, aliáque Belgij nostri loca lex ea Pontificum penetrauit. Walterus Cameracensis vrbis Castellanus ipsi præsertim Gerardo infensus, arma ferri Cameraci vetuit, & rapta repeti: tum vt ne quid eorum redderet, quæ violentus eripuerat; tum vt nouis vrbis rapinis pasceretur. Et quia Gerardum his fortiter obniti sentiebat, etiam vicinis in locis spargebat, aduersum paci Pontificem esse. Duacenos eius verbis transuersus fuisse crediderim. Cùm enim non multò pòst Duacum Gerardus venisset, multus apud eum populus institit, vti pacem cum Waltero faceret, quæ is rapuerat, ne reposceret, aduersus eum ne ferro & odiis vteretur. Quæ res Episcopum tandem impulit, vt ciues eos grauibus verbis doceret, *quibus artibus pacem Walterus quæreret, quibus infringeret. apud eum plena simulationis, doli, peruersitatis esse omnia. sibi propositum esse, vel damno fortunarum suarum pacem concedere, si quam ille cuperet: adeóque illi conciliandæ pacis gratia, omnem iniuriam, illatásque damna remittere.*

Balderic. l. 3. c. 54. Chron. Camer.

Quo sanè multùm sibi populum Episcopus deuinxit, cùm palam fieret, ipsum paci plurimùm studere. Et paucis inde diebus elapsis, Balduino Flandriæ Comite admodum nitente, intra fines Cameracensium, & Atrebatensium statuendæ paci delectus est locus; eóque nonnulla Sanctorum corpora variis ex vrbibus delata, plurimíque proceres conuenere: quibus præsentibus (quamuis grauiter Walterus fremeret, populúmque contrà verbis accenderet) delinitis tandem eleganti concione multitudinis circumfusæ animis, sacramento pacem Episcopus firmauit. C

Barbatus è viuis abit.

Meier. aliy.

BALDVINVS INSVLENSIS eum excipit.

Quæ fecerit, vt Insulanus diceretur.

Agebatur Christi annus millesimus & trigesimus sextus, cùm Flandriæ Comitem Bello-barbum lethalis morbus inuasit, viuísque demum eripuit multo Flandrorum dolore, quos eius virtutes plurimùm afficiebant. Sextum ferè annum & quadragesimum imperauerat multis ad gloriam insignibus factis grassatus. Patris Comitatum opésque suscepit eiusdem nominis filius, quem cient duobus cognomentis, Pij, & Insulani. Quæ multa Insulæ beneficia tribuit, vt Insulanus diceretur, fecere, vt Pius vocaretur, præclara virtutum exempla. Supra ceteros Flandriæ Principes euexere potentia, cultus Numinis, in res sacras profusio, ingens auctoritas, Francorum regni Regísque moderatio, cum regia puella nuptiæ, morum integritas. Nullo se Comitum Flandriæ magis iactat Insula. Hæc ei maximè munitionem, cultum, frequentiam debet. Quippe mœnibus eam Pius & fossis circumdedit. validam eius magnámque arcem firmauit, ornauitque. in ea templum opere, censu, sacro Canonicorum Sodalitio superbum iuxta palatium condidit. hoc in loco plurimus ipse consedit, & non exiguo tempore Francorum Regem aluit. suam hîc ciuibus monetam concessit. vt iam tum & frequens Palatinis nobilibus, & mercimoniis Insula floruerit. Igitur cùm alterum parentem suum huius oppidi ciues Balduinum Pium agnoscant, eúmque frequenti memoria celebrent: officij mei partes precipuas arbitror, vt eo de viro, eiúsque coniuge, ac liberis, paullò fusius memorem, quæ libri vel monumenta sufficient. Ab inito Comitatu, primi sensere Pij profusam liberalitatem D. Bauonis Ascetæ. Is enim vnà cum vxore plurimas illis possessiones impertijt

AN. 1036.

D

AN. 1037.

In S. Bauonis monasterium liberalis est.

Iacob. Meier l. 3. Annal. Fland.

pertijt

[illegible] Mar- [illegible] us eius [illegible] pi [illegible] Dum [illegible] prob [illegible] te e- [illegible] al, & labor [illegible] calamitas, [illegible] Mona [illegible] tandem ali [illegible] s [illegible] fuerit [illegible] quæ te [illegible] Albri [illegible] & [illegible] nunquam [illegible] vel infesta [illegible] Monachorum [illegible] v [illegible] alii [illegible] pi [illegible] s [illegible] uit. [illegible] pa [illegible] ua semper [illegible] magis [illegible]

In [illegible] l
B [illegible] Ca-
[illegible] æ
vicat [illegible] non pa [illegible] famam [illegible] pa [illegible] at [illegible] apud magn [illegible] D [illegible] C [illegible] a D. Chri- stophori a [illegible] enche [illegible] ari ob [illegible] xium aut Curiale sacerdotium vo [illegible] at [illegible] offi [illegible] at, be [illegible] Sc [illegible] a no iam natu exactæ vit [illegible] ue [illegible] n [illegible] , atten [illegible] re [illegible] cer, [illegible] abole [illegible] pœn [illegible] autatem ad [illegible] it. Nam de cœnobi E- [illegible] aqu [illegible] in mo [illegible] endis con [illegible] secum ver [illegible] an [illegible] ad D. Christophori benefi- [illegible] narum suarum p [illegible] m [illegible] impende [illegible] A [illegible] a [illegible] ferretur ab Hugone N [illegible] men [illegible] m & [illegible]
C [illegible] lium [illegible] c [illegible] ein [illegible] landro um Bal [illegible] no [illegible] gendi pot [illegible] atem obti- nu [illegible] igitur [illegible] nta [illegible] , [illegible] n [illegible] e t [illegible] s [illegible] nf [illegible], [illegible] v [illegible] vt [illegible] ver [illegible] eler [illegible] at [illegible] a [illegible] ctos regula. [illegible] tamen [illegible]

[illegible] Ma [illegible] s [illegible] Mona- [illegible] nato [illegible] ceb [illegible] m [illegible] lui Atr [illegible] [illegible] is in extremis Gallo flan [illegible] ad [illegible] Præ [illegible] turam nominant, quod templ [illegible] in [illegible] cta c au- [illegible] cum [illegible] o D. Vedasti Atrebaten [illegible] Monachos Mo [illegible] a [illegible] ore [illegible] unda, partim [illegible] fati [illegible] onea, quædam pa- [illegible] m [illegible] at is vel inter [illegible] entu [illegible] is, v [illegible] cen [illegible]
D [illegible] p [illegible] atem non parua in [illegible] las vol [illegible] p [illegible] a [illegible] v [illegible] p [illegible] pr [illegible] m eius erat [illegible] ma [illegible] a [illegible] ste [illegible] nuncupaturus numini vota [illegible] d omn [illegible] S. Ve- [illegible]

[illegible] n [illegible] ob [illegible] ata est occasio maiores [illegible] es [illegible] n [illegible] pe [illegible] o [illegible] as [illegible] am, M [illegible] m [illegible] anniæ Duci fu [illegible] u [illegible] Robertus N [illegible] æ Dux è viuis a [illegible] u [illegible] e g [illegible] s exor a [illegible] at [illegible] n [illegible] er [illegible] pen [illegible] as [illegible] u [illegible] Ma [illegible] u [illegible] e [illegible] pa [illegible] [illegible] ia [illegible] induerat G [illegible]

Arch[illegible] opac[illegible] gen[illegible] d[illegible] [illegible] A
grauiter Guilo[illegible] pidine Princi[illegible] & quo[illegible] aperet Malgerus opes,
& [illegible] bat. Contra, G[illegible] s [illegible] perium sibi
vendicare moliebatur. & quò facil[illegible] obtineret a[illegible] [illegible]entiam [illegible]ertit.
Nihil iucundius Balduino accidere poterat, vt [illegible] matrimonio spem
alerer vehementius. [illegible] ergo ma[illegible] ope[illegible] No[illegible] b[illegible] ue [illegible]
rum regijs opibus perfecit, vt intra paucos dies [illegible] fregerit, [illegible] eum,
patruo expulso, in Normanniæ Ducatum, opé que p[illegible]nas, [illegible]. E[illegible] sub- AN.1044.
inde biennio, postquam e terris in cælos [illegible] H[illegible] N[illegible]omensis [illegible]pus,
in [illegible] eius C[illegible]ero p[illegible] [illegible] est B[illegible]us. Tunc ob[illegible]rta
frumenti penuria est, ob quam d[illegible] Galliam totam & Germaniam fames in-
gens afflixit annos fere [illegible]tem. Verum Ba[illegible]us [illegible]es ea r[illegible]partem [illegible]tus è AN.1045.
Flandria copias portau[illegible] [illegible] a mihi
expeditionis occasione [illegible] omn[illegible] a se [illegible] fugat[illegible] ho[illegible]bus,
ita debellatum, vt onustum [illegible], & [illegible] arum victoria e[illegible] [illegible]m reduxerit. Sed B
reuersum inde magnus de[illegible] lætitia [illegible] d[illegible] B[illegible] [illegible] natu
filius, summæ spei adolescen[illegible] al[illegible] Henrici Cæsaris [illegible], vbi libera-
liter educatus fuerat, in Flandriam reuenerat. Sed Br[illegible]ei, vehemens
eum & plenus periculi [illegible]bus inua[illegible] [illegible]uius grauis[illegible], m[illegible] p[illegible] pa-
tri [illegible] nuntiauere [illegible] Comitem, o[illegible] a[illegible] in maxi-
mam tristitiam timor co[illegible]pul[illegible]. Etiam nato paren[illegible] [illegible] ce-
reum [illegible] animi lucebat, quo [illegible] animam emitteret. C[illegible] enim c[illegible] [illegible]ulis
[illegible]s esset iuuenis, eum omnes [illegible]trabantur animam leniter agere. Verum id
nutu diuino fiebat. A[illegible] tum temporis ab [illegible]bus a[illegible] ad[illegible] eoti
per visum è cælitibus apparuere Marcellinus & Petrus, [illegible] v[illegible] m[illegible]n-
torum Martyrij palma insigniuerat. Igit[illegible] prop[illegible]us a[illegible]erant, [illegible]uinum
blandi[illegible] aggredi cœpere, h[illegible]que ve[illegible]s a[illegible] pe[illegible] erant [illegible] igere: *Haud*
te latet Hainoniensi monasterio [illegible] iste lum imp[illegible] Win[illegible] icum [illegible] pertum sce- C
leribus virum. iacenti[illegible] circa popu[illegible] eum in [illegible] grauem, [illegible] saeuum [illegible] re. Eia votum
n[illegible] concipe truculentum hominem eo [illegible] in[illegible] num m[illegible]um [illegible] or-
na[illegible] statimque salutem corporis [illegible]onsequere. Postquam ij Balduino oculi[illegible] [illegible]-
traxerant, paullum oculos is mouit, ipsóque leniter [illegible] endo [illegible] a voce aliquid
[illegible] qui oecœpit. Et cùm pater nonnihil recreatus, qui valeret, per[illegible]ntaretur, quæ
viderat, audierátque, ex ordine omnia mo[illegible] voce [illegible], [illegible] v[illegible] m[illegible]r
eum obtestatus est, si saluum se cuperet, vt p[illegible]testat[illegible] [illegible] ac[illegible] ex-
plen[illegible]e voti, quod Sancti mandauerant. Vix Com[illegible] a[illegible] ucrat [illegible] a[illegible] anum
e[illegible]us arden[illegible] cereo, cum Balduinus morbi multum a[illegible] e[illegible]t, ac pa[illegible] die-
bus integrè conualuit. Sed quoniam læta rer[illegible] [illegible]è [illegible] adrò
trans[illegible]ertunt, vt accepta in aduersis beneficia o[illegible] viri-
bus iuuene[illegible] voti obliuia cepere. quanto tamen eam [illegible] neg[illegible] g[illegible] diui-
nitus, id nos alibi suo tempore conscribemus.

Vix anni duo effluxerant, cum noua bellandi [illegible] Comitem Balduinum D
Flandrósque omnes ad arma compulit, variúsque [illegible] succeßu, AN.1047.
modo cla[illegible]bus exe[illegible] au[illegible] arma sumendi. [illegible]idus Gothelonis
Lotharingiæ Ducis filius frater[illegible]ue Stephani Romanorum Pontificis, ægrè tolera-
bat a patre conceßum Gozzeloni fratri Ducatum, ideoque ab Henrico Cæsare sibi
donari pet[illegible]. Cùm n[illegible] grauibus iris [illegible]uccensus ab eo recessit, statimque
armis corripuit Lotharingiæ partem. Sed nondum is viribus pollebat, vt vel [illegible]-
nere aliquid posset, [illegible] Augu[illegible] auxilium fratri ferentis copi[illegible]s ob[illegible]ere. Ig[illegible] [illegible]o-
rundam ve[illegible] inductu, a[illegible] Cæsarem venit supplex, eique se, & sua subm[illegible]. Verum
Henricus eos paru[illegible]ndens, qu[illegible] G[illegible]d[illegible] dum promissis onerauerant recup[illegible]ndæ
eius gratiæ, hunc catenis onustum in custodiam tradidit. Neque prius [illegible]
[illegible] a[illegible], quàm fi[illegible] unû [illegible] caperet. Cont[illegible]uit se Godefri[illegible] antis[illegible]
pe[illegible], dum [illegible]us apud Cæsarem esset. Verùm eo breui mortuo, rursus ad rebellandum
exarsit.

Margin notes (left): Rex. — Eu[illegible] de[illegible] [illegible] rarum. — Sed [illegible] — [illegible] Com[illegible] BALDVINVS Nouiom. & Torna. Epi[illegible] renuntiatur. Chron. Tornac. vide Cousin. Fames magna. Anno [illegible] Sigebert. Chron. Meyer. [illegible] in vita VVago[illegible] Frisi. Leod. Balduinus Comes [illegible] Frisia. Iacob. Meyer. [illegible] Annal. Fland. Eius filius Balduinus in [illegible] SS. Marcellino & Petro [illegible] Hasn[illegible] monaste[illegible] Thom[illegible] l[illegible] Meyer. — Bell[illegible] contra Imperatore[illegible] suscipit Insu[illegible]nsi[illegible], & quâ ob rem. Sigeb. [illegible] Hermann. Sigeb. Sigeb. in Chron.

A exacsit. Quòd minimè suppeterent pares animis opes & idonea hosti sustinendo
subsidia, Balduinom Comitem eodem motu secum traxit aduersus Cæsarem. Itaque
cùm Virdunum Godefridus incendio corrumpit, aliásque Lotharingiæ vrbes, &
quosdam Ducatus Mosellani locos inuadit: in eas ditiones Cæsaris Balduinus Pius
ingruit, quæ Scaldi proximæ Flandriam infestabant. Einhamum, sitam in dextero
Scaldis margine arcem, expugnat, & diruit. Brachantum, totámque regionem latè
ad dexterum Scaldis latus procurrentem, cui modò nomen Alostanæ, Teneram
vsque influentem Scaldi amnem, vi, armísque occupat. Tractis deinde Gandauum
copijs, imminentem vrbi arcem, quam validis insessam præsidijs, & propugnaculis
egregiè munitam Cæsares diu tenuerant, obsidione circumuenit. Ibi Lambertus
magno vir animo, & nobili ortus genere, præcipuā Comiti operā dedit. Is enim cùm
primus arcis muros ascensu obtinuisset, Balduinus eo loco facilè potitus est. Labori
præmium respondit, facto Gandensi Vicecomite Lamberto. Iunxit paullò pòst Go-
defrido exercitum Comes in Lotharingia. Illic Cæsar aderat copiis instructus, præ-
B lióque ardebat manus committere. Sed is breui fugam aliò capessere coactus est.
Igitur ibi multum agri ferro, flammísque corruptum. Et iniectus est ignis Neo-
mago vi capto, vbi palatium Cæsaris visebatur. Reuersus domum ab ea expeditione
Balduinus de Mathildis filiæ suæ nuptiis agitauit. Iam diu generum sibi legerat
Guilelmum Normanniæ Ducem, eúmque admodum obstrinxerat, cùm paternæ di-
tioni auxilio Regis imposuit. Verùm id matrimonium vbi lętis omnibus cōtrahitur,
& magna celebratur ab Comite pompa, Rothomagensis Pōtifex & patruus Guilel-
mi Malgerus obrogauit, ac vtrique coniugi sacris interdixit, obtenta consanguini-
tate. Et mox inter eum Ducémque grauis exorta est simultas: eóque res processit,
vt Guilelmus & Mathildis Malgerum pontificia dignitate exuerint. quamuis posteà
grandibus eos id facinus conscientiæ stimulis agitauerit.

[Sigeb. in Chron. Iacob. Meier. l. 3.]

[Filiam cum Duce Normanniæ iungit matrimonio: Iacob. Meier. l. 3. propter quod Ducē & eius coniugē Malgerus excommunicauit: Dux & vxor Malgerum dignitate pontificia priuarunt.]

An 1048. Eadem ferè tempestate Martianis vitam cum morte mutauit Albricus eius loci
Antistes, magno sui relicto apud omnes desiderio. Quem substitueret, nullum op-
C portuniorem Poppone credidit Balduinus Flandrię Comes. Is tunc Atrebati Sancti
Vedasti cœtum moderabatur. Priusquam is sese Monachos inter abdidisset, pro ge-
neris magnitudine, & opibus paternis, magno fastu pompáque, nunc militiam, nunc
aulas Principum sectatus fuerat. Et iam pronus ad nuptias ferebatur, quas cum filia
Frumoldi hominis nobilissimi, & Comiti Balduino charissimi pepigerat. Sed D.
Audomari phano proximus, dum per summę noctis silentium eò progreditur paruo
comitatu, mirabili abstentus est prodigio, multa repentè circumfusa cælitus luce,
visáque ardere lanceæ, quam gerebat, cuspide. Vt igitur sagaci mente præditus
erat, facilè cognitum ei fuit, aliò se Numen eo splendore pellicere. statímque armis
procul abiectis, mundo nuntium remittere statuit. Primus ad D. Theodorici Mo-
nasterium cum viris religione præstantibus ipsi congressus fuit. Illic deposito ve-
stium fastu, initáque vita Monastica, dum Gilberti ianitoris socius excipiendis ho-
spitibus nauat, de corpore fœdissimo cuiusdam viri pauperis, quem lodicibus suis
ad ianuam inuoluerat, lepram abstersit. Perductus inde Virdunum est ab Richardo
D Antistite, ac non diu pòst etiam Atrebatum, postquam illum Balduinus Comes
eiecto Fuldrado (cœtum sibi commissum non tam Pręsul moderabatur, quàm lupus
opprimebat) D. Vedasti Monachis Abbatem imposuit. Hîc socordiam procul ha-
buit: animi magnitudinem, & corporis vires multis exercuit tum laboribus dome-
sticis, tum excursionibus variis Prælati imperio susceptîs. Tunc Richardus satis
gnarus, quanta vigeret prudentia, quanto animi robore præstaret, eum domi, fo-
rísque sibi secundum esse voluit. Igitur cùm magnæ multæque huius cœnobij pos-
sessiones ab viris nobilibus tenerentur, in Popponis præsertim humeros, & animum
incubuit grauis eas repetendi labor. Et sedulum is se præbuit, ac feliciter id nego-
tium perfecit, adiuuante litteris, & diplomatibus Balduino Comite. Nam tametsi
plerosque nobilium in eius perniciem ac necem ex insidijs maturandam odium, &
ira præcipitarent: tamen neque in itineribus ab ijs circumuentus fuit, & de multorum
manibus ablatas res monasterij recepit. Admotus posteà Stabulensi, & D. Maximini

[Albrico defuncto Martianas à Comite Balduino S. Poppo mittitur. Liber Martianensis, & Euerhelmus in vita eius.]

[Qui fuerit is conuersus ad vitam religiosam. Qui leprosū sanarit. Euerhelm. lib. 1. in vita S. Rodr. cap. 24. Balderic. lib. 2. Chron. Camer. cap. 116. Euerhelm. c. 8.]

[Qualē se gesserit in Vedastino cœnobio Atrebati. Quātùm ibidē laborant pro recuperandis monasterij rebus. Dum præest monasterijs]

Stabulensi, & S. Maximini quæ pericula adierit.
Euerhelm. c. 12. & 13.
Factus Abbas Vedastinus vt gubernauerit.
Euerhel. cap. 13. Chron. Vedast MS. lib. 2. miracul. S. Rictrud. c. 24.

cœnobiis, dum Cæsaris iussu ad morum correctionem operam conuertit. vtrobique magnum discrimen adiit; illic gladiorum, turba nobilium ad necem [illegible]rente; hîc veneni, ab Monachis cibo vinóque permixti. Sed his ali[illegible]sque defunctus periculis, in vtroque loco multis hominibus a[d] sanctæ religioni[s] propaginem momenti attulit. Moritur interim Atrebati Ioannes Vedastini cœnobij Præs[u]l. Qui succederet, alium Comes Balduinus quærebat. Vbi verò de Poppone, cuius labore id monasterium olim floruerat, ab Monachis suggestum est, magna eius cu[pido] [i]nc mox exarsit: & statim ad eum, qui multis precibus Atrebatum inuitarent, viros graues legauit. Illic magna inter vtrosque contentio exorta, dum legati opem Popponis flagitant; multis eum promissis onerant; & Atrebatum veniendi necessitate obiiciunt. contrà, Poppo nihil in se magnum agnoscit præstando aliis auxi[l]io; promi[ssa] Comitis refellit; apud suos operam desiderati renuntiat. Verùm vbi pertinacius Flandri verbis insistunt; tandem Poppo frangi se patitur; obtentáque Cæsaris venia extemplò Atrebatum venit. Ibi summa quàm Comitis tam Monachorum lætitia exceptus, intra paucos menses in melius cuncta restituit. Vtque minùs præesse, quàm B prodesse videretur, ad omnia Emmelino summæ prudentiæ viro vsus fuit, eúmque rebus præfecit. At enim minimè nescius extremum sibi diem ingruere, ab Comite Balduino missionem petiit suppliciter. Iam diu enim Stabulensi monasterio & vltimum vitæ diem, & corporis humationem addixerat. Parum iucundè hunc nuntium Comes accepit, propter recentē Martianensis Antistitis obitum. Quippe plurimùm dolebat eum sibi priùs eripi, quàm Martianis rectorem admouisset, vti facere statuerat magno eius Abbatiæ commodo. Ne quid tamen vel seni doloris afferret, vel Martianensibus vtilitatis subtraheret: non priùs siuit Atrebato pedem efferre Popponem, quàm promitteret Martianas per iter inuisere, ibique plusculum temporis ad informandas bonis artibus menses transigere. Cùm igitur Comi[t]i obsecuturus in viam se Poppo dedisset, iámque proximus Martianis immineret, prodit obuiam cœtus omnis Monachorum ipsa tum grauitate, tum indicio charitatis plurimùm placens. Nam captus eo senex affectu Fratrum, & modestia, multò iucundius in eorum curam incubuit. Quia tamen gnarus erat, & parum sibi temporis, ac vitæ C concedi, & multa superesse alibi perficienda: socium laboris Balduinum adlegit probis hominem moribus, & multa præditum sapientia, quo postea Vedastini Præsule floruerunt. Sed dum instat vehementiùs, vti singulorum vtilitati consulat, sub ipsum primi mensis exitum morbo corripitur. Per noctem in cella quietem leniter carpebat, cùm illico per somnium adstare sibi dæmonem videt, cúmque minitabundum identidem inclamare, hoc de loco ipsi abeundum protinus; & cum nihil aliud responsi redderet, quàm Dei se nutu discessurum, vti eodem aduenerat: illum impetu facto vehementer irruere, magnámque afferre sibi sentit eo tumultu, & metu molestiam. Verùm vbi per visum cœpit ipse alti[u]s occinere, adiutorium nostrum in Dei misericordia quàm maximè situm esse: euanuit omnis ille timor, & molestia: quique iuxta somno indulgebant, abrupere simul quietem; & lucernam, quæ priùs arserat, exstinctam videre, non vano certè argumento iniecti ab dæmone somnij & terroris, quem tenebræ delectant. Vbi corpus & animum signo Crucis communiit, D quod supererat, diuini officij pensum senex persoluit. At mox eum grauis ardor febris inuasit, magníque dolores corpus agitauere, quasi extrema vitæ ingruerent. Igitur accito protinus Euerhelmo Altimontensi Antistite, quem secum Martianas adduxerat, euocatísque Fratribus cunctis, vltimum vitæ suæ diem proximum esse asserit; ideóque vti sacro corpus oleo imbuant, iubet, quod Stabulensi monasterio ad sepulturam destinauerat. Extenditur interim humi cilicium, ídque vir beatus nudis pedibus adiit. vbi terræ puluerem toto corpore proiectus osculis hausit, in eo sese supinum collocat, & ciendo Numinis, Angelorum, ac Diuorum præsidio, preces orditur. Simul ac ei responderunt accinendo Monachi, paullò valentior erigit sese: & mox quæ nondum explere potuerat, peragi mandauit. Ac paullò pòst cilicio inuolutus feliciter animam agit. Qui plurimi circumstabant, partim præ tristitia, ob amissum optimum patrem; partim præ gaudio, propter sanctum eius exitum, abundè

Petit ab Comite, vt liceat sibi Atrebato Stabuletum discedere.

Is non priùs hoc cōcedit, quàm Martianas aditurū se promittat.
Euerhelmus l. 4. lib. 2. miraculis S. Rictrud. c. 23.
Martianenses vt eum exceperint.

In Martianensi monasterio ægrotat, & moritur.
Auctores iam citati.

Vt se ad mortem compararit.
Euerhelmus d. l.

lachry-

A lachrymas fudere. Sed qui confestim suauissimus è corpore odor prorupit, nares que iucundius affecit, in maiorem vertit lætitiam, dum sacris vestibus ad elationem induitur. Voluissent eum Martianenses apud se retinere: sed quia iusserat corpus in Stabulensi monasterio terræ mandari, sola contenti eius virtute, & memoria in Antistitum ordine quartum posuere. Hæc dum fiunt Martianis, Gerardum Cameracensem Episcopum aliæ grauiter exercent domi curæ. Multo is tempore Lietbertum claro natum genere iuuenem, & à parentibus sibi commissum, perquàm diligenter in omni studio virtutum, & varia rerum ac scientiarum cognitione intra palatium educauerat. Cumque satis eum erudiendis alijs, ac sustinendis Ecclesiæ magistratibus idoneum esse perspiceret, primùm Cameracensis B. Virginis Ecclesiæ Scholis præfecerat; dein Archidiaconum & Præpositum eiusdem ædis renuntiauerat. His dum eum officijs ornaret, eo prorsus animum Gerardus intentum habebat; tum vt plurimus per ipsum in Ecclesiæ vtilitatem fructus manaret; tum vt varijs & sapientibus ipsemet ab eo consilijs adiuuaretur. Et sanè quàm liberaliter, ac viriliter

B votis pij Pontificis respondebat Lietbertus, omniúmque diligentia simul & prudentia oculos animósque rapiebat. His dum iucundè reficitur Gerardus, & à sapienti modestóque discipulo plùra multò commoda præstolatur: vtriusque studijs magna securis iniecta est. Qui res admodum Cameraci turbabat, cæsus ab hostibus ipsi Walterus Cameracensis Castellanus. Eius vidua Ermentrudis, vt quem filium ipsi pepererat ab inimicis tutum seruaret, Ioannem Aduocatum Atrebatensem, feris hominem moribus, & magna fultum potentia, per nuptias sibi copulauit. Eo igitur Cameracum migrante, nouis hæc ciuitas tumultibus agi cœpta est. Erat scilicet Ermentrudis vtrique marito par moribus, & non parum animo impotentior: multáque rerum cupidine ardebat. Eapropter, vt filio Castellaniam firmaret, ipsáque in dies opulentior euaderet, nihilnon vel per se, vel per maritum moliebatur. Verùm paucis diebus exactis natum eius mors viuis eripuit. Vt ergo tunc dolor ingens Ermentrudem affecit, ita Ioannem cupiditas inuasit Castellaniam Cameracensem sibi

C ac posteris obtinendi. Et mox apud Episcopum, vt id munus impetraret, egit calidiùs. Cùm hunc minùs in se pronum cerneret: ad domesticos eius magnis largitionibus labefactandos studium & laborem applicuit. Ex his multos videbatur posse concutere, & suæ cupidini obsequentes reddere. De Lietberto nummis superando nullam capiebat [illegible], quòd integros eius mores cognosceret, ac prorsus operam suis conatibus d[illegible]dis obiectum intelligeret. Ergo procul à Pontificis palatio censuit amoliendum, ne quid ei contra se sani suggereret consilij. ac fictis confestim criminibus, in eum palàm inimicitias suscepit: quóue plus timoris incuteret, compluribus significauit, vbi locus dabitur, haud dubiè ferro fundendum eius sanguinem. Etsi nullius se criminis conscium videret Lietbertus, nihilominus tamen metu se concuti sensit, ideóque Cameraco discedens ad Cameracesij Castrum profectus est, vt illic securus aduersus Ioannis machinationes consisteret. Interim Pontifex Gerardus tum ætatis grauitate, tum morbi molestia vires admodum sibi deficere sentiebat: multaque per Lietberti absentiam ab Ioanne patiebatur, dum is identi-

D dem pro impetranda Castellatura sermones ingereret vehementiùs, ac minas etiam intentaret, nisi quod petebatur officium concederet. A quo solatium inter eos animi corporisque æstus caperet, vix aderat vllus: ideóque totus Lietberti vultum, vocem, & consilia suspirabat. Sed quoniam is Cameracum tutò ingredi non poterat, nisi multa militum manu septus esset: rariùs ad eum accessit solandi, & in negandæ Ioanni Castellaniæ proposita firmandi gratia. Igitur dum menses aliquot Gerardus in ea contra Ioannem contentione, & graui corporis ægritudine, omni penè solatio destitutus absumit, tandem è terris in cælos euocatur. Ad eius mortis famam ingens omnes dolor inuasit, quos recti studium afficiebat, & tam sancti Pontificis virtutes tangebant. Verum præcipuè Cameracenses tristitiæ pondus oppressit: vt quos simul cum amissione tam chari patris impendentium ab Ioanne malorum formido quateret. Et minimè quietem vrbi concessit Ioannes, coniuge magnas quotidie ad vexandum populum, & obtinendum latius imperium faces animósque subdente.

Odor suauis exeius corpore post mortem.

Gerardus Cameracensis Episcopus grauiter molestatur ab Ioanne Atrebatensi Aduocato, & eius coniuge. *Balderucus l. 3. cap. 61. 62.*

Ac tandem inter eas difficultates moritur. *Balder. l. 3. c. 63.*

A

Igitur is, quasi rerum potiretur intra muros Cameracenses, omnia ex sua libidine moliri, & vertere, nihil non occipere, & perficere, vt Lietberto gradus ad Episcopalem dignitatem præcludat. eò neruos omnes contendere, vt alicui pedum apud Cęsarem conciliet, quem sibi contrarium fore non arbitraretur. Verùm Augustus eum, qui maximè Ioanni displicebat, eiúsque se conatibus semper opponeret, Cameracensibus ornauit infulis. Cùm enim ille nullum aptiorem tam nobilis Ecclesiæ gubernationi crederet: Lietbertum insignem animi sensu & voluptate Pontificem eius nuncupauit. Maluisset quidem sanctus hic vir alium Episcopalibus fulgere decoribus; quòd per animi modestiam minus iis aptum se sentiret: quia tamen suam ad iuuandum Cameracensem populum operam requiri videbat; non putauit voluntati Cæsaris obnitendum vehementiùs. Igitur quàm primùm licuit, ad suscipiendum onus impositum comparauit se.

Ei successor datur LIETBERTVS. AN. 1049. Idem l. 1. c. 64. Miter. l. 3.

VVasienæ templum ab incēdio præseruat S. Ristrudis. Lib. 1. mirac. S. Rictrud. c. 15.

Hoc ferè tempore D. Rictrudis, quam Martianensis monasterij Religiosi matrem suam agnoscunt, insigni potentiam suam miraculo patefecit. Stat in agro Duacensi pagus Wasieriensis intra primum ab vrbe lapidem Eius templum iam tum olim D. Rictrudem patronam agnoscebat Deo dicatum eius nomine. Fortè rustici quidam per æstatem fœnum, & segetes ad illud in cumulos congesserant, exiguis tantùm relictis ad latera viis. Sed dum illi nihil aduersum metuunt, ingens eos cumulos derepentè ignis inuadit, tantúmque oritur subitò incendium (casune, an malitia hominum, incertum est) vt magnum ingrueret templo discrimen. Accurrunt illico vicini: & cùm vident globos flammarum supra templi tecta euadere, plus ei timent, quàm fœno & segetibus. Ergo qua via periculum auertere possint, strenuè explorant. modò cumulos deiicere, vel exstinguere moliuntur: modò per fenestras in templum penetrare. Sed frustrà omnia tentabant scilicet, cùm neque fumus transire, neque vis flammarum opitulari permitteret. Sola spes superesse videbatur in votis, ac precibus. Igitur cùm nihil præstare queunt, ad D. Rictrudem animos, manúsque conuertunt: eam supplices flagitant, vt sui curam templi capessat; ab eo incendium amoliatur. Et mox Diua supplicantium postulatis annuit. Quippe visa est ab omnibus insigni matronæ specie supra templi tectum incedere; eo de loco flammas altiùs erumpentes, tectóque imminentes tunicæ manicis aspellere, adeóque vehementer aliò retorquere, vt sensim, illæso templo, fractis ignis viribus consederit. Haud multò pòst Widonem è D. Vedasti asceterio tractu[...] Martianenses Antistitem habuere, magna virum virtute, & monasticæ disciplinæ [...]orem eximium. Eius opera & industria nouis monasterium ædificiis surrexit, m[...]que decoribus auctum est.

B

C

VVido datur Abbas Martianensibus. Ibidem.

Nouum Balduino paratur bellum, eiusque causæ referuntur. Balder. Chron. Cameracen. lib. 3. c. 64. & 65.

Quietus interim ab armis agebat Comes Balduinus. Sed breui quietem abrupit Ioannes Atrebas Cameraci omnia perturbans miscénsque. Nuper Henricus Imperator, vt vidimus, Ecclesiæ Cameracensis infulas Lietberto impertierat. Is cùm vrbē Cameracum solita pompa primùm ingredi parat, Ioannes ipsi portas occludit, multò ipsi quàm priùs infensior. Id vnum videlicet iste moliebatur, vt quoniam precibus impetrare nō poterat, per violentiam Cameracensis vrbis Castellanus euaderet: itaque in Episcopum, & ciues ex animi sententia grassaretur. Coactus igitur pedem referre, ad Castrum D. Virginis Mariæ (nunc Castrum Cameracesij dicimus) diuertit Episcopus, ibíque summa lætitia receptus, & honore plurimo cultus est. Cúmque tempus illic traheret, ea via fortè Balduinus Comes ab aula Regis Franciæ domum reuertit. Nihil poterat opportunius Episcopi rebus accidere. Itaque postquam tum Cæsaris in Lietbertum beneuolentia, tum facinus Ioannis ei cognita fuere: tam vehemens Comes in Ioannem exarsit, quàm benignus Lietberto subsidia promisit. Euocati protinus ideò è Flandria milites: paratæ aliquot machinæ: ad terrorem, vel obsidium expedita maturè omnia. Sed priusquam vim faceret, Ioanni Comes mandauit, vt statim ipse cum suis vrbe excederet; Episcopo grauis ne esset; in vrbem ei liberum accessum permitteret. nisi paruerit, admotum se vrbi copias, & machinas minatus est. Permotus imperio minisque Comitis, Ioannes vrbe cum suis extemplò digressus est. Verùm vbi posteà sensit ab Comite suis se rebus, & ditionibus exutum,

D

Iacob. Guis. l. 15. Annal. Hann.

graues

A [illegible] q[illegible] pat[illegible] [illegible] ea tempe[illegible] clium Henricus, eoque statuerat [illegible] C[illegible] e Q[illegible] cum [illegible] harum [illegible] s Ne[illegible]. In [illegible] An[illegible] & [illegible] Reges pertraxerat, ab [illegible] ue impetrauerat, vt [illegible] ndr[illegible] arent, exitumque per mare Balduino [illegible] s in Lo[illegible] vel magnis [illegible] A[illegible] Leo [illegible] Romanus [illegible] Pontifex sanctissimus, & qua[illegible] E[illegible]p. Sue[illegible] m terra quoque iunxerat Sueno Danorum Rex. Com[illegible] Ioannes Atrebat[illegible] A[illegible]uocatus. tum vt faces [illegible]rum [illegible] v[illegible] p[illegible] præ[illegible]. Animus erat Cæsari vnà ditiones omn[illegible] [illegible]uere. Vbique aduersa Duci, Comitique portendebantur [illegible] teret vtrumque Leo ab fidelium communione [illegible]. S[illegible] e ur, placeret de Leonis sententia [illegible]lus ho-

B [illegible] c n[illegible] pacem peterent, vtrióque cuperent fa[illegible] Augu-[illegible] Cæsaris potentia, quam dirum Pontifi[illegible] n[illegible] a[illegible] p[illegible] Aqui[illegible] sponte venie[illegible] sacro-[illegible] a Le[illegible] Balduinum pertinacior animus al[illegible] diu in[illegible] [illegible], Aug[illegible] potentia [illegible] que Pontificis æque contemptus, quòd iusta n[illegible] [illegible] am is A[illegible] ue piam & Cameracum in [illegible] am redegerat potest[illegible] [illegible] plus a[illegible] or [illegible]. V[illegible] tamen summis vi[illegible] us d[illegible] suas [illegible] a iam [illegible] p[illegible] fund[illegible] [illegible]tareque conspexit: tot damnis cogentibus pacem [illegible]; eamque tandem obt[illegible] uit datis obsidibus, Leone Papa sacris ipsum myste-ris restitueate [illegible] pactis [illegible] us [illegible] s[illegible] aceret, Aq[illegible] ranum aditabi quæ prius bello ac[illegible] erat, Cameracum & Antuerpiam Augusto reddidit.

AN. 10[illegible] Hoc fere tempore mortuum Saswalunem Castellanum Insulensem comperio a[illegible] grauem, [illegible] co[illegible] u[illegible]u, quem [illegible] erat, ere[illegible] o Phanopin[illegible] Cano[illegible]

C [illegible] no[illegible] R[illegible]g[illegible]m, [illegible] Ro[illegible] [illegible]s fi[illegible] u[illegible] P[illegible] fectu[illegible] Insulensem v[illegible] am [illegible] po[illegible] an[illegible] is o[illegible] inuisse. Nam quod al[illegible] qui putant, Saswalonem n[illegible] è[illegible] pr[illegible] us à vero d[illegible] cum Gerardus, & Ansfr[illegible] s E[illegible] es [illegible] acentes in diplomat[illegible] us Ro[illegible] S[illegible]walo-[illegible] [illegible]

AN. 10[illegible] An[illegible] uen[illegible] [illegible] Hermannum mors al[illegible], du[illegible] re[illegible] u[illegible] c vx[illegible] re [illegible] Er[illegible] [illegible]t Bal[illegible] Pius c[illegible] ido eam [illegible] Bal[illegible] R[illegible] em [illegible] per nuptias B[illegible] lum ex animi sen-[illegible] o[illegible] a[illegible] o Comitatu, [illegible] matrimonio agi cœptum est. Quòd in [illegible] ac[illegible] c o[illegible] nia Richildis concessit, vt etiam iure successionis [illegible] H[illegible] prolem excluserit. Montibus celebratæ magno apparatu [illegible] que postmodum maritus Richildis Balduinus ab ea vib um Hanno-[illegible] at[illegible] ntensis. Parum placuit multis illud matrimonium. Nul[illegible] tamen ęgrius [illegible] ue[illegible] iam Cæsar Henricus, & Leo Summus Pontifex. Quod H[illegible]

D [illegible] séq[illegible] e[illegible] s n[illegible] s[illegible] b[illegible] m H[illegible] Maxim[illegible] R[illegible] ch[illegible] is[illegible] émque P[illegible] filio cognata [illegible] a[illegible] f emebant. [illegible] d[illegible] Apostolica ([illegible] pen[illegible] [illegible] os [illegible] a[illegible] [illegible] as) [illegible] a[illegible] e[illegible]t, iussu P[illegible] [illegible] a[illegible] L[illegible] Episcop[illegible] ta[illegible] um [illegible] Balduino Monten-[illegible]

AN. 1052 [illegible] Pium [illegible] rauit [illegible] ora[illegible] im[illegible] dil gente[illegible] vti R[illegible] [illegible] decretum in[illegible] ret. Ve[illegible] n[illegible] a[illegible] q[illegible] te[illegible], [illegible] v[illegible] culo vt [illegible] e[illegible] or[illegible] a[illegible] u perpet[illegible] mab[illegible] ine-

AN. 1053 rent, [illegible] ad[illegible] ctas leges ob[illegible] uandas, M[illegible] s[illegible] anti Pontifi[illegible] is volun-tat[illegible] V[illegible] ter eius Balduin[illegible] s[illegible] ag[illegible] in[illegible] em[illegible] d[illegible] luc[illegible] s, bellum [illegible] ap[illegible] cietatem per[illegible] cto D[illegible] G[illegible] e[illegible] o, copias partitur. Po-[illegible] eram partem M[illegible] ten[illegible] tertiam Roberto, liberis suis, attribuit. I[illegible] variis itineribus, & agminibus obnoxias Cęsari ditiones [illegible] festat

Zelan-

Hermann. Contr. [illegible] Florent. [illegible] Meier. [illegible] Annal.

Herman. Con[illegible] Sigebert. Chron. [illegible]

Sigeb. Chron. Herman. Contr. Meier. [illegible]

Saswalo Castellanus Insulensis moritur.

Francisc. Part[illegible] in Chron. Phanop. [illegible] Insulens.

[illegible] Insulensis. Sigeb. Chronic. [illegible] Annal. Hann. [illegible] Meier [illegible] Annal. Fland. Richildis nu-p[illegible] Balduino [illegible]

Iidem auctores. Ob hoc con-[illegible] in [illegible] Cæsar [illegible] Sigeb. Chronic. Meier. lib. [illegible] Annal.

[illegible] Annal. Fland. [illegible] Cæsari [illegible] Sigeb. [illegible] cap. 40.

Z[illegible] a [illegible], [illegible] c[illegible] d[illegible] qui Comes [illegible] H[illegible]us [illegible] catum [illegible] receperat [illegible] Io[illegible] [illegible]o p[illegible]s [illegible] con[illegible] [illegible] extr[illegible] opera[illegible] conferr[illegible], p[illegible] x[illegible] [illegible] viam in eam regionem aperiret, C[illegible] [illegible] V[illegible] [illegible]lerat V[illegible] p[illegible] V[illegible] [illegible] [illegible] Cameracum [illegible] peruenit [illegible] Ioannes [illegible] [illegible] facere aggre[illegible]r. Id [illegible] Balduinus Comes [illegible] [illegible] fluminis ripam [illegible] duxerat. Ergo inde h[illegible] [illegible] obtinens [illegible] [illegible] partem c[illegible] ab [illegible] ad [illegible] viam occul[illegible] quam ij aduenissent, per nuntium [illegible] [illegible]um statum[illegible] conua[illegible] [illegible] a[illegible] Comes fugam cap[illegible] [illegible] Balduini [illegible] p[illegible]atur. Postquam [illegible] aquis ebullientem [illegible] Atrebas [illegible] [illegible] ma[illegible] & [illegible] [illegible] Cameracensi [illegible] vt munus [illegible] Ioanni [illegible] [illegible] Ducem [illegible] [illegible] viamque cepit, qua [illegible] [illegible] vrbium, & [illegible] præsid[illegible] [illegible] Clausu[illegible] Baldericu[illegible] & [illegible] Placet [illegible] intelligere, qui [illegible] Ar[illegible] [illegible] Mini neuter eorum [illegible] [illegible] [illegible] Ar[illegible] [illegible] [illegible] pro [illegible] & [illegible] Flan[illegible] aditum pauc[illegible] [illegible] [illegible]que [illegible] men Bal[illegible] [illegible] tur eo cum p[illegible] At[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible]

[illegible]

A vrbem exercitu circumuenit Augustus, quantis potuit viribus, acta res est vehementer. plus obsessis animi fuit, quàm roboris. obsidentibus animi, vires, odia paria erant, magna videlicet omnia. quibus factum est, vt paucos intra dies vrbem Cæsar expugnauerit. Si Meierum audimus, illic Lambertus Louaniensium Comes mortē oppetiit, quem præsidio vrbis vnà cum multis alijs nobilibus Flandriæ Comes Balduinus imposuerat. Quò patefaceret tumentem iris animum, omnia militibus diripienda Cæsar permisit, ipsis etiam iniecit flammas ædibus. Ira desolatis hoc in tractu, propter viciniam, locis quamplurimis, cum maxima præda, multos quoque Flandriæ nobilium, & ciuium, quos in vinculis habebat, maiori ciendo luctu, in Germaniam inde protinus abduxit. Doctus ea Pius calamitate, quantū obiecta limitum propugnacula repellendis hostibus momenti habeant: ad locorum quorū dam instaurationem, & noua munimenta vehementer animum & laborem contulit. Itaque cùm timeret, ne rursus Flandriam Cæsar inuaderet, trium spatio dierum noctiúmque ingentem illam ad Occasum fossam duxit, quam priùs Boulanam dixere,
B modò Nouam appellamus, arcēdis ea parte hostilibus copijs. Quidam olim nouem leucas protensam memorant, ab Ruholtano castro Bassiam vsque: alij tres tantum leucas productam, vt hodiéque porrigitur ab Artesia Flandriam disterminans. Ipras etiam Comes, Gandauum, Brugas, Audomaropolim, Ariam munimentis firmioribus sepsit. Aldenardæ præter muros arcem condidit. Sed Insulæ non modò munitionibus cauit, verùm etiam ornatu ædificiorum velificatus est. Quòd igitur munimentis nuda esset, ac ideò iniurijs hostium pateret, eam muro fossáque circumdedit. arcem insuper area ingētem, accliui paullùm loco positam, quà Deula fluuius naues admittit emittítque, muris ac turribus firmauit. In ea sibi suísque posteris sedem legit, constructa illic miræ magnitudinis domo. Inde ad nouam templi fabricam ani-
AN. 1055. mum, consilia, & opes conuertit. In patenti arcis area fundamenta locari placuit ad Borealem aulæ plagam: & qui Deo laudes persoluerent, Canonicos imponi. Hos initio neque separatim habitasse, neque census proprios habuisse, verùm collatis in
C commune bonis omnibus conuixisse, ac ideò Fratres nuncupatos fuisse, comperio. De numero id certum, ab Comite quadraginta delectos, attributis, qui iotalendis hominibus sufficerent, magnis censibus. in his decem sacerdotes fuisse, diaconos decem, subdiaconos, & acolythos pari numero. Qui præesset toti Collegio, ab ipsis exordijs constitutus est Præpositus, eique sacrum ius in Canonicos, ac Clericos omnes concessum: quam dignitatem primus obtinuit Fulcardus. Et tantæ Comiti curæ fuit ea dignos Ecclesia viros conquirere, vt omnes tum genere magnos, tùm virtute variáque doctrina insignes asciuerit: quò magis eo consessu illustrem redderet Insulam. Huius rei præbent argumentum Lambertus, Ioannes, & Clarembaldus, qui prima ferè huius ædis cunabula inter Canonicos præclaris animorum dotibus factísque decorarunt. Hos enim paucis pòst annis Episcopalibus curis admotos inter Pontifices ita floruisse accipio, vt eos vita præclarè transacta multo sanctitatis nomine ornauerit, quemadmodum ex ijs, quæ deinceps narrabimus, clarissimum erit.

ac direptam incendit. *Iacob Meier. l. 3.* Cum ingenti præda & multis captiuis Germaniā repetit. *Idem.* Insulensis quædā Flandriæ loca munit. *Meier.* Fossam nouā ducit. *Ioan. Iper. in Chron. Bertin. Iac. Meier.* Insulam munitionibus circundat, & nouis ornat ædificijs. *Iac. Meier. alij. vide Gallo fl.* Ac præsertim palatio. Et S. Petri Canonicorū Ecclesia. *Diploma Radbodi Episcop. Tornac. Lib. MS. S. Petri. Iacob Meier l. 3. Guiel. Gaz. in hist. Eccles. Belg. Ferreol. Locr. in Chron. Belg.*

D At hæc omnia molienti Balduino rursus armorum & luctus occasio data est. In Cæsarem bella denuo Godefridus mouerat Friderico Luxemburgensi grauiter infensus, quem Lotharingia donauerat Henricus. Igitur ne quid veteris amicitiæ deteneret Balduinus, ei subsidium petenti copias iungere properauit, & armorum societate Cæsari & Friderico ingruere. Quòd maximè Gallo-flandriam infestaret, ante omnia Tornacum vi recepit, idque filio suo Montensi Comiti possidendum tradidit cum omni regione subiecta. Inde militem Gandauum traduxit Antuerpiam obsidio circumuenturus. Illic exercitum partiri placuit. pedites nauibus impositi, vt per Scaldim descenderent secundo flumine: equites itinere terrestri cum paucis peditibus irent. Classi Pius præerat, copijs equestribus Montensis. Sed dum suos Montensis Antuerpiam versus deducit, agmen præcipuum, nihil hostile ratus circùm tegi, præmisit: ipse paullò pòst cum paucis secutus est. Ibi ex improuiso aliquot hostium equites emicant, statimque Montensem eiúsque comitatum aggrediuntur.

Bellū aduersus Imperatorem, & Godefridum Luxēburgensem gerit Balduinus Insul. *Thomellus in Cod. ms. Hasno. Sigeb. Chron. Meier.* Tornacum capit. Vt Antuerpiā petat, & obsideat, Gandaui copias partitur. Filius eius Montensis ab

hoste inuaditur. vincit, at læditur:

A diuntur. Contrà, pro temporis angustia suos Montensis componit, iísque animum breuiter ciet ad pugnam. Quamuis inter paucos, acre tamen id prælium fuit, & periculi plenum. Inter hostes, Hubertus quidam tum vi corporis, tum vsu armorum ceteris infensior videbatur: & ab eo graue Montensi discrimen imminebat. Sed interrito Balduinus animo vehementem in eum impetum facit. Mutuo ipsi vulnere hauriuntur. Plus tamen virium, & felicitatis in Montensi fuit. quippe hostem eodem vulnere læsit, humíque prostrauit exanimem. quo facinore hostes perterriti in effusam se fugam conijciunt. Sed Montensis tametsi magna cum laude victoria fuerit potitus, in graue tamen vitæ periculum venit, propter luculentam corporis plagam. Igitur extemplò Gandauum delatus est, vt illic, alligato vulnere, medici curam impenderent. Interim Fridericus ab Godefrido pressus Antuerpiam fugit, ibíque obsidetur. Suppetias Godefrido venit Comes Balduinus, vti iustis copijs maturent vrbem simul, hostémque capere. Verùm plurimus ab Lotharingia Cæsaris miles eodem deducitur eo consilio, vt iniecto terrore obsidentes dissipet. Adeóque trepidatum fuit in castris Balduini, vt is repentè conuasatis rebus omnibus, & relicta obsidione, copias in Flandriam reduxerit Gandauum. Ibi maior amittendi filij metus eum perculit. Nam is vel maligni vulneris dolure, vel voluntate Numinis, eò deiectus fuerat, vt imminētibus vitæ extremis animam tantùm non ageret. At Solako vir prudens, & probus, quo priùs Montensis morum magistro fuerat vsus, id vitæ periculum animaduertens, in memoriam ei reduxit, quæ olim morbo laboranti euenerant, quid de Hasnoniensi cœnobio Diui mandauerint, quid ipse gnaro patre, & volente vouerit. Forsan tradiorum obliuioni promissorum pœnas reposci: idcóque id exsequi maturaret, quod promiserat. Haud dubiè spem inde sanitatis pendére. Lætus hæc auribus accepit Montensis, statímque patrem flagitauit, vti negotium eripiendi Wintherico Hasnonium, ibíque monasterium restituendi susciperet. Obtemperans gnati desiderio Comes Winthericum euocat: de tradendo sibi Hasnonio blandis eum verbis conuenit, optionémque facit, vel maximum auri pondus, vel alium quempiam locum in compensationem ab se repetendi. Verum is, vt erat peruicacis animi, & latrocinijs ex arce illic condita opportunè tutóque faciendis inhiabat, neutrum admisit. Montensis interim ex vulnere morbóque conualuit, ipso Deo voluntatem eius, & desiderium suscipiente, vt postmodum faciliùs quod intenderat exsequi posset. Is ergo fratrem Winthérici natu maiorem promissis aggressus tandem illuc perpulit, vt eo ignaro Hasnoniense castrum sibi proderet. Eáque res adeò feliciter successit, vt agente procul Wintherico, paucis arcem copijs inuaserit Montensis, totámque flammis corruptam solo æquauerit. Sed Winthericus de via reuertens, accepto cladis nuntio, nihil remisit in Comitem odij, & latrocinandi cupidinis. Mox enim accitis è vicinia operis, intra paucos dies arcis propugnacula rursus eduxit, vt ferè priùs perfectum opus acceperit Comes, quàm fieri senserit. Igitur cùm videret nihil viribus, aut promissis agi, tandem Montensis Deum precibus incessere adoritur, vt quod humanis opibus obtineri non poterat, depique suo ipse nutu potentiáque faceret. Ac preces valuisse satis ostendit euentus. Viam cum suis carpebat Winthericus, pro more maleficijs, & latrocinijs intentus. Illic dum varios serunt sermones, vni comitum Winthericus cum domina sua stuprum opprobrat. ille contrà falsi se criminis arcessi grauiter tolerat, eámque fœdam nominis maculam horribilibus sacramentis à se procul amolitur. Res eò processit, vt veritatem facti duello commiserit Winthericus: illúmque aduersus dominum ensem stringere obluctantem in arenam pertraxerit. Breuis ea pugna fuit. nam illico Wintherícus ferro in ventre vulneratus cum sanguine vitam perdidit. Igitur eo lætus nuntio Montensis, militem Hasnonium deducit, statímque castro potitus, propugnacula, murósque in plana deijcit. Et quamuis ij, quos Winthetico sanguinis necessitas coniunxerat, conatus eius frangere molirentur, ad noua tamen, & opportuna cœnobio ædificia struenda gnauus incubuit. Venit interim Coloniam Agrippinam Romanorum Pontifex Victor Henrici Cæsaris rogatu. Illic Augusto è vita sublato, inque locum eius subrogato filio cognomine, Concilium habuit. Tunc de Balduino

& magnum adit vitæ discrimen ex vulnere.

Insulésis Antuerpiam frustrà obsidet.

B

Ob Montésis periculū magno dolore afficitur Gandaui.

Vt eius sanitatem impetret, cum VVintherico de Hasnonio agit.

Sed in vanū.

C

Montésis interim diuina voluntate valetudinem recuperat.

Hasnoniésem arcé capit, & solo æquāt.

Verùm eam VVinthericus statim reparauit.

Hoc ad preces Montésis occiso:

D

Hasnonij coenobium restituitur.

Romanus Pontifex Victor Concilium habet Coloniæ.

AN. 1056.

Sigeb. Chron. Meyer. lib 16. Chron. Iacob. Meyer. l. 3. Pet. Oudegh. c. 39.

A [illegible]

[illegible] Compertu [illegible] C[illegible] [illegible]

[illegible] Coloniæ, in Flandria [illegible]

[illegible] Brabantia [illegible]

B [illegible]

[illegible] prælium, vel [illegible] habere. [illegible] post Regem [illegible] lam committerat B[illegible] [illegible] & [illegible] Igitur [illegible] mores tantum apud Francos [illegible] perantes [illegible] entes [illegible] erint, [illegible] etiam sacra-

C mento vt [illegible] quam, vt arbitror, [illegible] soles [illegible] in Regem rec[illegible] propter [illegible] defuere quasi [illegible] Regem [illegible] sub Carolo Magno [illegible] parum [illegible] Sed eorum [illegible] frangeretur [illegible] in Galliæ [illegible] effusum in protinus. [illegible] Francorum [illegible] arma [illegible]

D [illegible]

[illegible]

Vbi Philipp[illegible] Regem ed[illegible] caderit.

di[l]igenter [illegible] ac ne quid e[illegible]ucat[illegible]nis op[illegible]æ Reg[illegible] maximè ca[illegible] Eum modo in Francia, modo in Flandria, & prætertim Insu[l]æ [illegible] l[illegible]berat[illegible]ssime

Adela Insu[illegible] vxor [illegible] M[illegible] Abbas [illegible] Mirer. [illegible] occasio narratur Landericus Adelæ coc[illegible] [illegible] & Li[illegible]m.

Interim A[de]la P[illegible] c[illegible]x. multa [illegible] v[illegible] in Flandria Parthen[illegible] appul[illegible] al[illegible]tis r[illegible]petam, i[illegible]sa re nou[illegible]as [illegible] præ[illegible] [illegible]æ [illegible]le[illegible]ta [illegible] re[illegible] [illegible]n[illegible]do[illegible] arte sua cibo[illegible] [illegible]est Adhibiti mox medici, n[illegible] par[illegible] [illegible]am frustra medicorũ opem flag[illegible] nu[illegible] eam [illegible]us: ad Num[illegible] [illegible]ne [illegible] [illegible]q[illegible] cum pre[illegible] [illegible]cess[illegible] [illegible]m som[n]o [illegible]s su[i]s per v[i]sum [illegible] [illegible]ten[illegible]t, magna [illegible] & [illegible] latione. Dumq; re lætu[illegible] [illegible]anda pe[illegible] au[illegible]s [illegible]ue[illegible]tur, dein pe[illegible] [illegible] accep[i]t v[illegible]ra l[illegible]e[illegible]ren[illegible]m cis Ipr[illegible]s [illegible]è [illegible] e[illegible] [illegible]s do[illegible]m[illegible]a. Sed in[illegible]o parui pend[illegible]b[illegible] [illegible] Vbi tamen v[illegible]s eam per visum recurrere [illegible] [illegible]pec[illegible], & a[illegible]tas n[o]n leui[illegible]ne videndi an[illegible]um incen[illegible] fac[illegible] [illegible]inendæ c[illegible]r[illegible]

Ad eum postea delatus, dũ dormi[t] san[i]tatem recuperat

Ill[u]c ergo deferri se a[illegible] P[illegible] co[illegible] [illegible] n[illegible]que[illegible]pienter o[illegible]s [illegible] urpa[illegible] c[illegible] ma[illegible] c lau[illegible]ar[illegible] gra[illegible]tis amœnissimis, & iucund[illegible] [illegible] ocul[illegible] v[o]lup[illegible]tem ani[illegible] [illegible]l[illegible]u.; Nu[mi]ni quoque gra[illegible]s egit eius a[illegible] au[illegible]o [illegible] [illegible]. ex[illegible] [illegible]tatu, [illegible] quie[illegible] [illegible]sens adeo vis c[illegible] [illegible]uit, v[t] dormie[n]ti m[illegible] [illegible]t morbum. Mirum id vi[illegible]um euigilanti a[illegible]æ gau[illegible]e [illegible] P[illegible]o subinde gratijs, hominem de[s]iderium [illegible]nua [illegible] qu[illegible]e[illegible] [illegible]am i[llu]c lateat [illegible]um D[e]us eum loc[illegible] ali[q]uan[d]o [illegible] sitque id p[illegible] v[illegible]ibus, & opibus su[illegible] [illegible]ræ[illegible]a[illegible] v[illegible]ue cultu ne maneat. E[t] postquam huc illúc [illegible]e a[illegible] [illegible] viros, ac lignatores denique nactus est [illegible]e [illegible] du[illegible] [illegible] a[illegible]n[illegible]am sciant, cultumue [illegible]im, vel miracul[illegible] [illegible] [illegible] nabal[illegible]que modò insperatæ sanitat[illegible] recuper[illegible] [illegible] con[illegible]trahere. dein obtenta fide ac iureiu[ra]n[d]o [illegible] gendi, rem omnem ab initio narrau[illegible] tres [illegible] ue [illegible] reperi nauabundæ nemus obibant, quarum [illegible] & [illegible] a[illegible] [illegible]u[illegible]e st[up]ro in[t]erp[e]llatas. iis adeò [illegible] v[illegible] mo[illegible]is, [illegible] mi[illegible] ad s[illegible]mpel[illegible] p[illegible]o a[illegible]n [illegible] [illegible]pta omni spe ve[l] castimon[i]am, vel vitam retinen[illegible] ad [illegible]idin[illegible] [illegible]pora[illegible] prote[illegible]uras, s[illegible] ue [illegible]e[illegible]entur sa[illegible]a [illegible]n[illegible] ve[illegible]a, [illegible] [illegible]e [illegible]s, eô[illegible]mque c[o]n[illegible]ctis o[illegible] & [illegible] ca[illegible]rum [v]estigia remanseri[illegible] mu[illegible]e [illegible]a [illegible]mo ce[illegible]pisse pœnitudinem, sæ[p]è [illegible] e[illegible] m[illegible] [illegible]bi, ca[illegible]e terra sinu [illegible] lu[illegible]

Vi[illegible] [illegible] [illegible]enda [illegible]rant [illegible] post preces [illegible] diuinitus ab [illegible] [illegible] vexatas

[illegible] se recep[illegible] [illegible]tus est [illegible] [illegible]asum adu[illegible]iunt.

lumi[n]ibus su[illegible] Vbi L[a]n[de]r[ic]us [illegible] ap[illegible] [illegible]atus e[illegible] a[illegible]s v[illegible] [illegible]nibus fluxisse corp[illegible]s [illegible] [illegible]tumque vi[illegible]us adiutus, quem in v[illegible] cum a[illegible] v[illegible] [illegible]anus co[illegible]e[illegible] ir [illegible] c[illegible]al[illegible] at [illegible] [illegible]pente [illegible] [illegible] nta[illegible]nitate [illegible] [illegible] [illegible]n[illegible]a

His postmodum ac[illegible] Adela [illegible] [illegible]

per oc[illegible]a[illegible]vn[illegible] A[illegible]æ [illegible] v[illegible] [illegible]æ [illegible]a[illegible]x [illegible], quæ d[illegible] u[illegible] us a[illegible] [illegible] o[illegible]pons [illegible] a [illegible]ta[illegible]

A [illegible] v[illegible] xer[illegible] Igitur [illegible] d[illegible] magna [illegible] at, ferro [illegible] concepta [illegible] in g[illegible] [illegible] ma[illegible] us v[illegible] b[illegible], viuentibus [illegible] [illegible] us, partim [illegible] corripuit. [illegible] edu[illegible] [illegible] exo[illegible] [illegible] varii aromat[illegible] [illegible] ve[illegible] [illegible] monasterium Adela [illegible] [illegible] arum maior[illegible] cultu [illegible] [illegible] ex[illegible]

B D[illegible] ar[illegible], [illegible] vn[illegible] Addict[illegible] a [illegible] res, [illegible] c[illegible] biu[illegible]

A[illegible] num, grauissima per[illegible] ereptis Secuta post annu[illegible] Gu[illegible] Patriarcha Hi[illegible] sanguinis c[illegible] genti, éque Franciæ Regum g[illegible] Dominicæ Crucis portion[illegible] in Flan[illegible] Hi[illegible] sa summa veneratione susceptis[illegible] [illegible] u habuit. Quid vero propter [illegible] venera[illegible] num [illegible] Adelæ [illegible] accideri suo posteà loco memorabimus. A[illegible] Comes [illegible] suorum Flandriæque paci consulens, A[illegible] indix[illegible] que tum Præsules cum Sanctorum corporibus tum n[illegible] v[illegible] conuenere P[illegible] illic de nuptiis Roberti Comitis [illegible]

C na[illegible] min[illegible] agitatum. Ab Hollan[illegible] legati harum causa venerant qu[illegible]bus [illegible] iam viduæ mari[illegible], ac tutorem eius liberis conc[illegible] Nu[illegible] Florentius Gertru[illegible] maritus, & Hollandiæ Comes mo[illegible], [illegible] bere [illegible] Theodoric[illegible] qui [illegible] adi[illegible] E[illegible] cuncta[illegible] bant [illegible] es [illegible] Comiti[illegible] unde ope[illegible] erant accerten[illegible] [illegible] um est, vt simul [illegible] dis mar[illegible] [illegible] Robertus, flam[illegible] c[illegible] n [illegible] [illegible] Alostanum Comitatum, [illegible] Quat[illegible], [illegible] Zeland[illegible], magnam vim [illegible] contribuit. Sed [illegible] in Ho[illegible] c B[illegible]duinum Montensem stabil[illegible] pacem [illegible] M[illegible] plac[illegible], ad concordiam procliui, haud quaq[illegible] prorsus animi, armorum impatiens, religionis au[illegible], sacra [illegible] ns, ideoque tolerandis iniuriis opportunus. C[illegible]ra, [illegible] m intu[illegible] endumque fecerant belli studia, im[illegible]

D [illegible] a [illegible] ignis au[illegible] dein fero[illegible] morum, [illegible] mens pro[illegible] f[illegible] P[illegible] v[illegible], ne [illegible] ut[illegible] s C[illegible] Ro[illegible] ad[illegible] er[illegible] a se [illegible] dam[illegible] a[illegible] um. E[illegible] quoniam [illegible] es arma[illegible] quer[illegible] s ver[illegible] at, vt m[illegible] us [illegible] n[illegible] am[illegible] s, & d[illegible] is [illegible] pax e[illegible] v[illegible]que Flandros inter con[illegible] [illegible] iuramento [illegible] ab[illegible] uer[illegible] Præsu[illegible] [illegible] e, & Drogone M[illegible] n[illegible] um Ep[illegible] am cu[illegible] le[illegible] tis, & magn[illegible] omit[illegible] c [illegible] o in[illegible] g[illegible] rum g[illegible] enis obt[illegible] æ [illegible] [illegible] tutor [illegible] Robertus ad [illegible] reduxit armis in co[illegible]

Conuentum Aldenardæ habet Iosbertus.

Vt inter Montensem & Ro[illegible]

Andreas Marchian. in Chron.

[illegible]

[illegible] plurimum [illegible] ingens [illegible] Tornacensis & Nouiomensis Episcopi voluntate, ac [illegible] Comitis sententia, D. Amandi corpus in elegant[illegible] [illegible] Monachis honorificè [illegible] Hi [illegible] quinto Iulij [illegible]num reportare. Item primò Cameracum, [illegible] & N[illegible]num. Quacumque iter fuit, è [illegible] depulsa sunt [illegible]borum genera, eiectique maligni spiritus [illegible] Deo mi[illegible] ante. In [illegible] sent Re[illegible] ob[illegible] processerat. A[illegible] Sancto[illegible] blasphema [illegible] euenit, [illegible] miserandum in modum [illegible]

[illegible]

Facta paulò post [illegible] C

[illegible] D

[illegible]

A [illegible] Lab[illegible] [illegible],
[illegible]
[illegible] Quo[illegible] [illegible] e[illegible] [illegible]
[illegible]
[illegible] ce[illegible]us [illegible] [illegible]cis,
[illegible] Rex palàm [illegible] primus confi[illegible],
[illegible] memora[illegible] Episcopi [illegible]que A[illegible]
[illegible]. A[illegible], & P[illegible]a d[illegible] *Chron. Fland.* [illegible]
[illegible] ad [illegible]rat, in perpe[illegible]
[illegible] Com[illegible] nat[illegible] H[illegible] en[illegible] argumento [illegible] Sin[illegible]
[illegible] & B[illegible] D. Danat[illegible] & [illegible] Pi[illegible] *de Castel.* [illegible]
[illegible] urbe [illegible] in [illegible] S. [illegible]ber-
to la[illegible] nt[illegible] Insulam tunc delat[illegible] p[illegible]a S[illegible]
[illegible] D. Petr[illegible] Ca[illegible] V[illegible] *Lud. d. Natal.* [illegible]
B [illegible] C[illegible] [illegible] e[illegible]
[illegible] s pot[illegible] es [illegible] n[illegible] naff[illegible]
cum [illegible] vi[illegible]

Al[illegible] [illegible] N[illegible] [illegible]
ta [illegible]uerat [illegible] A[illegible] [illegible] e[illegible]
pserat [illegible] Normanniæ [illegible] Sed Har[illegible] G[illegible]dwini C[illegible]
m[illegible] d[illegible] Angli[illegible] regium nomen, [illegible] ue prius
taput[illegible] am G[illegible] [illegible] ubique omni[illegible] b[illegible] nea, opes, [illegible] *gnum vendicet.*
a[illegible], [illegible] D[illegible] in[illegible]ula procul arceret. Magne hæc om-
nia [illegible] uere Normanno, ipsémque [illegible] bant hereditatem adeundi. Verum *Ingulfus Gual. Malmesb. Sigeb. Chron. Meier Annal. Fland. Pol. Ouirgb. cap. 44.*
anim[illegible] & Romani Pontif[illegible] A[illegible]xan[illegible] voluntas ipsu[illegible]
ad bel[illegible] Nam cogn[illegible] H[illegible]di [illegible] pro Gu[illegible]
Alexander [illegible] miserat, quo fidenter aduersus t[illegible]rannum pu-
C gnam comm[illegible]terc[illegible] coactæ pr[illegible]um in Normannia [illegible] & c[illegible]
h[illegible], a[illegible] q[illegible] a. I[illegible] vi[illegible]
g[illegible] a [illegible] fo[illegible] a[illegible] d[illegible] fl[illegible] gra-
[illegible] oq[illegible] n[illegible] a[illegible]ro[illegible] a [illegible]an[illegible] m[illegible].
[illegible]and[illegible] us et am co[illegible] ex[illegible]
[illegible]
u[illegible], [illegible] A[illegible]am te[illegible] a v[illegible]menter
im[illegible] Har[illegible] e[illegible] ue [illegible] o[illegible]
[illegible] d[illegible] [illegible] s
[illegible] n[illegible] o [illegible] hristi [illegible]
rat, I[illegible] Alexan[illegible] Pontific[illegible] ve[illegible] que de [illegible] Nor-
mann[illegible] s, arden[illegible] um in hosten. Grauis ibi pugna [illegible]
[illegible] Verum ubi N[illegible] [illegible] aspe[illegible] Gu[illegible]
[illegible] h[illegible]s [illegible]ugati[illegible]. Haroldus ferro cæ[illegible]s [illegible] bu[illegible]. *Paul. Aemil.*
D [illegible]us vex[illegible] au[illegible]e ra[illegible]bar, h[illegible] ac[illegible] nan[illegible]
[illegible] N[illegible] victoria G[illegible] An[illegible]
[illegible] ve[illegible] Romam ad P[illegible] m[illegible].
[illegible] Baldui[illegible] s [illegible] ann[illegible] ex
[illegible]
[illegible]

[illegible] D. Bauonis ædes Gan[illegible] [illegible]
[illegible]
[illegible] &
[illegible]
c[illegible] a[illegible] x[illegible] vn[illegible] Com[illegible],
[illegible]
[illegible] & [illegible]

Brachij S. Macarij partẽ Canonic. Insul. donat Insulensis.

Idem quinto postea mense vita priuatur per [illegible] nem [illegible] postquam Montensem filium a[illegible]o- [illegible]utus f[illegible] [illegible] Lup[illegible] [illegible] ob Monr. Oudegh. [illegible] Marchant

integrum, & san[illegible]ta[illegible]s indicia patu[illegible] [illegible] A
deformati, quorum al[illegible]er signum C[illegible] [illegible]uum.
Quam d[illegible] accepit [illegible] Comes, [illegible] de-
dit ceris [illegible]. At [illegible]to pòst [illegible]se [illegible]x, [illegible]o
tentari morbo cœpit. Igitur quoniam [illegible] ex [illegible]
tunc aderat, [illegible]nte[illegible] sem[illegible] en[illegible] ter[illegible] [illegible]unc
tendimus, q[illegible] nati o[illegible]m[illegible] uimus. qui mo[illegible] nox u[illegible] me[illegible] [illegible]bam
imperat cuius voluntati [illegible]ar est me [illegible] si o[illegible]nitar, [illegible]rum [illegible] si
obr[illegible] murmur[illegible] ndo e[illegible] impius [illegible]. Quis m[illegible]tem ferat [illegible], [illegible]ue Ducem
anim[illegible] [illegible]um præ[illegible] ertim ad opima [illegible] [illegible]mque vocatur. Q[illegible] me[illegible], nihil
admo[illegible]m [illegible]nspicor, [illegible] fluxa, c[illegible]ucaque omnia. Si [illegible] h[illegible] mi
corporu[illegible] ca[illegible]re [illegible]berabitur in ca[illegible]e [illegible] ber[illegible] iones auolabit, [illegible] ho[illegible]a-
ct[illegible]r, [illegible]ruatorque, in perpetuam v[illegible]u[illegible]tatem [illegible]uocat. [illegible] p[illegible] m ex[illegible]em[illegible]e
[illegible]erbu ad virtutem, sanct[illegible]m[illegible]ue re[illegible]imen imbui [illegible] Qui [illegible] P[illegible]
imperat, eum te præcipuo cu[illegible] [illegible]enerari iubeo, ei[illegible] [illegible] A[illegible] B
[illegible]cele[illegible]a, [illegible]ue mortales submouens [illegible]a tu procul semper habe. N[illegible]ue [illegible]
succedit, a quibus per flagitia imperium ve' quæ[illegible]tur, ve retinetur [illegible]undum
Numen, [illegible]ui puros scelerum Principatus obtineut. [illegible] D[illegible]
vel honore, vel [illegible] colere, per [illegible] præ[illegible] D[illegible] nunc
ad[illegible] preci[illegible]us, [illegible] que [illegible] incit[illegible] Principum, [illegible]ncia
[illegible] statuo eam t[illegible] sem[illegible]er conc[illegible]andam. Sine p[illegible]terum, sine mat[illegible]um [illegible] in
[illegible] num [illegible] m[illegible]oria. A Carolo Magno [illegible] parens
[illegible] paternam,
[illegible] Ad p[illegible] ita [illegible]
[illegible] nime
[illegible] pœnite[illegible] [illegible] um initia C
[illegible] per ue-
[illegible] ma[illegible]a, rerum
[illegible] Iur[illegible] & historiæ [illegible] rum [illegible]
[illegible] ipse t[illegible] de lib[illegible] sapientiam [illegible] aures [illegible], ne
[illegible] nimum eas admi[illegible] quam diligenter expende [illegible] raxeri[illegible],
[illegible] eorum ma[illegible] semper in Princi[illegible]um f[illegible]m, [illegible]
[illegible] fortunas atrocite[illegible] sæuiente. Quam t[illegible] ad [illegible] eam tu
[illegible] llum [illegible] in pace [illegible]
[illegible] pacem cert[illegible], quam [illegible] ando [illegible]
[illegible]o sang[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] um
[illegible] P[illegible] & [illegible] pòst an[illegible] [illegible] D
[illegible]um fuit mœstitiæ causa, ceteris etiam Fland[illegible] dolori:
[illegible] annos vnum & viginta quam benign[illegible] Flandros imperi[illegible]
[illegible] x[illegible] [illegible]harus Eo [illegible] e[illegible]m
[illegible] beneficii & [illegible]
[illegible]ad[illegible] gloriam efflorescerent: adeo vt p[illegible] viuis exce[illegible]
[illegible] ipsi[illegible] p[illegible] rem [illegible] m[illegible]
[illegible] impera[illegible] ipsi[illegible] N[illegible]
[illegible] potestate[illegible] L omni[illegible] indulg[illegible]
[illegible] benefici[illegible] et monument[illegible]m Verius e[illegible]m
[illegible] l[illegible]c in[illegible] obse[illegible]
[illegible]
[illegible]

Cur[illegible] [illegible]

[illegible]

A [illegible] p[illegible] [illegible]x[illegible]m & [illegible] [illegible]odeu[illegible] no tra[illegible] [illegible] vx[illegible] Adela m[illegible] [illegible] vo[illegible]upta[illegible] [illegible] Me[illegible]is, [illegible] [illegible] Bald[illegible]us Montensis paternum Flandriæ Comitatum [illegible] R[illegible] ne quam parens [illegible]atrimonium eius paci[illegible]ens a[illegible]naue[illegible]. [illegible] pa[illegible]em n[illegible]oris a[illegible] [illegible]u[illegible]n[illegible] fati[illegible], erant, [illegible] M[illegible] em eos [illegible]per[illegible] hab[illegible]urum, quem stu[illegible]o v[illegible]uti[illegible] patri[illegible] [illegible] [illegible]is [illegible]st[illegible] [illegible]us, quàm prophanis rebus ex animi sententia [illegible] Fland[illegible]s omnes sibi amor[illegible] d[illegible]x[illegible]t, ac per vtramque Fland[illegible] [illegible] [illegible]iam armorum quietem i[illegible] dux[illegible] [illegible]d[illegible]o [illegible] P[illegible] [illegible] v[illegible]pat[illegible]em a[illegible]e[illegible]au[illegible]t. Vix Principatum inijerat, cum [illegible]an[illegible] [illegible] om[illegible]b[illegible] x[illegible] [illegible] [illegible]mq[illegible]e manu virgam g[illegible]arent, [illegible] in p[illegible]cum muner[illegible] [illegible] [illegible] fe[illegible] [illegible] c[illegible], [illegible] e[illegible]pia

B v[illegible]x [illegible]c[illegible] m[illegible] a[illegible] reu[illegible]en[illegible]a [illegible] fe[illegible]u [illegible]rmi[illegible] [illegible]e- ct[illegible] [illegible] a[illegible] [illegible]do no[illegible] vi[illegible]o [illegible] [illegible] [illegible]x. I[illegible]m mat[illegible] eius Ad[illegible]a [illegible] [illegible]ns [illegible] [illegible]eri[illegible] ad [illegible]æ Crucis, quam ab Wi[illegible]lmo Pa[illegible]a [illegible] [illegible]ymis a[illegible] [illegible]en[illegible]um p[illegible]ca Messinis supplica[illegible]ne cul[illegible]m [illegible]m [illegible] na[illegible]q[illegible] per n[illegible] capien[illegible] sese vid[illegible]ndam ob[illegible] Ch[illegible] paren[illegible] c[illegible]ssimo, candidissimóque habitu statimque blandit[illegible]r his verbis a[illegible]ressa e[illegible] *[illegible] st[illegible] [illegible]ssima [illegible], cu[illegible] [illegible]natis mei Iesu C[illegible]sti Crucem tamdiu ab[illegible]eri, cum u[illegible] eam [illegible]xus pro salute hominum mortem oppetierit. Eia nunc tempus est eam populo [illegible]en[illegible] per eam fi[illegible]us meus ad misericordiam pacemque fl[illegible]ctatur, qui nu[illegible]us in ea ta[illegible] [illegible]m morte sua humano generi conciliand[illegible]m. Id pro certo tibi a[illegible]ero, qu[illegible]s[illegible] [illegible] eam [illegible]raue[illegible] [illegible]ns [illegible] [illegible] ægritudine, vel calamitate, magno perfusum iri gau[illegible]. Quam [illegible]m [illegible] me[illegible] [illegible]um aspera Crux fuit: tam pec[illegible]to[illegible] [illegible] ad [illegible]e[illegible]m [illegible] A*

C [illegible] Adela [illegible] non vt diuinitus obiecta, sed veluti somn[illegible] [illegible]dib[illegible]m [illegible]b[illegible] [illegible]e[illegible]um [illegible]ur[illegible]us eadem videt, & verbis grauio[illegible]ibu[illegible] increpa[illegible]ur[illegible] [illegible]xter [illegible] arbi[illegible] est. Ne [illegible]uis tamen scrupulus an[illegible]um vex[illegible], in [illegible] [illegible]x[illegible]ea [illegible]o fl[illegible]giauit, qui[illegible] v[illegible]è de[illegible] [illegible]e[illegible] [illegible] [illegible]ner[illegible] [illegible] [illegible]ertium. Ergo se[illegible]nta prox[illegible]mè no[illegible]ct[illegible] [illegible]m san[illegible] [illegible]a D[illegible]pa- [illegible] A[illegible] [illegible] [illegible] aior[illegible] [illegible]a[illegible] ant[illegible] [illegible]ul[illegible] v[illegible] [illegible]e anno [illegible] e- [illegible] m. *Cur [illegible]e g[illegible] [illegible]mno [illegible] u [illegible]pre[illegible] m[illegible] e[illegible] e [illegible] [illegible]anc[illegible]ma [illegible]iat[illegible] eris? cur eam [illegible] admonita populi [illegible]ubi [illegible]en[illegible]at [illegible]n[illegible] [illegible] [illegible]or[illegible]u[illegible]e [illegible]r[illegible] [illegible]orri[illegible]e, [illegible]e[illegible] e ad opus ac[illegible] [illegible]e. C[illegible]uediuit. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] F[illegible] meo mi[illegible] [illegible]ue perplac[illegible]t. [illegible]u [illegible] [illegible]at[illegible] [illegible]nem ta Cruc[illegible] eiu[illegible] [illegible]iam. [illegible] [illegible]u[illegible] [illegible] ubi[illegible] animum dubitatio, quod tu h[illegible] templum condidisti, id ipsum aai[illegible] uai[illegible] u[illegible]imè. It a[illegible] prin- cipe filum tenue, rubeumque reperies. Id vbi manu prehenderis, in [illegible]uinum [illegible]ue[illegible]o, qu[illegible]a te ducet, se[illegible]uere, d[illegible]ne[illegible] peracto, quem [illegible]stenderit, circuitu, a[illegible] aram redeas. Quocu[illegible] h[illegible] duce perrexe[illegible] [illegible]y[illegible]mites erunt instituendæ Supplicationis.* Paruit extem[illegible] [illegible]

D [illegible]onenti Adela & vt erat [illegible]eminuda templum petijt. Post[illegible]uam filum d[illegible] [illegible]ltari ac- [illegible]s, ed[illegible] ue [illegible] [illegible]n[illegible]xa, per tenebras in via [illegible] se d[illegible] [illegible]u[illegible] [illegible] [illegible] or[illegible]m [illegible] po[illegible] e famul[illegible] [illegible]qui iussit, & quar[illegible] [illegible] [illegible]n[illegible] [illegible]e ni[illegible]per edita, mo[illegible] per d[illegible]tre[illegible]a, nunc p[illegible]r[illegible], n[illegible] [illegible]e brac[illegible] [illegible] genuum[illegible]ue lacer[illegible]n[illegible] t[illegible]otum op[illegible]

[illegible]06[illegible] [illegible] [illegible]e ob[illegible]. [illegible] [illegible]e[illegible] a[illegible]s c[illegible] [illegible]ince[illegible]d[illegible] o- [illegible]a[illegible] [illegible] om[illegible]a [illegible] M[illegible] [illegible]ete[illegible]tu[illegible] vt ab eo vel[illegible] [illegible] [illegible]tu[illegible] e[illegible] [illegible] [illegible]e[illegible]x[illegible]m [illegible]a est ac ne q[illegible] per [illegible] [illegible]a[illegible]a [illegible] [illegible]eri[illegible] [illegible]h[illegible]ret, totum o[illegible]e[illegible] ve[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]e[illegible] [illegible]ebat A[illegible] Se[illegible]n [illegible] [illegible]ea[illegible]p[illegible]des ab[illegible]la[illegible] cep[illegible] [illegible]nter [illegible]ebat [illegible] [illegible]em v[illegible] im[illegible]eri[illegible]. [illegible]n vbi [illegible] V[illegible] e[illegible] [illegible]a, [illegible]ucto e[illegible]s[illegible]u[illegible]u[illegible] [illegible]o

Adela [illegible] Me[illegible] [illegible] abdat.

BALDVINVS MONTENSIS Flãdriæ demceps imperat. Chronicon Flandriæ. Thom. Bou. [illegible]

[illegible]

Pl[illegible] [illegible] Cr[illegible] nic[illegible] [illegible] [illegible]statur Vi[illegible] mm. M[illegible]

m[illegible] vi[illegible] in[illegible]cat M[illegible]mm. [illegible] [illegible] E[illegible] [illegible] Ad[illegible] Om[illegible]

S. Crucis Supplicatio [illegible]

inau[illegible] quo Exaltatæ Cru[illegible] P[illegible] mi[illegible] gn[illegible] fu[illegible]m, qu[illegible]d [illegible] E[illegible] circu[illegible]um tur[illegible]a ho[illegible]inu[illegible] celebrare [illegible] n[illegible] o[illegible]xit, omnibusque [illegible] quo eorum [illegible]erum id [illegible] vim habere vol[illegible]t. [illegible]quam [illegible] Ita[illegible]um [illegible]cper[illegible] in Flandriam A[illegible] M[illegible] quam [illegible] ex[illegible] in M[illegible]e monaster[illegible] a[illegible] a, & vi[illegible]æ alperitate [illegible]que [illegible] P[illegible] M[illegible]nem primo die, quo Ex[illegible]tæ [illegible]an[illegible]tæ Cru[illegible] [illegible]a gna tum Cl[illegible] p[illegible] qu[illegible] [illegible] s a[illegible] [illegible]m ce[illegible] c a[illegible] m [illegible]

B

Ijs diebus Balduinum [illegible] N[illegible] viuis eripu[illegible]t, postquam mu[illegible] s E[illegible] x[illegible] g[illegible] a l[illegible] te[illegible]lera[illegible]t. Pe[illegible]ibente[illegible] us [illegible] a, forisque: cóque frequenter p[illegible] grauabatur. Da[illegible] R[illegible]bodus, vel Radbodon, eius[illegible] Se[illegible]undu[illegible] genere mag[illegible] p[illegible] moribus apprime laudatus, E[illegible] T[illegible]nacensis [illegible] ante Castell[illegible] Tornacen[illegible] Ge[illegible], & [illegible] M[illegible] & [illegible] exuerat.

At [illegible]ntensis Comes in varia curas opera vertebat. [illegible] in [illegible] co [illegible] su[illegible] pa[illegible]n tumu[illegible]o amnem iuxta pul[illegible]er[illegible]am, & [illegible]m [illegible]di[illegible], vbi quiete interdum degeret: ac iuxtim ma[illegible] bus & siluis [illegible] vallibus & fontibus ad [illegible]endam voluptatem [illegible], mu[illegible]s am[illegible] [illegible]ue viuarum feris alendis esse v[illegible] eta[illegible] m[illegible] e[illegible]on[illegible]bus, eidémque nouas [illegible] leg[illegible] seuerè vt qui vitam alteri eripuerit, vita priuet[illegible] qui me[illegible] an[illegible], eodem ipse mulcterur [illegible] sese tutando vel occiderit inuadentem vel truncauerit membro. [illegible]idem duel[illegible], ve[illegible]g[illegible] cont[illegible]tum am[illegible] d[illegible] pa[illegible] su[illegible] Cumque a[illegible] ma[illegible] a M[illegible]ense monali[illegible] p[illegible] v[illegible] religionem aspiceret [illegible] endebatur quotidie magis ac magis [illegible] virtu[illegible]m, & pietatem in alijs promouendi desiderio. ideóque multu[illegible] in ornan[illegible]is ædibus sacris ad[illegible]uandisque monaste[illegible]ijs vtebatur [illegible] eo festinantiùs, quod instaurauerat [illegible]o-niense templum à [illegible]bus Episcopis dedicari voluit, magna tum sanctorum corporum frequentia, tum nobilium, & sacrorum hominum celebritate. Ad pompam enim au[illegible]endam [illegible]x o[illegible]ni Flandria & Hannonia Diuorum [illegible] Comes eo deportari [illegible] a[illegible] monast[illegible], v[illegible] Can[illegible]ici, vt vocant, æ[illegible] [illegible] n[illegible]mi[illegible]s Rel[illegible] [illegible]um tradidit. Verùm exacto [illegible] tem[illegible] [illegible] Comes [illegible] mor[illegible] [illegible]ropi[illegible]s in-g[illegible] em[illegible]xi[illegible] [illegible] er A[illegible] [illegible]oceres om[illegible], etiam omnia [illegible] rum Flan[illegible]æ v[illegible] & Hann[illegible]æ [illegible]ta placuit c[illegible]ari. A[illegible] tum d[illegible]ones suas in [illegible] B[illegible] a par[illegible] vt Arnulpho F[illegible], [illegible] in[illegible] [illegible] E[illegible] s æ[illegible] n[illegible] neos gu[illegible]be[illegible] [illegible]ecerat Ar[illegible] R[illegible] c[illegible] e[illegible] Pro[illegible]rato[illegible] [illegible] Flandriæ d[illegible]xit C[illegible] O[illegible]nes [illegible] status [illegible] æ[illegible] starent Arnulpho fide[illegible]. [illegible] p[illegible] ies pau[illegible]os [illegible] p[illegible] Hæc [illegible] eo P[illegible] [illegible]dmo[illegible] [illegible] a[illegible] v[illegible] [illegible] e[illegible] v[illegible] a F[illegible] [illegible] V[illegible] e[illegible] A[illegible] e[illegible] [illegible] At re[illegible] v[illegible] [illegible]

AN. 1070

C

D

Hermann. in Chron. Marten. aliq ante erat.

Iacob Meier l. 3. Oudegh. c. 45. Duell & ferrum [illegible]

Thenoellus, Iac. Meier lib. 3. Conuentum generalem habet Aldenardæ.

Thenoellus, Iacob. Guysian. Annal. Hann. Iacob. Meier l. 3. et Oudegh. c. 4[illegible]

Iacob. Meier l. [illegible]

[illegible]

[illegible] Montef. [illegible] A nul [illegible] frater B [illegible] pa- [illegible] ghe [illegible] animi [illegible] ei Dua [illegible] oppidum [illegible] m. [illegible] non enim [illegible] vitæ [illegible] er aderat [illegible] Richildis [illegible] & vi- [illegible] Principatus Flan- [illegible] exordio [illegible]

B [illegible] Cameracenæ vrbis Castellanus iamdiu [illegible] m, [illegible] em vrbis Episcopum [illegible] præditum [illegible] exc [illegible] & accepro [illegible] rum [illegible] Igitur [illegible] per [illegible] erer, [illegible] in villa Boricello ædi [illegible] consecratæ, a [illegible] os mor- tales [illegible] militiam [illegible] imbuisse oleo · postquam is pe [illegible] corpus [illegible] plurimo la [illegible] in strato ad carpendam quietem collocasset, cum [illegible] ru [illegible] hominum manu illuc advolat. Foribus iam clausis, & obsera [illegible] vt a postibus reuell [illegible] è comitatu Pontificis quosdam [illegible] obtrecrauit os, a [illegible] Wiboldum, Cameracensis Ecclesiæ Præpo- si [illegible] Lietbertum, & nu [illegible] vestibus [illegible] maniter tractat & ce [illegible] in custodiam pertrahit. [illegible] sceleris rumor ex- [illegible] Arnulphus, & Richildis ve [illegible] & ad vindictam animos

C [illegible] mi [illegible] us [illegible] eamque arcem expu- [illegible] Ca [illegible] pa [illegible] hic [illegible] iam [illegible] te [illegible] Ca [illegible] afficiunt [illegible] & [illegible] castig [illegible] finibus exc [illegible] & Cameracen [illegible] rit.

[illegible] patrias. [illegible] fus animo id gra- [illegible] ubuit. Finge [illegible] A [illegible] Balduino Monte [illegible] vita [illegible] ros reliquisset. eo quasi [illegible] quamquam satis [illegible]

D [illegible]

In Hasnoniensi [illegible] corpus. [illegible] filius A R- N U L P [illegible]

Cap. 47. [illegible]

Andr. Marcian. [illegible] Hand [illegible]

Balder. Chron. Camer. l. 3. c. [illegible] Iacob. Meier. [illegible] Annal.

Chron. Flan. Andr. Marc. Iacob. Meier. Oudegh. [illegible]

conceptu Comitatum [illegible] Susumque [illegible] mandato [illegible] & Flandriæ [illegible] Al [illegible] habens ea [illegible] & [illegible]. [illegible] nitiarum impotens [illegible] Flandros [illegible] in utem [illegible] Frisonibus & Hol[illegible] tem pro recorridandis. Verum eas [illegible] xime Filio in Flandriæ [illegible] tum, & Quatuor Officia [illegible] duo bellis in Frisia, & Hollandia Roberto vehementer [illegible] Qui res repeterent, feciales ad eam misit ex Hollandia [illegible] se prauo mulieris animo [illegible] Franciæ Regem P[illegible] legat aux [illegible] Rob[illegible] ab eo d[illegible] sanguinis necessitudinem [illegible] Verùm R[illegible] tegens, facile Regem in amicitiam suam perpu[illegible] quatuor. Pellicitis ergo ab Rege auxilijs [illegible] ciens, Flandriam, & Hannoniam sine [illegible] moderabatur [illegible] maximam eam traxere perniciem. Dum in viuis ageret [illegible] nihil modestius erat, volentem, & submissam maritus habuit [illegible] tem subditi. Verum eo iam mortuo, vix Reipublicæ [illegible] la manus adm[illegible] stris Couchius & Maillius, ambo Gallici sanguinis proceres, & Flandri [illegible] tensi, consilijs transuersam egerunt. Igitur excusso tandem [illegible] & asperum deinceps fuit eius imperium; ardens inexplebili auaritia [illegible] bia, fastuque, animus omnium fastidiosus. Hinc plus ipsa sibi tribuere [illegible] aliorum sententiis [illegible], & vectigalia voluntate magis premere, quàm ratione [illegible] officium vigere [illegible] Comitis nomine, [illegible] mare: filium vmbræ loco habere: omnem [illegible] officijs exuere sine caula dignitatibus ornare minus idoneos [illegible] populum vectigalibus opprimere: quaternos tota Flandria [illegible] ctis exigere omnia [illegible] sanos, probóque mon[illegible] [illegible] de & sanguine manum inficere. Vt quædam è multis facinoribus [illegible] plurimos ipsa nobiles viros Hypra Messinas aduocauerat [illegible] nec [illegible] gnitas, nec publica legatio (Flandri enim Hypram miserant vti [illegible] moribus auerterent) à turpi nece vendicarunt [illegible] at omnes [illegible] tibus cæsis, mors inuoluit, addita insigni pa[illegible] flammis absumerét. Tam graui eius imperio Ioannes Baro [illegible] a cer uice occubuit. Et propius abfuere crudeli cæde Gandensium & [illegible] gati, [illegible] publico nomine [illegible] catum Insulam venerant [illegible] retinere abstineret [illegible] ma- [illegible] priusquam popu[illegible] s ext[illegible] quereret [illegible] cen[illegible] Insulanæ [illegible] in dire[illegible] cultat[illegible] med[illegible], do- nec per [illegible] ras o[illegible] mitteret [illegible] ut [illegible] partum, [illegible] eo [illegible] facinori [illegible] principatum Flandriæ R[illegible] nem [illegible] Pau- c[illegible] Ei [illegible] mi [illegible] debeti Dominis [illegible], & vec[illegible] pro sapientia [illegible] omnium primi [illegible] Os [illegible] en [illegible] Frisia & Hollandia [illegible] bellis enim eum [illegible] & H[illegible] ant, suíque expulerat [illegible] & iam in Saxonia [illegible] em, commorantem [illegible] aux [illegible] le- [illegible] exci[illegible] in R[illegible] & [illegible] Flan[illegible]

A [illegible] tumultuantur, & arma ca[illegible] audacter educ[illegible]. A[illegible] [illegible], ac [illegible] teros Gall[illegible] Flandriæ (tunc ea [illegible] q[illegible]am [illegible] in R[illegible]dem & Arnulphum fides valuit quam [illegible] studium pa[illegible] facere sunt veriti, sumptis in [illegible] [illegible] rmi[illegible]que. Agebat eo tempore Leff[illegible] [illegible] R[illegible] [illegible] entu F[illegible] eam nunc) perculere. Statimque [illegible] cum [illegible] [illegible] venit (v[illegible] liberos antè reliquerat) pru[illegible] [illegible] vix ea inde dit[illegible], cum Robertus illuc cum magn[illegible] [illegible] adu[illegible] ac [illegible] Richildem faci è capiendi de[illegible]. Ganda[illegible] [illegible] cum Præsulibus, cum Baronibus, [illegible] [illegible], & [illegible] ad magnificentiam, & lætitiam desideratum e[illegible] [illegible] quibus prius pecuniæ a[illegible] promiſ[illegible] [illegible] ac ne fraudis suſpiciantur, ſacramento [illegible] fidelitati[illegible]
B [illegible] non parua Flandrorum acceſsione, Hypram verſus copia[illegible] [illegible] o[illegible]pidum aduc[illegible] R[illegible]childem munit. [illegible] [illegible] tam [illegible] ad [illegible]m magna[illegible] & tumultu e[illegible] tu[illegible] [illegible] Arnulphi Comitis præſentia metum d[illegible]pulit [illegible] [illegible]pes a[illegible]or in[illegible] fecit au[illegible]iam, dum p[illegible] & [illegible] adm[illegible] foſſæ muri, portæ quibus haud pridem a P[illegible] [illegible] o[illegible] etiam hoſtis contemptum. Nullum tamen his in omnibus ad[illegible] [illegible] viam b[illegible] inuenit, ac præbuit in vrbem. Huic [illegible] [illegible] Bu[illegible]enſis arci præfectus, qui clam in partibus erat Roberti. A[illegible] [illegible] occultè cum aliquot viris conſilio [illegible] s, & [illegible] in arcem recepit. Et facile hi Richildem Arnulphúmque Co[illegible] ab arce [illegible], ac [illegible]peto, niſi mox [illegible] gnarum fuiſ[illegible] intra caſtri munitionem ab Gerardo acceptos. Ergo quantulum moræ fuit, eo
C prudenter v[illegible] eſt Richildis. quamquam trepidis in rebus, & ſubitis conſilia ſæpe [illegible] vbi præ[illegible] per[illegible] & [illegible]dium infeſtant. Poſtquam enim rebus fu[illegible] [illegible] c, [illegible] [illegible]mmutere. A[illegible] [illegible] b[illegible] conce[illegible] opem ab Rege Francorum eo loco præſtol[illegible]. Ni[illegible] [illegible] ab Roberto eſt. Quamquam enim ad arma ciues c[illegible] [illegible] & [illegible] aduerſus hoſtem tuendæ conſi[illegible] is tamen adeo in[illegible] [illegible] vrbem [illegible] vt [illegible], vi[illegible] [illegible] fregere, & [illegible] vrbe ſit potitus. Hoc impetu c[illegible] Ma[illegible] & in partes [illegible], qui [illegible] & auaritiam mon[illegible] R[illegible] [illegible] Rebu[illegible] [illegible] comp[illegible] [illegible] ciue[illegible] [illegible] Robertus [illegible]. At [illegible] Regis animum ſollicitante, impel[illegible] Gode[illegible] [illegible] o, & Comite Bononiæ eius Fratre (qu[illegible] Phil[illegible] [illegible] Gallia colliguntur copiæ. Ha[illegible] Philippus Rex Febrúa
D [illegible] Flandriam ſuperbè deducit, comitante præcipua [illegible] nobilita[illegible] [illegible] Hannones, Tornacenſes, Duacenſes, A[illegible] Be[illegible] Au[illegible] [illegible] Ga[illegible] [illegible] erat exercitu[illegible] [illegible] F[illegible] [illegible] bella exercuerant, [illegible] Caſſel[illegible] ibi Regem præſtolari, [illegible] copias c[illegible]gere & [illegible] [illegible] Regem [illegible] copias deduc[illegible] [illegible] capit pugnæ locum, ibi a[illegible] leuiter armatos, & a[illegible] [illegible] locat deinde Fri[illegible] [illegible] ſuos ad [illegible] age[illegible] [illegible] nec [illegible] Flandriæ m[illegible] [illegible] eius [illegible] iniuria; &

Ambo [illegible] re[illegible] manentibus.

Et vix Leff[illegible] [illegible] Richildis

[illegible] à Flandris [illegible]

Hypram ver[illegible]

Verum his [illegible] Gerardus in arce [illegible] vt Richildem & Ar[illegible]

[illegible] tamen [illegible] de fugit

Cassel[illegible] [illegible] ce[illegible]gir

dis fœminæ præferocis facinoribus grau[illegible], [illegible]que imperio in [illegible]oriam reuocatis ad [illegible]m contemptis Regis, Comiti, ut annis minoribus, & nondum bello idoneis, quos acierum duces habebant aduer[illegible]. Suos Francorum Rex [illegible] disposuerat, vt primam aciem Hannones facerent, & Gallo flandri; Franci p[illegible] locus esset. Et Francos ad pugnam au[illegible]nter capessendam Arnulphi Com[illegible]m mi[illegible]ratione non parum accendit, quem patruus per summam iniuriam toto Principatu exuere contenderet. Quàm sibi, & filio [illegible] esset Robertus, quanto [illegible] periurio, & flagitio ad parãdum sibi Flandriæ [illegible] Hannonibus & Gallo flãdris ingerebat Richildis, [illegible]e cum [illegible] per[illegible] animos dabat. Ad Bauin[illegible]houiam sub ipsis radicibus Montis Cassellensis [illegible] acies magno Roberti commodo; tum quòd nondum satis paratus esset R[illegible]s, tum quia decensus Flandrorum impetum ad[illegible]. P[illegible] auctores, dum id prælium describunt. Vno co[illegible] rem con[illegible], eo tamen, variante fortuna, [illegible] inuenisse. dum [illegible] tur, captum fuisse Robertum, & Audomaropolim abductum ab [illegible] fugatum Regem Franciæ: Arnulphum vita exutum. [illegible]nter captiu[illegible] ductam; cæsos ferè omnes & Hannones & Flandros G[illegible] quosdam Eustachium Bononiensem Robertum deducen[illegible] A[illegible] vsque persequutos tanto impetu, vt vna cum eodem ingrederentur [illegible] R[illegible]m recepisse, & cum eodem redisse Caletum. Cum pleritque alijs a[illegible] C[illegible] pugnam commissam affirmo. P[illegible] prælio, v[illegible] Flandrorum a[illegible] tunitate, fusi Franci, fugatique & coactus est [illegible] ex M[illegible] v[illegible] tutus ageter Viua in hostium manus venit Richildis, quæ mas[illegible] m[illegible] ani[illegible] sese pugnantibus inseruerat, vt suos ad præliandum fortiter voce & præsenti [illegible] mulatet Verum Frisius, dum vehementer iris æstuans h[illegible]es insequitur [illegible] pius Audomaropolim ab [illegible] tandem circumu[illegible] est. E[illegible] Bo[illegible] C[illegible] a-chius captiuum Audomaropolim duxit, ibique c[illegible]stodi[illegible] eius [illegible] Valfardo Rabello tradidit. Seruabatur interim Caletti Rich[illegible] & Hannones [illegible] cognita captiuitate, mœror ingens vrebat. Igitur de Principis v[illegible]que [illegible]beratione agi cœptum. & mox reddita est Hannoniensibus R[illegible], F[illegible]nd[illegible] Robertus. Quamquam magno id damno steter[illegible] Rabel[illegible] & Audomarensibus, eam ob rem Philippo Rege per noctis tenebras vrbem inuad[illegible]e, [illegible] post direptionem flammis corrumpente. At restitutis in libertatem Principibus, in nouam animi pugnam [illegible]arsere: tantoque acriùs certatum est, quãtò plus ante p[illegible] capi & abduc[illegible]. Rursus tamen penes Frisium victoria fuit. Præc[illegible] in [illegible] cladem [illegible] Hannones & Gallo-flandri ad internecionem prope delet[illegible]. Inter viros Principes fortiter dimicantes Arnulphus Comes & Guilelmus Osbernius Ri[illegible] maritus [illegible] enim tertias contraxerat nuptias) interempti. tantoque luctuo[illegible] f[illegible] Arnulphi cædes, quod ex e[illegible] præcipitatum [illegible] ferro, pe[illegible] Ge[illegible]odo[illegible] miles ei[illegible] Cum alijs Hannoniæ, Gallo flan[illegible]æ & Franciæ nob[illegible] v[illegible] etiam [illegible]ous cecidit alterum Richildis ad pecuniæ cupidinem, & tyra[illegible] Capi[illegible]um præcipuus erat Bononiæ [illegible]us. Ea p[illegible] R[illegible] & ab suis D
Flandriæ Comes salut[illegible] tota fere Fla[illegible] exigi[illegible] & in Hannoniam sese fuga recipere cogit [illegible] tot [illegible]orum cladibus per[illegible], dolorem accepit hæc mulier. Sed cum nih[illegible] in Frisium od[illegible] remitteret, ac nouos bellandi animos aleret: rursus [illegible] F[illegible] Regem Philippum impulit, vt alios haberet [illegible]um delectus, ac d[illegible] pet[illegible] Bal[illegible] Arnulphi fratrem ad Flandriæ Principatum eue[illegible] cum exercitu Victoriacum haud procul Duaco peruenerat [illegible] Balduinum Flandriæ Comitem pronuntiauerat spémque magnam [illegible] Robertum obruendi cum miris eum artibus Godefridus Par[illegible] Franciæ Cancellarius ab ea deduxit expeditionem. Magnum [illegible] desi[illegible] dum recuperandi fratris Eustachij, quem Robertus in custo[illegible] derium. Igitur clàm cum Robetto per litteras [illegible] [illegible]t. In eas leges conuentum fuit, vti Godefridus in Franciam Regem [illegible]

Right-margin letters: A (top), B, C, D

Margin notes:
[illegible] exer[illegible] ad præ[illegible]spinit, [illegible] anim[illegible] Rex Franc[illegible].

Inter[illegible] [illegible] Richildis.

Iuxt Bau[illegible] ch[illegible]am pugnatur.

Dubitãt quidam, vnone prælio res confecta fuerit.

Vet. Chron. Fland. ab Sauuag. edit. cap. 3. Per Oudeg[illegible] Hall[illegible] lib. 8. hist. Franc.

Bis potiùs pugnatum videtur.

Iacob Guisian. Annal. Hann. lib. 15 cap. 12. Iacob. Meier l. 3. Franc Baduin.

Qui primi euenerit prælio.

Sigeb. in Chron. [illegible]

Qui[illegible] sec[illegible]do.

Ad bell[illegible] rursus separat Rex [illegible]anciæ: & cũ exercitu [illegible]oriacum v[illegible] uenit [illegible] Bal[illegible]no Flandriæ Comite appe[illegible] retr[illegible]r per [illegible] m[illegible] [illegible]ensem Episc[illegible], vt [illegible] [illegible]

[illegible] et, hunc [illegible] am, & Sper [illegible] & pro [illegible] ssis Iniiciendo Regi terrore, Gode [illegible] a Bernardo Saxoniæ Duce R [illegible] itaque proximam esse, cui pares co [illegible] or huc impulerat, & spe plenu [illegible] metu perterritum magno cum [illegible] s eo lætus euentu, Eustat [illegible]. Arma deinde latiùs [illegible] an [illegible] succensibus sibi adiunxit [illegible] R [illegible] o Comes Flandriæ diceret [illegible] recedere. Votóne is sese obstrinxe [illegible] datum Flandriæ ditione vtrumque [illegible] cer [illegible] erauerit [illegible] sceleris luendi causa, [illegible]

B plu[illegible]bus [illegible] eiusdem Apost[illegible] templa instaura [illegible] me[illegible] s n [illegible] nta [illegible] præ[illegible] rum e[illegible] s [illegible] pus imp [illegible] æ [illegible] o 5. Pe[illegible] q [illegible] e [illegible] tis [illegible] nti Canonicorum sacerdotis orn [illegible] mon [illegible] iones eius ceteræ Brugis, Hu [illegible] T [illegible] nardæ, Malde [illegible] & ali[illegible] cer [illegible] ebat c[illegible]ius [illegible] fecit [illegible] R[illegible]x [illegible] qu[illegible] nihil [illegible] in ea[illegible] que re[illegible] m B [illegible] fil [illegible] ac [illegible] restitueret Fr[illegible] s exo[illegible]a, mentem al [illegible] ,vna cum Balduino filio Henri [illegible] R [illegible] R [illegible] o [illegible] pa Leodiensi Ha[illegible]nia [illegible] beneficio possidere vellet, quò subsidium aduersus Fr[illegible]

C T [illegible] um t [illegible] p [illegible] ex Leodiensis ea donatione & [illegible] uris [illegible] m [illegible] siarum pecuniam conflauit, e[illegible] q [illegible] R [illegible] p[illegible]tu [illegible] s o[illegible] e[illegible] Tr [illegible] A [illegible] N [illegible] & A [illegible] Comites In Han [illegible] ex[illegible]cit [illegible] h [illegible] R [illegible] m p[illegible]ere ve[illegible]en [illegible] N[illegible] o[illegible] men [illegible] d [illegible] me Duaco [illegible] pa [illegible] R [illegible], & [illegible] v[illegible] e [illegible] s [illegible] te [illegible] r am nactus a[illegible]m compon[illegible] a [illegible] nam [illegible] Pra [illegible] a [illegible] mum [illegible] um R[illegible] rcitus [illegible] a [illegible] au [illegible] o pr[illegible]dent [illegible] [illegible]

D [illegible]

[illegible] a [illegible] s

[illegible] atam a [illegible] operar [illegible] aru [illegible] ux [illegible] A
[illegible] aggre [illegible] erunt, [illegible] Nobertus, eaque
suppeditabant [illegible] operum [illegible] at m-
a [illegible] ret Comitis mater Adela, in partem [illegible] hu [illegible] A [illegible]
[illegible], eique Balinbergam vicum ad Montis C [illegible] ede [illegible] la [illegible]
[illegible] ssima in vi [illegible] cóque g [illegible]
[illegible], ab obitu [illegible] M [illegible] e-
nentem [illegible] rat, ibique suavissimam inter [illegible] R
[illegible] e qu [illegible] tem eius illis, quæ retulimus, [illegible] pl [illegible] niarum [illegible] e
[illegible] us factis turbauit. Vulnerabat [illegible] e
m [illegible] es vi, quorum virtus & sap [illegible] e
p [illegible] rebus [illegible] tre poterant dein populo imperat [illegible] e
vexen erpetuam & tandem flammis deformatum M [illegible] d
[illegible] s [illegible] bus & impensis exercerat, extremum [illegible]
Au [illegible] m inuasum ab Roberto Flandrici Co [illegible] B
pi Com [illegible], tot nuper ob pugnas afflicta clad [illegible] Flan [illegible]
lensis ac M [illegible] florentissimam & pacatissimam reliquerant, ac [illegible]
tus ne [illegible] aliqua pœna ob Numen his offen um pl [illegible]
[illegible] ad promo [illegible] res sacras promptum ac [illegible]
e [illegible] ea m [illegible] ac in certam erecta sp [illegible] m fui [illegible] s
d uim, & [illegible] gnat [illegible] eo [illegible] pijs eius conatibus adiouandis [illegible]
[illegible] arc [illegible] cum [illegible] or ac [illegible]

[illegible] ten [illegible] plurimis sordè plurimi hominum laborauere, [illegible]
[illegible] re [illegible] vel [illegible]. Nec medici [illegible] pem a [illegible] ndo [illegible]
[illegible]. Pa [illegible] d [illegible] Numi [illegible] Mar [illegible] a
[illegible] n D. Mauro [illegible] edere. cum [illegible] hausto ind [illegible]
[illegible] us locum lau [illegible] ent. Nam ad eius aquæ contactum erupere pro [illegible]
[illegible] es, nouamque exci [illegible] aut cerneris f [illegible] mina [illegible] C
Con [illegible] re uperauer [illegible] ta [illegible] fama [illegible] la-
[illegible] a mul [illegible] m [illegible] labora [illegible] bus aditæ [illegible] vix eorum quispiam
m [illegible] ne demum reuer [illegible]

[illegible] nte anno [illegible] 4 Gregorius Po [illegible] x Romanæ eius nominis S [illegible] mus col- AN.1074
[illegible] n E [illegible] a D. P [illegible] I [illegible] sona [illegible] ad F [illegible] Mar
C [illegible] m Coll [illegible] Praeposit [illegible] diploate. Act [illegible] Ma [illegible] m
[illegible] m [illegible] S. Richtudis A [illegible] Wido. In e [illegible] locum e [illegible] no cœ [illegible] bio
[illegible] us est Al [illegible], quem quidam vocant Adela [illegible] m De [illegible] m quidem
[illegible] s [illegible] al. A [illegible] nim
[illegible] eres
[illegible] at [illegible] tam
g [illegible] damnum a [illegible] erat, [illegible] sup
[illegible] is [illegible] n [illegible] ve [illegible] pices
[illegible] a [illegible] cro- D
[illegible] aurei tum argenti
o [illegible] a. Ergo ratus v [illegible] g nem
eam [illegible] de [illegible] que pauperem in-
[illegible] & [illegible] ac vtram, ut [illegible] pia
[illegible]

[illegible] de Kalend. No- AN.1076
[illegible] K [illegible] me 10 [illegible] o
[illegible] Roberti [illegible] Ba-
[illegible] a
[illegible]
[illegible] s vir [illegible]
[illegible] d [illegible] mo Lu [illegible]

Rel[illegible]

Cademum ... donat ... Adela ... Mar. ... fuerat ... ob causam.

Lib. ... S. Richt. ... 7.

... Gregorius ... ecclesia ... thecæ S. Eu ... S. Richt. ... S.

... Pour Oudegh. ...

A Robertus Flandriam imperio teneret, ac certam pecuniam nepoti numeraret. Hannoniam illa cum Duaco, & subiectis ei pagis Balduino cederet. in vxorem Balduinus Roberti filiam acciperet. si fors nollet eam matrimonio iungi, vna cum territorio Duacensi oppidum mulctaretur: vtrumque Robertus adiret ea lege, vt quoties pretio repoteretur pecunia repræsentata restitueret. Et quò sibi firmius consuleret, cum Rege Francorum Philippo Robertus denuo pacem iniit, studuitque Cæsarem sibi conciliare, misso ad eum Coloniam Vbiorum Aduocato Tornacensi Balduino.

Fuit verò clarus hic annus felici exitu B. Lietberti Cameracensium & Atrebatensium Episcopi. Quam sanctè vitam hic duxerat, tam insignibus iam moriturus, ac statim post mortem, prodigiis illuxit. Qui per longam senectutem, & varios labores incanuerant, desubitò morienti crines pristinum iuuentæ colorem induere. Ei cum posita vita corpus ad sepulturam aqua mundaretur, quę pectori erant applicitę manus, ad pollinctorum leuem circa verenda contactum, ad ea tegenda, quæ natura vult occulta, sese mox vertere. Neque priùs inde ad pectus se retulere, quam cor-
B pori abluto linteum pollinctores iniicerent: vt quam ipse toto vitæ decursu pudicitiam coluerat, etiam mortuus charam haberet. Et quamplurimis mortalibus, dum viueret, multo ad virtutem fuerat incitamento, cum eos qua verbis ad eam, qua facinoribus egregiis impelleret. Eius se iactat opere Cameracensis Castellum, ob con ditum illic ab ipso D. Andreæ cœnobium Benedictini nominis. Et impendiis eius monasterium S. Sepulchri exstructum, dotatúmque censibus, postquam ei bene precanti tumulatorum iuxtà corporum animæ clarissima voce Amen respondere. Eiusque studio acceptum referunt, quòd eadem in vrbe S. Autberti Canonici sancti D. Augustini regulis fuerint obstricti. In eius locum suffectus est Gerardus eius nominis secundus. Ortum in Alostensi agro ferunt, ipsique Lietberto nepotem fuisse. Fausti regiminis spem dabat, quæ iam inde à puero multa virtus in eo luxerat. Hanc partim Lietberti exemplo, partim ex Vedastini monasterii institutis, vbi religiosam fuit vitam complexus, capessendam sibi statuerat: adeóque magnum fecerat
C in studio Religionis progressum, vt eius cœnobii Præpositum Adoldus Antistes renuntiauerit.

Lietbertus Epusc. Camer. sanctè moritur.
Vita eius, & Ioan. M. lam. in Natal.
A quo insignis etiam post mortem nituit cura pudicitiæ.
Ibidem. Tabula Atreb.
Quænam is opera fecerit.
Bald. l. pa. 70. cum vita, Ms.
Gerardus Secundus Camer. Pontifex creator.
Tabula Atreb. Ms.

Eodem anno postulatus ab Roberto Frisio, Richilde, Balduino huius filio, Philippus Rex Franciæ Duacensem S. Amati Ecclesiam ab omni laicorum potestate liberam esse voluit, idque decretum scripto tradidit. Et paucis inde mensibus Walterus Duacensis Castellanus D. Amati gloriæ obsequens, pulchrum è marmore mausoleum suis impensis eius corpori parauit: cui postea Gerardus Cameracensis & Atrebatensis Pontifex sacra ossa imposuit, triduana prius indicta omnibus Duacensibus inedia.

Philippus Rex insignem Amatensi Ecclesiæ dat libertatem.
Libe. argentei D. Amati
VValterus Duacẽsis Castellanus pro S. Amati corpore marmoreum parat sepulchrum.
Idem liber.

Circa eadem tempora Nouiomensium & Tornacensium Episcopus Radbodon ad Robertum Frisonem venit ea repetitum sacerdotia, quę Balduino Barbato, tamdiu nunc ab ipso, nunc à posteris fruenda dederat earumdem Sedium Pontifex Harduinus, donec ab illo tertia deficeret generatio. iam enim ipsum a Barbato quartum heredem Flandriæ gubernacula moliri. Noluit prius ei quidquam Frisius
D dare responsi, quàm ea de re matrem adhuc in viuis agentem interrogasset. Postquam igitur ab ea didicit, eo se prorsus modo rem habere, vt Radbodon retulerat, ad restitutionem serió animum vertit. Verùm quoniam ea viri nobiles sacerdotia obtinebant, neque hi tunc ad reddenda cogi potuere, in perpetuum ipsis priuatus est Pontifex Tornacensis.

Radbodon Episcop. Nouiomensis à Frisio altaria repetit.
Herim. in Chronic. Martin. Ms.

Interim vt reliquas Flandriæ partes, ita Gallo-flandriam multi Sacerdotes, & Clerici, vel simonia, vel concubinatu publico fœdauerant, vt etiam aliqui iunctis sibi concubinis, quasi legitimo matrimonio gloriarentur. Id grauiter tulit Gregorius Septimus Ecclesiæ Romanæ Pontifex, cùm prius generis eius homines vehementer edictis insectatus, etiam maximas Principibus, & Episcopis minas intentasset, quorum
AN.1077 negligentia, & socordia hoc malum vires caperet. Ergo remedium illic adhiberi cupiens, binas scripsit litteras, quarum vnis Robertum Frisonem Insulæ agentem, alteris Adelam eius matrem Messinis commorantem, pro paterna sollicitudine admo-

Pro extirpandis in Flandria simoniacis, & concubinariis sacerdotibus laborat Papa Gregorius.
Lib. 4 epist. 10. & 11.

Quæ ideò scripserit Adelæ Balduini Insulensis viduæ.

nuit, vtque tanta compu[illegible] nerent flagitia, verb[illegible]us in[illegible]tauit. Dum A[illegible]m alloquitur, omnem primum ex eius ani[illegible]o dubi[illegible] ne[illegible] to[illegible] po[illegible] [illegible]rd[illegible]te ac leui[illegible] sac[illegible]s[illegible] nctis ad aras myster[illegible]js o[illegible]pend[illegible]re, q[illegible]os [illegible] o[illegible] cubitus decu[illegible]pat infam[illegible]. Omninò [illegible]cet cos secund[illegible]m sanct[illegible] P[illegible]a procul altaribus arcendos, adc[illegible]ue sacris e choris templorum e[illegible]na[illegible]a[illegible]e[illegible]t, quoadusque turpibus sese criminibus ab[illegible]ineant, & quæ c[illegible]mm[illegible]c[illegible]ni, ea c[illegible]n[illegible]enienti pœnitudine absterserint. Seuere postmodum præ[illegible], vt, n[illegible]r[illegible]dotum ar[illegible]s admoto, ijs du[illegible]taxat ad peragendum sacrificium, [illegible] a[illegible]e [illegible]es accinendas vtatur, quos canonicis dignos beneficijs innocentia morum & corporis castimonia reddiderint. Ad extremum omnem ei cum Huberto Arc[illegible]acono viræ sermonúmque necessitudinem interdicit, ne quid ab eo lab[illegible]s contrahat, [illegible]

Quæ Frisiones filio.

reseos crimen, & publica damnatio vitandum fece[illegible]nt. I[illegible] ab [illegible]o[illegible]m [illegible] fiee Roberto Comiti est, vt h[illegible] sceleribus extirpandis operam nau[illegible]ns [illegible]ationeve vel gratia flecti, & ab in[illegible]tuto retorqueri permittat, etiamsi Præ[illegible]ulum al[illegible]ui obnitantur. eos námque Antistites, qui tantis flagi[illegible]ijs patrocinantur, haud ver[illegible]s esse pastores; ac non per ostium in caulas ingredi, vt ou[illegible]us prosint; at per fenestras irrumpere, vt latronum more in iugulos inuolent. Nimis quam sacrorum myst[illegible]riorum puritati repugnat, vt sacr[illegible]egæ manus sanctissimum Christi corpus attre[illegible] quæ meretricijs se membris contaminarunt. Mādatum ei quoque fuit, vt Ingelran[illegible] Ecclesiæ Insulensis, vt colligo, Canonici, consilijs vteretur, cui plurimum ipse [illegible]regorius tribuebat. Quid verò effecerit Robertus, non satis arbitror. cum videatur h[illegible] B

Pro Waltero Duacensi laborat idem Pontifex.

regio ijsdem malis non leuiter posteà laborasse. Et fuit eidem Pōtifici curæ Wal[illegible]eru[illegible] de Duaco, Castellanus forte Duacensis, de quo iam memorauimus. Is enim ob fa[illegible]nus aliquod apud Remensem Archiepiscopum accusatus, quamuis vadimonium promitteret, incognita tamen causa piorum cœtu, & sacris ab eodem Præsule fuerat interdictus. Sed cum neque tunc precibus animóque subm[illegible]sso im[illegible]etraret, vt sua R[illegible]mis causa vētilaretur, Romam ad Gregorium adijt. Ab eo igitur beni[illegible]ne susceptus, tantisper anathematis vinculo sic soluitur, vt sacris tamdiu fruatur, donec ab reditu C

Lib. 4 epist. 20.

in patriam diem octauum domi exegerit. dein ab eodem ad Episcopum Parisiensem Iosfredum litteras impetrat, vt is apud Remē[illegible]em procuret causam agitari: atque vbi veritatem eius deprehenderit, innocentem absoluat, si Remensis id facere recuser; cōtrà reum tamdiu anathemate constringat, donec fecerit satis.

Deinde pro Azzone Amatensi Canonico.

Florebat [illegible]lis temporibus Duaci inter Canonicos Amatensis Ecclesiæ Azzo, multa vir doctrina nobilis. Physicarum præcipuè rerum cognitione magnum sibi nomen peperisse inuenio. verùm huic euenit, quod plerisque accidere solet, quos altiùs ceteris extol[illegible]it doctrinæ vis: vt apud Collegas quidpiam vere [illegible]cent[illegible]us tamen, ac per irreuerentiam v[illegible]ce effud[illegible]rit. Id c[illegible]m illos non parum pup[illegible]g[illegible]t, suo ipsum omnes arcuere cons[illegible],

Gregor. lib. 4. epist. 10.

sacróque templi consessu prohibuere. Grauis ea videbatur Azzoni pœna. ideó[illegible]ue Romam ad Pont[illegible]ficem Maximum quàm de hac, tam de culpa sua scripto retu[illegible]t. Non est arbitratus Pontifex Gregorius [illegible] cau[illegible]am homini[illegible] ne[illegible] gendam [illegible] statímque motus eius commise[illegible]ione, iam nominato Pari[illegible]ensi Pr[illegible]li Iosfredo mandauit, vt postq[illegible]am perspectum haberet, nu[illegible]o grauiori Azzonem crimine obstrictum teneri, imposita [illegible]euiori pœna, & in Frat[illegible]um societatem, & in pristinum ordinem eum restitueret. D Inuenio posteà quorumdam factione Robertum Frisium per Hubert[illegible]m e[illegible] Pon[illegible] Maximi Legatum, & Hugonem Epi[illegible]pum Lingonen[illegible] d[illegible]s ex[illegible]at[illegible]m f[illegible]e & sacrorum communione priuatum.

Ac denique pro Frisio Comite.

Lib. 6. epist. 7.

Id Gregori[illegible] In[illegible]elrannum [illegible]us me[illegible]onem suprà fecimus, significasse, non tam veri studi[illegible], & pietatis fact[illegible], q[illegible]àm q[illegible]umdam maleuolentia. Igitur Gregorium Hugoni Dien[illegible] co[illegible]n[illegible]asse, vt has in partes quàm ocyssimè iter capesseret. [illegible]ic de ca[illegible] R[illegible]erti [illegible] inqu[illegible]ret. si p[illegible]peram sacris amo[illegible]um d[illegible]ehenderet, anath[illegible]atis vin[illegible]u[illegible]um frang[illegible]et extemplò. si contrà iure meri[illegible] pio[illegible]m consortio nud[illegible]ret, vbi satis[illegible]cere paratum sensisset, nihilominus [illegible]a[illegible] ei restit[illegible]et. Quippe [illegible]hristi exemplo perditam ouem ma[illegible]r[illegible] p[illegible]rq[illegible]renda[illegible]. V[illegible] hoc [illegible]fficium præstaret Gregorius, Roberti poten[illegible] AN. 1079

ibi-

A dubitem: quòd is animum eius præferocem grauissimis irritandum pœnis non putaret; cùm præsertim ab hostibus criminis arcesseretur. Ceterùm ea tempestate Adelam Insulani Balduini viduam, & Roberti Frisij parentem matura mors viuis ademit, postquam annos aliquot mira sanctitudine Messinis vitam traduxisset sacras inter virgines. Traditum humo corpus eius in ea Messinensium Monialium æde, quam suis ipsa pecuniis exstruxerat: eique ab Roberto filio magna pompa funebri parentatum est. Tributam ei maximam laudem video, quòd ieiuniis carnem attereret; paci conciliandæ studeret; aduersus omnes mitem se ac benignam præstaret; candore animi tumidas aliorum mentes frangeret; in egenos sacrosque homines profusissima esset liberalitate. Apud Canonicos Insulenses non parum celebris est eius memoria, quòd in partem sacræ dotis census quosdam attribuerit.

Adela Frisij mater è viuis abit.

Iacob. Meyer. l. 3.

Epitaphiū eius apud Oudegh.

Verùm eo tempore non leuis eosdem Canonicos implicuit rixa, & Summo Põtifici fecit obnoxios. Lamberto Insulensi Canonico & Cantori Gregorius Papa Septimus aliquid mandauerat, quod parum eius Collegis placebat: ac ne ipsi iniuriam ei

B quampiam inferrent, per Ingelrannum, cuius iam meminimus, admodum sibi familiarem, his imperauerat. Veiùm quo tempore Lambertus Pontificis voluntati obsequitur, annuente Fulcardo Præposito, in eum Canonici grauiter arserunt: & iniuriis onerantes bonis ipsum omnibus exuere. His de rebus acceptis nuntiis, & Lamberti querelis haud leuiter affectus, ad Fulcardum, eósque Canonicos acerrimas Gregorius litteras scripsit, iisque seuerè increpitis præcepit, vt omnia Lamberto quàm primùm restituerent, nisi pro meritis graui vindicta obrui mallent. Quod enim aduersus eum perpetrauerant, id in suam redundare affirmabat iniuriam: ac ideò strictùrum se in eos Sancti Petri gladium minabatur, si Lamberto sibique facere satis contemnerent; cùm præsertim ipsi specialibus Sedis Apostolicæ gratiis & priuilegiis munirentur. Quod ergo Gregorius imperabat, perquàm diligenter à Præposito & Canonicis factum fuit: quibus criminis veniam eò libentiùs is impertiit, quò vidit Lambertum pro ipsis ardentiùs intercedere. Ceterùm Lam-

Lāberto Insulensi Canonico Gregorius Pontifex patrocinatur.

Lib. 6. epist. 16.

C bertus iis aduersis rebus cùm didicisset diuinam illuc se mentem pertrahere, vt maioribus eius desideriis teneretur, & feruentiori ad virtutes capessendas studio contenderet: nihil reliqui fecit, quo variis animum decoribus ornaret: itáque sensim profecit, vt non modò Insulam, verùm etiam vrbes vicinas magna luce virtutum perfuderit. Sed longè grauius eodem propè tempore fuit facinus, quo vehementem eiusdem Pontificis Gregorij reprehensionem incurrit Robertus Flandriæ Comes. Originem rei paullò altiùs repetam, narratio postulat. Hubertum Taruannenses post Drogonem Episcopum sibi delegerant. Minùs tamen is paullò pòst placuit: ideóque non leuiter vulneratum vrbe ac Pontificatu ipsum ijdem exigunt. Cùm de noui electione Pontificis agitur, Lambertum magno genere natum Ballioli Frisius eius Ecclesiæ infulis ornare contendit. Quæ procul arcerent Episcopali munere, & sacris altaribus, multa hominem fœdauerant, vitæ turpitudo, in Clericos Romanam Synodum adeuntes manus violentæ, ab sacramentis per diras Episcoporum exclusio. Et pugnabant tum Frisij, tum Lamberti conatus libertati, & consuetudini Tar-

Robertus Frisius ob Taruannensem Episcopum iustas Papæ iras incurrit, dū eius causa grauia perpetrat.

Ioan. de Collemed. in vita S. Ioan. Mor. Episc. Gregor. Sext. l. 9. epist. 14.

D uannensium, quibus nixi hactenus Episcopum sibi delegerant. Vt tamen ei sedi imponeretur Lambertus, ambitio, sacrorum contemptus, Roberti petulcacia, & auaritia perpulere. Igitur quamuis acerrimè Taruannenses resisterent, tamen Frisius non parua manu militum septus, Lambertum ab Episcopis sacro imprecationum fulmine afflatis consecratum, Taruannam deducit. Ibi cùm videt ab Taruannensibus ædis summæ fores occlusas, passimque suis conatibus obsisti: vires iungit Lamberto, ad parandum violenter ingressum. Arma, secures, mallei conferuntur. his ianuæ diffringuntur protinus: Christique foribus affixi, & velut introitum vetantis brachium Lambertus conuellit. ita cinctus hominibus armatis in templum denique magno tumultu penetrat. Clericorum sibi aduersantium quosdam vulnerat vehementer, alios in fugam coniicit. Quam latronis modo Ecclesiam intrauerat, etiam armis tueri pergit, auxilium semper ferente Frisio. Quos animaduertit Canonicos opibus præstantes, & alieno ab se animo, eos omnibus primùm bonis

Ioan. de Collemed.

Gregor. d. l.

 euertit,

Lib. 9. epist. 13. & 35.
Ac propiùs abest, quin ab eo excommunicetur.
Greg. epist. 14. lib. 9.

euertit, dein per Robertum tota curat exigi Flandria. Perlati ad Summum Pontificem Gregorium his de rebus nuntij grauem prorsus ei dolorem peperere. Igitur hic auertendo ab Lamberti societate Frisio, binas ad eum litteras scripsit. Verùm parui eas fecit Frisius, & probrosis earum latores contumeliis onerauit. Ergo parum abfuit, quin diris eum Gregorius deuoueret: eùm præsertim suis ipse litteris Ecclesiæ caput læsisset imprudentiùs. Quia tamen mallebat eum benignitate ad officium reuocari, & quæ facta fuerant, longè aliter narrabat, quàm Taruannenses Clerici Romam profecti exposuerant: visum est ei potius noua eum epistola commonefacere; dein alia Cameracensem, Nouiomensem, Ambianensem Episcopos certiores eorum, quæ patrauerant Lambertus, Coméfque, redderet tum etiam eosdem cohortari, vt tandem eò Frisium monitis impellerent, Lamberti consortio ne adhæresceret; huic opem ampliùs ne ferret; expulsos Flandria Clericos Taruannenses suam in sedem reuocaret; suas ipsis fortunas restitueret. nisi enim paruerit, tum denique percepturum Pontificiæ vim potestatis. Sed non priùs sese Frisius ab Lamberti societate diuelli passus est, quàm is tandem secundo pòst anno diuinam sensit vltionem ab Taruannensibus grauissimè multatus. B

Aquicinctense monasterium fundatur.
Chronic. Aquic. l. MS. Aquicinct. Andr. Marchian. l. 3 Chron l. MS. Camer. Eccles. Iacob Meier l. 3. Ioan. Molan. Miraeus
Cōditi huius coenobij vera occasio, eiusque.
Littera Gerardi Episc. Monach. Aquic. in l. MS. Molan. Miraeus.

Intereà loci monasterium Aquicinctinum duobus ab vrbe Duacensi milliaribus distans conditur. Eius primi auctores fuere Sicherus & Walterus, magna viri nobilitate generis illustres, ac multis præditi opibus, & inter auratos equites adlecti. Hos ciues Duacenos nuncupat Massæus; forsan, quòd illuc è vicinis se toparchiis interdū receperint. Haud enim procul ab hac vrbe dynastias habuisse video. Ab vero qui fundati huius celeberrimi phrontisterij originem deducunt, ij litteris mandauere, in ea insula, quam Aquicinctum, vel Aquicinium vetustas nominauit, solitariam duxisse vitam Gordanium. in qua Deum veneraretur, ac precibus operam daret, eum sacram illic ædem struxisse. cùm temporis multum piis intentus exercitiis traduxisset, varia conspicuum virtute in cælos è terris senem euolasse. apud mortales insignem posteà semper eius viguisse memoriam: at successu temporis conditam ab eo ædiculam concidisse. Walterum igitur & Sicherum frequētibus de Gordanio, ciúsque domicilio & sacello sermonibus ad virtutum eius imitationem animos sibi mutuò stimulasse, ac monasterium ibidem ędificandi cœpisse volūtatem. Multum tamen temporis effluxit, priusquam manus operi admouerent. Neque antè quidquā moliti fuere, quàm cōiux Mathildis Sicherum, mater Walterum (ardebat enim vtraque studio vitam piè ducendi, & hos ad idem vrgendi cura stimulabatur) frequentibus monitis impulerint: tum vt sacra erigerent ædificia; tum vt illic cum cœtu Monachorum diuino se manciparent obsequio. Igitur tandem Ansellum Ribodimontium, qui tam virtutibus, quàm claro genere, opibúsque florebat, adeūt. Aquicinienscm ab eo insulam, vicinum arundinetum, & vicum Vedretum impetrant. Cùm Gerardo Cameracensi & Atrebatensi Episcopo agunt, vt donationem Anselli ratam habeat, veniámque concedat exstruendi monasterium. E suis ipsi possessionibus futuro cœnobio quasdam addicunt. Dein animum sibi esse significant illic inter Monachos capessendi religionem, vbi se mundi curis rebúsque nudauerint. Acceptissima hæc omnia pio fuere Pontifici. quæ rogabantur, liberaliter is concessit, insignique cum voluptate vtriusque desiderium & animum complexus est. Et cùm ipse non modò Anselli munera prorsus ab omni seruitute, & onere vendicasset, verùm quædam etiam curialia sacerdotia impertiuisset: sacrum hoc anno diploma conscripsit, tum vt horum virorum sanctam voluntatem, & studia posteritati proderet; tum vt ea, quæ nouo tradebantur monasterio, in perpetuum firmarentur. Ad hæc propensiùs agenda qui Gerardum accenderet, aderat semper Hugo Cameracensis Ecclesiæ Decanus. Hic enim cùm Walteri & Sicheri perspectum haberet desiderium, in vtrumque sic animo paterno exarsit, vt nihil sui erga eos laboris desiderari pateretur. Ergo multus apud Episcopum insistere, vt nouis in dies surgens monasterium muneribus augeret. apud Cameracenses aliósque cōniti, vt de suis aliquid liberaliter impertirentur. de suo ipse peculio affatim proferre. vt iactis fundamentis ædificia ocyùs in altum educerentur, & culmen acciperent, omnem nauare operam. Structis

C (at "lam concidisse")
D (at "omnia pio fuere Pontifici")

Huius loci fundationem iuuit Ansellus à Ribodimonte.
Littera & Monach. cit.

Gerardus Episcopus.
Littera & Monach. cit. l. MS Eccles. Camerac.

Hugo Cameracensis Decanus.
Littera & Monach. citato.

A igitur ad incolendum locis idoneis, Monachorum Benedictini Ordinis cœtus illic congregatus est. In hunc Walterus & Sicherus adsciti, postquam deposito militari cingulo nuntium mundi fastibus remisere. Sancti Saluatoris datum huic cœnobio nomen, eique cognomen Aquicinctino fecit insula. E phrontisterio Hasnoniensi duo euocati Religiosi sunt, qui sacram hic familiam è seitis Beati Benedicti, & sanctorum Ascetarum placitis formarent, ac suis impulsos exemplis Monachos variis religionem, ac virtutes omnes colendi rationibus imbuerent. Horum alter Alardus cuncto gregi præfectus est. Mira morum in hoc eluxit simplicitas, mirus animi candor, & insignis modestia. Cùm foras eum domo necessitas eliceret, & quopiam cogeret proficisci: viliorem sibi equum deligebat, eúmque non tam eleganti fræno, quàm rudi capistro moderabatur. Inter Monachos, vel cùm esset mensæ assidendum, vel dum colloquia sererentur, nihil supra ceteros volebat: quasi de minimis vnus in medio cibum ac potum sobriè capiebat; immixtus aliis sermones cædebat, audiebátque: vt præsulem se oblitus, ac parem ostentans, suo ad virtutem exemplo subditos

B iucundiùs ac suauiùs duceret. Inter salutandum si quis eum manus osculo, genuum complexu, aliáue simili ratione venerabetur: ipsum amoliebatur protinus, adhibita leni priùs reprehensione, quasi hoc sibi minùs competeret, plúsque se patrem, quàm dominum, cuperet haberi. Vix autem conditi huius loci fama fuit vulgata, déque sancto Alardi regimine, & optima Monachorum disciplina sparsi sermones: cùm in eo multi sedem optarunt, pellicientibus præsertim virtutum splendoribus, quorum plurima vis iam inde ab initio semper illic emicuit.

Benedictinos habet Religiosos hæc Abbatia, & nomen S. Saluatoris.

Primus eius Abbas Alardus.

Qualis hic fuerit.

Mirach. antè cit.

Dum eum in modum Aquicinctense surgit, & bono vicina loca perfundit odore religionis monasterium: horrendo tellus motu trepidauit ad secundam noctis vigiliam sexto Kal. Aprilis anno post millesimum octogesimo. E viuis hoc ferè tempore ablatus est Fulcardus S. Petri Insulensis primus Canonicorum Præpositus, cùm annos quinque & viginti eam tenuisset dignitatem, in qua successorem habuit Galterum.

Iacob. Meier.

Monument. S. Petri Insul. Meierus.

C Pergebat interim Frisius Lambertum Morinensem Pseudo-episcopum fauore & viribus adiuuare. Nihílque pensi habebat, dummodo quem semel promouerat, pertinaciter in gradu retineret. Damnatus tamen est anno Christi supra millesimum

AN. 1081. octogesimo primo Lambertus in Gallia iustis Episcoporum calculis, postquam eum Taruannenses eruta lingua, & recisis digitorum extremitatibus depulerant: rursúsque de Pontificis Maximi sententia grauissimo anathemate percussus. Et data Morinensibus facultate nouum sibi Episcopum legendi, in Gerardum probis hominem moribus omnium conspirauere suffragia. Is cùm Pontifici maximo placuisset, nouis ab eo litteris Robertus incessitur; tum vt Lamberti studium deponat; tum vt quem Clerus, & populus Episcopum dixere, suo etiam fauore prosequatur, & sedi admoueri permittat. si enim secus fecerit, suo denique malo percepturum, quanta in peruicaces potestate polleat Ecclesiæ caput. Vt fortasse Lambertum vitauerit, & quem adeò miserè mulctatum videbat, ope destituerit: haud tamen mansuetior in Taruannenses factus est Frisius. Quippe bi adhuc eius metu trepidi non multò pòst in tu-

D tum aduersus sacram eius rapinam D. Maximi corpus Bononiam misere.

Vt Frisius Lambertum Pseudo-episcopum Taruannensem deserat, difficulter impetratur.

Lib 9. epist. 30.

Epist. 1. lib. 11.

Iacob. Meier l. 3.

AN. 1082. Exacto ferè post hæc anno, Balduinus Hannoniæ Comes animaduersa Roberti Frisonis filiæ (neptim aliqui dicunt) nimia deformitate, nuptias eius aspernatus est: ideóque Duacum & eius agrum ex pacto fœdere committi ab Frisio permisit, vt id vtrumque ad pristinam Gallo-flandriæ ditionem reuerteretur. Ita quæ difficulter coaluerat eos inter Comites, rupta est rursus amicitia.

Duacum ad Flandrum redit, & quam ob rem.

Iacob Guis in Annal. Hann. vet. Chron MS.

AN. 1083. Et post breue tempus tota fermè Flandria magno sibi damno, atque exitio suis sceleribus esse cœpit. Laborabatur istic vbique domestica discordia, & armis ciuilibus. nihil vsquam tutum erat: cuncta tumultu miscebantur. passim rapinis, cædibus, & latrocinijs sæuitum est. Quamuis multi conspicua virtute, & doctrina viri, nunc domi manendo, nunc palàm sacris è pulpitis increpitando, ad scelerum pœnitudinem mortales incitarent: pauci tamen ad meliorem frugem, & saniora studia reuocabantur. In eo præsertim enituit Gederici Blandiniensis Monachi labor, qui to-

Mala quædã Flandriam infestant.

Ioan. de Collemed in vita S. Ioan. Morin. Episc. Hariulf. in vita S. Arnulph. Suess. Iacob. Meier l. 1

Iacob. Meier l. 1

ram ferè Flandriam concionabundus obiuit. Cur minùs ad recti cultum multi pertraherentur, Frisij bellum duplex effecit. Is enim nunc foris aduersus nepotem Balduinum (cum quo bella iam recruduerant) copias ducebat; nunc domi contra Ecclesiasticos sæuus, & bonorum Ecclesiæ cupidus insurgebat. Aduersus hos grassandi occasionem inde rapuerat, quòd eorum plerique Balduini partibus (occultè quidam, alij palàm) fauerent. Ergo grauiter ijs infensus, quosdam exilio, nonnullos fortunis, aliquos etiam capite mulctabat Frisius. Sed gnarus eorum Gregorius Pontifex Maximus per querelas Arnulphi Audomarensis Præpositi (quem Frisij metus Romam compulerat) acerrimis Robertum litteris ab hac fœda cupidine deterruit. Qui traderet eas Comiti, Suessionum Pontificem Arnulphum elegit, hominem miræ vitæ sanctitate, & magno animi robore cognitum. Igitur is Insulam ad Frisium venit, tantáque, traditis Papæ litteris, cum arte tractauit, vt quem omnes maximè formidabant propter animi æstum, & vehementiam, magnopere mitigauerit, & ab insana mente reuocauerit. Impetratum posteà iussu Comitis, tum aliorum precibus, vt idem Pontifex Arnulphus vtramque Flandriam lustraret, ibíque dissidijs, & odijs infestos homines partim alloquijs, partim concionibus ad officium & amicitiam reduceret. Quo in opere dum gnauiter laborat, quorumdam simultates, & odia restinxit: alios reconciliari pugnantes aliquorum tristi exitu perculit.

Quæ præsertim ab Frisio profecta.

Quem ideò Papa Gregorius reprehendit. *Apud Lisiard in vita S. Arnulphi. Iacob. Meier. l. 3.*

S. Arnulphus in Flandriam venit ad Frisium. Multis auctor pacis fuit.

A

B

At non tam facilè aduersus nepotem Balduinum æstuans Roberti animus frangi potuit. Haud enim priùs cum eo pacem Frisius composuit, quàm biennium inde effluxerit. AN. 1085.

Cum Hannonio Frisius pacem facit. *Iacob. Meier. l. 3.*

Ac tum iam grata quies fuit armorum Gallo-flandris, quàm bellorum tumultus grauis fuerat. Quòd enim hi Hannonibus proximi consistant, primos ferè semper patiebantur hostium impetus & populationes, ac sæpè à Frisij copijs in hosticum illac proficiscentibus damni plurimum faciebant. Pace tunc igitur firmata, suis è liberis Robertum natu maximum in partem imperij Flandriei Comes adsciuit; eique demandata totius regionis gubernatione, factam in Syriam pergrinationem suscepit. Illuc è Gallo-flandris Gerardum Insulensem Castellanum, & Burchardum Cominiensem toparcham; e Teutonica Flādria nobilium multos deduxit. Verum is dum Hierosolymis sanctā intrepidus ædem subire festinat, vi quadam occulta Numinis foribus arcetur: nec priùs Dei minas auertere potuit, quàm elutis per exhomologesim animi criminibus, redditurum se Balduino nepoti Flandriam promisit. Scribuntque nonnulli, dum supplex Deum veneratur, miris rerum ostentis oculos eius fuisse perstrictos. AN. 1086.

Relicto in Flandria filio Roberto, Hierosolymam peregrinatur. *Idem.*

Quid ipsi Hierosolymis contigerit. *Idem.*

C

Ac tunc mirabile in auibus domesticis, & altilibus portentum id visum, quòd plerique pauones, gallinæ, anseres ingenium siluestre induerint, procúlque sedibus relictis auolauerint. Interea loci Richildis, quæ Balduini Montensis coniux olim fuerat, è viuis abijt. Præclarum in ea documentum reperio præteritas vitæ culpas insigni pœnitudine diluendi. Vt enim quæ per animi ferociam, & habendi cupidinem prius in vtraque Comitatus Flandrici parte peccauerat, voluntarijs supplicijs, ac gemitibus abstergeret: in angustum se monasterij Messinensis locū iam antè abstruserat: varium mendicis obsequium exhibuerat; exesa lepra vilium hominum membra contrectauerat curaueratque; in lectum ad quietem corpus nunquam deposuerat; omni linea veste sibi interdixerat: inedia quotidie membra domuerat; sexta semper feria præter panem gustauerat nihil.

Aues domesticæ siluescunt. *Sigeb. Chron. Meyer lib. 16. Chron.*

Richildis moritur. *Eius Epitaph. Iacob. Meier l. 3. Christ. Mass. Petr. Oudegh. cap. 47.*

Asperrima eius pœnitentia.

D

In Aquicinctensi tunc monasterio promouendis operibus multum Hugo Cameracensis Decanus laboris collocabat, dum formandis Monachorum animis nihil operæ subtraheret eorum Antistes sanctissimus Alardus. Vbi suis templum numeris fuit absolutum: iuit eodem Cameracensis & Atrebatensis Pontifex Gerardus, idque solitis ritibus ac cæremonijs in honorem Iesu Christi, eiúsque beatissimæ matris dedicauit, multo Præsulum, & nobilium virorum adstante numero. Secuti posteà tres anni portentis, ostentisque famam meruere. AN. 1087.

Aquicinctēsis Ecclesia dedicatur. *Auctar. Aquic.*

Primùm Flandria terræ motu ventóque maximo inhorruit, & propter aquarum vehementiam damni plurimum pertulit. In pisces generis omnis diffusa postmodum quędam lues; eorúmque plurimi passim illa correpti, necatique. Ac tunc religiosus Aquicinctini monasterij cœtus insigni perculsus est dolore: cùm ei letho subtractus est Alardus, quem vnà pientissimum parentem, &

Terræ motus, venti, eluuies. *Iacob. Meier l. 3.*

Piscium lues. *Sigeb. in Chron. Meyer lib. 16. Auctar. Aquic.*

vigilan-

A v[illegible]n [illegible] [illegible]ar. Haud [illegible] tamen eius leni[illegible] mœ[illegible] [illegible] qui regimen [illegible] e Be[illegible] mo[illegible] a[illegible] in Ant[illegible]em
An. 1028. A[illegible]is. V[illegible] e[illegible] [illegible]neus per aerem v[illegible]are tertio Kal. Septemb[illegible], [illegible]e [illegible] è lat[illegible]que pro[illegible]ere. Paucis pòst di[illegible]bu[illegible] grauis eius [illegible]tu [illegible] h[illegible] quoru[illegible] c[illegible]pora e[illegible]ripiente sacro igne, quẽ al[illegible] arsuram v[illegible]cab[illegible] na[illegible] al[illegible] pestem. H[illegible] pu[illegible]cè docebat Insulæ D[illegible]e [illegible] La[illegible]bertu[illegible] nac[illegible] ma[illegible]ister Od[illegible] faciebat. Vtrumque pl[illegible] le[illegible] ru[illegible] & [illegible] fama cel[illegible]abat. Sed, vt assolet, propter locorum vicinitatem inter [illegible]pu[illegible] [illegible]a[illegible], [illegible] ex[illegible]rta [illegible] disceptatio, vtri palma doctrinæ deberet[illegible] Lam[illegible]ert[illegible]m, [illegible] Od[illegible]nẽ præferentibus, vt que[illegible]ue am[illegible]r rapiebat. Igitur vt [illegible] facerer Guilbertius Insulensis Canonicus, de quod[illegible]o, que[illegible] ur[illegible]m, & [illegible]m python insederat, quæsiuit curiosius, quam vtri[illegible] [illegible] exam [illegible]tate crederet. Is ita nutibus respondit, vt ma[illegible]um [illegible]eram per sinistræ palmam instar aratri terram scinden[illegible]
B trahens, a[illegible]tum in Od[illegible]nis [illegible]olam intendens, huius doctrinam esse certissimam signi[illegible] Co[illegible]e Lamberto [illegible]uen[illegible], d[illegible]m ad Insulense oppi[illegible]um vertetit, d[illegible] a [illegible]fflauert quasi a[illegible] re[illegible] plurimu[illegible] [illegible] eius vanitati. Quæ vt nullam sanè fidem mereantur, saltem idonea fuere comprimendæ t[illegible] Lamb[illegible], [illegible] [illegible]arorum eius arrogantię; etiam nimis Odonem sannis, & [illegible]ent. [illegible]m curiositatis eius crimen pupugit posteà grauissimè ac mox inuasit etiam [illegible]up[illegible]o nuntium mundo remittendi, & vitæ arctius in monasterio degendæ voluntas. Igitur in Franciam secedens, in aliquod Catalaunensis Episcopatus cœnobium sese penetrauit occultius: tantúmque fructus illic collegit virtutem sectando, vt in Abbatem denique Monachi suum delegerint. Quid Lamberto factum fuerit, non reperio. Quàm prius Odonem morum grauitas, & doctrinæ splendor charum, & mirabilem omnibus fecerant, tam posteà nouum vitæ genus, & maioribus [illegible]lu[illegible]re virtutibus, longè magis commendauit. Quippe lectis de
C libero arbitrio D. A[illegible]ni libris, adeò vehementer vitæ sanctius traducendæ exarsit desiderio: vt, tractis in consortium aliquot discipulis, S. Martini monasterium tot iam annis de[illegible]latum erexerit, vitámque professus monasticam, & Bened[illegible]no tand[illegible] [illegible]egi Præfectus instaurauerit; succedentibus posteà temporibus Cameracensis [illegible]opatus i[illegible]is [illegible]it ornatus, vt posteà memorabimus. In Aquicinctino cœnobio anni proximè præteriti luctum noui [illegible]emitus excepere. Vix enim aliquos ex iucundissimo & sapientissimo Alelmi Præ[illegible]s imperio Religiosi fructus decerpere cœperan[illegible], cum is è ter[illegible] in cælos euocatus est. Vitæ cum magna sancti[illegible]ate hi[illegible] & al[illegible] exactæ præclarum inde ducitur argumentum, quòd non pauci [illegible]tissimis æstuantes febribus, harum ardorem exstingui sensere, dum ad eius sepul[illegible] [illegible]an[illegible]o soluti somno iacerent. Successorem hic Haimericum, ex Atrebat[illegible] phron[illegible]sterio propter virtutem & doctrinam expetitum, habuit.

An. 1089. Dum v[illegible]luitur annus Domini supra millesimum nonus & octogesimus, Rogerius Insulensis Cast[illegible]lanus an[illegible]maduertens Phanopinense monasterium ad nihilum ferè
D concid[illegible]e vel q[illegible]rumdam hominum sacra inuolantium maleficiis, vel socordia, & vi a[illegible]m, vt v[illegible] [illegible]erdos, aut Cleri[illegible] ali[illegible] officio diuino na[illegible] [illegible] indoluit. P[illegible] enim ab eius fundatione [illegible] effloxerant, durumque v[illegible] de[illegible]atur, [illegible]am citò condit[illegible]rem [illegible]perato animorum [illegible] pr[illegible] Igitur ad eius in[illegible] cum Ogiu[illegible] oniug[illegible] animum ad[illegible] tum o[illegible] [illegible]as, & c[illegible], [illegible]res a[illegible]m, & potestatem [illegible]. Et breui tempore perfectum e[illegible] ere[illegible] [illegible]ifici[illegible] illic etiam Canonic[illegible] Clerici colligerentur.
An. 1090. Cùm hos m[illegible]eraretur Ioannes primus eius loci Præpositus eodem Rogerio flagitante, R[illegible]s Fr[illegible]us dip[illegible]ma con[illegible] Insulæ, q[illegible] & libertatem huic Ecclesiæ imper[illegible] & b[illegible] roborauit præsen[illegible]ibu[illegible] q[illegible]mis viris quà dignitate
An. 1092. ecclesiasti[illegible]a, [illegible] prin[illegible]bus offi[illegible]us, & magno g[illegible]nere fulgentibus. Sed paullo pòst inter Comitem F[illegible]um, & vtriusque Flandriæ Cl[illegible]m ingens exorta est con[illegible]o. E[illegible]us [illegible]ginem al[illegible]ius [illegible]au[illegible]m ar[illegible]essam. Mul[illegible]à spera[illegible] in melius per Flandriam

Draco igneus [illegible] Iacob. Meyer. [illegible] Ignis sacer.

Lambertus [illegible] Da[illegible] ex[illegible] pl[illegible] [illegible] Chron. Martini [illegible] d[illegible] bina dis[illegible] [illegible]pitatio qui [illegible]

[illegible] Lamb[illegible] ex Insulensi Canonico fit Religiosus. Herman. in Chron. Martin. MS.

[illegible] deserti, & monasterium S. Martini erigit Tornaci. Herman. in Chron. Martini MS.

Alelm[illegible] A[illegible] Abbas Hai[illegible] [illegible]. Auctar. Aqui.

Rogerius Castell. Insul. Phanopinensi [illegible] [illegible]. Franc. Pet[illegible] in Chron. [illegible] cap. [illegible]

Pe[illegible] scribit Frisius.

Grau[illegible] [illegible] n[illegible] Cl[illegible] corum contenti.

driam restituenda, cum Robertus Comes ab Syria post [illegible] vix labores [illegible] A
deretur. Iam enim palam ferebatur, cum diu [illegible] H[illegible]ly[illegible] templi fuisse
prohibitum ingressu, priusquam animi labes confessione [illegible] sancti promitte-
ret, nepoti redditurum sese Flandriæ Principatum. Dein mira quædam inter oran-
dum oblata, quæ ad vitam in melius mutandam impellerent. Verum [illegible] is
fausto Flandriam regressu [illegible] neque Balduino Flandriæ Com[illegible]
neque mores in melius mutauit. Quædam potius neque iusta, neque [illegible] in-
stituit quorum vnum ipsi quidem toti Flandriæ luctuosum accidit at præcipue
Clericis durum. Fuerat quondam in more positum, vt per [illegible] Sacer-
dotum inter laicos degentium testamentum condere [illegible]
vnus adiret Flandriæ Comes, eorum h[illegible] pecunia, & bonis omnibus poti[illegible] cum
è viuis abirent. Eam consuetudinem vel quorumdam pietate Comitum intermis-
sam, vel obliuione quodammodo deletam Robertus post reditum e Syria vsurpa-
re constituit, eique vt omne sacerdotium parêret, indixit. Mouit ea res magnum in
omni Flandria tumultum. Multi Conuentus habiti [illegible] sunt, v[illegible] B
istud disceptaretur. & publicè obrogarum est Comitis voluntati. Contrà, Clerum
variis & grauibus modis Robertus exercuit. Tandem ad Summum Pontificem ea
côtrouersia de Clericorum sententia perlata est: multisque apud eum vel litteris, vel
legationibus actum, vt Robertum ab instituto auerteret. Vrbanus ea tempestate su-
premum Ecclesiæ tenebat imperium. Is ergo rebus istis omnibus cognitis vt erat
apprimè Ecclesiasticæ cupidus libertatis, & in eos, qui obsisterent, ingentis protius
animi, vehementes ad Frisium litteras dedit, quibus eum à cœpto retraheret. *Ingere-
bat ille principio epistolæ, quanto Dei beneficio contra parentum voluntatem e paruo ma-
gnus, e paupere opulentus, ex humili gloriosus Princeps euaserit, occupato Flandriæ Princi-
patu. in memoriam item reuocabat, ipso Numine præstante haud leuiter litteris, & rerum
variarum cognitione tinctum fuisse, sacrisque religionis Christianæ imbutum mysteriis. Ef-
ficeret idcircò, ne quo in Deum ingrati animi vitio peccaret; eius Ecclesiam magna venera-
tione prosequeretur; in Sacerdotes, Clerúmque omnem profusior, quàm parcior euaderet: ho- C
rum fortunas ne raperet, horum ne possessionibus manus iniiceret, postquam è viuis abi-
erint. caueret omnino huiusmodi cupidinem maiorum consuetudine accendere. Nullum
enim cõsuetudines eiusmodi patrocinium ipsi facturas, vbi ieus coram summo Iudice contre
miscet: qui non vsum se ac consuetudinem, sed veritatem nuncupauit.* Verùm Frisius, his
acceptis Vrbani litteris, de voluntate sua nihil remisit & quod instituto maiorum
faceret, id minimè carpendum esse sustinuit. in damnum nulli vergere, quod longa
roboratum consuetudine vsurparet. Contrà, freti voluntate Pontificis in nouum
Clerici cœtum coiuere. Huic Raynaldus Remorum Archiepiscopus, & tum tem-
poris Flandriæ Metropolita, præfuit. Ibi communi omnes sententia decreuere, ni si
cœptis desisteret, Roberto, & omnibus iis, qui cupidinem eius alebant aqua & igni
interdicendum: tota eius ditione [illegible] diui-
nas. Verùm priusquam eo fulmine percuterent, placuit aliquos [illegible] ad
Frisium legare, qui Patrum ei sententiam aperirent, & priusquam diris in eum im-
precationibus ageretur, ad saniora perducerent consilia. Ii legatis fuerunt Arnul- D
phus D. Aodomari Præpositus, Ioannes S. Bertini Archimandrita, Gerardus Ha-
mensis Abbas, Gerardus Watrenensis Præpositus. Ij Robertum in monasterio D.
Bertini quadragesimalis inediæ tempore animum piis meditationibus percolen-
tem nacti, ab eoque perhumaniter accepti tantum ratione valuerunt, inicctoque
metu anathematis, vt [illegible] a prauo auaritiæ instituto reuocauerint. Igitur ille mo-
rem, quem [illegible] pertinaciter tuebatur, in perpetuum sustulit: & ne quis successo-
rum rursus vsurparet, eam litteris publicis mandauit sententiam. Ita tandem Eccle-
siæ pax reddita, & suæ restituti Sacerdotes libertati testamenta condendi, & patri-
monia, cui vellent, transcribendi.

At secuto proximè anno post acerrimũ ac diuturnum frigus, grauissimasque ven- AN. 1092
torum tempestates, sacer ignis, de quo priùs memorauimus, tota fere Flandria vehe-
menter corpora vrendo bacchatus est: vt plurimam hominum mul[illegible] fœdè
corri-

Dum is verat testari Clericos morientes.
Iacob. Meier. l. 3. Annal. Petr. Oudegh. c. 55.

Pro Clero scribit ad eũ Pontifex Vrbanus.

Nil tamen effecit.
Iacob. Meier. l. 3. Annal. Petr. Oudegh. c. 56.
Igitur in Synodo de Frisio excommunicando tractatur, nisi resipiscat.

Verùm is accepta legatione manus dedit, & prauum morem sustulit.

Sacer ignis in Flãdria [illegible]
Meyerus in Chron. Marion. Iacob. Meier l. 3.

A [illegible] te [illegible] [illegible] ad [illegible] abo, cru [illegible] Q [illegible] aphonu [illegible] d [illegible] e nig [illegible] nem ind [illegible] ex [illegible] onsal [illegible] a'um v [illegible] pe et, [illegible] ab [illegible] ea [illegible] ate [illegible] s, comp [illegible] acie [illegible] v [illegible] n [illegible] e [illegible] ertimo [illegible] bantur [illegible] is horas [illegible] li [illegible] t, [illegible] reme [illegible] ia præs [illegible] nondum vi [illegible] d [illegible] uebantur ad t [illegible] um [illegible] in via, & co [illegible] deficere. [illegible] p [illegible] v [illegible] a [illegible] n [illegible] to, vti [illegible] gi [illegible], [illegible] us ea [illegible] p [illegible] ate mor- [illegible] ta [illegible] c [illegible] q [illegible] tur. placuit tandem diuinæ miseri [illegible] diæ [illegible] e [illegible] a [illegible] ei; vt qui magna fide, & ingenti pe [illegible] a- orum pœn [illegible] sanitatem re [illegible] perarent [illegible] o E [illegible] ælei [illegible] m [illegible] ete Torna [illegible] n [illegible] his in par [illegible] s [illegible] uebantur. [illegible] atr [illegible] ci [illegible] ta est plurimis

B Tor [illegible] ic [illegible] s M [illegible] nu [illegible] Ad B. Virginis ædem ma [illegible] o æg [illegible] u [illegible] mi [illegible] us, v [illegible] es o [illegible] ag [illegible] ti [illegible] cebantu [illegible] g [illegible] au [illegible] is [illegible] nares a [illegible] n [illegible] torquebat. [illegible] um p [illegible] mi a [illegible] s [illegible] cu [illegible] a [illegible] p [illegible] s [illegible] anitate. Quibus [illegible] am [illegible] cu ratio [illegible] a [illegible] i de te [illegible] s eiecti, ad ædem S. Martini nuper [illegible] ratam confu [illegible] bant eius [illegible] iui aux [illegible] flagitaturi. Neque p [illegible] pater a [illegible] qu [illegible] s spe sua fru- strabatur, [illegible] nus sanos domum remittebat. Ecclesiam Tornacensem eo te [illegible] d [illegible] ater [illegible] a [illegible] s. Is cum [illegible] deret maximam hominum multitu- dinem n [illegible] m [illegible] s eo m [illegible] g [illegible] e g [illegible] r affict [illegible] r [illegible] multáque interim circa corporis [illegible] ltum, & aliis in rebus a Tornacensibus peccari non leuiter. prolixum [illegible] h [illegible] s de grauitate flagitiorum, & animorum expiatione, corrigendique mori- [illegible] habuit. Ita penitus refactis mentibus, vltra mille iuuenum ad melio- ra ve [illegible] enter a [illegible] irantium luxu [illegible] ian [illegible], & calamistratos [illegible] ines (tunc enim [illegible] omas

C a [illegible], & ferro cri [illegible] an [illegible] studio magnopere iuuentus ardebat) totondit; dein v [illegible] xum in t [illegible] am de [illegible]. entes resecuit. tantam fe [illegible] æ sextæ inedia [illegible] in [illegible] xit, v [illegible] as ap pe [illegible] s ante noctem aliq [illegible] [illegible] is a [illegible] Herac [illegible] & [illegible] s [illegible] ad c [illegible] [illegible] tionem instituit quam omnes celebrarent [illegible] dis pe [illegible] [illegible] o [illegible] m pignoribus, [illegible] ligno Dominicæ Crucis, [illegible] an [illegible] o [illegible] e [illegible] d [illegible] n [illegible] s r [illegible] s non [illegible] c [illegible] ter [illegible] g [illegible] N [illegible] e [illegible] s [illegible] o [illegible] a [illegible] pet [illegible] ata est. C [illegible] ius [illegible] en [illegible] fi [illegible] memoriam qu [illegible] a [illegible] nimum [illegible] ci [illegible] animis in [illegible] erit e [illegible] dem die magna supplicatium celebritas, & [illegible] n [illegible] o c [illegible] rcumuentium [illegible] ocessio: ad quam olim tanto numero è [illegible] a [illegible] a [illegible] m, vt fre [illegible] te cer [illegible] m pr [illegible] p [illegible] mi [illegible] a vrbis mœnia simul [illegible] interque confertissimam turbam non pauci obtriti mor- te [illegible] erec. H [illegible] ur animaduer [illegible] o clementissimi Numinis, & Deiparæ Matris [illegible] : [illegible], a [illegible] nu [illegible] nc [illegible] læ, a [illegible] quos etiam ea lues grassa-

D [illegible] s st [illegible] e [illegible] t, [illegible] que Dei op [illegible], & V [illegible] a [illegible] æ a [illegible] u [illegible] lu [illegible] lic [illegible], & al [illegible] a is ieiunio corporibus [illegible] r- [illegible] vn [illegible] n [illegible] u [illegible] n. N [illegible] tamen iis diui [illegible] us concessum; co [illegible] e [illegible] t [illegible] p [illegible] o [illegible] si [illegible] ardorem [illegible] in- [illegible] a B. V [illegible] am in [illegible] um [illegible] templo [illegible] p [illegible] uam, a [illegible] en [illegible] s negata est [illegible] us membrorum curatio. Vbi ta- [illegible] a [illegible] rp [illegible] iu [illegible] etiam pl [illegible] ue [illegible] o [illegible] t [illegible] er [illegible] a [illegible] m [illegible] ua Rictru [illegible] is pri- [illegible] e [illegible] aux [illegible] o [illegible] u [illegible] n ias [illegible] ic in monasterio restitu- [illegible] v [illegible] r [illegible] est ben [illegible] m [illegible] n [illegible] hominum flu [illegible] us [illegible] uere vel [illegible] m, v [illegible] tes n [illegible] e [illegible] ac p [illegible] n [illegible] ste [illegible] p [illegible] m [illegible] q [illegible] Re [illegible] o [illegible] a [illegible] preces conci [illegible] e [illegible] nt [illegible] a [illegible] atam [illegible] os semper a [illegible] ca [illegible] e [illegible] btantæ valetu- nis

gent [illegible]

VVe [illegible] tempor. ab [illegible] Vrsper gens. in [illegible] Meer. l [illegible] mirac. S. R [illegible] cap. 16.

A [illegible] ex- [illegible] edia di [illegible] nitus [illegible] cessa

Tornaci B. Virgo, & S. Martinus aulcis salutem [illegible] ere.

Herman in Chron l. i mirac. S. Ricthrud. c. 16

Quid ad hoc ignis malum auertendum fecerit Tornaci Radbodus

Herman in Chron. Martin

[illegible] tio S [illegible] licatio- [illegible] orna- [illegible] is.

Herm. Missel.

[illegible] o m c [illegible] quens [illegible] e.

Chron. Tornac. [illegible] Æ[illegible]id. le [illegible] n [illegible] Martin [illegible]

Herman. in Chron. lib [illegible] mirac. S R[illegible] cap 26.

S. Rictrudis [illegible] o [illegible] l [illegible] s p [illegible] l [illegible] r Martinus.

Lib 1 in rec. R[illegible] 6

[illegible] Can[illegible] nici, cust[illegible] [illegible] ctatis, [illegible] mas [illegible] re & m[illegible]nibu[illegible] [illegible] B

[illegible] Sanguine [illegible] patefactum [illegible]

[illegible] Dum [illegible] gentur [illegible] ad [illegible]

Dum ij Deus mortales p[illegible] tardus Ca[illegible] & A[illegible] C

[illegible] propter in sign[illegible] [illegible]

[illegible] adu[illegible] D

[illegible] non p[illegible] aux[illegible] [illegible]

A cul ab vrbe eijcerentur, qui iureiurando profiteri recusarent, nullis se vel nuntijs, vel epistolis causam Manassis apud Cæsarem impediuisse. Hæc dum per multos menses fiunt Cameraci, Atrebatenses Canonici feliciter id perficiunt, quod iam animo diu voluerant. Apud Summum Pontificem Vrbanum ij scilicet occultè queruntur, magna se iniuria sub Cameracensium iugo & seruitute opprimi: cùm aliàs ipsi suum habuerint Episcopum, ab eo perquàm suppliciter concedi postulant, vt peculiarem sibi legant Antistitem, qui prorsus à Cameracensi Episcopo distinctus antiquis suam iuribus Ecclesiam moderetur. Perfacile fuit apud eum hæc persuadere, qui iam à multo tempore Cameracensibus erat infensus. Quippe non leuiter Vrbanum Cameracenses Henrico Cæsari acerrimo Romanæ Ecclesiæ hosti, & anathemate perculso fauentes, offenderant. Itaque vt eos insigni pœna comprime- AN. 1093. verius, quā 1094.
ret, Atrebates à Cameracensis Pontificis regimine auulsit: & non modò veniam eis concessit, verùm etiam omnino mandauit, vt quem cuperent, proprium Ecclesiæ suæ dicerent Episcopum. At enim postquam hac de re fama latiùs increbuit, Vrbani B voluntati per multos dies magnoperè à Cameracensibus obrogatum est, annitente præsertim Raynoldo Remensium Archiepiscopo. Neque diu pòst Remos Synodus euocatur, vt conatus Atrebatium frangantur. Sed longè aliter euenit, quàm Raynoldus, & Cameracenses sibi promiserant. Quippe cùm iussisset Raynoldus ex voto Cameracensium, è Canonicis Atrebatensibus, & Cameracensibus aliquos illuc adire, qui causam Ecclesiæ suæ dicerent: Atrebatensium tantus in dicendo ardor fuit, vt optimis pro causa sua propositis rationibus mirè Synodum affecerint; cōtrà, Gualcherus pro Cameracēsibus frigidè admodum orauit. Sed quamuis ratio Atrebatibus suffragaretur; quia tamen minùs placebat peculiarem eis Episcopum dari: nihil de causa hic pronuntiatum est: ad Summum Pontificem tota transmissa est controuersia; iniunctúmque vtrisque partibus, vt coram illo, missis Romam legatis, causam denuò ventilarent. Iuere ad Vrbem Clerici duo Atrebatium nomine. Nullus è Cameracensibus eodem profectus. Quòd hi iam minùs ardenter age- C rent, ac Sedis Apostolicæ metu constringerentur, quidam id factum arbitrantur. Itaque Pontifex Maximus secundùm Atrebates sententiam pronuntiauit: moxque ad Raynoldum Remensem Archiepiscopum litteras dedit, quibus & suam significabat voluntatem, & eidem seuerè mandabat, ne quam ipsis Episcopum lecturis molestiam pareret. Ab eodem alijs instructi litteris Atrebates domum rediere. Vulgata igitur Romani Pontificis sententia, diem dicunt Canonici Atrebatenses habendis ad creandum Antistitem comitijs. Ex Insulensi Canonicorum D. Petri Collegio tres viros pietate ac prudentia insignes euocant, Lambertum Cantorem, Clarembolduin, & Lambertum Cominiensem, qui eonsilijs electionem adiuuent. Conuētum sexto Idus Iulij (Dominicus dies is erat) in æde maxima S. Virgini sacra. Ibi plurima hominum circumstante frequentia, in Lambertum Insulensis Ecclesiæ Cantorem, eque Comitum Gisnensium familia ortum, ac omnibus Episcopo dignis virtutibus instructum, collata sunt suffragia omnia. Et mox ideò mirum certamen exortum. Quippe Lambertus omni modo electorum se sententijs opponere; ne D Pontificijs decoribus ornaretur, admodum reniti. non eos esse sibi humeros, qui tantum ferrent onus, asserere: nulla se præditum virtute, nulla imbutum scientia, quam is Ecclesię gradus deposceret. Ex aduerso, Clerus, & populus vim hominí sanctam intendere, notas sibi vires eius, perspectásque Pontifici consentaneas dotes vociferans. velit, nolítue, subeundum ipsi onus; capessendam diuinitus impositam dignitatem. Igitur pla coactus violentia, votis omnium subscribit Lambertus, & iniectum sibi onus tandem suscipit. Sed quantum Atrebates ea Præsulis electione voluptatis hauserant, tantum posteà mœroris ab Raynoldo Remensium Præsule acceperunt. Is enim bis per litteras inuitatus, vt Lambertum Pontificijs vestibus indueret, sacróque illineret oleo, suam postulantibus opem bis negauit: seu molitionibus occultis auerterent Cameracenses, siue Atrebates ipse contemneret. Ad quem hi respicerent, nullus prærer Pontificem Maximum occurrebat. Igitur compulsi auxilium ab eo flagitare, Odonem Cantorem, & Ioannem Diaconum Romam mit-

Atrebatenses veniam impetrant proprium legēdi Episcopum. *Lib. ms. Camer. And. cas. Martian. Chron l. 3. Epistola Vrbani M. ß. Meier. alij.*

Ijs se Cameracenses, & Raynoldus Remēsis Archiepiscopus opponunt. *Lib. ms. Camer. varia littera Vrbani & Atrebatens. vide Locr. in Chron.*

Pergunt tamē ij ad electionē Episcopi: *Littera Capit. Atreb.*

Monumēt MSS. Eccles. Atrebat. & LAMBERTVM suum nuncupant Pontificem. *Lib. ms. Camer. Littera Vrbani. Canonic. Atreb. Tabula Eccles. Atreb. Auctar. Aquic. Andr. Mart. M. ß. Meier. Locr.*

Quem Raynoldus Remensis Archiepiscopus consecrare recusat. *Littera Vrbani, & Cleri Atreb.*

tunt

tunt alterum è duobus postulatum, vel vt Raynoldo Lamberti coniectationem præcipiat, vel hunc ipse Romam accersitum sacris verbis, ac cæremoniis Episcopum inauguret, sanctáque ornet infula. Dum hi Romam ad Pontificem proficiscuntur, Flandriæ Comes Robertus Frisius de bello aduersus Anglos suscipiendo varia init consilia. Iam enim illi trecentarum argenti marcarum tributum pendere contempserant, cuius in perpetuum Flandriæ Comitibus soluendi fidem iuramento constrinxerat Guilelmus, quem socer eius Balduinus Insulensis è Duce Normanniæ Regem Angliæ armis fecerat. Verùm his rebus intentum & nono Kalend. Octobris defectus solis perculit, & quarto Idus eiusdem mensis repentina mors abstulit Casleti. Data plerisque occasio arbitrandi tam subitò, ac tam tristi genere mortis abreptum fuisse, ob inuasum per iniuriam nepotis imperium, idémque post eiusdem cædem retentum, & violenter aduersus Ecclesiasticos administratum. Eius corpus Casleti in ædem S. Petri, quam Canonicorum Collegio, & censibus opimis ornauerat, illatum fuit pompa non vulgari, multo clero, multáque nobilitate Flandriæ parentantibus. A B

Robertus Frisius vitis eripitur.
Ioan. Iper. in Chron. Iacob. Meier. l. 3. alij.

ANNALIVM GALLO-FLANDRIÆ

LIBER QVINTVS.

ROBERTVS HIEROSOLYMITANVS fit Flandriæ Comes.
Sigeb. Chronic. in excep. Lipsij. Ioan. Iper. Iac. Marchant. lib. 2. Fland. alij
Iac. Meier l. 4. Iac. Marchant. d. l.

IGITVR Frisio hunc in modum è viuis sublato, liberorum eius natu maior Robertus Flandriæ Comitatum capessit, quem à bello pro Hierosolymis in Palæstina gesto nunc Hierosolymitanum, nunc Principum fortissimum veteres vocauere. Clementiam Callisti Secundi Romanorum Pontificis sororem matrimonio sibi iunxerat. Et partim inde, partim ab insigni virtute famam sibi comparauerat: vt iamdiu regimen eius Flandri expeterent. Dum itaque lætis omnibus init Flandriæ Principatum, eiúsque præcipuas vrbes adit, in Aquicinctino Monasterio felici morte vitam clausit Hugo S. Mariæ Cameracensis Decanus. Quæ celebrem eum fecerint, permulta sunt. Huius Asceterij peristylium, porticum, destinatum dandis eleemosynis locum, B. Mariæ Virginis sacellum condidit, ac pleraque alia Religiosis impertitus est munera. Cameraci summi templi claustra, vestibulum, S. Gengulphi ædiculam struxit. Diu carnis esum sibi interdixit, diu corpori quietem nocturnam capienti plumas substernere negauit. Vbi se sensit vltima percussum infirmitate, in Aquicinctensi Phrontisterio religiosum induit habitum, vt eos inter Fratres iucundiùs vitam poneret, quos viuens ardentissimo fuerat amore complexus. At Romę apud Pontificem Maximum res Atrebatium ex animi sententia succedunt. Quippe Vrbanus horum accepta legatione, per litteras Archiepiscopo Remensi Raynoldo seuerè admodum mandat, vt intra mensis vnius spatium post Atrebatensium legatorū reditum, in Pontificem vngat Lambertum, aut si quid difficultatis grauioris opponatur, salrem intra id tempus eumdem Romam trāsmittat, sanctis illic cæremoniis consecrādum. Ad Lambertum verò in hūc idem scripsit modum: vt Remos ad Raynoldum adiret extemplò, si consecrationem ab eo minimè extorqueret, Romanum iter quàm citissimè ingrederetur id ab se impetraturum Romę, quod Remis esset negatum. Acceptis Vrbani mandatis C D

Hugo Cameracensis Decanus Aquicincti moritur.
Eius epitaph. Auctar. Aquic.

Vrbanus Raynoldo mādat, vt Lābertum Atreb. Episc. consecret, aut mittat Romam.
Littera Vrbani monumēt. mss. Atreb. Eccles.

A daus paruti confestim Lambertus. Verum postquam Remos peruenit, haud magis placatum nactus est animum Raynoldi, quàm antea senserat. De consecratione nihil potuit impetrari, tantùm extorta est ad Pontificem Maximum epistola. Igitur Lambertus Atrebatensium Canonicorum litteris instructus vnà cũ Odone Atrebatensis Ecclesiæ Cantore, Achardo Scholarum Magistro, & Canonico, Albiniacensi Præposito Drogone, ad Papam Vrbanum iter capessit: Romámque ingreditur paucis ante vernum ieiunium diebus, postquam supra millesimum quartus & nonagesimus Christi annus iniuisset. Quàm gratus hospes adueniret, multis patefecit Pontifex Maximus. Primo enim congressu abiectum humillimè ad pedes illico subleuauit, & lætissimo vultu exceptum amicissimè complexus est. Eóque plus in eum hausit amoris, & beneuolentiæ, quò plùs sensit per animi demissionem Episcopales infulas horrere, ac refugere. Igitur paternis, blandísque sermonibus erectum, iussúmque forti animo esse, & quod Numen onus imposuerat, alacriter subire (cùm multa diuinitus accepisset tanto muneri consentanea) sacro imbuit oleo, & Episcopalibus induit

Quòd nollet eum Raynoldus consecrare, Romam Lambertus proficiscitur.

Monumét. MSS. Eccles. Atrebat.

AN.1094.

Ibi perhumaniter excipitur.

Ioan. de Colle-med. in vita B. Ioan. Morin.

B ornamentis in nouo S. Mariæ templo benè precatus. Et quò plus ei vel apud Canonicos Atrebatenses amicitiæ, vel apud omnes Ecclesias Metropolitæ Remensi subiectas auctoritatis accerseret: in Atrebatensem Ecclesiam eius gratia pleraque contulit priuilegia; & ipsum in tota Remensi prouincia Pontificis Romani iussit esse Legatum: ad vltimum variis eum litteris Archiepiscopo Raynoldo, eiúsque suffraganeis Episcopis, Roberto Flandriæ Comiti, ac plerísque aliis Principibus viris plurimùm commendauit. Erat verò tempus, quo hæc gerebantur, viam facientibus grauiter infestum. quippe pluuia sex mensibus ab Octobri in Aprilem fœdissimè cælo defluxit: exortáque mox pestis atrocissima, quæ plurimos vbique homines absumpsit. Factum inde forsitan, vt non prius ad reditum sese accinxerit Lambertus, quàm imbrium fluxus coërcerentur Aprilis initio. certè quas per eum litteras ad Flandriæ Comitem Robertum misit Vrbanus, secundo Kal. Aprilis scriptas fuisse comperi. Igitur cùm eo ferè tempore actis Pontifici Maximo gratiis, multa refulgens gloria, Lambertus ad suos reuersurus iter fuerit aggressus, ipso Pentecostes die

Et ab Vrbano vngitur, ac priuilegiis ornatur.

Littera Vrbani. M. numét. MSS. Eccles. Atrebat.

Pluuia diuturna.

Iac. Meier. l. 4.

Pestis magna.

Sigeb. Chronic.

C magno Canonicorum gaudio populíque plausu Atrebatum inüt. Vix breuem ibi quietem ceperat, cùm ad sui muneris curas & labores animum incitauit ardentiùs. Vt nihil non ingens, & præclarum ad commissarum sibi ouium vtilitatem moliretur, duo præsertim adigebant, natalium nobilitas, & virtutis excellentia. Genus ab ipsis, vt diximus, ducebat Gisnarum Comitibus magnum & vetustum: ideóque animi plurimum ad capessendos insignes labores, & perfringendas generosè difficultates traxerat. Neque paruum ei natura virtutum amorem insceuerat, quem aluit magnopere exacta sub Iuone Carnotensi iuuentus. Haud enim apud eum minùs animum virtutibus excoluit, quàm imbuit mentem sacrarum studio litterarum. Igitur intra muros Atrebatenses primus eum labor exercuit. Ibi concionibus eius, alloquiis, exemplo ad virtutem multis animus exarsit; praui mores plerique sublati. Dum ciues è suggestu doctissimè pariter, ac feruentissimè ad rectè viuendum hortaretur: adeò cunctis placuit; vt sæpè voces auditæ sint secundè

Atrebatum solemniter ingreditur.

Ferreol. Locr.

Ad componẽdam diœcesim sese accingit.

Tabula Atreb.

Ioan. de Collemed. in vita B. Ioan. Mor.

Atrebati quid fecerit.

Gaz. Locr.

D admurmurantium, ac profitentium, diuina prorsus clementia insignem datum sibi Pontificem. Extra vrbem diœceseos fines obeunti posteà molestiæ plurimum, & grauissimarum curarum affatim obiectum. Neglecta iamdiu fuerant pleraque loca; ideóque passim homines flagitiis irretiti tenebantur, & malarum consuetudinum vis ingens coaluerat. Itaque tametsi multo ardore incolarum crimina pro concionibus incesseret, corriperétque; dein pertinaci labore ad improbos mores obruendos incumberet: parum tamen ex animi desiderio tam gratum sibi, iámque vtile subditis negotium promouebat, quòd vnus tantæ prouinciæ non sufficeret. Aduocandos ergo censuit tam grandis, grauísque socios operis. Duos eius diœceseos ex veteri partitione Archidiaconatus Pontifex Maximus constituerat, Atrebatensem, & Ostreuandensem. Quibus horum curam ad mores corrigendos, efformandósque animos committeret, Lamberto attentiùs secum reputanti duo præ ceteris arrisere, quos diu Insulæ arctissima coluerat amicitia, & quos multa præditos

Quid extra vrbem eam.

Ioan. de Collemed. in vita Ioan. Mor.

In Archidiaconos Claremboldum & Ioannem eligit.

Ioan. de Collemedio in vita B. Ioan. Mor.

virtute,& prudentia cognouerat. Erant hi Ioannes,& Claremboldus insignia Col- A
legij Canonicorum Insulensium lumina. Igitur cum eos in partem laboris vocare,
& Archidiaconos dicere intenderet, animos eorum per litteras tentauit. Clarem-
boldum impellere minimè fuit difficile,cùm adhuc Insulæ Canonicos inter ageret
nullo districtus officio; & satis per se euperet curas, studiáque saluti hominum im-
pendere. Apud Ioannem plus laboris consumptum,vt minis etiam agere fuerit ne-

Ioánis patria & genus.

Ioan. de Collemed. in eius vita.

cesse. Is natus fuerat Watnestuni non ignobili ad Lisam municipio, tribus ab Insula
leucis. Quòd eius parentes clarum genus, & magna virtus nobilitarent, ipsum à
pueritia studiis liberalibus percoli, sacrísque litteris ad comparandam virtutem &

Studia & virtus.

sapientiam efflorescere voluerũt. Sacri studij cum Lamberto moderatorem habue-
rat Iuonem, qui Carnutum vrbi Pontifex præfuit; è cuius schola non minùs probis
præstans moribus,quàm scientia clarus euasit. Annis maior in Collegium Canoni-

Dũ esset Canonicus Insulensis, qui se gesserit.

corum D. Petri Insulæ ascitus est Comitis Flandriæ voluntate,quò plus ab eo cla-
ritudinis illud acciperet. Et respondit quàm maximè Comitis desiderio. Quippe
tanto virtutum splendore in dies magis ac magis illuxit,vt plurimam in omnibus B
sui admirationem exciuerit. Quæ frequenter ab Comite,vel aulicis spectacula præ-
bebantur,ipse semper vitare; & cùm forsitan illic dabantur, quà domo ad templum
eunti necessarius erat transitus, oculis auersis ocyùs ea præterire,ne quid vanitatis in
animum irreperet. corpus frequenter inedia,& castigationibus comprimere. conui-
uiorum luxibus,& tumultibus abstinere. nusquam iucundiùs,quàm sacra in æde,vel
musæo, versari. cùm magna hic voluptate libros peruoluere; illic diuinis laudibus
& precibus operam dare. nullum, quàm de rebus diuinis ac cælestibus, sermonem
auidiùs admittere. Vbi verò satis animaduertit, aduersari plurimùm vitæ suæ in-
stituto Insulensis oppidi frequentiam,ac dissimilem aliorum viuendi rationem: no-

Insula relicta in monasterium Eligianum sese abdit.

uum genus vitam sapienter, & quietè traducendi arripuit. Certus enim cùm esset
Canonicos Regulares in monasterio Montis Eligiani, duobus Atrebato passuum
millibus dissito,ex D. Augustini placitis iucundissimè & sanctissimè degere: abdica-
tis sæculi rebus omnibus, ad eos occultè se contulit,eórúmque Antistiti Ioanni ob- C
tulit intra domesticos parietes religionis rudimentis,& asperiori disciplina forman-
dum. Igitur illic non modicum tempus transegerat, multísque ad maiora virtutum
studia capessenda exemplo suo stimulos fixerat: cùm Lambertus eius consortium,
& operam desideraret maximè. Verùm quietis,& dulcissimæ contemplationis vo-
luptas eum adeò perfuderat: vt nihil inuitamentis Lamberti, nihil precibus conce-

Cùm frustrà fuisset inuitatus, vt Archidiaconatum susciperet, ad eum quodámodo à Lamberto cogitur.

deret; nihil veteri donaret amicitiæ. Neque plus efficiebant, vt eo de loco ad labo-
rem extraheretur, iniecti graues scrupuli de abstruso parum prudenter talento, &
inerti secessu: cùm eius operam flagitaret Ecclesiæ necessitas. His ergo frustrà tenta-
tis, ad vim Lambertus conuertitur. Suberat eius potestati monasterium illud, vbi
Ioannes adeò pertinaciter latebat. Vt itaque demum hunc inde extrahat, omnibus
ibi degentibus diuinis laudibus, sacróque interdicit officio. Puduit tunc Ioannem
tam grauibus alios pœnis secum inuoluere; & mox victas Lamberto manus dedit,

Dum in vrbibus laborat Lambertus, in pagis Archidiaconi, multũ fructus colligitur.

impositámque sibi Archidiaconi personam suscepit. Inde paucis diebus per Lam-
berti diligentiam, Ioannísque & Claremboldi labores, non parua morum in tota
diœcesi facta est mutatio. Cùm enim vrbes colendas sibi Lambertus sumpsisset, ita D
partitus est curas aliorum, vt Atrebatensis prouinciæ pagos Ioannes, Ostrouandiæ
Claremboldus, nauabundi operam animis obirent. Vbi lætos his de fructibus nun-
tios Iuo Carnutensium Pontifex accepit: nihil habuit antiquius, quàm vt cha-
rissimo gratularetur discipulo suo, eiúsque animum litteris ad toleranda fortiter
omnia, quæ laborantibus Christi causa Episcopis grauia obueniunt, erigeret. Et va-
luit multùm amicissimi hominis adhortatio, vt nihil vnquam Lambertus de animi

Vrbanus Pontifex in Franciam venit.

Sigeb. Chron.

Claromontanam Synodũ habet pro

magnitudine remitteret, vbi virum aduersa deposcerent. Venit paullò pòst in Fran- An. 1095.
ciam Vrbanus Pontifex Romanus, quamuis regnum aliásque ditiones ingens fames
affligeret, multíque pauperum agmine facto ditiorum ædibus flammas inijcerent,
eorúmque fortunas diriperent; ideóque parum tuta essent itinera. Præcipuum hic
opus eius Claromontana Synodus fuit eò potissimè coacta, vt sacros viros, ac Prin-

cipes

A cipes ad bellum in Palæstina Turcis inferendum accenderet. Fuerunt illuc cum reliquis Galliarum Præsulibus Lambertus noster, & Gualtherus recens Cameracensium renuntiatus Pontifex. Et quoniam in eo cœtu nobilissimo plerisque aduersus Lambertum frementibus, etiam nonnulli Papam Vrbanum ausi sunt reprehendere, ob datum Attrebatibus Episcopum: is Lambertum & Gualtherum causam suam omnibus palàm iussit defendere. Acriùs multò veriúsque dixit Lambertus, ideóque ex Pontificis sententia palmam obtinuit, & perpetuum de Atrebatensi Episcopatu indictum est Cameracensibus silentium. Noluit verò Claromonte Lambertus discedere, priusquam scriptos in ea Synodo Canones in codicem suum referret, vti postmodum ex iis subditum sibi populum moderaretur. Et nisi hanc ille diligentiam adhibuisset, ij prorsus perierant, cùm nusquam fuerint reperti posteà. Vix domum idem reuenerat, cùm grauis eum labor exercuit, hominum sacro igne laborantium turba opem malo suo continuis precibus & gemitibus in D. Virginis templo efflagitante. Ea quippe pestilitas vehementer eo tẽpore Atrebates torquebat, quam paullò

B antè vidimus alibi grassatam. Quòd nullum medici remedium afferrent, ad implorandum Deiparę matris auxilium plurimi vertebãtur. idque propter quotidie nunc centum, nunc plures etiam ad dicatum ipsius nomine tẽplum maximum delati sunt. Eos ergo piissimus pater Lambertus cùm videret adeò cruciari, non parua ipsorum tangebatur commiseratione. Hos ipse frequenter ad tolerantiam verbis erigere; eorum deusta mẽbra inspicere, & contingere leniendis doloribus; non paruam egentibus stipem erogare; multis pro ipsis apud Deum, Christique matrẽ precibus insistere: omnino nihil eorum omittere, quibus aliquo esset miseris solatio. Eò tamẽ præcipuo labore ferebatur, vt mentes eorum per confessionem fœda criminum lue liberaret. Hisne paternæ charitatis officijs ei malo diuinitus remedium impetrauerit, nõ ausim asserere: illud tamen certissimum habeo, datum cælitus ipso spectante munus præclarum, vnde plurimis sacro igni ardentibus sanitas restitueretur. Cùm enim aliquot iam diebus non modò ipsis operam dedisset; verùm etiam alijs nondum ea

C correptis pestilentia, quos mortis metus ad euomendum conscientiæ virus impulerat: mirabile quiddam & insolitum prorsus contigit. Grauissimis dissidebant odijs citharœdi duo Itherius & Normãnus, quorum hic in oppido Diui Pauli, in Brabantia ille consederat. Simultatis causam præbuerat occisus ab Normanno Itherij frater, dum fortè rixantur, & vindictæ pertinax Itherij animus. Vt hos igitur in veterem reuocaret amicitiam, vnáque exstinguendo corporum ardori remedium concederet; eadem vtrique nocte somnum domi carpenti adeò dissitis locis sese videndam obtulit candido habitu Christi parens. Eius oratio tunc fuit, vt Atrebatum certo die concederent; ibi certiorem facerent Episcopum, ab se per visum monitos viam cepisse; proxima se nocte ipsis cum Episcopo ædem intra vigilantibus, & precantibus è cęlo affuturam, Cereúmque ardentem, cęleste munus, daturam, cuius guttis in aquam distillaris præsentissimum ægris remedium afferatur. qui enim eo de latice biberint, haud dubiè sanandos extemplò. Dicto die Normannus cælorum Reginæ verbis impulsus, prior Atrebatum venit, & quæ viderat, audieràtque, Lamberto

D cuncta ex ordine narrauit. Verùm ille nullam dictis fidem adhibuit, postquam eum citharæ pulsu, cantúque vitam tolerare accepit, ne fabulam obtruderet, subeunte animum suspicione. Aduenit paullò pòst Itherius: & cùm eadem retulisset, etiam ab Episcopo repulsam passus est, eodem imposturæ metu stimulante. Vbi tamen ad Normanni nomen Itherium grauiter arsisse vidit Lambertus, & mox vindicandæ cædis fraternæ causa, necem ei minitari percepit: non obscurè tandem deprehendit, aliquam ijs, quæ vterque narrauerat, subesse veritatem. Igitur Itherium confestim aggressus idoneis ad vindictam ex animo demendam sermonibus, id demum perfecit, vt erasis odijs crimen Normanno remitteret. Et vocatus subinde Normannus, iniecta de conciliandis animis oratione, iussus est Itherium arctissimè complecti, veniámque sceleris admissi petere. Eum in modum sublato dissidio, vtrique peccata per exhomologesim depromẽti aures præbuit Lambertus: dein tempus aliquod eorum dolori & lachrymis concessit, indictis in vesperam vsque ieiunio & precibus.

Margin notes: terræ sanctæ recuperatione. — *Bertoldus.* — Vbi causam suam contra Cameracẽses tuetur Lambertus, Ideoque silentium ijs indicit Vrbanus. — *Codex vet. & ms.* — Canones huius Synodi exscribit Lãbertus, & secum defert Atrebatum. — *Vide Baron. nu. 11.* — Atrebatũ reuersus igniariæ lue ardentibus dat operam. — *Lib. vet & ms.* — De duobus citharœdis coram Lamberto reconciliatis, deque Cereo per B. Virginẽ ipsis dato sanandis corporum ardoribus, narratio. — *Lib. ms. Atreb. Epitaph. Lamberti. Inscriptio Atrebat. Ioan. Iper. Molan. Massæus, Miræ. Gazæus, Locr. qui tamen de tempore non parum inter se discrepant. Cur hic ponam, alibi rationem reddo, cùm de Sancto Gallo flandria ago.*

Tandem

Tandem ingruentibus noctis tenebris, ad cœnulam eos domum idem inuitat, ipsísque pauxillum panis & aquæ proponit, haud alio ipse vsurus opsonio potúque. Itur inde ad templum, ibique ab his tribus partim pijs colloquijs, partim precibus nox ducitur. Dumque ardenter flagitant pijssimam Dei matrem, vt promissorum fidem exsoluat; ea protinus magno circumfusa splendore, ab summo ædis cunctis videntibus descendit, inque manus Itherij & Normanni Cereum lucentem deponit, quem ipsa de cælo attulerat: ijsque blanditer incitatis, vti, quæ priùs mandauerat, exsequerentur diligenter, ex oculis omnium euanuit. Igitur actis Deo, Christique parenti gratijs, ob tam præclarum & insolitum munus: eo de Cereo guttas aliquot in aquæ vasa inuergunt Itherius & Normannus. Ea de lympha omnibus ægris, qui conuenerunt, manè propinatur: ac priusquam ebibant, singuli admonentur, haud dubiè sanitatem eos corporis consecuturos, qui Virginem matrem venerabundi certa cum fiducia epotauerint. Qui recusarēt bibere, præter vnum, inuētus nemo. Sed is repentè fœdissimam oppetijt mortem, cùm subsannando propinanti respondisset, nihil sibi esse cum lympha, cui gratius foret vinum. Ceteris contrà desubitò reddita est integra corporis valetudo. Ibi omnes in maximam effusi lætitiam, ingentes Numini ac Virgini matri simul grates agunt. Ab Lamberto subinde traditur is Cereus Normanno & Itherio seruandus: vt eorum opera nouis semper distillationibus aquæ vim hauriant cælestem, & ægrorum corpora medicentur. Ac breui interiecto temporis spatio, & locus insignis ei sanctissimo Virginis muneri custodiendo comparatur, Ardentiúmque Sodalitas erigitur, in quam ciuium Atrebatensium pręcipui coalescerent. Floret etiamnum hodie Atrebatum haud minùs misso cęlitus dono, quàm nobili hoc Sodalitio. Vbi cura vigili seruetur Cereus, è candido lapide pyramis elegantissimè structa, & elaborata, in fori medio consurgit ante Senatorum curiam: ad quam præcipuè sub vesperum quotidie frequens fit hominum concursus, aut venerandi ergo, aut epoto, in quem stillauerit, latice, febribus, alijsque malis remedium petendi. Id námque in eo permirum, quòd tanta temporum intercapedine nullam vim medicandi amiserit, nullâque sui parte fuerit diminutus: licet quot hebdomadis aliquamdiu ardeat, & aliquot è stillis eius efformatæ sint candelæ, iámque massa grandis cerea indidem profecta conspiciatur. Ex eo scilicet prodierunt, quos habent cereos Insulani, Duacenses, Singhemiani, Piscicurienses, ac plerique alij circùm populi. Cùm autem recurrit solemne festum eius Sodalitij, dies aliquot ab Dominica post lucem Christi corpori sacram, liticinum cantu resonant; illa de pyramide Cereus in aliud sacellum, quod Ardentium vocant, defertur: ibi, dum peragitur missæ sacrificium, aliquanto tempore ardet; inde ad D. Virginis ædem maximam insigni pompa portatur; prodendæ causa lætitiæ opiparum Sodales conuiuium agitant.

Adornatur in Europa Sacra pro Terra Sancta Principum Christianorum expeditio.

Fulcherius Carnot. Guiliel Tyrius l. 1. Guiel. Malmesb lib 4. Sige ert. Marib. VVestmonast. Abbas Vrsperg Chron. Fland. Paul. Aemyl. Iac. Meyer. alij.

Verùm vt ad institutam narrationem reuertamur, dum illa fiunt ab Lamberto & Citharœdis Atrebati; eóque partim recuperandę sanitatis gratia, partim visendi Mariani muneris cupidine plurimi confluunt mortales: alia Flandriæ Comes, virique nobiles diligenter expediunt. Vrbanus Pontifex coacta Claromonte Synodo vehementibus verbis Episcopos omnes, ac Principes Christianos impulerat, vt sacrum aduersus Fidei hostes bellum in Palæstinam portaretur. tantámque vim eius oratio apud omnes habuerat: vt, præter Philippum Franciæ Regem, propter exactam coniugem, & introductam pellicem Pontificio afflatum fulmine, ac Cæsarem Henricum Ecclesiæ hostem grauissimum, Principes omnes Europæ huius militiæ desiderio exarserint. Proclamato igitur bello nomina vbique conscribitur, & sacra Cruce vestem ornat. Vt plurimi darent nomina, effecit maximè feruens Episcoporum vbique concio, & pro stipendio ab Summo Pontifice indulta criminum venia. In Belgio præsertim Godefridus Bullonius, & Flandriæ Comes Robertus in subditis sibi ditionibus magnos habent copiarum delectus. Feruent igitur passim per vtramque Flandriam armorum studia, & desiderium pro Catholica Fide pugnam aduersus hostes eius ciendi. In Gallo-flandria militem sub signa cogunt Rogerius Insulensis Castellanus, Cominij toparcha Burchardus, Duacensis Castellanus Hugo, eiusdem nominis Regulus Robacensis, Hellinus Waurignij dominus. Iam erat indictum

AN. 1096.

A Flandrici exercitus profectioni tempus, iámque suas per Germaniam copias ducebat Bullonius: cum repens ab Cæsare bellum Comitem Robertum eiúsque militem domi detinet. Repetebat ille ab Roberto Alostensem Comitatum, Officia quatuor, castrum Gandense, insulas Zelandicas. Vbi nihil per seciales obtinuit, bellũ indixit protinus. Sed nihil tunc magnoperè ab eo perfectum. E copijs, quas parauerat, firma Robertus limitaneis vrbibus & arcibus præsidia imposuit: ipse cum reliquo exercitu parantibus in Flandriam penetrare hostibus sese opposuit maturè. Ergo dum Cæsarianos is partim submouet, partim cædit: qui supererant, Cæsarem sensim nudant, & in Germaniam abeunt Godefridi Orientem petentis signa secuturi. Ita coacto cum dedecore propria repetere Henricõ, Flandros Comes Robertus via terrestri Romam deducit. Inde cum Vrbani Pontificis Legato nauibus in Græciam exercitum portat. Ad Nicæam Bithyniæ caput insignis enituit huius Comitis virtus, & eorum, quos è Flandria sub signis habebat. Cùm enim vrbem eam Christiani obsidio circumuenirent, ad Orientem is suos cum Normannis, & Veromanduis collocauerat. Ergo dum illac obsessis suppetias venit Solymanus Sultanus, ingentémque trahit exercitum, prælio Comes eum aggressus fortiter fundit fugátque: & mox deditionem obsessi fecere Iulio mense. Neque minus idem laudis retulit, promotis aliquot leucis ab ea vrbe castris. Cùm enim reuersus copias Solymanus maiores obijceret: commisso repentè prælio ab Flandris & Normannis, eorum barbarorum cæsa sunt quadraginta circiter millia, coactúsque est denuò fugam Solymanus capessere. Inde cùm propiùs Artasiam itum esset, placuit ceteris Ducibus Robertum præmittere cum equitibus Flandris mille graui tectis armatura, vt incolas ad deditionẽ pelliceret. Vix in conspectum vrbis cum suis hic venerat, cùm ecce oppidani, animaduersis Christianorum fulgentibus vexillis, magno in Turcas præsidiarios impetu conuolant; iisque obtruncatis, portas aperiunt, oblatis cæsorum capitibus, Robertum Flandrósque beneuolis animis excipiunt, & intra muros deducunt magno perfusi gaudio. Sed propiùs postmodum à periculo abfuit Robertus. Vrebat grauiter Turcas ob cæsos ab oppidanis socios mœstitia, simúlque ardor ingens vlciscendi facinus horum animos incendebat. Ergo priusquam ceteræ Christianorum copiæ propiùs aduentarent, auxilióque Flandris esse possent: millia decem coëunt, & opportuno struendis insidijs loco extra vrbis conspectum sese occulunt. Inde leuioris armaturæ equites aliquot emittunt eliciendis ad pugnam Flandris, & in paratas insidias simulato metu fugáque pertrahendis. Præuolantium equitum alæ pugnandi ardorem Roberto Flandrisque inijciunt. Et mox hi portis erumpentes eas adoriuntur, signáque conferunt animosè. Verùm vbi simulantibus timorem, & sensim recedentibus aduersarijs acriter insistunt: in occultas extemplò sese copias induunt. Atrox ibi certamen exoritur. Capessentibus pugnam hostibus integræ vires, locus, & numerus ad victoriam idonea erant. Flandris contrà paucitas, iniectus ingens metus, iniquitas loci, magnum discrimen ingerebant. Nihilominus tamen his animo reputantibus, nisi fortiter pugnando victoriam adipiscantur, nullum sibi ad vrbem regressum patere, vel circumuenientibus aduersarijs, vel portas oppidanis patefacere recusantibus, magna vis animorum ad ineundum prælium minimè defuit. Et visum tunc vires eorum ardorémque Numen adiuuisse. Cùm enim hostes ingenti robore sustinent, cæduntque: effusi portis ciues à tergo barbaros aggrediuntur. Dum igitur frustrà se niti Turcæ animaduertunt, magno cum dedecore eo de loco sese protinus recipiunt. Ardebant Flandri eos persequendi ac cædendi cupidine: verùm Comes Robertus, ne quod aliud discrimen succederet, nouis superuenientibus hostium turmis, receptui maturè cecinit. Et sanè paullò pòst ab finibus Antiochiæ agmen ingruit Turcarum, Artasiámque vallis circumdedit. Frustráque fuit eos adortus per eruptionem Comes, quòd maiori sese numero ipsi circumfunderent. Igitur vi repulso intra muros Comite, vrbem artius barbari obsident. Sed huius rei nuntijs perculsi Duces Latini nominis, cum magnis eò copijs iter maturant: & circumlato suæ virtutis terrore, obsidionem soluere, ac priusquam manus conferant, inde discedere hostem cogunt. Antiochiam inde Christiani Principes castra

(The capital letters A, B, C, D stand in the left margin beside the lines beginning "Flandrici exercitus", "rat. Ergo dum", "ter Turcas ob cæsos" and "refacere recusantibus" respectively.)

Marginal notes:

In Flandriæ Comitẽ bellum mouet Imperator.

Iacob. Meyer. l. 3.

Aduersus eũ Flandriã fortiter Comes defendit.

Idem.

Ac deinde ad sacrũ bellum proficiscitur.

Auctores antè citati.

Ad Nicæam multa edit præclara facinora.

Dein prope Artasiam.

Ac denique iuxta Antiochiam.

A

castra promouent, eámque cingunt obsidione duodecimo Kal. Nouembris. Quòd vrbs ea validissimis esset muris ac propugnaculis munita, parum viribus eff.ctum est, totámque hyemem ibi nostri frustrà consedere nunc obsessos fortiter oppugnando, nunc eorum amicos auxilio venientes acerrimis submouendo prælijs. Et aliunde duo grauiter mala incessere, continui fluxus imbrium, & commeatuum necessitas. inde scilicet morbo plerique correpti; & mox etiam fames ingens plurimos absumpsit cùm multi solis herbarum radicibus, vel equorum, adeóque cæsorum, & iam tabentium hostium carnibus ieiuna corpora recrearent. Quò maioribus famis incommodis iretur obuiam, inter Boamundum Ducem Tarentinum, & Comitem Flandrum conuenit: vt hic cum lectissimo agmine in remotam hostium regionem excursionem faceret; inde, quantos posset, commeatus adueheret. Igitur Flandrorum millia duodecim, totidémque Tarentinorum, exercitus florem, armat Robertus; & celeriter in amœnissimam & fertilissimam petit abit prouinciam. Quòd nullus anteà indigenas metus peruasisset aduenientium, rebus omnibus refertissimos nacti sunt eius regionis pagos. Cùm itaque cuncta prædæ paterent, tantum inde vini, pecorum, frumenti secum auexere, quantum satis esset in duos menses copijs omnibus alendis exhilarandísque. Qui remanserant in castris, hos cum summa voluptate commilitones recepere: & ad commeatuum varietatem & multitudinem attoniti, post gratias æterno Numini actas, miris in cælum Flandros & Tarentinos extulere laudibus; ac S. Georgij filium palàm vocauere Comitem Robertum. B

Lambertus Episcopus Atrebati Synodum habet. *Monum. MS. Eccles. Atrebat. Locr. in Chron. Belg.* *Quid in ea factum sit.* *Diplomata Lamb.*

Dum hæc in Oriente ab Flandris geruntur fortiter, rerum suarum in Flandria satagit Lambertus Atrebatium Episcopus. Multis ad frugem meliorem pertrahendis mortalibus, ac pletisque rebus benè cœptis, tum suo, tum aliorum consilio stabiliendis, Atrebati Synodum indicit. Eo in Conuentu præ ceteris Præsulibus emicuere Aloldus S. Vedasti Archimandrita, Aquicinctensis Antistes Haymericus, Hasnonij Albertus, Martianarum Richardus, Montis Eligiani Ioannes. Quos Canones è Claromontano Concilio attulerat, imprimis ibi Lambertus proposuit, seruatique ab omnibus iussit. Circa mores etiam aliqua recèns ab eo, ceterisque congregatis Patribus sancita. ad fouendas Religionum familias erecti vehementer animi. & quò nonnullos in earum cultum auxiliúmque perduceret, duobus monasterijs Lambertus priuilegium impertiit, Montis Eligiani, & Aroasiæ scilicet, quibus inerant D. Augustini Regulares Canonici. AN. 1097. C

Rerum sacrarum inuasor punitur diuinitus. *Lib. 1. miracul. S. Rictrud. c. 15.*

Eodem fermè tempore in rerum sacrarum direptorem, ac detentorem Heluinum diuinitus sæuitum fuit in Gallo-flandria. Is Martianis sedem fixerat, ibíque nolentibus Monachis cœnobium tuendi officium sibi vendicauerat Aduocati nomine superbiens. Verùm ea fretus potestate per summam iniuriam & in monasterij possessiones, & in subditos ei homines immaniter grassabatur. Sexaginta ferè milites eius libidini obsecundabant pupillorum & viduarum domos expilando, quosdam etiam suis exuendo possessionibus, aut exturbando finibus. Neque ad frugem meliorem eum reducere poterat Richardus Abbas, cùm sæpenumerò palàm priuatímque officij admoneret. Nam inde redditus infensior, & Monachos domi vexabat & foris fundos eorum inuadebat. Igitur cùm videret frustrà se niti Richardus, eíque castrum, fossis & nemore cinctum, audaciam & securitatem facere: in eum saltem anathematis telum intorsit. Risit hoc maximè Heluinus, quasi parum terriciendo idoneum. Sed reuoluto annui temporis spatio cùm dies idem recurreret, quo sacris ei & hominum consortio fuerat interdictum, per rixam ferro cæsus vitam perdidit; nullúsque vel ab Martianensibus, vel ab Hasnoniis impetrare potuit, vt apud eos corpus humo mandaretur. D

Radbodus Nouiom. & Tornac. Episcopus Simoniæ accusatur: & postquam id crimen periurió abse remo-

Actum in Simoniacos hac ætate reperio, eiúsque criminis accusatum vehementer Radbodum (cuius anteà meminimus) Nouiomensem & Tornacensem Episcopum. Ferebant multi, vt infulas adipisceretur, non paruam auri summam Franciæ Regi donasse. Ergo frequenter ideò Romam à Pontifice Maximo euocatus est, vt causam suam in purpuratorum Patrum consessu diceret. Quòd iudicium Ecclesiæ capitis reformidaret, per alios potiùs suum egit Romæ negotium. Et quoniam è censibus

Episco-

A Episcopalibus haud satis colligebat, vt tum necessitatibus suis, tum largitionibus ad comparandos aliquos Romæ amicos faciendis sufficeret, Episcopales non paucas possessiones & reditus distraxit. Eò tamen res deducta, vt de sententia Summi Pontificis eum Episcopis duobus apud legatum Apostolicum iurando firmaret, alienum se esse ab omni Simoniæ flagitio. Interuenit tum Anselmus Laudunensis Ecclesiæ Scholarcha, & multa vir doctrina refertus, ab eâque per iuramentum purgatione Episcopos alios deterruit, cùm iniecto metu docuisset, nulla eos ratione id posse iurando crimen abstergere, cuius esset omnino reus Radbodus. Ergo precibus aliorum Præsulum tandem impetratum est, vt solus iureiurando ab se fœdissimam eam labem Radbodus amoliretur. Conatus est Hugo Lugdunensis Archiepiscopus, qui Legatus tunc erat Vrbani Pontificis, ab insano & periculoso purgandi studio ipsum auertere: quóue faciliùs eam mentem opprimeret, asseruit prorsus se facturum, ne tunc temporis decoribus Pontificiis nudaretur. Nullo negotio impetratum iri à Pontifice Maximo, vt duos in annos Pontificalia obiret munia, eóque demum

B exacto tempore, sua se sponte abdicaret per causam capiendæ quietis, & parum opportunæ tantis oneribus senectæ. Verùm nihil motus iis Archiepiscopi verbis Rad-

AN. 1098. bodus, contactis sacrosanctis Euangeliis, nulla se constrictum Simonia palàm & audenter affirmauit: statímque attonitis omnibus, è consessu sese abripuit, & Tornacum retulit. Inde cùm Brugas aduslet, leuiculo tactus morbo sanguinem minui sibi voluit. Sed dum chirurgi manum præstolatur, aluum sibi deijci sentit, ad eamque exonerandam è cubiculo paullùm secedit. Ibi repentè magna vi morbi oppressus in terram deiicitur, ac resupinus tamdiu iacet vocis ac sensuum expers, donec post longam temporis moram famulorum quidam eò penetrat, tantóque casu attonitus socios ingenti clamore exciet. Igitur eo de loco in cubiculum reportatus, strato imponitur lecto. Quæ medici præscribunt, omnia incassum adhibentur: paucísque pòst diebus nullo edito pœnitentiæ signo, spiritum efflat. Attributum passim id fœdum genus mortis periurij crimini, quo se volens obstrinxerat abstergendæ Si-

C moniacæ labis gratia.

Pergebant interim Flandri cum Roberto Comite, aliísque copiis, bellum fortiter aduersus barbaros in Oriente Antiochiam iuxta gerere. tádémque factum est Christiani cuiusdam proditione, vt ea ciuitas caperetur pridie Kal. Iunij. Verùm cæsis ipso incursu decem fermè Turcorum millibus, cùm ceteri arcem valde munitam occupassent, magnúmque extemplò Cobona Persarum & Turcorum exercitum eodem raperet: in maximum & præsentissimum nostri Duces ac milites adducti sunt periculum. Quippe obsidio cinctâ confestim Antiochiâ, cùm portis erupisset, grauémque in hostem impetum fecisset, Godefridus Bullonius in vrbem refugere cogitur. Frustráque Robertus Comes ab solis ortu in profundam noctem cum Flandris acriter pugnando, arcem in proximo ab Christianis exstructam tutari contendit. Cùm igitur inde copias in vrbem reduxisset, ingens omnium facta est comploratio, quòd certus, vel propter instantium hostium ferociam & multitudinem, vel propter commeatuum inopiam, ob oculos interitus versaretur. Verùm in tempore

D ipso ab Numine periculis occursum est. Quippe Diuus Andreas Petro Massiliensi sacerdoti per somnū oblatus, refossa humo è S. Petri templo lanceam eam, qua Longinus Christi latus fodicauit, extrahi iussit, insigne futurum aduersus hostes præsidlum. Apostoli monitis obsecundatum illicò. eductam inde lanceam post communem trium dierū inediam in manus capit Maximi Pontificis Legatus, eámque præferens portis vrbis egreditur. eum armati Principes militésque Christiani facto agmine subsequuntur, & post horribilem in hostes eruptionem maximam edunt vbique stragem. ad centū millia è barbaris cecidere. fusi fugatique ceteri. In prǽda, quę plurima victoribus obuenit, incredibilis fuit omnium rerum copia: sed præsertim grata fuere quinque camelorum millia generis omnis commeatus gestantium. Scriptis subinde litteris Flandriæ Comes vxori Clementiæ mandauit, vt quamprimùm in Flandria monasterium conderet, D. Andreæ Apostoli nomine dedicandum, quòd ipso præsertim auctore, & lācea Domini fuerit è latebris eruta, & tam felici exitu pugna

Marginal notes:

...uit, miserè moritur.

Herman. in Chron. Marti...

Capta Antiochia, Flandr... cū alijs Chr... stianis magn... adeunt periculum.

Fulcher & a... supra citati.

Sed lancea ... Longini indi... cin S. Andreæ inuenta & prælata, hostis insigni... ter cæditur, & præclara obtinetur victoria.

Auctores citat...

Ideoque Robertus Come... iuxta Brugas monasterium S. Andreæ curat ædificari.

Iac. Meyer. l. 4

gna commissa. Exstructum igitur prope Brugas ab Clementia Benedictini nominis cœnobium. A

Idẽ in Flandriam redit.
Auberus anti etats.

Anno sequenti expugnata denique sancta Hierosolymorum vrbe, ibique vnctο Rege Godefrido Bullonio, cum reliquijs Flandrorum Comes Robertus viæ se commisit, vt Flandriam insigni clarus gloria, & Hierosolymitani cognoměto, repeteret. Intereà loci datus est Nouiomensibus & Tornacensibus Pontifex Baldericus. Is nobili ortus genere patrem habuerat Albertum equitis donatum balteo, & Cameraci permultam iuuenis egerat ætatem, Gerardo Primo, Lietberto, & Gerardo secundo Episcopis charus in paucis: quibus omnibus ad scribendas litteras operam dederat multiplici præditus eruditione. Transijt postmodum ad Morinos, & Taruannæ Canonicus & Cantor vixit aliquamdiu. Inde Nouiomum euocatus, eùm aliquanto tempore fuisset Archidiaconus, tum denique ibidem Pontifex dictus est. Apud eos, quos iam memoraui, Cameracenses Episcopos abundè virtutum hauserat, quæ virum decent regendis Christi ouibus admotum. Et domesticæ illic pietatis exempla oculis vsurpauerat. Etenim frater eius Elboldus ea in vrbe D. Crucis templum exstruxerat, ibidémque fratrum alter Ellebardus Archidiaconus illud Canonicorum sacerdotijs ornauerat. Et passim eius tam virtutum, quàm doctrinæ fama vulgabatur, ob mandatas libris aliquot Cameracensium & Morinensium Pontificum vitas, & varijs locis ædita pietatis & religionis facinora. Igitur omnes, quibus chara virtus erat, plurimum ex eius Pontificia dignitate voluptatis & gaudij cepere. Vacabat eadem tempestate Morinensis Episcopatus, Gerardo inde submoto, quem Simoniaci criminis compertum habuerat Vrbanus Pontifex. Et quamuis Archidiaconi & Canonici Erchemboldum Audomarensis Ecclesiæ Canonicum sibi legissent Episcopum; is tamen nunquam induci potuit, vt eam capesseret dignitatem. Nullámque posteà vim obtinuerat Autberti Ambianensis electio, cui se totius diœceseos Abbates iustè opposuerant. Igitur quamuis admodum ij contrà niterentur, à quibus fuerat Autbertus Pontifex nuncupatus, habito rursus Conuentu Antistites omnes, Clericorum plerique, totus denique populus Episcopales infulas communibus votis addicunt Ioanni, quem suprà diximus inter Canonicos Insulenses floruisse, ac postmodum à Lamberto Atrebatium Episcopo Archidiaconum factum. Quia tamen ij potentes erant, quorum Autbertus viribus & studio fultus erat, & iam satis grauibus ea fuerat motibus Ecclesia & factionibus agitata: ad Pontificem Maximum electionis vtriusque iudicium defertur. Peropportunè ijs diebus tertiam post Pascha hebdomadem habendo Romæ Generali Concilio Vrbanus indixerat. Et itaqu est in partes eorum, qui Ioannem Episcopum nominauerant, Clementia Roberti Flandriæ Comitis vxor. Igitur cùm ea & Lambertus Bertinensium Abbas per litteras Vrbanum sollicitassent maximè, vt Ioannis electionem suo firmaret iudicio: huius & Autberti causa illo in Concilio ventilata fuit diligenter, ac secundùm Ioannem Pontifex Maximus sententiam dixit. Et mox ad hunc Vrbanus litteras dedit, quibus & suam de ipsius electione voluptatem patefaceret, eíque mandaret grauissimè, impositum sibi onus ex humeris ne excuteret. Eas postquàm litteras Ioannes accepit, legitque, dici non potest, quanto fuerit stupore defixus (ipso námque ignaro hæc omnia Morinenses peregerant) quanta fuerit distractus animi perturbatione. Premebat hinc hominem iustum Ecclesiæ capitis imperium. Inde varios motus ciebant Episcopalis muneris grauitas, Ecclesiæ Taruannensis ingens deformatio, dilapidata huius bona, Clericorum discordiæ, & morum fœditas. Sed quantum hæc ad fugiendas infulas ponderis afferebant, tantum Vrbani voluntas ad subeundum magistratum ingerebat necessitatis. Igitur ne quam Numinis & Pontificis Maximi offensionem incurreret, ab Remorum Archiepiscopo Manasse sacro se liniri oleo, & ornatu Pontificio decorari permisit, sexto ac decimo Kal. Augusti. Inde cùm nono Kal. mensis eiusdem solemni pompa Taruannam iniret, magna omnium ordinum lætitia exceptus est, quos iam eius fama virtutum conciliauerat. Quò laborem vtiliùs illic impenderet, ad veterem viuendi normam nouas etiam addidit sese coërcendi, & perfectiùs ad veri Pontificis imaginem effermandi, rationes. Sensuum præsertim

AN. 1099.

BALDERICVS Nouiomens. & Tornac. fit Episc.
Herimann. in Chron. Morton.
Epitaph. eius.
Laudes ipsius, factaque.
Epist. Ger. Episc. Camer. Georg. Colucen. in prolog. ad Chron.
Epitaph. eius.

B

Epist. Gerard. Camer. Episc. Epist. Godefrid. Ambian. Episc.

Ioan. de Collemed. in vita B. Ioan.

Ioannes Archidiaconus Atrebatensis, & priùs Insulẽsis Canonicus, Morinensis Episcopus eligitur.
Ioan. de Collemed. in vita eius. Tabula Morin. Iper. alij.

C

Ioan. de Collemed. Bertold. in Chron.
Iac. Meier. l. 4.
Et ab Vrbano Papa confirmatur.
Ioan. de Collemed. Iacob. Meier. l. 4.
Ioan. de Collemed.

D

Qui se ad perfectionem vitæ incitauerit initio Episcopatus.
Ioan. de Collemed.

A tim custodia sese tueri conabatur. ac ne quid corpus labis contraheret, vllo ne assurgeret motu, carnium sibi vsum interdixit perpetuò. In familiam eos tantùm asciuit, à quibus melior in dies posset euadere. Eò varijs è monasterijs conspicuos virtutibus viros sibi concedi suppliciter petijt. his ipse negotia sua committere; cum his ad muneris Episcopalis functiones procedere; de rebus cælestibus frequentes habère sermones; diuinas laudes occinere; cælum precibus lacessere. Sed quamuis non paucos eiusmodi homines domi aleret; ab multis tamen Abbatibus sese visitari gaudebat: vel quòd ijs delectaretur magnopere; vel quòd multum operæ spiritualis ab ijs proficisceretur. Raro igitur horum nudus consortio domi agere; raro foras progredi. Et mox illuc studium vehementer appulit, vt quam partim dirutam, partim omni exutam ornatu conspiciebat ædem maximam, eam sartam rectam in antiquum splendorem restitueret. nullísque sumptibus pepercit, donec id grande opus perfecerit. Difficilior illi labor erat cum ijs è Clero quibus morum turpitudo altáque diu dissidia ingenium vitámque asperauerant. ea tamen ipsos arte tractauit, vt exuta sensim animi feritate, ac fœditate criminum abstersa, obsequêtes sibi tandem habuerit, B & frequentes probósque Numinis cultores reddiderit. *Religiosorũ consortio delectabatur, ideoque domi multos habebat. Idem. Pro restitutione Ecclesiæ Morinensis multum laborauit. Idem.*

AN. 1100. Pergebat interim feliciter Lambertus Atrebatensem diœcesim percolere. & quoniam animaduertebat in dies magis efflorescere Strumense monasterium, vbi Virgines Benedictinis obstrictæ regulis educabantur admodum religiosè: harum primæ Antistitæ Fulgendi, cuius opera multa iam surrexerant ædificia, auctor fuit, vt Romam ad Pontificem Maximum Paschalem iter caperet. Quòd enim hactenus Parthenonis bona nullus Romanorum Pontificum diplomate suo confirmasset, verebatur scilicet, ne quam aliquis ei posteà molestiam inferret. Cùm igitur ipse literas ad eundem summum Ecclesiæ Præsulem scripsisset, tam longum Fulgendis iter ingressa, Romam denique peruenit: ibíque à Paschale quidquid postulabat obtinuit abundè; quòd Lamberti epistola plurimum ipsi fecisset voluptatis. Ita passim Ecclesię bono nauantibus istis Episcopis, quibus anteà Canonicorum D. Petri lumi- C nibus gauisa fuerat Insula, Comes Robertus Flandriam ingressus est, ac Flandrorum, quos sacrum ad bellum deduxerat, superstites reduxit. Incredibili omnes eum lætitia excepere, quocunque pedem intulit. Plus tamen Aquicinctensibus Religiosis gaudij per eum oblatum est, postquàm ad ipsos Haimericus Antistes S. Georgij brachium eius donum detulit. *Lambertus Romã mittit Fulgendem Strumensem Abbatissam, vt impetret bonorum sui monasterij confirmationem. Monumét. MS. Strumens. Robertus Comes Flandriã ingreditur à bello sacro reuersus. Sigeb. in exempl. MS. Lips. Iacob. Meier. l. 4.*

AN. 1101. Est, qui velit anno sequenti Flandriæ Comitem Tornacum armis aggressum, renouatis veteribus cum Henrico Cæsare simultatibus. Veriùs tamen ij tradidere, qui bellum inter eos Principes recruduisse asserunt altero pòst anno, Cameraco, non Tornaco Roberti copijs circumuento. Hoc fermè tempore grauis fuit Richardo Martianensium Antistiti (Alardum is paucis antè annis volentibus Monachis exceperat) cum viris aliquot improbis concertatio: verùm eius causam infelici horum exitu Deus diremit. Obnoxius ei monasterio villicus res quaspiam inuito Abbate per iniuriam sibi vendicauerat: cùm ex reposcerentur, iure sibi debitas asserebat. Nihil omisit Richardus, quo meliorem eum ad mentem reduceret, seu moni- D tis blandioribus opus esset, seu productis ex rei veritate minarum iaculis. Euadebat ille tamen in dies præfractior, & in subditos cœnobij ferocior surgebat. Eòque tandem vesaniæ prosilijt, vt grauissimo sese obstrinxerit periurio, cùm minimè dubitauit ea, quæ vsurpauerat, sibi ab antiquo deberi, iureiurando firmare, dubísque alios in idem periurij flagitium pertrahere. Sed hos omnes breui horrendis lethi generibus diuina sustulit vindicta. Primus grauissimas luit sceleris pœnas, qui res alienas abstulerat. Vix enim periurij crimen contraxerat, cùm acerbissimus eum morbus corripuit. Et cùm frustrà contendunt amici, vt rebus monasterio restitutis animum pondere peccatorum exoneret, mente confestim captus est, intérque voces fœdissimas, infeliciter spiritum exspuit. Sociorum vnus, qui peierando crimen admiserant, cùm diuinitus morbo fuisset afflatus, ingenti præsertim æstu linguæ torquebatur, & dum identidem patronam cœnobij Martianensis D. Rictrudem flagitaret, vt aquæ guttulam extremo linguæ aspergeret, nullo affectus refrigerio vitam perdidit. Alterum *Ioan. Iper. in Chronic. Sigeb. Chron. Dodechin. in Chron. Iac. Meier l. 4. Periuri diuinitus puniuntur. Lib. 1. mirac. S. Rictrud. c. vlt.*

repen-

repentini vis morbi eum in modum castigauit, vt facies ei turpissimè intumuerit, A
oréque in tergum retorto, nullis benè monentium verbis obtemperans, inter spreta salutis consilia mortem ipse miserandam oppetiuerit.

Ioannes Morin. Episcopus Romam adit: & quam ob causam.

Ioan. Iper. in Chron.

Ioan. de Colle-med. in vit. eius.

Hoc anno Romam profectum Ioannem Morinensium Pontificem inuenio, vixéque Comitem adsciuisse Lambertum Bertinici monasterij Antistitem, cui antea cupidinem iniecerat in id cœnobium Cluniacensis instituti Monachos inducendi. Licet arbitrari, alias inter causas itineris non minimi ponderis eam fuisse, quòd cuperet ad exigendos variis è locis, ac præsertim monasteriis, Præsides malis artibus, ac præcipuè Simonia dignitatem adeptos, Paschalis auctoritate fulciri. Ardebat enim magnopere Simoniacæ pestis opprimendæ studio, & procul à Christi caulis lupos arcendi. Iámque exuto potestate regendi Præposito Formosellensi, Alboldum cœtui Canonicorum Regularium præfecerat. Ipris etiam sacerdotes Simoniæ & auaritiæ sordibus coopertos extruserat; quíque regeret D. Martini & S. Petri Ecclesias, rogantibus ciuibus, Gerardum, integris vitum moribus, attribuerat. Vbi verò Ioannes Romam peruenit, aduentus eius Paschali periucundus accidit: adeóque B
suauissimis eius moribus captus est is Pontifex; vt in profundam extemplò familiaritatem admiserit, nihílque non eius gratia ipsi concesserit. Inerat enim Ioanni mirum quiddam in vultu & sermone: vt nullus eum intueri, nullus posset loquentem audire; quin protinus in amorem eius pertraheretur, & necessitudinem. Ab Italia reuersum Iuo Carnutensis amicitiæ veteris gratia in nouum laborem vnà cum Lamberto Atrebatensi Præsule vocauit. Hic à Summo Pontifice Paschali epistolam acceperat, cuius initio non leuiter carpebatur, quòd aliquo litterarum fauore Stephanum multis licet hominem sceleribus imbutum, Ecclesiæ tamen Beluacensis Episcopum à quibusdam Clericis elegantium pellium munere corruptis nuncupatum, fuisset profecutus; quem contrà procul ipse ab hoc sacro magistratu amoliri certabat: deinde admodum monebatur, vt nullo modo tam prophanum ac scelestum virum pateretur infulis ornari. Igitur cùm satis perspectum haberet magnis Ioannem & Lambertum animis præditos esse, acritérque hos ad submouendos ab C
ouilibus Christi lupos insurgere: vtrumque per veterem necessitudinem obtestatus est, vt quamprimùm apud Remensem Archiepiscopum perficerent, vt, abiecto Stephano, in eum suffragia dicerentur, qui sanctis moribus Episcopalem ornaret dignitatem. Perfecerunt hi Præsules diligenter id, quod rogabantur. extrusus enim procul Stephanus, & vero Beluacenses Episcopo Galone donati sunt.

Ioannes & Lambertus Episcopi ad Iuonis postulationem pro Beluacensis Ecclesiæ Episcopatu laborant.

Epistola Iuonis

Epist. 97.

Iuonis epistol.

Insecuto proximè anno Martianensis Abbatiæ Antistes Richardus viuis eripitur. In locum eius Adelardus frater suffectus est. Cameracensis Archidiaconus antè fuerat. Sed ea dignitate fulgentem tædium cepit inter Clericos & turbas hominum degendi, & mox in Aquicinctino cœnobio religionis iugum subiit: vbi præclaris, iisque permultis animum virtutibus exornauit, quæ non modò decent Monachos, verùm etiam sacro sunt magistratui opportunæ. Inde tandem, fratre mortuo, Martianas ad gubernandum euocatur, fausti regiminis spem faciente fama, quæ plurima de præstantibus eius dotibus secundè vulgabatur. Exstat sacrum Lamberti Atrebatium Episcopi diploma, quo in huius gratiam Martianensis monasterij D
bona quædam roborauit. Per id tempus Aquicinctenses Religiosi Præsule suo Haimerico priuati sunt vi morbi: ac plus ideò mœroris concepere, quòd vnà insigni doctrinæ lumine, & illustri virtutum exemplo per eius mortem monasterium destitueretur. Leniuit tamen dolorem Gelduinus, quem sibi deinceps Antistitem legêre. Iam enim eum multis annis ob eximias virtutes idoneum regimini perspexerant: ex quo relicta Terrascienſi Abbatia, vbi pedum tractabat, Aquicincti desiderio latendi sese abdiderat. Exarsit interim grauissimum inter Comitem Flandriæ Robertum è Syria nuper reuersum & Henricum Cæsarem bellum. Impulsu Paschalis Maximi Pontificis arma Comes rapuit. Is enim huic per litteras mandauerat, vti vexando insigniter Schismatico Augusto, &, qui partibus eius adhærebant, Cameracensibus coërcendis, agrum Cameracensem diriperet, ipsúmque Cameracum inuaderet. Igitur Robertus maturans imperium Pontificis, inter sæuientis hyemis

AN. 1102.

Richardus Martianensis Abbas moritur: eique succedit Adelardus.

Lib. 1 mirac. S. Rictrud. Chron. Aquicinct.

Bellum inter Henricum Imp. & Robertum Flandriæ Comitē: & quam ob causam.

Littera Paschal.

aspe-

A asperitates Cameracense territorium infestis armis adortus est, eóque celeriter vastato, Cameracum obsedit. Ex aduerso Imperator, Episcopi precibus impulsus, eodem copias ingentes adducit. Et quò faciliùs Robertum ab obsidione vrbis Cameracensis auertat, in Ostrouandiam penetrat: dein Sclusas, aliósque Duacensis agri locos incendio corrumpit. Nihil tamen his commotus est Flander. ipséque paullò pòst inglorius discedere coactus est Henricus: sed infelicibus armis importunæ hyemis frigora obtendit. Laudauit nouis litteris egregium Comitis facinus Paschalis, iisdémque animos ipsi fecit, vt Leodiensibus Cęsaris partes tuentibus etiam infestus ingrueret, eorúmque regionem incursionibus vacuam faceret. Maluit tamen denique Robertus, quam cum Cæsare habebat, armis positis controuersiam verbis dirimere. Igitur dum comitia quædam habet Henricus Leodij, ad eum illuc se contulit. Et postquam cum eo pacem composuit, propter Imperialis Flandriæ ditionẽs suam ei obstrinxit fidem iurando. Actum etiam illic ea de disceptatione, quam diu Robertus, & Hannoniæ Comes altercarant. eáque sic decisa, vt oppidum Duacense in B Roberti potestate maneret, alterum eminentius nostræ membrum Gallo flandriæ.

Sigeb. in Chron. Andr. Martian. lib. 1. Chron. Iac. Meier. lib. 4.

Epist. Paschal. apud Bar. t. 12.

AN. 1103. Cum Hẽrico cõponit Robertus.

Sigebert. Andr. Mart. Iacob. Meier d. l.

Ac Duacum retinet.

Iac. Meier. lib. 4.

Eodem propè tempore Adelardum Antistitem Martianensibus mors eripit, postquam mensem nonum fuisset moderatus. Fulcardus nobili loco natus ipsi subrogatus est eo consilio, vt amicorum potentia fretus audaciam quorumdam frangeret, quos rapiendi cupido infensos Martianensibus fecerat. Sed aliorsum res cecidit, quàm sperabatur, cùm is monasterium in extremam ferè calamitatem prodigentia, & fœdis moribus adduxerit.

Adelardus Martian. Abbas moritur.

Fulcardus ei succedit.

Lib. 2. miracul. S. Rictrudis.

AN. 1107. Quartus inde annus ab sacro D. Amandi Gallo flandriæ nostræ quondam Apostoli corpore mira in homines præstari sensit beneficia. Animaduerterat Hugo Elnonensis monasterij Archimandrita, nonnullas in Alostensi Comitatu Ecclesiæ suę possessiones, à plerisque viris sceleratè vitam degentibus per iniuriam inuasas, magno retineri sacrilegio. Quibus potuerat humanis artibus eas monasterio vendicare frustrà contenderat. Igitur non vanam ab S. Amandi reliquiis spem capiens omnia recuperandi, C impositum humeris Monachorum eius Episcopi corpus in Alostense territorium publicè ferri iubet. Postridie Pentecostes cum onere sancto profecti sunt Religiosi. Obita sunt ab his loca non pauca, ingenti semper hominum multitudine venerandi sanctum ergo prosequente, & quibusdam recuperandæ sanitatis gratia sese turbis immiscentibus. Hic mulieri ad conspectum sacri corporis, & post fusas ad Diuum preces, in pristinam restitutæ firmitatem tibiæ sunt, quas octodecim annis morbus debilitauerat, incedendi prærepta facultate. Illic alteri capsæ contactu redditus dextræ vsus, quæ diu contracta fuerat, & nulli operi faciundo idonea. Alibi puellæ annos quinque natæ, quam mater ex vtero cæcam profuderat, impetratum lumen oculorum. Binum alia beneficium obtinuit auditus visúsque, cùm iam annos duodecim iis sensibus, dum nasceretur, priuata vixisset. Et iuuenis cuiusdam nobilibus nati parentibus contractæ ac retrò cohærentes tibiæ vi magna sub Diui feretro conuulsæ, ac post multi sanguinis effusionem extensæ solidatæque, vsum incedendi protinus hausere. Quo verò temD pore depositâ in aram sacri corporis capsâ, diuina presbyter mysteria peregit, visus die quodam supernè orbis, candida luce rutilans, mirè populum spectantem affecit: cùm nullus dubitaret eum diuinitus obiectum testandæ huius Pontificis gloriæ. Neque sanè cessit frustrà Elnonensibus Monachis ea profectio. Quidam enim eorum, qui sacrilegè bona ipsorum rapuerant, iis se sponte, his rebus visis, nudauerunt.

Varia per S. Amandum miracula eduntur, dum eius corpus circumferunt Monachi Elnonenses.

Lib. mir. Elnon. monast.

At in Flandriæ Comitem nouum Cæsar bellum moliens, graui metu Gallo-flandros concussit. Is ab Roberto quatuor Officia, & Comitatum Alostensem repetebat: ab eodem sibi reddi Zelandicas quinque insulas Hollandi flagitabant: Flandriam quoque ab ipso sibi restitui volebat Balduinus Comes Hannoniæ. Igitur cùm magnas Cæsar ex Noricis copias adduceret, iis se Hollandi & Hannones iunxere. Præcipuum belli pondus in Gallo-flandriam detonuit. Hic Duacum ab Cæsaris exercitu circumdatum, & validè machinis verberatum aliquamdiu. Tantùm ta-

Hẽricus Imp. in Comitem Robertum denuo arma mouet.

Sigeb. in Chron. Andr. Martian. l. 3. Iac. Guis. in Annal. Hann. Iac. Meier. l. 4.

Duacũ frustrà oppugnat.

In Chronic.

men abfuit, vt caperetur id oppidum, aliisque locis potiretur Henricus, Comitemque Robertum subinde armis debellauerit (quod factum memorat perperam Dodechinus) vt potiùs domum infecta re discesserit. Etenim Robertus Duacum ingressus, adeò strenuè ac fortiter defendit, vt frementibus hostibus Augustum conuasare, & obsidione soluta copias hinc abducere coëgerit. adeóque virtus eius valuit, vt post dies paucos Moguntiaci pacem ab Cæsare impetrauerit, eiúsque legibus Duacum retinuerit. A

Fragment. Annal. ex Pythao. Ioan. Iper. quàm Sigeb. & Andr. Marchian. anno seq.

Philippo patre mortuo LVDOVICVS CRASSVS vngitur Rex Franc.

Phanopinensi coenobio Canonici Regulares imponuntur, eisque datur Abbas Lambertus.

Diploma Bald. Episc. Tornac. Franconf. Pietim in Chron. MS. Phanop.

Qui fluxit proximè annus Franciæ Regem Philippum viuis exemit Iulio mense, postquam annos quadraginta nouem, ac menses duos imperium tenuisset. Secunda luce Augusti Ludouicus filius eius cognomento Crassus ornatu regio decoratur, vngitúrque. Eadem tempestate Ogiua, quondam vxor Rogerij Insulensis Castellani, quod maritus aggredi cœperat, vt anteà memorauimus, magno studio & labore prosequitur, ad cœnobij Phanopinensis instaurationem gnauiter incumbens. Quippe apud Cameracensem Episcopum Odonem, & Ioannem Morinorum Antistitem id efficit, vt illi, refectis ad habitationem idoneam ædificiis, cum Abbate Canonicos D. Augustini regulam profitentes imponendos esse statuant, & hoc negotium apud Baldericum Nouiomensem & Tornacensem Episcopum, cui suberat Phanopinum, promoueant. Igitur horum trium voluntate cœtus aliquis eo loco Canonicorum Regularium coactus est, eique datus est Abbas Lambertus Ioannis Episcopi Morinensis Clericus, magno vir animo & virtute. Hic admodum laudabiliter suo fecit satis muneri: ac quamdiu vitam produxit, tamdiu exacta viguit religiosæ disciplinæ obseruatio. Pergebat interim Aquicinctinum monasterium & numero Monachorum crescere, & præclaro florere virtutum studio. Id cùm perspiceret Abbas Gelduinus, non parum inde capiebat voluptatis, hinc multo metu tangebatur. Iucundi scilicet erant ij successus: verùm ex aduerso curarum pondus, quod in dies augebatur, ætati senili formidinem iniiciebat, ne par non esset ferendo. Igitur cùm animum frequenter ad hoc onus reflecteret, statuit tandem id excutere: ac relicto mox Aquicincto, in Bertinianum cœnobium abiit Audomaropolim, ibique delituit. datum posteà pedum est Roberto. AN. 1108. B AN. 1109. C

Gelduinus Abb. Aquicinct. abdicat se, eique succedit Robertus.

Auctor. Aquic.

Cæsar iterum Comiti Flandriæ bellum infert, at frustrà Duacum obsidet.

Monument. MS. Bibliot. VVatin. Iacob. Meier. Paschalis diploma.

Exacto ferè hinc anno fractæ sunt eius pacis leges, quam initam suprà diximus: & obsessum rursus Duacum ab Cæsare Henrico; ac propter validas eius impressiones tantùm non in potestatem redactum id oppidum. Sed maximæ Roberto Flandriæ Comiti cessit laudi in tantis periculis eius defensio. Ergo dum cogeretur ob cladem suorum mœstus abire, non modò Duacum, sed etiam Cameracum, & nouum Castrum in potestate Comitis Henricus reliquit, pace rursus composita. Romam interim de sacris Ogiuæ laboribus, & restituto Phanopinensi monasterio nuntij perferuntur, ideóque Paschalis Secundus eius nominis Pontifex Romanus ad Lambertum Abbatem, & religiosos eiusdem cœnobij litteras dedit, quibus & eorum cœptis gratulatus est, & arreptum ab iis institutum, omniáque ad monasterij fundos & fortunas spectantia confirmauit Apostolica potestate. AN. 1110.

Ad comprimẽdas cædes lex talionis reuocatur in Flandria.

Ioan. de Collemed. in vit. Ioan. Morin. Iac. Meier. l. 4.

At in vtraque Flandria inter nobiles viros plebémque frequenter admodum ferro certabatur. Absente Roberto Comite, & in Syria bellum gerente, ortum erat id malum: adeóque sensim vires ceperat, vt vix pagus, aut paullò numerosior familia immunis cerneretur. ideò passim nobilium ædes in vicis, munitionibus altiùs eductis circumdatæ, fossisque profundissimis, quò vis hostium arceretur faciliùs. Multæ nihilominus cædes commissæ, multis fæuitum est latrociniis. Vt igitur grauia dissidentium odia, intestinas discordias, cædes mutuas, & rapinas opprimeret, multum laboris post reditum suscepit Robertus. Eam tamen operam frustrà consumpsit: neque priùs quidquam obtinuit, quàm pacem eam, quam Balduinus Insulensis auus instituerat, cuiúsque præcipuum caput talionem minabatur, nouo sanxit edicto, assentientibus plurimis tum Flandriæ Teutonicæ, tum Gallicæ primoribus, inter quos emicuit Rogerius Iunior Insulensis Castellanus. AN. 1111. D

Ob varias molestias Aquicinctensi

Sentiebat interim non leues ab nobilibus viris infestationes Aquicinctinum cœnobium: indéque non parua Monachi patiebantur incommoda. Hæc ægerrimè

Robertus

A Robertus Antistes tolerabat; eique non deerat voluntas iis malis obuiam eundi. Verùm domi tantum doloris ipsi quorumdam pariebat opprobratio, qui palàm quoque harum difficultatum, & perturbationum causas in eum asperis vocibus retorquebant: vt facto se magistratu maluerit exuere, quàm vlteriùs ad frangendos molestorum hominum conatus vires & industriam conferre. Abiecto igitur pedo cùm aliò discessisset, de successore certatum est aliquamdiu. Factum tamen denique fuit Lamberti monasterij Bertiniani Antistitis opera, vt communibus votis Aluisus in Præsulem expeteretur. Religiosam is fuerat vitam in S. Bertini familia professus. Et cùm naturæ quodam feruore ad virtutis studium, & arctioris asperitatem instituti maximè raperetur, strictiora Cluniacensis ascerij placita ibidem auidissimè nuper erat complexus. Quòd ardenti zelo propagandæ religionis magnam vim doctrinæ iunxisset; Lambertus aptissimum iudicauerat, qui secundùm scita Cluniacensia perfectissimos in hominibus sibi commissis mores effingeret. Iámque is Atrebati læto successu circa Religiosos ex eiusdem instituti regulis efformandos laborabat, cùm

Se dignitate abdicat Robertus Abbas. *Auctar. Aquic.*

In eius locũ sufficitur Aluisus. *Auctar. Aquic. Ioan. Iper.*

B Aquicinctum ad regimen euocatus est. Postquam igitur Aluisus creditum sibi gregem cœpit moderari; perinsignis factus est Monachorum in virtute progressus, quos iam quoque desiderium traducendæ secundùm Cluniacensia decreta vitæ accenderat. Et cùm suauissimus inde Religionis odor latissimè promanaret, ac præsertim Duacum iucundissimè afficeret, quò negotiorum, & comparandarum necessitatum gratia frequenter ij Religiosi ventitabant, quibus curandarum externarum rerum onus incumbebat: permultos inuasit cupido Aquicinctinum adeundi monasterium, ibique eum Aluiso, ac Monachis pia serendi colloquia. Neque fructu caruit ea de rebus diuinis sermonum crebritas. Per eam enim plerique vitæ melioris desiderio sic exarsere, vt remisso mundanis luxibus nuntio, in id cœnobium sponte se abstruserint.

Sub quo magnus collectus est fructus spiritualis. *Ioan. Iper.*

Verùm inter Anglum Francúmque exorto repentè bello, negati ab Anglo trecentarum argenti selibrarum tributi lacessitus iniuria Robertus, è toto Flandriæ

C Comitatu insignes legit copias, iuitque Regi Francorum suppetias in Galliam. Pugnatum est ad Gisortium ferociter in Normannia. Inde victor Francus Meldorum fines penetrauit. At hîc erumpentes vrbe sua Meldos sustinens, & retrò pellere laborans, Robertus ab equo grauiter vulnerato in ponte pro porta excutitur, & proteritur, dein tertio die animam reddit. Hunc in modum eo sublato, qui tanto fuerat in Oriente Christianorum hostibus terrori: filius eius Balduinus cognomento Securis, vel Securicula, paternum adit imperium, supra ætatem magno iuuenis consilio, & mira præditus animi fortitudine corporisque. Primum illi studium fuit latrocinia comprimere, quæ per absentiam patris inualuerant. Nullúsque ardentiùs ad retundēdam nobilium insolētiam incubuit, qui plebem vel superbe contemnebant, vel rapinis cædibúsque infestabant licentiùs. Ergò vel securim semper gestando, ciendi metus causa, vel illorum plerosque grauibus suppliciis afficiendo, scelera breui per Flandriam abstersit. Secundus ab initio magistratu mensis primum eius facinus aduersus raptores exhibuit. Contemnebatur ab nobilibus ætas eius, quasi pa-

Aduersus Anglum vires iungit Comes Robertus.

Ad Meldensem vrbem læditur, & paullo pòst moritur. *Sigeb. in exemp. ms. Lips. Andr. Marc. l. 3. Iacob. Meier. l. 4.*

BALDVINVS SECVRIS post eum Flādras imperat.

Cuius hic aliquæ memorantur laudes à studio iustitiæ, quo tandem Flandriæ quietem attulit.

D rũ idonea reis persequendis, quòd vix adolescentiam exuisset. Deprehendit interim quēdam equestri torque donatum (Præfecti apud Orscampum quidam filium fuisse afferunt) binos mulieri boues eripuisse. Igitur sibi ab fœmina monstratum eousque persequitur, donec ei manus iniiciat. Captum vinctúmque Brugas pertrahit. illic orantibus cunctis, ne talem virum è patibulo suspenderet, aut erutis oculis luce priuaret; neutrum se facturum spopondit. sed mox succenso in fori area lebete, ocreatum, accinctúmque gladio, in bullientem iussit laticem protrudi. Tam horribili tamen supplicio nondum fracta fuit multorum latrocinandi libido. Itaque cùm Gandaui ageret, erepta est cuidam in agris fœminæ bucula. Illa mœrens ac eiulans in vrbem ad Comitem confestim aduolat, dum is ad templum vesperas auditurus progreditur, de pecore ablato cum lachrymis interpellat. Statim à vesperis curaturum se Comes promittit, vt buculam recipiat. & cùm ea subiiceret, vereri se plurimùm, ne id negotium aliis superuenientibus ipsi excideret, pallium ipsi dat suum. Decan-

Herim. auctor ipsi contemporan. in Chron. Marten. Ioan. Iper. in Chron. Iac. Meier. l. 4. Marchant.

tatis subinde vesperis, è templo discedenti multa ingeruntnobiles negotia. Verùm is graui iureiurando sese obligat,nihil se priùs auditurum,curaturúmue,quàm ploranti bos mulieri restituatur,& in fontem animaduertat. Paucis diebus elapsis è sarcina cuiusdam institoris Torhoultum ad nundinas euntis quidpiam aliquot viri nobiles rapuere. Ad eius criminis nuntium exiliit confestim Balduinus; eósque assecutus, in ædes proximas coniecit. Adsunt extemplò quidam eorum amici, orantque Comitem suppliciter,ne propterea fauces eis restibus frangat. Sed is in speciem annuens,cùm pecuniæ multum pollicerentur,viris que aliquot septus,domum eam ingreditur,ibi per eum nouem è trabe suspendi iubet, cui vitæ spem fecerat. Et hunc deindè postquam pendentem è tabulato laqueum collo suo aptauerat, propulso pede scabello, cui rectus is insistebat, simili exitu castigat. Igitur iniecto tandem per hæc supplicia multorum animis terrore, omnésque locos diligenter obeunte Balduino, vt causas ad se delatas perpenderet, & grauibus pœnis in scelerum reos animaduerteret; tanta quiete frui cœpit Flandria, vt vix vllus reperiretur, qui vel gladium in alios stringeret, vel relicta in viis aurea vasa tolleret. A B

Baldericus Nouiom. & Tornac. Episcopus obit. *Eius epitaph. Herim. Chron.*

Currente anno post millesimum & centesimum duodecimo, naturæ debitum persoluit Baldericus Nouiomensis & Tornacensis Episcopus morbo sublatus Taruannæ. vltimum ei officium exhibuit Ioannes Morinensis Pontifex,corpus eius intra templi maximi chorum terræ mandando. Data spes eo tempore Tornacensibus peculiarem sibi Episcopum obtinendi,quem olim Vrbanus Pontifex Romanorum eius nominis Secundus concedere statuerat, ad eúmque legendum nuper ipsos Paschalis supremum Ecclesiæ caput erexerat. Dum enim viueret Baldericus,ob factum aliquod animo grauiter commoto in Tornacenses exarsit, iísque non auditis diuinum apud eos interdixit officium. Pupugit ea res admodum Tornacenses Canonicos, ac præsertim ipsorum Præpositum Gontherum, hominem opibus potentem. Is ergo cœtu Canonicorum coacto,ad Pontificem Maximum de facinore Balderici referendum fremuit. & mox eius impulsu missi Romam è Canonicis duo sunt eam questum vehementer iniuriam. Hi à Paschale perhumaniter accepti,auditique prolixè. Ergo in Baldericum acriter incensus Pontifex litteras scripsit Tornacum, quibus Canonicorum Collegio mandabat,vt quamprimum legendo sibi Episcopo peculiari sacra indicerent Comitia. Alia Remensem Archiepiscopum Radulfum epistola stimulauit, vt suam Tornacensibus operam commodaret, & quem ipsi dixissent Episcopum, sacro tingeret oleo. Dum ij domum legati ab Italia repetunt, è vivis apud Morinos excedit Baldericus. Igitur Nouiomenses eius morte cognita sinistrum aliquid rati ab legatis Tornacensibus deferri, nouum sibi Antistitem creare maturant, qui vtriusque regimen Ecclesiæ capessat. Is Lambertus fuit, Tornacensis Archidiaconus,multa præditus opulentia, vísque maxima fultus amicorum, idoneis omnino rebus ad obruendos eorum conatus,qui sese opponerent. Nouiomi agebat, dum in eum collata sunt suffragia. Ergo Tornacensibus sibi conciliandis inde viam tendit Cortracum. Hic certo die capita Ecclesiarum, Abbatésque totius Tornacensis Episcopatus adesse iubet, eo in Conuentu animos omnium sibi studet demereri, vt Nouiomensium votis subscribant. Qui refragaretur, præter Segardum S. Martini Tornacensis Præsulem, nullus ibi repertus. Sed hic vnus tanta valuit auctoritate, cùm libere dixisset, Tornaci in templo sanctissimæ Virginis, non Cortraci, ad legendum Cleri calculis Episcopum habenda Comitia, vt plerosque à Lamberto auerterit. Paucorum dierum interiecto spatio adsunt ij Canonici, quos Roma Paschalis lectissimos, & sacro diplomate, quo faceret Tornacensibus proprium sibi Episcopum nuncupandi potestatem, donatos remiserat. Tunc igitur ex Segardi sententia conuocatis in templum D. Virginis Ecclesiasticis omnibus, Paschalis litteræ leguntur publicè: & mox omnium votis in Episcopum eligitur Herbertus Taruanensis Archidiaconus. Qui poscant eum sibi concedi, ad Ioannem Morinensium Pontificem aliqui mittuntur. Ostenso hi diplomate Pontificio, id quod volebant ab eo iamdiu ad diuisionem Episcopatuum inclinante, impetrant. Verum his lætis successibus grauis iniecta est securis ab Radulfo Remensium Archiepiscopo. Iam enim

AN. 1112. C D

Tornacenses spem capiunt habendi peculiaris Episcopi: & quam ob causam. *Herman. in Chron. Martin.*

Verùm Nouiomenses eos præuenêre, ac Episcopum ipsis inconsultis LAMBERTVM legêre. *Heriman. Chron.*

Huic Segardo duce in conuentu Cortraci obrogatur. *Idem Heriman.*

Et postquam Roma legati redierunt, Tornacenses Hericbertum sibi eligunt. *Idem Heriman.*

Cui tamen Radulphus Rem. Archie-

A ipsum auro corruperat Lambertus, eiúsque artibus Franciæ Rex Ludouicus pecunia quoque illectus, Tornacensium conatibus obsistere ferebatur. Er missi mox Romam fuerant Aurelianensis & Parisiensis Episcopi, auertendo ab Tornacensibus Maximi Pontificis animo. Itaque cùm premeretur Radulfus, vt Herbertum solitis cæremonijs Episcopum consecraret: neque hunc, neque Lambertum, ab se priùs Pontificia liniendos vnctione respondit, quam Episcopi Romam legati mandata Paschalis afferrent. Impetratum intereà per hos in vrbe fuit ab Romano Pontifice, vt hæc omnis controuersia per Archiepiscopum Remensem dirimeretur, à quo iam acceperat ea diuisione dignitatem Episcopalem redditum iri viliorem; neque sufficientes Nouiomensi Episcopo ad tuendam sui gradus personam redditus suppetere, si abiungantur Tornacensis Ecclesiæ bona. Vix igitur in Franciam regressi, Paschalis epistolam legati Radulfo tradidêre, cùm is subditos sibi Episcopos aduocat Remos, ac diem statuit, quo Lambertum Pontificijs decoribus ornet. Placuit Regi Ludouico eum Remis Conuentum celebrare. Sed priusquam illic aliquid statueretur,

piscop. & alij se opponunt.
Idem Herman.

Cùm igitur ei Paschalis cõtrouersiam commisisset, pro Lãberti cõsecratione conuentum habet Remis.
Idem Herman.

B in hunc Episcopos modum allocutus est, vti quàm maximè animaduerterent, ne quid Ecclesia detrimenti pateretur. eò magnopere animos conuerterent, quod plus honoris Deo conciliaret, plus afferret ponderis ad salutem mortalium. Si maior vtilitas ex diœceseon partitione speretur, nihil se contrà moliturum; quandoquidem neque diuinæ voluntati, neque bono animorum aduersari cuperet. nunquam se admissurum quidpiam, vnde quisquam improbo facto suo tegumentum obtendat. Ad ea Ioannes Morinensium Episcopus vltrò cùm surgeret, paucis Regem affatus, ab crimine prorsus alienum fore asseruit, si quid Episcopi secus fecerint, quàm Dei voluntas, Ecclesiæque vtilitas postulet. dein Patres circùm sedentes aggressus, quid facto esset opus, vt admodum ipsi expenderent, stimulauit. Haud enim ea nimis festinanda, quæ minùs, quàm decuit, agitata, incommodi posteà & damni plurimum afferunt. Nihil tamen ad id pensi habuit Radulfus quod dicebatur: statimque Lambertum aris admotum infulis decorauit, ac vtriusque diœceseos

Ibi quid dixerit Rex Ludouicus, quid Ioannes Morinensis Episcopus de diuisione Episcopatuum.
Idem author.

C Præsulem esse iussit. Subijt tunc nonnullos admiratio, qui plus pecunia, quàm suffraganeorum Episcoporum numerus auctior Radulfi animum perculerit: quandoquidem & Pontificis Maximi, & Regis voluntate eam partitionem facere liceret. Vsitque hoc factum vehementer Præpositum Tornacensem Gontherum, eòque tandem impulit, vt tractis in societatem itineris D. Martini Abbate Segardo, aliísque nonnullis, Herbertum Romam ad Paschalem duceret. Verùm quamuis per Lotharingiam vitandis vel indicijs, vel insidijs Francorum iter caperet: eius tamen profectionis gnarus fuit Lambertus. Hic itaque multis auri ponderibus onerans suos, ad eundem Pontificem adijt. Frustrà enim sese consecratum arbitrabatur, si Paschalis Herbertum sacris vngeret ritibus ac verbis. Acta vtriusque causa Romæ. impensus initio fauor Herberto, cùm ingereretur ardentiùs, rarò Nouiomenses Episcopos Tornacensium vrbem, Flandriæque fines Tornacensi diœcesi obnoxios coluisse: ac per eam absentiam plurimos ibi mortales spiritualibus animæ bonis, haud sine salutis periculo, destitutos fuisse multis admodum annorum curriculis.

His tamẽ non obstantibus Radulfus Lãbertũ vtriusque Ecclesiæ vnxit Episcopum.
Hermannus.
Ducitur ideò ad Põt. Max. Herbertus.

Eodem it Lambertus.

Vtriusq. causa ventilata:

D At plus posteà ponderis apud quosdam fecit Lamberti pecunia, vt Pontificem Maximum ei conciliarent. Et hunc non parum adiuuit Iuonis Carnotensium Episcopi ad Paschalem epistola, ne vtraque diœcesis diuelleretur, certantis maximè. Igitur tandem pro Lamberto ab Summo Pontifice pronuntiatum fuit; indictúmque Tornacensibus, vt eum pro suo colerent Episcopo. Accepit etiam à Paschale mandata Radulfus, vt omnes Tornacensis Episcopatus Ecclesias Lamberto subijceret. Verùm hic ardentiùs, quàm par fuit, abutitur ea potestate. Nisi enim Romani Pontificis voluntati pareant Tornacenses, tota in vrbe Clericis & Religiosis omnibus sacra interdictum iri minatur. Parum tamen hic apud eos obtinuit. Et passim à potentioribus tam Pontificis Maximi, quàm ipsius voluntati obrogatum est. Cúmque Lambertus è Francia venisset, vt solita Tornacensem vrbem pompa primùm iniret: ne multi obuiam procederent, quorundam primorum artibus campano æri detractæ sunt linguæ, ac nullo prope honore is ad templum & Episcopale palatium dedu-

Epist. Iuon. 238.
pro Lãberto decreuit Paschalis.
Herman. in Chron.
Quia tamen ille & Radulfus in Tornacenses grauius egere:
Tornacenses nullo ipsum Episcopum honore prosequuntur:

ctus est. Incanduit ipse adhæc vehementer: móxque tumens iracundia portis vrbis A
excessit, ac omnes Canonicis Tornacensibus obnoxias per Flandriam Ecclesias inuasit, ac diripuit. Vetitus etiam est ab Remensi Archiepiscopo per omnia templa Tornaci sacrorum vsus. Ægerrimè hæc omnia tolerabat Gontherus Ecclesiæ Tornacensis Præpositus: ideóque secundùm Romam versus iter arripuit. Postquam illic Paschalem de rebus ab Radulfo & Lamberto perpetratis palàm docuit, binas ab eo litteras impetrauit. Harum vnis grauiter Radulfus ob interdicta Tornaci sacra reprehensus est, eiúsque sanctioni vis adempta. Tornacenses alteris admodum deliniti, vt tantisper Lamberto subessent modestè, donec eo vita functo aliud statueretur. Et ne quid ipsis in posterum ab Lamberto noceretur, eorum Paschalis patrocinium suscepit. Igitur cùm receptis Pontificis Maximi litteris amicè per epistolam monuisset Remensis Archiepiscopus, ne quid aduersus Lambertum occiperent grauius, pacem arripuere Tornacenses.

& cōtra com Gontherus Præpositus Romā iterum profectus est. *Idem auctor.* Radulphus reprehēditur. *Epist. Paschalis.* Tornacenses, vt Lamberto pareant inducuntur.

AN. 1115.
Dum ita se res habent Tornaci, propiùs à præsentissimo discrimine mortis absuit Ioannes Morinorum Episcopus. Mercheniam ipse venerat, nobilem Teutonicę B
Flandriæ vicum. Ibi ab loci regulo perhonorificè susceptus, plurimos incolarum modò in æde, modò ad vestibulum eius sacro chrismate in Christianos milites vnxerat manè. statuerat inde cœmeterium bonis verbis, & solitis cæremonijs ad sepelienda fidelium corpora expiare. Igitur primo fessus labore, in arcem, vbi noctu quietem ceperat, conscendit vestimenta mutaturus. Ad eam pons altus longúsque ducebat è sublicis constructus. ei suberat fossa tricenos pedes, vt minimùm, profunda. Dum itaque id, quod intenderat, facturus Pontifex per eum pontem rursus descendit, paullùm illic subsistit, multa circùm turba hominum stipante. Ibi repènte tota pontis machina dissoluitur, vnóque secum casu Ioannem & multitudinem inuoluit, & in fossam profundè præcipitat, tanta pulueris nube simul exorta, vt ruentium corpora oculis etiam proximè spectantium eriperentur. Dum ad fragorem eius præcipitis ruinæ è vicinia multi aduolant: ingens illico facta est omnium comploratio; quòd Episcopum aliósque casu obrutos arbitrarentur. Verùm vbi paullum C
subsedit ea pulueris nebula, en Ioannes hilari vultu, & illæso corpore subleuat sese; ac cum eo cuncti saluis corporum membris è pontis fragminibus sese expediunt, quos idem casus obruerat. Non latebat Pontificem eam ruinam ab monstro quodam infernali profectam: sed in ipso casu Numen precatus, sibi suísque sospitatem impetrauerat. Cùm igitur è fossa integer emersisset, è vestigio ad lustrationem cœmeterij sese contulit. Sed eodem anno vitam cum morte mutauit Lambertus Atrebatium Episcopus, qui semper Ioannem charissimum habuerat, quémque priùs inter Canonicos Insulenses Cantorem fuisse memorauimus. Multa præclarè gesta non paruam ei famam sanctitatis asperserant: exstátque Atrebati celebris eius in D. Virginis æde memoria. Quem tertium is legerat Archidiaconum, Robertus infulis eius Ecclesiæ donatus est. Erat eo tempore miseranda Martianis in monasterio rerum facies, propter solutos Fulcardi Antistitis eius mores. iámque Monachi partim religionem cum vestibus exuerant, partim habitu retento neque disciplinæ monasticæ, neque votis obsequebantur. Igitur Robertus sacrum adeptus Atrebatensis D
Episcopatus magistratum, his cognitis, Fulcardum grauiter increpuit; vtque ad virtutem & familiæ curam animum conuerteret, verbis admodum stimulauit. Verùm vt erat animi peruicacis & tumidi Fulcardus, in pectus altissimè Roberti verba demisit; & pòst aliquot dies eodem rursus probris incessente, ad pedes ipsius pedum abiecit, iracundia magis æstuans, quàm scelerum ductus pœnitudine. Vtigitur è Monachis aliquos in cœtum reuocaret Pontifex, ijsque nouum Præsulem daret, vehementer laborauit. Sed ecce repèns Fulcardum magna cupido repetendæ virgæ pastoralis incendit; vtque rursus imperium Martianis obtineat, in varias abripit curas. Modò Flandriæ Comitem adit; modò primores eiusdem regionis muneribus & promissis onerat. Vbi tamen ex voto nihil succedere animaduertit, in Robertum machinas intendit, eúmque viuis subtrahere molitur. Verùm his laboribus frustra susceptis, & Robertum aduersus insidias protegente diuino Numine; qua-

Ioannes Morinensis rupto ponte periculū vitæ adit, at diuinitus præseruatur. *Ioan. de Collemed. in vita eius.*

Lambertus Atrebatensis Episcop. moritur. *Eius epitaph. Tabula Atreb. Gaz. Locr.* Ei succedit Robertus. *Tabula Eccles. Atrebat. Gaz. Locr.* Martianense monasterium pessūdat Fulcardus Abbas: & ad reprehēsionem Episcopi pedum abijcit. *Lib. 1. mirac. S. Rictrud. cap. 1 & seqq.*

A tuor e Martianensibus Religiosis Aquicinctum venere, ibique huius monasterij Priorem Amandum nomine, multa virum virtute fulgidum, Antistitem sibi legerunt. Quod hi fecerant, Episcopo ratum fuit; isque omnem adhibuit operam, vt Amandus, qui plurimum electioni obnitebatur, inopiámque virtutum & consiliorum prætexebat, humeros oneri subijceret. Quia tamen Fulcardus quorumdam viribus fretus Martianas insidebat, indeque grauia minabatur: Aquicincti cum suis tantisper Amandus sese continuit.

Hæc dum fiunt partim Aquicincti, partim Martianis: pugnat secum vehementer Gosuinus intra muros Duacēses; dum hinc ad stadium Religionis in Aquicinctensi monasterio decurrendum vocari sentit se diuinitus; illinc strictissimis sæculi nexibus animum retineri percipit. Natus is fuerat Duaci loco satis honesto, & copiosis simul ac piis parentibus. Pueritiam sic exercuerat, vt paternis ac maternis moribus instructus, præclarum coætaneis modestiæ, pietatis, obedientiæ speculum esset. Postquam litteris imbuendus intra patriam vrbem magistro à patre est traditus: quàm
B insigni polleret ingenio, quanto teneretur desiderio proficiendi, satis ostendit: cùm inde cuncta facillimè sepiret memoria, nihilque intellectus eius lumini esset imperuium: hinc ea, quæ de mandatis diuinis audiuerat, pro ætatula conaretur ardenter exequi. His parentes animaduersis, tinctum iam abundè poëticis & oratoriis facultatibus Parisios misere, vt philosophis operam daret primùm, ac deinde dialecticis subtilitatibus munitus, altiorum studiorum sese professoribus expoliendum submitteret. Vbi plusculum temporis aures doctissimis hominibus præbendo philosophicis quæstionibus impendit: eum denique fructum è studiis collegit; vt non modò Petrum Abailardum in S. Genouefæ claustro suos nouis ac periculosis opinionibus discipulos in errorum præcipitia facundè ac subdolè rapientem, breui neruosaque disputatione in summas redegerit angustias, & victas manus dantem plurimo pudore suffuderit; verùm etiam in ea celeberrima Vniuersitate ludum publicè aperuerit, ac plurimos ibi iuuenes cùm placitis Philosophorum excoluerit, tum præclaris
C ad mores benè componendos instruxerit præceptis exemplísque. E Francia cùm patriam repetiuisset, inter Diui Amati Canonicos ascitus; nihil pristinæ pietatis remisit, nihil opitulandi aliis studij. Rursus in exedram inclusit se, vt in iuuenum animos eius, quàm copiosè hauserat, sapientiæ dulcedinem infunderet, multísque ad cælitum sedes viam sterneret, de virtutis cultu præmiísque insertis appositæ sermonibus. Et iam tum quandam in animo sentiebat excitari rerum caducarum fastidium nauseam, ac vehementer impelli sese diuinitus, vt calcato sæculi fastu in aliquo tandem monasterio reliquum vitæ asperiùs ac religiosiùs duceret. Ab hoc instituto qui reuocaret, domi nullus erat, vtroque subducto è viuis parente; cùm frater eius natu minor Bernardus simili teneretur virtutis studio. Accendebant huic ardorem in dies acriùs sacrorum hominum, qui Duacum ex Aquicinctino cœnobio negotia procurandi gratia frequentabant, modestia, sobrietas, verecundia, pij sermones, charitas. Nunquam enim cum iis, quod sæpè tamen faciebat, congrediebatur familiari colloquio, quin domum rediret cum maiori opum, ac sæculi voluptatum tædio, ma-
D iorésque diuini amoris flammas aleret. Vbi verò denique Aquicinctum sese contulit, & in Aluisi Archimandritæ familiaritatem insinuauit profundiùs, nihil propiùs abesse videbatur, quàm vt confestim abruptis cupiditatum compedibus, & discissis cæterarum rerum nexibus, in religiosam sanctámque familiam lætus ac liber euolaret. Cùm enim doctissimus pariter, & feruentissimus hic Antistes multa de caducis sæculi rebus, de fugacibus corporis voluptatibus, de præsentissimis & grauissimis mundi periculis, de fallaci hominum opibus inhiantium amicitia dissereret: adeò visus est horum omnium metu concuti, vt ab iis celeri se in eorum fuga subtracturus crederetur. Iniectum quoque maximum ei studiorum fuit fastidium, postquam idem pius pater magnum à scientia & sapientiæ discrimen animis ingruere docuit; ne vano inflati tumore transuersim rapiantur, vbi præsertim secunda laudum murmura efferunt. Erumpebant etiam ex ore vultúque ardentia cæli ac rerum diuinarum desideria: cùm iucundissimos & calidissimos de Deo, déque cælestibus voluptatibus

B. Gosuinus ad religionē vocatus grauiter secum pugnat.

Alexander in eius vita, & Anonymus quidam.

Vbi fuerit is ortus.

Quî pueritiā exegerit.

Quantum iuuenis in studijs philosophicis profecerit.

Petrum Abailardum conuicit.

Parisijs Philosophiam docuit.

Apud S. Amatū Canonicus Duaci ludū aperuit.

A Deo ad vitam religiosā impellitur.

Eam nutrit vocationem Aquicinctinorum Religiosorū consortio.

Et vt sæculū deserat, à Præsule Aluiso incitatur.

A fermones Aluisus haberet. Vbi tamen actis Abbati gratijs Duacum sese Gosuinus retulit, in eum paullò pòst tarditatis & teporis impegit scopulum, in quem frequenter post conceptam Christo famulandi voluntatem iuuenes illiduntur grauissimè. Inter studia scilicet ac sociorum congressus & colloquia omnis ille propè spiritus exstinctus est, quem suo ad capessendum religiosum institutum animo senserat diuinitus immitti: seu vis ea veteris fuerit consuetudinis, qua totus ad hauriendam è libris doctrinam ardentissimè ferebatur; seu Deus ad breue tempus illum propositi voluerit obliuisci, vt acrioribus deinde flammis incitatus id, quod per imprudentiam differebat, vehementer ac constanter arriperet. Erat ei par ætate, studiorumque cupidine Haymericus inter Clericos Duacenses adscriptus: quem adeò syncera charitate complectebatur, vt quasi fratrem coleret. Cum eo à pueritia creuerat, cum eo litterarium semper ludum frequentauerat. Igitur iniecta de repetendis ab eo in Parisiensi Vniuersitate studijs mentione, haud difficulter illuc tractus est Gosuinus, vt ipsi se socium adiungeret. Et iam dictus profectioni dies erat. Id Deo minimè placuisse consilium, aduersus post dies paucos docuit euentus. Etenim Haymericus in grauem subitò ægritudinem incidit, intráque breue tempus ea consumptus è viuorum numero subducitur. Ibi Gosuinum ingens mœror adeò perculit, vt interdiu noctúque in lachrymas totus difflueret; ac sui gradus, & decori oblitus, expositum ad sepulturam corpus cum magno gemitu complecteretur, & in has flebiles, quibus dolorem suum testaretur, voces palàm erumperet: *Haymerice, sic igitur Parisios proficisci statuimus? Enimuero si mecum veneris, illuc abibo; sin hîc manseris, haudquaquam in iter me dedero.* Et pergebat plura cum luctu verba effundere, cùm grauiter offensis idcò Canonicis, quidam eum manibus corripientes confestim extra chorum detulere. Postquam paullùm ad se redijt, ac vitæ breuitatem, insidiásque amicorum societatem expendit: rursum animo faces inijci sensit, quibus ad capessenda religionis instituta longè magis, quàm priùs, inardesceret. Et impulit ipsum ea vis Aquicinctum denuo, vt sapientibus Aluisi colloquijs ac monitis has pectoris flammas nutriret. Non defuit suo muneri Aluisus. Ac nunc, veluti ferrum faciliùs tundi, & in varias deduci formas cernimus, cùm igne duritiam exuit; ita dum diuino feruet ardore, subigendum esse animum studio virtutis docuit; & non in longum differenda subeundæ Christi seruitutis proposita, quæ temporis diuturnitate potiùs languere solent, quàm roborari, asseruit. Nunc Spiritui sancto tarda displicere molimina ostendit, vt quem ignis dispositam materiam celeriter corripientis natura delectat. Ad extremum glutinis instar esse monstrauit corporis voluptates, prauasque consuetudines: quòd sicuti glutine coniuncta perfacile est dissoluere, dum illud recens adhuc, molléque est; contrà, in cassum ferè nitaris, si postquam indurauerit, eo coalita disiungere labores: ita prorsus quæ carnem iucundè afficiunt, & malo animum vsu constringunt, initio facilè discutias; vbi vires diuturnitate contraxerint, frustrà impugnaueris. Hæc cùm attentiùs exciperet Gosuinus, sese non potuit cohibere, quin illico mentem diuinæ voluntati submitteret, ac sanctè polliceretur, vbi res domesticas composuisset in Aquicinctino se monasterio quod superesset ætatis religiosæ traditurum disciplinæ. His lætatus promissis, Aluisus domum iuuenem ire permisit, & curandæ familiæ tantisper operam dare, donec omnibus negotijs expeditis, ad sumendum religionis habitum reuerteretur. Verùm vix Duacum Gosuinus sese retulerat, cùm rursus eum vanæ res & fallaces cupiditates irretiunt: amórque studiorum per boni monitoris absentiam procul à proposito, & pollicitis auertit. Et omnino præceps illuc iuisset, quò varia discendi ardor, & veteris dulcedo libertatis ac consuetudinis trahebat: nisi datæ fidei recordatio, & incurrendi metus discriminis graues iniecissent frenos animo. Erat tunc domi frater eius Bernardus, quem ipse propter studiorum ac virtutis cultum insigni amore prosequebatur, cuique propter maturos animi sensus & prudentiam fidebat plurimùm. Huic ergo fluctuantis æstus pectoris cùm aperuisset, nonnihil etiam ab eo subsidij & consilij flagitauit, quo se faciliùs ac breuiùs è mundi syrtibus expediret, ac in tutum se portum reciperet. Nihil accidere Bernardo poterat iucundius, quàm de suscipienda religio-

Verùm sensim vocationis obliuiscitur, & de Parisijs repetendis agitat.

B

Huius propositi socio vita defuncto, rursus ad institutū religiosum accenditur.

Aquicinctum rursus petit.

C

Quæ tunc Aluisus eum docuerit.

Futurum se breui Monachum Aquicinctinum promittit.

D

Duacum reuersus tepescit denuo.

Vocationem & promissum fratri aperit.

A nis disciplina fraternum propositum: ideóque maximè id institutum laudauit, &
multis docuit rationibus, nullas ipsi moras esse nectendas, vt boni tantum conse-
quatur, quantum in religiosis tegitur familiis. Alacri solùm animo esset. non defu-
turas à cælo vires, quibus & mundum suppeditet, ac sese cum insigni fructu inter
Monachos subigat, vbi se Christi voluntati submiserit. Et si socium in capessendo
tam præclaro vitæ genere desideraret, non esse procul quærendum. sese namque
paratum in idem congredi monasterium, eamdémque religionis disciplinam
capessere. Magnam Gosuino ea Bernardi oratio voluptatem peperit, quòd fra-
ternam societatem, vel proprer morum similitudinem, vel propter eiusdem
boni participationem, optaret maximè. Ergo iam cum eo & frequentiùs & iucun-
diùs de religionis vtilitate, de fructibus virtutum, de cælestium rerum suauitate
sermones habere. his eum séque ad æterni Numinis amorem in animis augendum
accendere. Euenit interim, vt in Azzonis Ecclesiæ Amatensis Canonici manus li-
ber inciderit, quem Grammaticus quidam nuper in opera Prisciani commentatus
B scripserat; isque de huius præstantia nonnihil Gosuino suggesserit. Exarsit illico iu-
uenis eius videndi, ac postquam aliquid legisset, exscribendi desiderio: ac munus
celeriter exarandi calamo fratri mandauit. Suscepit quidem Bernardus hanc scri-
bendi prouinciam, ne quem Gosuinus mœrorem caperet: vbi tamen multum tem-
poris ea scriptione vidit absumi, ac nonnihil fraternum ardorem erga res diuinas,
& religionis studium remitti, commodam nactus occasionem, his eum verbis ag-
gressus est. *Itáne, mi frater, quàm maximè pugnantia iungere contendis, vt mundo nuntium
remittere labores, vnáque vanis rebus studium impendas? Non parua, sed magna; non fu-
tilia, sed solida sectaris necesse est, si diuino te mancipare seruitio desideres. Depressa mens,
continentia nitor, patientia obfirmatio ad religiosam vitam anhelanti comparanda. Quis
hæc è verbosis Grammaticorum commentationibus haurienda existimet; vbi de solis voci-
bus, ac sermonis elegantia disputatur; de virtutum excellentia, díque cultu animorum iuge
prorsus est silentium? Equidem frustrà feceris, nisi rationes domandi corporis mentísque, nisi
C artem de satanæ conatibus & impugnationibus victoriam reportandi, è veris & sapienti-
bus morum magistris accipias: hisque instructus in arenam prodeas, ac viriliter prælieris.
Non quiete cælum acquiritur. hoc violentia & machinis oppugnandum. subacto submisso-
que animo, & vera cordis pœnitudine aditum eius facilè ruperis. Quid ijs te studijs applicas,
quæ spiritus opprimunt vires, Dei timorem procul exigunt, hosti robur suppeditant? Ad ea
potiùs incumbendum, quæ virtutum cultui congruunt. Parum scilicet ad salutem animæ
consequendam proderit, si tersi sermonis elegantiam sis assecutus, nullis interim rectè vitam
instituendi regulis obsequare. Etsi periti nomen obtineat, qui concinnam texit orationem; an
non tamen is perpetuùm periturus, si vitam flagitijs coopertus agitet? Teneat sanè latini
clauē sermonis Priscianus: eidémne propterea creditus cælorum est aditus, vt quem velit, illuc
admittat? Erras maximè mi frater, si tantum huic tribuas auctoritatis, vt eos Deo poßit
reconciliare, qui castra eius turpiter deserunt. Vide, quid supremo Iudici respondeas, dum is
non petet, an secundum leges Prisciani scripseris aliquid, dixerísue: at seriò & rigidè perscru-
tabitur, an moribus Christianis vitam transegeris.* Mouit admodum vehementer Gosui-
D num hæc oratio. Igitur Bernardum extemplò strictissimè complexus: *Eia, mi frater,*
inquit, *eò nunc feramur, quò nos Deus ambos euocat. Minora hac animus, quæ sumus inter
libros, mundíque vanitates hactenus sectati. vt maiora modò capessamus, id admonet in-
stitutum, ad quod diuina nos incitat clementia. Agè pedicas omnes abrumpamus, & igna-
ris omnibus amicis & propinquis, Aquicinctum eamus, ibique nos in Monachorum consor-
tium, & Aluisi disciplinam alacres lætique tradamus.* Postquam ergo cunctis rebus oc-
cultè domi dispositis tempus aduenit, quod profectioni Gosuinus præfixerat, is cum
Bernardo sub vesperum à cœna (dies erant æstiui) per speciem ambulationis Duaco
discessit, & cùm ad monasterium peruenisset, ibi cum magna Præsulis ac Religioso-
rum lætitia exceptus est. Quàm fuerit vtriusque diuina vocatio, inde clarissimum
euadit, quòd intra breue tempus ad summos virtutum gradus peruigerint, ceteris-
que suo fuerint exemplo præclarus ad perfectionem religiosam stimulus: vt non tam
ipsi essent docendi, quàm alijs instruendis admouendi viderentur. His dum floret

Is eum hortatur, vt citò Aquicinctum adeat.

Ad religionē complectendam socium se offert.

Tardat tamē adhuc Gosuinus ob cuiusdam Grāmatici librum.

Verùm ideò à Bernardo his verbis increpatur, & ad implendum propositum incitatur.

Ergo motus oratione fraterna Gosuinus cum Bernardo Aquicinctum adit.

Ibi ambo Monachi fiunt, & mirè proficiunt.

iuue-

Interim Martianẽses Monachi hærent Aquicincti. *Lib 2. mirac. S. Rictrud. c. 4.*

iuuenibus Aquicinctinum cœnobium, ibidem Martianẽses Religiosi cum Amando, A
quem sibi Antistitem legerant, opportunitatem exspectant Martianas repetendi, ac suum restituendi phrontisterium. Interim tum Gosuini & Bernardi, tum aliorum Monachorum præclaris fruuntur exemplis, & ad studia virtutum, cõstanter colenda retinendáque incitantur magnopere. Biennium sic exactum, donec Fulcardus, qui Martianas occupabat, omnia sibi aduersa conspiciens; meliorem denique mentem induit Amando Martianense monasterium cedendi. At ne rursus eum res obturbandi desiderium inuaderet, placuit coram Archiepiscopo Remensi, & plurimis grauibus viris religionem professis, eam abdicationem fieri. E possessionibus cœnobij datæ Fulcardo villæ duę, vt earum censu vitam honestè & commodè transigeret, Robertus Atrebatium Episcopus Martianas pòst paullò adueniens, vt priusquam eò Monachi reuerterẽtur, cuncta loca visitaret: tantam rerum penuriam ibidem nactus est, vt variam supellectilem illuc Aquicincto deferri oportuerit. Et mox eodem Episcopo vocante, cum suis Amandus Religiosis intendit. Locum adeò vastum, & omnibus pænè rebus necessariis carentem, ingressum benignè Robertus excepit; B
blandísque verbis ad patientiam, & collocandam in Numinis prouidentia fiduciam erexit. Qui partim domestica externáque negotia curarent, partim diuinis laudibus nauarent, & piis meditationibus, ex eiusdem Pontificis sententia Aquicincto plerique aduocati sunt socij, vt Martianæ rursus efflorescerent. Et breui animaduersa tum Præsulis Amandi, tum Monachorum religione, non pauci ad vitam intra huius monasterij septa degendam insignibus tracti sunt virtutum exemplis. Visúmque istorum studiis cælum subscribere, eùm fluentibus semper ex animi sententia rebus, affatim quoque internorum gaudiorum subministrauit; nihilque deesse voluit, quod etiam corporum necessitatibus congrueret. Venit interim Insulam Ioannes Morinensium Episcopus, itemque Nouiomensis & Tornacensis Pontifex Lambertus, vt Comiti Balduino Securi, fierent auctores eius allodij Insulensium Canonicorum Ecclesiæ restituendi, quod olim huic à Balduino Insulensi donatum, & posteà detractum per iniuriam, sibi vendicauerat. Id non procul Aquisgrano situm C
erat Vals nomine, pars eorum quæ Balduinus Insulensis Præposito eius sacri Collegij assignauerat. Nun fuit difficile hanc rem Securi persuadere. Cùm enim ipse bonorum alienorum raptores acerrimè persequeretur. & grauissimis comprimeret supplicijs, sua etiam sponte ad reddenda cuique sua ferebatur. Igitur possessæ rei sacræ magna ductus pœnitudine coram eis Pontificibus facinus suum amare defleuit, publicæque litteras conscripsit, quibus & sui doloris, & redditæ D. Petro possessionis fidem faceret. Neque diu pòst ab hoc Comite eiúsque matre Clementia idem Ioannes, & Lambertus Abbas Bertinicus impetrauere, vt noua Monachorum colonia è D. Bertini monasterio Gandauum duceretur, eáque Blandiniensi cœnobio imposita collapsam illic religionem Arnulpho moderante restitueret. Iisdem ferè temporibus suum Martianensibus cœnobitis patrocinium D. Rictrudis præbuit, seu quis eos infestaret; seu sua ipsi repeterent. Quippe dolens Amandus eius loci Antistes multos cœnobio suo fundos partim ab Rogerio Insulensi Castellano detractos, partim ab aliis ereptos, Securim adiit. Ei, quantum damni Martianæ parerentur tam iniqua rerum suarum amissione, cum lachrymis exposuit. Pio Principi D
magnum mouit dolorem ea relatio; & mox in eos inquiri iussit, quos Amandus grauiter arcessebat. Illis alienum nihil se possidere asserentibus, plerosque ditionis suæ primores In consultationem vocauit. decretum est communi sententia, vt ea de regione, vbi præsertim agri, quos Rogerius vsurpauerat, iacebant, seniores aliquot viri degerentur, qui cum sacro D. Rictrudis corpore solum obirent, & quidquid ij Martianensibus adiudicassent, ipsis perpetuò tenendum tribueretur. Postquam ei rei dictus à Comite dies illuxit, ad locum qui maximè disceptationem mouerat, Martianenses Monachi S. Rictrudis corpus afferunt. ingens accurrit hominum multitudo de incolis accolísque aliquot deliguntur arbitri. Sed isti magno timore Castellani perculsi, vt procul à se iudicandi onus amoliantur, ignaros sese finium fingunt, itaque omnium exspectationem frustrantur. Ibi maturæ admodum mulier ætatis in-

AN. 1117.

Post biẽnium Fulcardus Martianas deserit. *Ibidem.*

Illuc Robertus Atrebat. Episcop. proficiscitur. *Ibidem.*

Eodem cum Monachis it Amandus. *Ibidem*

Et dein aliquot Religiosi Aquicinctenses. *Ibidem.*

Floret denuo Martianense monasteriũ. *Ibidem.*

Ioannes Morinensis Episcopus cum Nouiomensi Insulã venit. *Littera Balduini Comitis.*

Coram ijs Ecclesiæ S. Petri allodiũ Securis restituit.

Ioan. Iper. in Chronic. Iacob. Meier l. 4.

A D. Rictrude opem sentiunt Martianenses in bonis Ecclesiæ recuperandis. *Cod. ms. Martian. Abbat.*

A dignè ferens illatam Monachis iniuriam, in medium sponte procedit, ac se ducem obeundorum finium præbet. Igitur quà viam ea carpit, sanctum Diuæ corpus gestatur, & multi panguntur humi agrorum termini. Vbi totum soli controuersi spatium ea mulier hunc in modum peragrauit, iureiurando fidem obstrinxit, eos se fines Martianensibus addicere, quos anteà iure possederant. Verùm id arbitrium vt Comiti placuit, ita Castellano, & plerisque rusticis hominibus graue admodum est visum. Neque defuerunt, qui Castellani fauorem aucupantes per noctem terminos reuellerent, & mille fermè passus inde figerent. Ratum tamen diuino numini fuisse mulieris iudicium exinde certò colligitur, quòd die proximè subsecuto, ijs in locis metæ rursus repertæ fuerint, in quibus ea defigi iusserat. Quæ res ipso miraculo Castellanum, aliósque non paucos ab infestatione Martianensium cohibuit. Haud minus id memorabile, quod trium fratrum Lorgiensi villæ Martianensibus obnoxiæ flammas minitantium senioti ac ferociori accidit. Cùm enim exacta iam nocte media fratres alij starent in procinctu, eúmque nondum euigilantem expergefacerent,

Martianensis villæ incẽdiũ moliens excæcatur.

Lib. 1 mirac. S. Rictrud. cap. 6.

B & sceleri maturando tempus opportunum effluere vociferarentur: graui se damnatum cæcitate experrectus is percepit. Igitur concepti animo flagitij tactus pœnitentia, & fratres à peragendo incendij crimine deterret, séque ad Lorgiensem Ecclesiam ab his deduci flagitat. Mirum dictu, quod euenit. Illic enim post agnitum palàmque declaratum animi reatum & postulatam precibus opem, B. Rictrudis misecordiâ lumen recepit, quod designata in ipsam iniuria perdiderat.

Ac deinde agnito reatu lumen recepit S. Rictrudis ope.

AN. 1118. Annus proximè secutus ab Italia in Franciam, & Flandriam Gelasium Pontificem Maximum deduxit impellente Schismaticorum metu, à quibus ipsi grauissima ingruebant pericula. Dum peragraret Flandriæ fines, Tornaci templum Numini dedicauit, S. Stephani nomine, in D. Martini monasterio. At continuis in Normannia Francum inter Anglúmque Reges ardentibus bellis, multa Balduinum Flandriç Comitem ad ferendam Francis opem stimulauere, cæsus illic ab Anglis nuper parens Robertus, negatum vectigal, erga Franciæ Regem fides, cum Guilelmo Duce

Gelasius Papa in Flandriam venit.

Pandulph. Chron. Flan. M. S. Lib. Chron. Platin.

Securis in Normaniam it cũ exercitu aduersus Anglos.

C Normannia exacto sanguinis necessitas. Ergo non modicum ex vtraque Flandria exercitum colligit, eúmque rebus omnibus instructum in Normanniam abducit. Illic capta feliciter Aquæ Nicasij, & Andelium. Sed dum calidiùs Augem oppidum vnà cum suis Comes oppugnat, in frontem per clypei allisionem vulnus accipit: & paullò pòst in Flandriam reportatus hominem exuit, nulla sobole relicta. Qui proximo ipsum gradu sanguinis tangebat, Carolus Canuti Danorum Regis & Adelæ Roberti Iunioris Comitis sororis filius, cui à probis moribus Boni cognomen additum, ab eo ex asse scriptus heres, Flandriæ omnis Principatum adijt. Grauiter id tulit Clementia Securiculæ parens, quæ Flandriam Guilelmo Iprensi asserere nitebatur; ideóque Louaniensium Comiti nupsit Godefrido, vt opes ad hoc negotium ex animi sententia perficiendum sibi maiores conciliaret. Ergo sub initia Principatus aduersam Carolo sese præbuit, eique hostes acerrimos conciuit Hannoniæ Comitem Balduinum, D. Pauli Comitem Hugonem, Eustathium Comitem Boloniæ, Godefridum Louaniensem, ac plerosque alios quàm opibus, tam militiæ artibus

Iac. Meier. l. 4.

Ex vulnere moritur.

CAROLVS BONVS ei succed.t.

Gualter in vit. Car. Iac. Meier. in Annal.

Clementiam Securis matrem initio sensit aduersam.

Iac. Meier. l. 4.

D pollentes. Inuasa mox ab ijs, & incendio corrupta est Aldenarda. Sancti Pauli Comes ad occasum Flandtiam infestis armis corripuit. Verùm Carolus habito Conuentu nobilium Audomaropoli, & omni ad eius defensionem incitata iuuentute, conscripsit, quas potuit, copias; & protinus hostes eos aggressus, facilè omnes finibus suis exegit, multóque metu deiectos ad officium pacémque reuocauit, multata etiam in oppidis aliquot vel præfecturis Clementia. Et subinde ausus est in Hanconiam aduersus Comitem Balduinum arma portare. Nolim transire silentio miserabilem Ingebrandi cognomento Pagani casum, qui Martianensibus vehementer infensus, eo bello armorum socius Carolo erat. Is nepotis causam tuebatur, qui nonnulla eius monasterij bona per summam iniuriam detinebat. Et cùm hic moneretur, vti restitueret, Amando Præsuli minitabundus ipse respondit, caueret magnopere nepoti suo negotium facessere: priusquam enim dies triginta effluxerint, cum totidem strictis ensibus se venturum, eóque terribili apparatu inter Monachos ad cau-

Verùm hanc aliósque hostes superat.

Iac. Meier. l. 4.

Ingebrandus punitur diuinitus.

Lib. 1 mirac. S. Rictrud. c. 10.

A

ſam eius decidendam in Capitulo ſeſſurum. Ea verba furorémque tumidi ac veſani hominis paruipendens Amandus, tantùm abeuntem hac ſententia perſtrinxit: Obſiſtentem ſuperbis Deum intra tempus illud pacem ſibi ſuiſque daturum. Et reſpondit euentus patientiſſimi ſenis prædictioni conſentaneus. Quippe non multò pòſt Ingebrandus ad bellum vnà cum Principe ſuo feſtinans ſua ſeipſum inſolito caſu lancea perfodit: & priuſquam dictum temporis ſpatium laberetur, ab triginta propinquis Martianas exanimis delatus eſt, vt illic iuſta perſoluerent. At compreſſa hoc bello Balduini, aliorúmque hoſtium ſuperbia & contumacia, totus ad virtutis ſtudium Flandris inſerendum, prauóſque mores obruendos Carolus exarſit. Inerant huic Principi ad hoc præſtandum præclara ſanè præſidia. Virtutem Numénque adeò ſtudioſè colebat, tractò à paternis facinoribus exemplo, vt nihil ipſe aduerſus vtrumque faceret, fieriue permitteret. Pari erat erga parentes legibus manſuetudine, & præfractos homines animi robore & conſtantia: vt ſummam hi ſeueritatem in puniendis ſceleribus experirentur, extremam illi comitatem & beneuolentiam, dum flecti faciles regeret. Non auidior ipſe monendi alios videbatur, quàm, cùm aliquid peccaſſet, ab ſacris viris correptionum patientior. Et mox, vbi rectè monentium iuſtam incurrerat reprehenſionem, ab ijs ſuppliciter flagitabat, vt vires ſibi à Deo maximo impetrarent eluendis corrigendíſque erroribus. Sollertiſſimi cùm eſſet animi, non modò facilè falſum à verò, impoſturas ab rectè factis ſecernebat; omniáque ex æquo iudicabat ponderatis priùs rationibus: verùm etiam plurima excogitabat ſubtiliter, quibus viam ſibi aliiſque ad virtutis adipiſcendæ firmandæque ſtudium muniret. In egenos miro quodam ardore impetúque iuuandos ferebatur. Iis ipſe ex viſceribus compati; panes in eos manu ſua diſtribuere; veſtibus eos donare; inter ipſos frequenter verſari; pro ipſis leges ferre. Igitur ijs cùm prædictus eſſet moribus, & naturæ donis, multa Carolus audenter occepit, perfecítque feliciter, eruendis è cœno vitiorum animis mortalium. Multa paſſim per Flandriam eius exemplo legibúſque in melius mutata: fractáque tandem eorum eſt Flandrorum, qui ſecundùm Oceani littus habitabant, peruicacia, ijſque detracta morum feritas; quod anteà plerique facere incaſſum tentârant Principes. Erat præterea Carolo inſitus à natura vehemens amor virorum, qui nuntio vanis rebus remiſſo, in abdita ſeſe monaſteriorum receperant. Cum ijs ipſe iucundiſſimè ſermonem ſerere; apud eos diuerſari lubenter; cauſas eorum præ ceteris expedire; adeóque vitam ex eorum legibus moderari. Ex ijs tamen nullius maiori ferè deſiderio tenebatur, quàm Martianenſis Præſulis Amandi; vt quem placidi mores, candor animi, prudens ſenectus, religionis obſeruantia commendabant. Igitur cùm eum audiret de rebus cæleſtibus, ac Diuis Martianenſibus colloquentem, magna perfundebatur voluptate; nihilque non eius gratia perficiebat. Euenit aliquando, vt quidam nobilium, qui non parua pollebat propter genus & diuitias apud Comitem auctoritate, quíque non procul Martianis habitabat, ob inſitam animo ferociam, & habendi cupidinem multa Martianenſibus Religioſis damna inferret, ac vim mináſque amolientem Amandum vehementer auerſaretur. Poſtquam igitur fruſtrà verbis eum ſenex ad meliorem reuocare mentem conatus eſt, cum tota ipſum familia diro anathematis fulmine perculit. Nihil tamen ita profectum. Nam in dies magis magiſque aduerſus Martianenſes exaſperatus grauiora meditabatur patrabátque. Pertæſus ergo tantarum piùs pater vexationum, ad Comitem Carolum intendit. Vix palatium ingreſſus erat, cùm è ſummis gradibus Comes eum conſpicatus in aream extemplo deſcendit, & comiter ipſum amplexus, Quid, inquit, hominum amiciſſime, hoc ſenio, ac tam debili corpore, longam ac difficilem ad nos viam ingreſſus es? Illic Amandus in lachrymas reſolutus, quantas ab viro nobili, cuius modò meminimus, moleſtias cœnobium Martianenſe pateretur, haud leuiter expoſuit: & qua potuit animi contentione flagitauit, vt hominis inſolentiam audaciámque comprimere dignaretur. Permotus ea relatione, precibúſque Carolus, omni, qua potuit, optimum ſenem conſolatione demulſit, oneratúmque ſanctis reprimendæ hoſtis peruicaciæ promiſſis ab ſe domum dimiſit. Et paullò pòſt conficiendi cuiuſdam negotij

Marginal notes:

A bello quietus quàm præclarè Flãdriam Carolus rexerit. *Gualterus in vita eius c. 10. & ſeqq.*

Variæ & inſignes eius laudes.

B

In pauperes eius affectus.

Itémque aduerſus Religioſos.

C

Ac præſertim Martianẽſes. *Cod. ms. Martian.*

In virum nobilem hos moleſtantem quid fecerit. *Li. 2. mirac. S. Rictrud. c. 13.*

D

A gotij causa vir ille Martianensibus infestus ad Comitem profectus est. Verùm vbi Carolus propinquatem conspicatus est, nullam ei pro more salutationem impertijt; indignantique similis, & toruùm intuitus, oculos ilicet auertit. Et cùm propiùs accederet, ac quædam ad molliendum effari pararet, his verbis grauiter incessit: *Ecquis de te nuntius aures meas sinister offendit? Eóne tandem dementiæ prouectus es, vt Martianense monasterium aggredi, magnásque ipsi molestias inferre audeas? An non satis perspectum habes, eam fidei meæ commissam fuisse Ecclesiam, & quem persequeris eius Antistitem, summa mecum amicitia coaluisse? Fac igitur in posterum, ne quo maleficio id monasterium afficias. nihil enim mali occœperis, cuius me non sentias vltorem.* Expressit maximum hominis pudorem ea Comitis reprehensio: factúmque est deinceps, vt quamdiu in viuis ageret Carolus, quietem is Martianensibus concesserit. Verùm hoc factione quorumdam è medio sublato, ad ingenium scilicet redijt, & nouis exitium sceleribus sibi contraxit, vt posteà docebimus. Non multo inde spatio temporis mirum aliquid iuxta Basseam contigit. Illic Ferragus Rogerij Insulensis Castellani segetem colligebat. Iuxtim erant cumuli aliquot Religiosis Martianensibus obnoxij. Inde cùm plerosque manipulos Ferragus cepisset, eósque suis permixtos in currum iecisset, equos ad iter scutica exciuit. Verùm ij neque clamoribus, neque verberibus vllis eo de loco abigi potuere, quamdiu Martianensium segetem alteri commixtam sensere. Igitur Ferragus scelere suo equos ligari persentiens, quæ furto abstulerat, restituit: & mox equi velut soluti, viam alacres capessiuere. *Quid acciderit ei, qui Religiosorum fuit manipulos furatus.* *Cod. ms. Mart.*

B

Multum interim laboris ponebat Ioannes Morinensium Episcopus, vti varijs in locis vires caperet Religio. Cùm igitur animaduertisset Chocquenses Canonicos Bethuniam iuxta non adeò probè, piéque vitam agitare; huiúsque Ecclesiæ sacerdotia Hugonis, Anselmi, & Balduini Ruffi, nobilium equidem virorum, nutu vel libidine contra ius fásque conferri: plurimùm sanè pro rei grauitate indoluit: statimque consilium inijt, Regularibus eam Canonicis ædem, ac redditus eius tribuendi. Et quidem adeò feliciter laborauit, vt ædificato in eorum nobilium arce monasterio, sæculares Canonicos beneficijs nudauerit, ibíque homines D. Augustini regulam professos constituerit, qui censibus sacerdotiorum fruerentur. Habuitque posteà gratum ratúmque id facinus Ioannis Eugenius Tertius Pontifex Romanus, cùm ea de re sacrum diploma conscripsit. Dedit eodem propè tempore Ioannes Bergensibus Ascetis Archimandritam, cùm eo de monasterio Hermes Abbas exactus fuisset. Et quò plus cum eo religiosæ vitæ, virtutísque ad subditos sancto instituti monastici studio inflammandos illuc inferret, è Bertinico cœnobio admodum ea tempestate religiosis actibus florente Thomam ad hoc munus delegit. AN. 1130. *Ioannes Morinensis Episcopus Chocquenses Canonicos Regulares instituit.* *Monument. ms. Chocq. monast.* C *Bergensibus dat Abbatem, qui disciplinā instauret.* *Iac. Meier. lib. 4.*

AN. 1131. Paucis interiectis mensibus, Nouiomensium & Tornacensium Pontifex Lambertus è viuis tollitur. In eius locum Simonem præproperis suffragijs surrogauere Nouiomenses. Erat illi cognatus Franciæ Rex Ludouicus, parens verò magnus Veromandiæ Comes Hugo, & soror vterina Caroli Flandriæ Comitis vxor Margareta. Tam subitò eum legendi hæc causa scribitur, quòd hinc Nouiomenses vererentur, ne quem Tornacenses Episcopum sibi proprium dicerent; inde spem caperent, si quis à Tornacensibus Pontifex crearetur, ipsum huius potentia & cognationibus obtuendi. Visum tamen nihilominus factu optimum, si Carolus Comes illuc etiam precibus impelleretur, vti Tornacensibus imperaret, ne quid aduersus Simonem molirentur. Igitur hinc Comitis imperio, illinc metu constricti, Tornacenses Simonem admisere. Quia tamen per ætatem immaturam nondum hic idoneus erat suscipiendis sacerdotij ordinibus, nedum capessendis infulis: haud priùs eum Radulfus Remensium Archiepiscopus & Sacerdotem & Episcopum sanctis verbis & cæremonijs consecrauit, quàm Romanus Pontifex id agendi veniam impertijt, effluxitque biennij tempus. *SIMON creatur Episcopus Nouiomensis & Tornac.* *Herim. Abb. in Chron. Martin. Iac. Meier. lib. 4.* D

Intereà loci laborabat grauiter Ecclesia Taruannensis improbis Eustathij Aduocati sui artibus, qui non tam eius ex officio defendendæ, quàm opprimendæ studio feruebat. Durum itaque id erat beato Ioanni eius Pontifici: ac ideò frequens apud *Carolus arcem Eustathij Taruannæ demolitur, vt Ecclesiæ libertas restituatur.* *Iac. Meier. l. 4.*

A Carolum Flandriæ Comitem, vti suppetias veniret, tum litteris, tum colloquiis institit. In votis erat Carolo iamdudum Episcopi precibus obsequi: plurima tamen effecere, vt non priùs id præstiterit, quàm Domini annus secundus ac vigesimus supra centesimum ac millesimum procurreret. Tunc enim tandem liber magnis difficultatibus, & compressis pleriſque contumacibus inimicis, Taruannam multa ſeptus hominum manu adiit: erectam illic aduerſus Eccleſiæ libertatem Eustathij arcem in plana deiecit, eiúſque hominis tyrannidem prorſus oppreſſit. AN. 1122.

Atrox & longum gelu. Anſel Gemblac. in Chronic. Robert. de Monte in Chron. Christian. Maſſ. l. 16. Chronic. Iacob. Meier. lib. 4. Annal. Fland.

. Cùm verò flueret annus Christi à millesimo & centesimo quintus ac vigesimus, hyems acerrimo & longiſſimo frigore clades multas hominibus & animantibus attulit. Vix ante Maium in flores ſeſe fructiferæ arbores induêre. Et quæ ſata fuerant, partim gelu aduſta; partim fœdis poſteà imbribus obruta. Ea propter anno ſequenti per Franciam, & Belgicas Prouincias fames ſecuta, ſtructa que ſunt cauſæ multorum in vtraque Flandria malorum. Primùm enim cum ingentem frumenti penuriam maligna per Flandriam omnem agrorum ſeges feciſſet, vehemens inde totam regionem fames inceſſit, magnámque vim mortalium afflixit grauiter, ſuſtulitque. Nulli flebilior ea clades, quàm Comiti Carolo eſt viſa, cuius pectori ardentiſſimum egeſtate faméque oppreſſis opitulandi deſiderium inſederat. Is ergo cereuiſiam coqui ſeuerè prohibuit; tota Flandria canes omnes iuſſit occidi; quò maior tritici hordeíque conficiendis humanos in vſus panibus copia ſuppeteret. Grauiſſimo inſuper edicto ſanxit, vt qui frumento abundarent, granaria confeſtim recluderent omnia; triticum, hordeum, ſiliginem petentibus rationabili pretio diuenderent: panes promercales ita piſtores conficerent, vt in gratiam egenorum obolo minimi venirent. Ac ne ſolùm edictis pauperes adiuuare, ſubditis damna ſumptúſque ſolis ſentientibus, videretur, in egentes ſuis leuandos impendiis liberaliùs, quàm antè, cœpit incumbere: ac tanta quidem interdum profuſione, vt Nobilium ſæpè obtrectationibus & inuidia ſtringeretur. Multorum ſcriptis probatum eſt, vno die, præter ingentem pecuniæ vim, veſtéſque non paucas, ad ſeptem millia & octingentos panes in oppreſſos penuria ciues Hypris ab eo collatos. Eadem igitur famis ſæuitia in dies vehementiùs gliſcente, fors euenit, vt Brugis agenti Carolo gnarum fuerit, Bertulphum S. Donatiani Præpoſitum, & Flandriæ Cancellarium, eiúſque fratres Lambertum & Boſſartum cognomine Stratenſium illuſtres, pleroſque inſuper quà conſanguineos, quà propinquos eorum immenſos frumenti aceruos quemque ſuis in granariis & horreis habere. occultis eos artibus tantam vim tota fermè regione corraſiſſe, quodam quaſi ſacramento conſtrictos nullis penuria laborantibus vendendi. Ad eum crudelis & prorſus execrabilis facti nuntium vir pientiſſimus inhorruit; *Et poteſt*, inquit, *tam nobilium virorum animos fœdiſſima, & inexplebilis auaritia eò crudelitatis pertrahere, vt tot hominum millia egeſtate confici & tabeſcere, abundantes ipſi opulentiáque, ſiccis oculis, contracta manu, anguſto pectore videant?* Nullo itaque metu potentiæ Stratenſium (iam enim maioribus conciliandis opibus, totius Flandriæ præcipuas ſibi familias coniugiis & affinitatibus deuinxerant) nullo generis eorum reſpectu. Tangmarum Burburgo Præfectum, ac eleemonem ſuum ablegat protinus cũ mãdatis, vt ſumma vſus poteſtate omnia illa granaria recludat. illic relicto, quantum cuiúſque familiæ, ac D. Donatiani Canonicorum Collegio ſatis eſſet, immanem illam frumenti copiam exportari curet: eius partem in egentis populi ſubſidium iuſto pretio diuendita, pecuniam ſingulis numeret ſuam; partem gratis donet indigentibus. Hæc vbi ab Tangmaro patrabantur, ingens ibi Stratenſium animos primùm indignatio peruadere; mox etiam rabies, & vehementiſſimus vindicandi ardor. In Principem voces atroces dumtaxat exprimere indignatio: in Tangmarum, quem eius rei auctorem credebant, furor & vindictæ cupiditas multis, úſque grauibus facinoribus admodum graſſari. Pauci námque dies effluebant, quibus non aliquod in Tangmarum eiúſque nepotem Gualterum & neceſſarios, ab Stratenſibus, ac præſertim Burchardo Bertulphi Præpoſiti nepote ardentis animi viro, exorta rixa, certamen iniretur, ac nonnullos vtrimque pugnantium cædes abſumeret. vt

AN. 1125. AN. 1126. B C D

Fames inſolita. Gualter. in vit. Car. Comit. cap. 11. Herman. in Chron. Martin. alij iam citati.

Carolus Comes quid ſanxerit, vt fame laborantibus ſubueniret. Gualter. in vit. Car. Comit. cap. 11. Herman. in Chron. Anſelm. Gemblac. alij iam cit.

Quas ipſe fuerit eleemoſynas largitus. Auctores citati.

Frumentum à Stratenſibus congeſtum vendi, vel donari iubet egentibus. Auctores citati, à quibus etiam ſequentia deſumpſimus.

Stratenſes ideò exaſperati aduerſus Comitẽ fremunt, & in Tangmarum ſæuiunt.

neceſſe

A necesse fuerit Carolo sæpe vtrosque monitis ad pacem impellere. Sed pactis hos inter inducijs haud multò pòst euenit, vt enata quadam controuersia in ipsum Comitem iacta sint ab iisdem Stratensibus prima coniurationis semina, quæ confestim germinarent,& velut adolescerent,nouo per aliam occasionem accenso doloris feruore. Eam rem si paullò latiùs scribendo persequar, non existimo me longiùs ab instituti mei ratione discessurum. quàm enim profectum inde grauissimi tantum in Principem parricidij crimen Brugas fœdauit; tam in præcipuum eius sceleris auctorem congesta pro meritis supplicia Insulam efferunt. Haud ita pridem Bertulphus Stratensium princeps, ac D. Donatiani Præpositus nobili cuidam homini matrimonio cognatam iunxerat. Hic oborta de violato pacti fœdere contentione, diem alteri pernobili viro dixit. Is ex iure nulla se respondendi lege teneri obnuntiauit, quoniam vxor ipsius seruili conditione turparetur. Grauis inde nata longáque altercatio, in curia neutro linguæ aculeis fœdisque opprobriis etiam apud Principem litis arbitrum parcente. Dilatum in aliud tempus est iudicium. Et tunc vterque Nobilis ab Comite Casletum vocatus. Ad diem iudicio statutum venit eodem Bertulphus Præpositus ingenti agmine hominum septus. Supra trecentos manu promptos, armisque instructos fuisse asserunt. Tot ille secum eo consilio duxit, vt iniecto Principem terrore frangeret, ac secundam cognatæ marito extorqueret sententiam. quòd si spes ea frustraretur, infensis tandem iudicium armis pessumdaret: quàm iustitiæ, plus iræ tribueret vindictæque. Hæc perspectis tot armatis viris subueritus Comes, in alium diem cautè iudicium traxit,eique locum Audomatopolim legit, edicto priùs seuerè, ne quid per vim partes molirentur. Auditis igitur in magno consessu, quæ vltro citróque Nobiles in suæ defensionem causæ iactabant, ea tandem Caroli sententia fuit, vt duodecim nobilium Flandriæ patritiorum iuramento ac testimonio seruili se nota mulier assertam probaret. Hoc perculsi iudicio Stratenses in Comitem graui ardent iracundia: & quò non leuiter eum afficiant, Burchardum incendunt vehementer, vt facinus aliquod in Tangmarum rursus aggrediatur.

Noua in Carolũ irascendi datur occasio Stratensibus, ob exprobratam cognatæ Bertulphi seruilem conditionem.

Gualter. in vit. Car. cap. 15. Chronic. Fland. ab Sammogedic. Guiliel. Episcop. Tornac. 1. vol. Ant. veller lat. Meier l 4. Pet. Oudegh. c. 65.

C Ille nihil cunctatus, vbi Tangmarum cognouit in arce diuersari, cui proximum ipse castrum insidebat, non paruam vim hominum illuc rapit extemplò; factáque impressione tantum non eum obruit. Sed quamuis ad defensionem imparatus esset Tangmarus, quòd pactæ nuper induciæ nullum iniicerent metum: satis tamen nactus est temporis, vt in penitiorem sese arcis munitionem reciperet, eáque aduersus impetum hostilem defenderetur. Dolens ergo Burchardus ereptum cædi aduersarium, quæ potest, illic corrumpit, & flammis absumit. De tanta iniuria damnóque apud Comitem queritur vehementer Tangmarus. Ad satisfaciendum Stratenses Carolus eiet. his tamen iudicium subterfugientibus, nihil efficit.

Hinc a iuersus Taogmarum rursus cõsurgit Burchardus; arcẽ eius oppugnat, & partẽ illius incẽdit.

AN. 1127. In Franciam interim ferendis aduersus hostes Ludouico Regi suppetiis copias ducendi iniecta est necessitas optimo Principi. Itaque per eius absentiam subdentibus faces patruis, ad nouum facinus exarsit Burchardus. Et mox numeroso instructus milite, vicinos castro suo locos aliquot inuadit. illic rebus omnibus incolas nudat, ædes vastat incendio.

Dein absente Comite, multis aliis locis damna infert.

Ea res è Francia reuerso Comiti maximum peperit dolorem. ideóque post D habitum Ipris Nobilium Conuentum tertio Kalendas Martij, eò militem duxit, vbi tantam Burchardus stragem ediderat. Expressit iustam protinus iracundiam obiectum illic tristissimum cladis spectaculum, vt arcem Burchardi pessumdaret, ac dirutam flammis absumeret: Brugas subinde alia in eumdem moliturus proficisceretur.

Contrà eius arcem deiicit Carolus, aliaque in eum meditatur.

Vix diem vnum ea in vrbe traduxerat; cùm adsunt à Donatiano Præposito, cæterísque Stratensibus Legati veniam Burchardo flagitaturi. quia tamen superbiùs egere, quàm supplices deceret, intentatis etiam non leuibus minis: nihil ab eo impetratum fuit, qui reum leniùs, quàm merebatur, castigauerat.

Nec veniam ei per legatos impetrat.

Igitur cùm ij ad Præpositum rediissent infecta legatione, Comitisque responsionem acerbassent mendaciis: tunc demum Stratenses omnem animi furorem colligere; immortalia in Principem odia vehementiùs alere; cœtus nocturnos occultósque cogere; illic subditis ad vindictam facibus, omnia inire consilia sternendi ferro Caroli. Sex præsertim maturandi parricidij animum induere, quorum facilè princeps erat Burchardus.

Quamobrem in Comitis mortem conspirant Stratenses.

Qua mox hic de factione Stratensium, & Comitis altera…

Cum

cæde afferuntur, sumpta sunt ex Galtero in vita Caroli, Ipero, Chronic. Fland. lib. MS. Martian. Hermann. in Chron. Marian. Anselm. Gembl. Mall. Meyer. Oudegh. Marchant. alijs. quos non libuit, ad singula huius narrationis capita citare.

Cùm hos inter de loco, duce, modóue cædis agitaretur: in templo Donatiano nihil tale meditantem Carolum primo mane à Burchardo, qui plurimum eius iniuriis patuisse putabatur, opprimi ferro placuit. Eam ob rem ipsi Burchardo ad primam cædis occasionem gnauiter incubandum, ceteris omnibus ad eius tesseram impetu procurrendum maximo. Opportunus inuasioni secundus Martij dies fuit. Haud erat ignarus Comes eorum, quæ Stratenses moliebantur. Iam enim anteà quidam deprehensis occultis eorum consiliis, ipsum, v. sibi caueret, admonuerant. Verùm is ad has voces minimè tertefactus, *Quamquam*, respondit, *haud facilè hominibus vbique sit cautum; securi tamen Dei beneficio nunc agemus. quòd si pro iustitia & veritate nos occumbere contingat; ad immortalem ea mors gloriam gradum fecerit.* Igitur ea nocte, quæ parricidium præcessit, multis in lectulo fusis lachrymis, nonnullum etiam orationi tempus concessit. Et eùm solito seriùs è cubiculo descendisset cilicina veste introrsum constrictus, talari extrorsum tectus toga, ne cilicium ad talos vsque ab humeris pertingens, nudíque pedes conspicerentur: pauperes quinque vestibus nouis induit, & plerisque aliis nummos donauit. Nullo subinde comitatu ad D. Donatiani templum abiit Deum orabundus, luce nondum exorta. Illic sacellum D. Virginis ingressus, ante omnia purgato per expiationem animo, propter aram procumbit, psalmósque à Dauide pœnitudinis gratia compositos elata voce, & cum gemitu recitat. Ex iis quartum iam legere inchoauerat, cùm eodem latenter insinuat sese pauperis, vt ferunt, habitu Burchardus. Hic ergo cædis nactus opportunitatem, cùm profundiùs humi iacentem leuiter attigisset gladio, vti capite surrecto idoneum vulneri locum faceret, ferrum in frontem altiùs infligit, humíque cerebrum spargir insultans. Accurrunt illico sex alij sicarij quos in latebras Burchardus abdiderat. Horum vnus dexterum Comitis brachium, quidam caput, alias alij partes gladijs ferociter hauriunt. In Tangmarum mox impetus factus, qui non procul erat; isque multis confossus est vulneribus. Neque parsum huius liberis duobus, quorum alter Gualterus in hospitio miserandum in modum perimitur; alter Gislebertus, cùm habitu dissimulato extra muros fugere contendit, à quibusdam retractus amittit ferro vitam. Et quæsitus ad necem Gualterus Waurignius Comitis Dapifer, ac tum rursus duplici templum scelere violatum. Cùm enim omnia quidam rimantur, vt Waurignium è latebris extrahant, ij deprehendunt Tangmarum tot acceptis anteà vulneribus nondum vita priuatum, sacerdoti maculas animi per confessionem patefecisse, Christíque corpore mêtem pauisse. Igitur vesano stimulati odio per pedes apprehensum violenter è templo extrahunt, illisóque ad gradus cerebro, exanimem sub dio relinquunt. Ac tum puer quidam frustrà peruestigantibus sicariis Dapiferum prodidit. Sed priusquam ij latentem opprimerent, è latibulo Gualterus sese corripuit, ac veloci aram D. Donatiani cursu prehendit, eiúsque se velo contexit. In vanum tamen loci dignitatem furori hostium opposuit; nihilóque tempus ad expurgandum per exhomologesim animum flagitauit. Quippe continuò inde loci extractus, ádque templi valuas gladiis confossus, interiit. Pars interim coniuratorum multis comitantibus ferocissimis hominibus ad Comitis palatium infenso agmine concurrunt: plerosque Caroli domesticos, quà Danos, quà Flandros, nullo discrimine, priusquam in latebras irent, interficiunt. Dein ipsam supellectilem, argentum, aurum, gemmas diripiunt, asportántque vniuersa. Tangmari domum eodem propè tempore pars inuadunt, eámque cædibus miscent ac denique rapinis nudant. Ab hoc loco & Principis aula, tum etiam aliunde confluentes cum asseclis Stratenses, collatis mox gradibus, armísque infestis, arcem impetunt: eáque potiuntur facilè. Sed quamuis ibi maturè munierint sese, parum tamen tuti fuere. Nimirum quod illis munimen, quæ securitas sufficere possit, quibus tam execrandi parricidij conscientia internos externósque ad singula momenta cient pauores? Quàm enim rectè factorum vis hominem securum aduersus hostiles metus efficit: tam immanium in Deum & mortales scelerum agmen omnia corporis membra, ipsúmque adeò animum præsidiis exuunt. Quam igitur Stratenses per se solos habere non possunt, à populo Brugensi securitatem auferre contendunt. Hunc blandè

Insidiarum iis monitus nihil mouetur, sed quietè ad mortem se comparat.

Tandem in sacello B. Virginis pius Comes interimitur.

In Tangmarũ eiusque liberos sæuitur.

Ac etiam in Gualterum Flandriæ Dapiferum.

Caroli palatium inuaditur, ac diripitur.

Itéque domus Tangmari.

Stratenses arcem Brugensem capiunt.

A B C D

frequen-

A frequenter alloquuntur; lenocinantes in speciem facti rationes obtrudunt: tantúmque apud eum pollent artificio verborum, ac sceleru fuco, vt suas in partes non paucos pertrahant. Ceteris religionem mouere parricidij immanitas, & quæ multa ex Comitis corpore fluebant miracula. Eædémque res Seruatio Patensi, multísque aliis è Flandria nobilibus viris stimulum addidere arcis obsidium maturandi. Et sanè, quanta potuit diligentia, è diuersis partibus miles adductus; tormenta disposita; telis insessores haud leuiter lacessiti; concussi vehementer machinis muri. Eapropter nouus maiórque parricidas illic conclusos metus corripuit. Quibus consilia meliora, alij alia via sese paullatim fugæ mandarunt. ceteri atque tandem capta, diro ab nobilibus hominibus supplicio facinus luere. Insigni tamen Dei prouidentia, nullus eorum, qui fugerant, tormentis, aut neci postmodum ereptus. alij alio supplicij genere, sæuo tamen omnes cruciati absumptíque sunt. Duo præsertim ad inusitatos cruciatus quærebantur, princeps Stratensium Bertulphus, & præcipuo parricidij imbutus scelere Burchardus, quos fama vulgabat quorumdam obsidentium B vel negligentia, vel conspiratione, dilapsos. Latebat Warnestuni imposito Lilæ flumini oppido Bertulphus, nunc apud Alardum eius loci regulum, nunc apud filiam eius latebrarum fidem nactus. Post tertiam tamen fugæ hebdomadam studio ac diligentia Guilelmi Vicecomitis Iprensis illic deprehensum inuenio, & vinculis constrictum. Inde cùm Ipras ad supplicium duceretur, exonerato apud Sacerdotem cum ingentibus lachrymis & gemitibus conscientiæ pondere, equum ad iter illud oblatum recusasse. viam pedibus nudis, etsi asperum esset gelu, ingressum sponte, ac inter eundum ab orationibus nunquam animum remisisse. cùm propiùs Ipras ventum fuisset, ciuibus obuiam progressis traditum: ab his cum per viam, & in vrbe, nunc virgis & grandioribus piscium ossibus cæditur; nunc pugnis tunditur saxisque; modò humanis fecibus fœdatur, modò aspergitur lotij fœtentis imbribus: nullum impatientiæ signum verbis, aut corporis contractu edidisse. affixum postcà patibulo, inter omnis generis ludibria, & grauissimas verberationes, intentos sem-C per in cælum oculos animúmque habuisse; in criminum satisfactionem nihil aspernatum fuisse supplicij; tandémque vita exutum iucūdissimè. At Burchardus qua nocte arcem obsidentes fefellit, in Quercetense monasterium Brugis propinquum penetrauerat latenter. ibi confestim caput ipsi atiósum fuerat, iniectáque Monachi vestis. Postquam tamen eo loco tres quatuórue dies incognitus hæsisset, ne per moram diuturniorem prodi quærentibus posset, maluit solum vertere. Sed in longinquam regionem cum fidissimis aliquot socijs extra Flādriam moliēti fugam fluuius moras iniecit. Nactus is erat in ripa cōmodam transmissioni nauiculam. sed eam ingressus, neque suis, neque aliorum viribus impulsam loco dimouere potuit, quamuis pueruli manu aliàs duceretur. Eam rem itaque vehementer admirans Burchardus in patrati ab se grauissimi facinoris punitionem traiectione fluminis arceri se sensit: ac mox è cymba in terram emicans in genua supplex procubuit. Ibi scelus suum magnopere detestatus, & lachrymas fudit, & pectus valide percussit magnæ pœnitudinis argumento. Subinde scapham denuo ingreditur, & magnis ab ripa impulsibus deducere D contendit. vbi tamen frustrà se suósque niti animaduertit, ac luce clariùs perspexit ad pœnas à diuino se Numine retineri: ad consueta rursus latibula cōfugit. Dies aliquot ita transiit nunquam securus. Et cùm ab seruulo duceretur, tandem in agrum Insulensem deuenit, vbi duos è primaria nobilitate, & Roubaisiana domo auunculos habebat, Bernardum & Hugonem. Illic in quodam tugurio delitescens, cùm magna premitur inedia, seruum ad Bernardi auunculi arcem furtim ablegat, petendo pane primario. Sed dum putat heri sui apud illum rem facere, in maius eum seruus discrimen adducit. Is enim postquam, eliciendo facilius auxilio, pet aliquos alios de nepote intra fines Insulensium latente suggessit: Bernardus illicò graui æstuauit difficilíque animi conflictu, eúmne proderet ad pœnas, an tuta latibuli fide occuleret. Illud atrox hominis facinus flagitabat; hoc vrgebat sanguinis necessitas. Sed placuit rem omnem Hugoni fratri detegere. Par hunc initio pugna perculit. ne tamen ipse cum fratre proderetur, ideóque arcesseretur capitis, si tanti sceleris

Sed mox ibi obsidentur.

Harum pars ibi capta punitur: alij omnes ferè ex fuga retrahūtur, & pœnas luunt.

Bertulphi latebræ, & captiuitas.

Eiusdem supplicia, & insignis ad mortē præparatio, ac patientia.

Vti lateuerit Burchardus.

Dum fugere tentat per fluuium, nauis manet immobilis.

Dum in agro Insulensi panem per famulū petit, ab hoc detegitur auunculo.

Per hũc eiuſque fratres Inſulenſi Caſtellano proditur:

auctorem ſupplicijs ac morti ſubduceret: alios è conſanguineis in conſultationem adhibuit. Omnibus ea ſtetit ſententia: tradendum exemplò ad cruciatus Iudici Burchardum. Et miſſus Inſulam è veſtigio nuntius, qui Caſtellano & ciuibus patefaceret, parricidam Burchardum attineri. Eum digno ſceleris ſupplicio ſi vellet afficere, oppido maturè pedes efferrent, ipſum intra muros pertraherent. Peruagata eius rei fama cum Rogerio Caſtellano magna pars ciuium portis effunditur. Ergo detractum è latebris, & onuſtum catenis Burchardum magno tumultu intra mœnia perducunt, hîc altiſſima trabes in foro ſurrigitur, eique ſupremè ad cruciatus imponitur rota. Id patibulum primis vſurpans oculis Burchardus, magnam repentè facinoris pœnitudinem in animo conciuit ac publicè cœpit cum lachrymis exclamare, dignum ſe cruciatibus exquiſitiſſimis eſſe. Et poſtquam in aurem Sacerdotis peccata cum inſigni dolore depoſuit, imbutam Principis parricidio dexteram manum abſcindi vehementer petijt, impetranda faciliùs diuini Numinis miſericordia. cúmque nullus in eam ferrum ſtringeret, ipſa ſe truncandi facultatem ſibi dari flagitauit. Vbi neutrum impetrat, multis ſeipſum caſtigat verbis; perpetratum ab ſe facinus exſecratur; diuinam cum lachrymis & gemitu miſerationem implorat; in tormenta totum corpus ſponte abijcit. Ita commotis ad miſerandum animis ſpectantium, in ſublime Burchardus eleuatur, & mox ad ſupplicium volens lætúſque inſeritur rotæ radijs. Illic inter grauiſſimos fractorum ferro membrorum dolores, ab hora eius diei nona vſque ad crepuſculum ſequentis, non priùs lachrymis, luctu, precibus à Deo veniam ardenter poſtulare deſtitit, quàm voce cum vita priuatus eſt. At enim rebus vbique tanto Stratenſium ſcelere ſublato è viuis Principe Carolo turbatis, multi anſam arripuere ſæuis facinoribus vtramque Flandriam lacerandi vexandique. Eodem quippe die, quo ſanctiſſimo Comiti erepta eſt ferro vita, ad triginta leucas immanis eius ſceleris nuntij procurrere. Vt igitur ad eos Clerici omnes ac Religioſi, & inter laicos ij, vel quos virtus iucundè afficiebat, vel quos grauis onerabat pauperies, maximis dolorem gemitibus prodebant: ita viri aut paſti flagitijs, aut ſcelus anhelantes, plurimum cepere voluptatis: quaſi defenſorem illi ſuum perdidiſſent; his ad nefas omne & rapinas aditus pateret. Igitur paucis diebus adeò rerum facies vbique mutata eſt, vt ſublata pacis quiete, armorum fulgor, infeſta odia, rixæ, latrocinia, cædes perturbarent omnia. Aſpirabat ea tempeſtate Guilelmus Iprenſis, quamquam illicito genitus concubitu, ad ſupremum Flandriæ imperium, quaſi per patrem Philippum Securis fratrem, & Roberti Hieroſolymitani filium heres proximus, & Clementiæ Principis ſtudio fultus. Iámque locos non parum idoneos firmandæ potentiæ comparauerat, ac in ijs Ipram, Atiacum, D. Venantij oppidum, Bergas, Balliolum, Furnas, omnem propè ad Oceanum Flandriam. Et iuxta Duacum Scluſam munitionibus opportunam intercepetat. Vnus ad hanc aditus patebat, hinc paluſtribus aquis, inde nemoribus clauſam. Poſtquam igitur ſeſe non tam Flandriæ Principem, quàm Rectorem ſcripſit, haberíque voluit; eum vallis locum & foſſis obduxit; ac quemadmodum alibi Flandris cohibendis militem collocauit, ita firmum hîc præſidium poſuit, Hannonibus præſertim agitandis, aut ſubmouendis, quorum Comitem Balduinum hoſtem ſibi ſentiebat. Apud Flandros Teutones eius Guilelmi ac Baronum aliorum labore intra breue tempus compreſſæ ſunt rapinæ, & coërcitæ clades. Diutiùs Gallo-flandri, ob viciniam hoſtium, & infeſtantes agrum raptores, turbarum pondus ſenſere. Ac tunc non modicum Religioſi Marrianenſes damnum paſſi fuere, præſertímque Sailliaci (quem ipſi pagum obtinebant) res eorum peſſumdabantur. Ergo ruſtici, quos maximè cladium tædebat, plurimum aduerſus hoſtiles incurſiones ineſſe rati præſidium ſacris Diuorum oſſibus: eo de monaſterio S. corpus Euſebiæ ad ſe mitti flagitarunt. Maluere tamen Martianenſes S. Ionati oſſa eò portare. Mirum id certè, quod in eo tunc pago euenit. Quamdiu enim illic retentum fuit, cultúmque ab ruſticis Diui corpus: nihil ab hominibus factioſis & infenſis illatum eſt maleficij; quamuis illac frequentes vel eundo, vel redeundo viam carperent. Et tantum ab eo in pagi eius incolas fluxiſſe beneficium, inde fuit deprehenſum: quòd, vbi ſub meſſem ſacrum id

A B C D

& Inſulæ digno afficitur ſupplicio magna cum pœnitentia, & patientia.

Ob mortem Caroli miſerè exagitata fuit Flandria.

Gualter. in vita Car. c. 43. Cod. ms. Martian l. 2 miracul. S. Rictrud. c. 15.

Guilelmus Iprẽſis Flandriam ſibi ſubijcere conatur.

Gualt. ibid. l. 2. mirac. S. Rictr. cap. 15.

Scluſam in agro Duacẽſi munit, ibique præſidium ponit.

Gualter. d. l.

Gallo-flãdria non leuiter infeſtatur.

Sailliacẽ aduerſus hoſtes S. Ionati oſſa defendunt.

Lib. 2. mirac. S. Rict. c. 15. libell. ms. Martian.

pignus

A pignus repetente Amando Præsule Martianas insigni pompa relatum fuit, multis maleuolorum hominum incursibus admodum is locus extemplo vexatus fuerit; quasi iam nudum præsidio ij cognoscerent. Neque verò magis initio pacem ab eo Martianenses obtinuere, quem diximus anteà & diris ab eodem Antistite oneratum, & ab Comite vehementiùs reprehensum. Is enim ad nuntios cæsi Caroli quadam veluti donatus libertate sæuiendi, multò atrociùs in eos exarsit, ipsisque grauiùs, quàm priùs, damnum attulit. Sed non frustrà fuit contortum, iactúmque quotidie sub Missæ sacrificium in caput eius atrox fulmen imprecationum, ac in cælum missus Monachorum vindictam ab Numine flagitantium clamor. Quippe cùm propiùs ædem monasterij pertransiens superba voce Monachos sibi malum imprecantes contempsisset, subsecuta proximè luce ab vilissimis hominibus iuxta domum suam miserabilem in modum peremptus occubuit.

Vir nobilis Martianenses diuexans, miserè perit.
Lib. 2. mirac. S. Rictrud. c. 13.

Venit interim Atrebatum Franciæ Rex Ludouicus exactis ferè ieiunij verni tribus hebdomadis: eóque secum adduxit Normanniæ Ducem Guilelmum, quem B Flandriæ Comitem facere instituerat, quamuis ad huius prouinciæ Principatum sibi parandum incumberent non pauci; in quibus præsertim eminebant Balduinus Hannoniæ Comes, Guilelmus Iprensis, Arnulphus Caroli nepos, Theodoricus Elsatiæ Principis filius; quos omnes ius sanguinis, & propinquitatis tanta cupidine accenderat. Quippe inter omnes acceptissimus erat Regi Normannus à patruo Rege Anglorum Henrico Normannia pulsus exutúsque. A Mathilde Balduini Insulani filia, quam matrem habuit, ius hereditatis arcessebat. Ætas matura, exacta modestè adolescentia & iuuentus, opes ab Rege Ludouico maximæ, multum ad præclarum imperium videbantur allatura momenti. Quippe vigesimum & octauum agebat annum integro ad Rempublicam corpore, vsu rerum prudentia efflurescente. Nihil malignum eatenus de ipso fama vulgauarat, quanquam nondum matrimonio iunctus esset: verùm omnia frugi modestúmque testabantur. Displosis ergo ceteris, qui Flandriæ Principatum quasi iure debitum sibi repetebant, eum Rex Atrebati Comitem fecit decimo Kalendas Aprilis. Atque vbi Balduinum Hannonium, C & Guilelmum Iprensem in partes abire vidit, & hostilia moliri; ipsumque Angliæ Regem Henricum non modò Iprensi auctorem fuisse, vt Normanno aduersaretur, verùm in eundem & Louanij Comitem, & alios accendere: magna Insulam vi, magnóque comitatu eum duxit. Quemuis alium de competitoribus Insulani maluissent, quare ad Regis & Comitis præsentiam ipsi turbari, frendere, odio accendi. quia tamen Rex graui imperio exigeret, magna vrgeret potentia; nihil ausi sunt pro tempore mutire, ac Guilelmo, ceu Comiti, addixere primi fidem. Insulâ Gandauum, Brugásque nouum Principem circumduxit Ludouicus. sed ægris vbique oculis, infestóque animo ciues viderunt. iurati tamen omnes in eius nomen, potentia Regis opprimente. Post Pascha reuersus est Insulam Comes, indéque Bethuniam & Taruannam abijt. Rebus illic & Audomaropoli ex animi sententia confectis, quarum gratia profectus fuerat, rursus Insulam venit. Et Brugis ab Rege acta feliciter omnia, dum parricidas persequitur, & funus Caroli procurat. Ad bel- D lum subinde animum vertit Normanni hostibus inferendum. Inter eas vrbes, quæ ab ipsis tenebantur, vicina Insulæ Ipra iam tum infestis populationibus agros vtriusque Flandriæ vexabat Guilelmo Iprensi Duce, qui Flandricum imperium vendicare sibi seriò certabat, Angli promissis, & Louaniensis auxilio fretus. Mouit ea res iram Regi Francorum & Comiti. tantúmque apud eos valuit, vt Ipram vterque arctissimo vallaret obsidio. Oppugnatum igitur validè tormentis est oppidum: sed paruo successu, quamdiu inter obsessos concordibus actum animis. exorta mox discordia, omnia pessum iuere. Tunc enim multis lapsæ vires: & prona paucorum in Normannum voluntas, cùm alibi rem fortiter ageret Iprensis insultum sustinendo, Messiniam Roubaisio Regulo portam patefecit. Ita nobilis ab suis ciuibus in vltimam propè calamitatem vrbs adducta mox. enim ea capta direptáque, & iniecto per ædes igne ad Borealem vsque portam ab Australi vehementer exarsit. Coacti tum ciues omnia in forum arma conferre, Vincendi spe omni præcisa, Guilelmus

Franciæ Rex Ludouicus Guilelmum Normanniæ Ducem in Flandriam adducit, vt Comitẽ statuat.
Gualt. vit. Car. cap. 4. & seqq. Chronic. Fland. c. 6. Iac. Meier. l. 4. Pet. Oudeg. Balduin.

Qualis tunc fuerit Guilelmus.

Atrebati GVILELMVM NORMANNVM Flandriæ Comitem Rex pronuntiat.
Auctores citati.

Eumdem per vrbes Flãdriæ deducit.

Parum tamen is gratus aduenit.

In Normanni hostes bellum Rex gerit.
Iidem auctores.

Iprã obsidet capitque.

Guilelmus Iprensis, dum fugit, intercipitur. & Insulam mittitur in custodiam.

Iprensis fuga salutem quærere molitus: vano tamen conatu, insistente gnauiter eius vestigijs Teneramondensi Daniele, à quo tandem captus, & ad Regem deductus est. Pòst paullò Rex inde cum Normanno Messinas venit. Eo de loco Guilelmum Iprensem Insulam pertrahi, & in arcem custodiæ ergo trudi iussit. Is ad Ipram successus Ariam, Castetum, Bergas, ceteráque Flandriæ Inferioris ad Normannum oppida vno traxit impetu. Eductus est subinde Iprensis è custodia, cùm sese obstrinxisset Comiti sacramento, ac nihil ampliùs ab eo viribus oppidisque exuto timeretur. Regresso in Franciam Ludouico Rege, nouis Flandria motibus agitari cœpit, Iprẽsi ab Stephano Anglorum Rege ad rebellionem incitato, copijsque naualibus instructo. Et plerisque locis creuere quorumdam simultates, inque mutuas cędes itum est frequenter. Res interim mirabilis accidit Sailliaci obnoxio Martianensibus Monachis vico (cuius anteà meminimus:) cùm illic etiamnum D. Ionati corpus contra hostium incursiones seruaretur. lætabundi tanto rustici hospite, vmbraculum ei propter sacram ædem varijs arborum ramis obtenderant. Illic posita Diui ossa frequenti lumine cantúque venerabantur. Sed fortè quodam die accidit, vt plutimis sancti thecam circumstantibus perflans aura cereos omnes exstingueret, ac nusquam in vicinia ijs rursus accendendis vlla ignis esset copia. Igitur magno id dolori omnibus fuit; ac ne quid ideò mali porrenderetur, admodum timuere. Verùm diuina voluntate fulgor quidam ramos inter exiemplò apparuit, qui celeriter in pueri cuiusdam cereum emicans eum accendit tantò mirabiliùs, quantò vim maiorem in puerum retorsit. Is enim cùm luminis radium in faciem suam ferri aspiceret, attonito similis, & abalienata mente resupinus in terram cecidit. Interim magnæ voluptati fuit ceteris omnibus è pueri cereo lumen alijs suppeditare. Et cùm serperet huius miraculi fama, in Diuum Ionatum creuit admodum veneratio, eiúsque colendi, ac in opem deuocandi ergo varijs è partibus plurimi conuolauere mortales. Sed non diu Sailliacensibus eo frui patrono licuit. Instante námque messis tempore corpus eius domum ab suis referri Amandus Martianensis Abbas præcepit. Ac tum, vt anteà significauimus, eo nudos præsidio Sailliacenses frequentissimi hostium procursus infestarunt magnopere. At Insulæ Canonicos D. Petri magna pecuniæ necessitas incesserat, ob impensas Ecclesiæ causa graues admodum toleratas. Igitur vti pecuniæ subuenirent, à subditis pro more auxilia petierunt. Verùm ij vel auaritiæ sordibus infecti, vel odio sacræ gentis ardentes, postulatis pertinaciter obtogauere. Ac ne aliquid denique subsidij dare cogerentur, ad Comitem Guilelmum aliquos misere, qui vel precibus, vel muneribus immunitatem ab eo extorquerent. Vt erat auidus iam pecuniæ Guilelmus, & pristinos sensim mores exuebat, haud grauatè horum causam suscepit, & mox edicto vetuit, ne quid ab suis Canonici peterent, ne quis suorum ijs aliquid penderet. Ad eam Canonici sanctionem vehementer attoniti, cùm viderent per huiusmodi vel subditorum petitionem & insolentiam, vel scitum Comitis admodum violari & infringi Ecclesiæ suæ libertatem iuráque: de suo Collegio ad Regem Francorum, & Remensem Archiepiscopum legauere, qui tum Pontificum Maximorum & Franciæ Regum voluntate irrogata sibi priuilegia ostenderent; tum Ecclesiam suam ab iniuria vindicari postularent. Omnino Regi & Archiepiscopo visum est graue ac detestandum, quà subditorum D. Petri, quà Comitis factum: statimque acribus Guilelmum litteris perculere, vti ab cœpta iniuria desisteret. Missus etiam ab vtroque Insulam Ioannes Morinensis Episcopus, vt ea de re diligentiùs quæreret, ac pro Canonicis sententiam diceret. Is eò loci plurimos quà dignitate Ecclesiastica fulgentes, quà genere nobiles viros coëgit, quibuscum & causam Canonicorum excuteret, ac secundum iuris æquitatem sententiam pronunciaret. Eum Conuentum præter alios celebrauere Robertus Archidiaconus Tornacensis, & S. Petri Insulæ Præpositus, Herbertus Taruannensis Archidiaconus, Absalon Abbas Elnonensis; ac de viris nobilibus, Robertus Bethuniensis regulus, Galterus Tornacensis Castellanus Balduinus Comitis Dapifer, Rozo eiusdem Pincerna, Rogerius Insulensis Castellanus. Igitur rebus diligenter agitatis, Ioannes secundùm Canonicos litem decidit, ac publicè censuit, omnibus,

Liberatur tamen posteà.

Post Regis abitú iterùm Flandria turbatur.

Iydem auctores

Circa S. Ionati corpus cereus diuinitus accẽditur Sailliaci.

Lib 2. mirac. S Rictrud. cap. 15. libell ms. de hoc miraculo.

Insulẽsis Ecclesiæ D. Petri iuribus aduersatur Normannus quorumdam impulsu.

Diploma Ioan. Taruan. Episc.

Pro eadem Ecclesia stant Rex & Archiepiscopus Remensis.

Itemque pro ipsa contra Comitem iudicat Ioannes Morinorum Episcopus.

Idem diplom. Ioan.

A B C D

AN. 1128.

A bus, qui ad cognoscendum assederant, approbantibus, tantumdẽ ijs iuris in subditos competere, quantum in suos habẽt regionis Principes. ideóque nulli Principum fas esse tam insigni iure per libidinem eos exuere. Damnatus eo iudicio Comes, Ioanni sese submisit, & impetrata criminis venia, suo permisit iure Canonicos vti. Verùm vbi quietem armorum nactus est domi, oppressis Iprensis conatibus, tunc demum grauiora in Flandriæ totius perniciem moliri aggressus est. Vrebat ipsum ingens prorsus iniuria ereptæ sibi Normanniæ; quódque Stephanus Rex Anglos Iprensi ad bellum concesserat, etiam Angliç regnum sibi afferendi desiderium. Ad vtramque expeditionem immensa prorsus pecunia opus erat. Ea tum Normannus maximè carebat, multis in bellum Flandricum factis hactenus impendijs. Explenda igitur animi cupidine, per fas nefásque corradere instituit pecuniæ quantum posset. Flandris omnibus, in eam diẽ liberrimæ genti, vel ipso auditu grauia vectigalia mox imposita. Dignitates, publicáque officia mercium modo venalia fuere. magistratus pecunia aestimati. auro, argentóque omnia viliora, minoráque habita. qui plus tribueret, aut B aliunde quouis modo conuerreret Comiti munus, is acceptior, & ceteris, quamuis optimis, charior factus. Explorato Principis genio, vitiísque cognitis, quibus se iam cœperat contaminare, frequentissimus ei adhærescere cœpit hominum comitatus, qui rapinis omnia furtísque corripere, stupris fœminas corrumpere studerent. His nimirum tam grandibus & crebris tum Domini, tum sæuorum scelestibus lacessiti, primùm odia Flandri concipere; dein Normannum conuiciis lacerare audaciùs; diris eum omnibus deuouere; tum denique ab eo exulceratis animis auerti; seditionem moliri occulto pluribus locis conuentu. Præcipui ad factionem Atrebates, Gandauenses, Brugenses, Insulani, dein Iprenses, Audomarenses, Duacenses incumbere. Aliis alia suggerentibus consilia optimum id visum, quod à Teneramondensi Daniele, prudenti in paucis viro, datum est Theodoricum Elsatiæ Principis filium euocandi. Erat hic admodum insigni laude virtutum conspicuus, & primus ab Arnulpho Caroli heres. Talem adsciscere, qui Flandriæ imperium exigen- C do Normanno capesseret, nulli dubium fuit, quin ob virtutes conducibile, ab ipso iure succedendi iustissimum foret. Cùm autem is per occultos celerésque nuntios euocatus à Flandria propiùs abesset: Insulam Normannus consueta prauorum hominum frequentia septus aduenit. Exciti equorum hinnitu ac tumultu ciues, qui plurimi ad portam eius venturi rumore permoti constiterant in armis, pars ad repagula portæque valuas, ad cratem ligneam ferro munitam pars accurrunt. vna omnes quamuis vario studio connixi, aditum ipsi præcludunt videnti, mirantique. Defectionem ex ea re haud dubiè manifestam colligit Normannus. confestim tamen, ira pudoréque stimulantibus, ingenti voce, ac minaci vultu reserari portam imperat. Nullo se mouente, quid causæ tandem ad partes impulerit, vehementer anquirit. De mœnibus clara liberáque voce responsum est: *Principe, qui parentis sit loco, ac moribus, Insulanis opus esse; non homine rapinis pasto, furtísque. Theodoricum ab Elsatia in proximo esse, qui iure Flandricum capiat imperium. Et præclaro iustóque Comiti futuro portas extemplò apertum iri.* Ad eam loquendi libertatem, immane, quantum ira simul D & furore Normannus exarserit. Nihil tamen in vrbem ciuésque grauius tunc ausus; quòd exiguis ad vim copiis cingeretur. Minis dumtaxat, diráque deuotione bacchatus est. Relicta igitur Insula, eodem furoris impulsu Gandauum, Brugas, Ipram defertur, sinistro vbique successu, & pari pudore. Omnium enim harum vrbium portis exclusus, præter infamiam, opprobria, ininásque ceu iam extorris, haud quidquam retulit. Vnicum in auro, quod vndique coëgerat, superesse visum est præsidium, aut in Regis Francorum fauore. Igitur cùm Regis animum tentasset, magnis ab eo promissis oneratur equestris ac pedestris auxilij: & suum ipse militem exemplò pecunia comparat, scribítque non spernendas copias. Godefridum Louanij Comitem in suas etiam partes sollicitat, bello assuetum, & rerum vsu pollentem. Intereà loci Theodoricus Insulam aduentat præclaro comitatu, & non exigua fultus militum manu. In vrbem benignè ab ciuibus, & magna omnino lætitia receptus, in communem protinus Flandriæ vtilitatem multa consiliis agitat. tum maxima Insulen-

Occasione belli aduersus Anglos suscipiendi, per fas & nefas pecuniam Normannus valde iam mutatus corradit.

Chronic. Fland. cap. 6 Chronic. Tornac. Iperius. Iac Meier l. 4 Pet. Oudeg c. 72. Bresin. Marchant. Bellefor. ex quibus et alia ea qua hoc de Comite eiúsque f. &c postea narramus, deprompta sunt.

Hinc ab eo Flandri auertuntur.

Auctores citati.

Et consilium capiũt Theodoricum Elsatium Comitem suum creandi.

Auctores citati.

Normannus Insulam non admittitur.

Cur id facerent, roganti audacter Insulani respondent.

Eum similiter Gandenses, Brugenses, Iperani excludunt suis vrbibus.

Is ideò Regẽ Franciæ ad bellum in eos sollicitat, & militẽ cogit.

Interim venit Insulã Theodoricus, ac beneuolè exceptus eam munit.

A

Insulensibus diligentia aduersus imminentem belli turbinem cauet, haud ignarus Insulam primo belli furore petendam. Ludouicus Galliæ Rex, quem aduersi de Normanno nuntij stimulauerant, è contrario Parisiis Atrebatum iter præcipitat, in Flandros ac Theodoricum animo vehementer infenso. Consilij participe Reginaldo Remorum Archiepiscopo, Insulam mittit, qui Elsatio alienæ ditionis inuasori diem dicat apud Episcopum Atrebatensem tanti sceleris arcessendo. Parum hæc citatio ponderis habuit apud Principem animo ingentem, & Nobilium ac populi studio fultum. Regis ergo nuntium Theodoricus risu explosit; neque Atrebatum iuit ad diem statutum, spreto etiam illius ac Episcopi iudicio. Ea res Ludouici animum, quàm credi possit, altiùs penetrauit; adeóque ira commouit, vt aliqua in Theodoricum grauissima confestim decerneret. Frangenda scilicet hominis contumacia ipsum per Episcopos sacris arceri mysteriis mandauit, totáque Flandria igni & aqua interdici: dein vniuersos Insulæ ciues eodem afflari fulmine præcepit, vti fluxæ fidei mentísque homines. Verùm id nullo factum operæ pretio, euentus probauit. Quippe maior inde vis Theodoricum impulit Ludouicum eiúsque minas contemnere, vehementiórque Insulenses Elsatium iuuandi ardor commouit, vnde maximum Francus illum deterrendi, hos ad officium reuocandi momentum sperauerat. B Insulensibus ergo ab Elsatio fides data nunquam eos deserendi: ab Insulensibus contrà dictum Elsatio semper opitulandi sacramentum. Ab vtrisque magnopere omnia mox comparata, quæ ad vrbis defensionem necessaria essent, animi, commeatus, arma, & machinæ. Inuenio, qui Francorum Regem nullum Insulæ obsidium admouisse velint, postquam Theodorico & Insulensibus interdici sacris imperasset. quòd ingens mortalium numerus eam vrbem priùs insideret, arbitratum fuisse captu difficilem; ideóque factis tantùm ad eius portas excursionibus, omnia circùm populando vastasse. postquam illis aqua & igni interdictum esset, in Franciam iter accelerasse, relicto Atrebati Normanno, qui magnis in bellum copiis incumberet. Omnino mihi certum est vnà cum Guilelmo & exercitu Ludouicum Regem Insulam versus castra mouisse Theodorici contumacia impulsum; ac quibus tunc maximis pollebat, dispositis vbique copiis vrbem circumquaque sepsisse. C Vehemens, cruenta, diúque anceps ea obsidio fuit, haud minùs ira & odio, quàm armis telísque ad victoriam grassantibus. Ad vrbis quamque portam magna vis Gallorum ab Rege constituta est arcendis ex occulto ciuium eruptionibus. prætenta sudibus castra, & vallo munita; ductæ ad muros vineæ; ingentes opportunis, ad quassanda mœnia, machinæ locis compositæ. Ibi Normannus præcipua laude fortissimi ducis ac militis munia obire: dum tenduntur librantúrque, frequens tormentis adesse, ne quo temerè laxato iactus spem frustretur. disiectis apertísque machinarũ vi muris, ad insultum milites verbis accendere, ipse interdum clypeo & lorica tectus vnà subire, vrgendo ad mœnia conscensu. Erumpentibus ex oppido per diem noctémque hostibus, inter primos arma corripere, per medios sese cuneos inferre audaciùs. nihil denique omittere, quo suis animos faceret, sibi spem augeret oppido potiundi. Mordebat enim animum eius dolor quàm maximus, cùm ad portam oculos conuerteret, vnde nuper cum insigni conuicio iniuriam acceperat. Accendebat etiam ipsi ferociam immodicus vindicandi ardor, quoties Insulanum aliquem vel eminus conspiceret. Ita plerumque vastos animo viros plus iniuriæ memoria, quàm recti cupido ad ingens facinus impellit. Haud ignauiùs ab obsessis acta res est, Elsatio ad omnia interrito, & incumbente. Is cùm vrbem ab Franco peti cingíque percepit, quò ciues alioqui satis deuinctos, vehementiùs obstringeret sibi, rebúsque trepidis & asperis idoneos haberet, in concionem vocatos hac oratione accenderat. D *Quantum mihi studium, quantúsque labor imperetur opitulandi vobis, Insulenses, ipsa res loquitur, & imminens vrbi vestræ necessitas. Ad obtinendum Flandriæ Principatum, quem iure quidem debitum per iniuriam tamen Francus negauerat, magno mihi nuper momento fuistis. Normannum, insigniter mihi vobísque aduersantem, primi oppido vestro egistis extorrem. Quàm eo pro meritu exploso, in vrbem me vestram vocatum præclara excipere pompa, & multo colere studio, haud quidquam fuit vobis prius ac iucundius.*

Gallię Rex Atrebatum venit.

Illuc Theodoricum iubet venire, vt causam suam dicat.

Quòd ab eo sperneretur, ipsum curat excommunicari cum Insulensibus.

Haud tamen inde moti Theodoricus & Insulenses.

Insulam igitur Rex cum Normanno obsidet.

Eius tempore quid se gesserit Normannus.

Ad eam fortiter ferẽdam Insulenses hortatur Elsatius.

Enim-

A *Enimuerò tam illustria in me à vobis collata beneficia quid minus efflagitent, quàm vt omnes, quibus polleo, tum animi tum corporis vires vobis tuendis impendam? Si quem per vos honorem assecutus sum, ipsa vita chariorem arbitrer: quidni, fortiter audendo, cum vita sanguinem profundam ad vrbis vestræ defensionem? Vt hæc omnia defuissent, quibus obnoxium me vobis haberetis: abundè profectò me vobis obstringerent, qui mœnibus vestris, vobisque exitium præcipitant. Nihil de meis ab vtroque Principe profectis malis commemoro: de illis tantùm queror, quibus ipsi vos oppressere. Gemuistis equidem frequenter horum iniurijs fatigantibus. Qui vobis iure successionis obuenerat, Francorum Rex Principem inuidit: quem nec velletis ipsi, nec ferre possetis, obluctantibus dedit. Postquam igitur Principatum Flandriæ Normannus arripuit, quid vobis ad omnem cumulum defuit miseriarum & malorum? Imperia vbique sæua, & tyranni magis, quàm Comitis, extortæ malis artibus pecuniæ. multi per iniuriam bonis exuti. illata per vim matronis stupra. parua domi, forisque pudicitiæ, fortunis, vitæ, præsidia. Quem tot mala grauissimum illis hostem non effecerint, à quibus ipsa in vos profecta, cum certe execrandum vobis mihique hostem esse iudico. si quem*
B *verò perpetuum illis aduersarium pepererint, ipsum me esse vobis liberè profiteor. Has nimirum manus, hos lacertos, hunc ensem, hæc arma, totum denique corpus, & animam sic vobis dedico, vt ijs semper in illos pergam hostilia moliri. tantùm ipsi animos vnà contendite; tantùm me opibus studijsque fulcite: tum profectò efficiam, vt priùs fortiter pugnando pro vobis occumbam, quàm vestris illi mœnibus potiantur.* Hanc Elsatij concionem insignis populi plausus excepit miris in eum laudibus certantis. Nihil segne, aut ignauũ inde a quoquam per vrbem. Theodoricus exsequendo magis, quàm imperando, sedulus, mirum quàm exemplo magna præstiterit. Vbi manum operibus admouit, secuti mox omnes permixti vulgo Nobiles. nihil durum, aut difficile cuiquam visum. Alij pro portis stationem impigrè obire: mox etiam signo dato in hostem fortiter ex occulto erumpere: solutos somno Frãcos per noctem aggredi, eorúmque castra cædibus & rapinis vastare. alij mœnia murósque corona intrepidè obtinere; omni defendere armorũ genere diu noctúque. quà muros machinis hostes quatiebãt, præsto
C adesse, vt post ruinam insilientibus obsisterent. quà fixis ad muros scalis ascensu in mœnia cõniti Francos videbãt, ibi telis eos hastisque crebriùs impetere; ingentes ab alto trabes deuoluere saxáque. feruentium vim cinerũ in ascendentium oculos fundere. Vt igitur omnia, quibus maximè pollebant, Francorum Rex Normannúsque expugnando tandem oppido adhibuerint, vano semper conatu, hæc scilicet obsessorum studia laboréſque fecerunt. Aliquanto etiam maiori laude fructúque insignis claruit militem inter ciuésque animorum & manuum consensio. Ergo cùm nullam insultibus machinisque potiundi vrbe spem caperet Ludouicus, corrumpendis ciuium animis ex arcano nauare occepit. Eò multi promissis onusti. eorum tamen nulli, quàm fides, salus & amicitia Regis iucundior. Hæc itaque omnium ad Ludouici flagitationem fuerunt responsa: *Sua ipse sibi haberet, quæ promiserat. nullam sibi ampliùs cum Normanno necessitudinem intercedere. non Principem eum, at tyrannum Flandris fuisse. quem Principatum iniuria quæsiuerat, eundem flagitijs & sceleribus obtinuisse diutius, quàm vellent. iustum se ac legitimum Principem ab Elsatia Theodoricum acciuisse.*
D *cum illo certum sibi vitam agitare; cum eodem aspera qualibet pati, & vitam fortunásque amittere, iucundum esse.* Ea verba quàm Regem admodum stimularunt, tam bellicos eius motus fregere. Quippe confestim ipse castris se subduxit, capto in Franciam itinere. & mox Normannus obsidium soluere coactus est. Godefridus interim Louaniensium Comes non exiguo cinctus milite in Flandriam penetrauerat: iámque Alostum magnis viribus premebat; quóue terrorem faceret oppidanis, agros eorum direptionibus flammisque vastabat. Igitur eo citiùs loco armis subigẽdo, & in potestatẽ redigendo, copias illuc suas Guilelmus deduxit, eásque iūxit Godefridi castris. Gnarus eius profectionis Elsatius, pressique obsidio Alosti, alia eodem via militem suum Insula duxit celerrimè, cui non paruus Insulensium, Duacensium, aliorúmque Flandrorum permixtus erat numerus. Verùm postquam animaduertit parum tot viribus hostium sustinendis idoneum esse id oppidum, eo relicto, copias omnes suas ad viculum Axpolam explicuit. Ibi commissæ sunt acies, ac pugnatum fortiter.

Quales se tẽpore obsidionis Theodoricus & Insulenses ϸ. æstiterint.

Frustrà ciues ad deditionẽ tentantur.

Obsidio soluitur Rege in Franciam abeunte.

Theodoricus cum milite & aliquot Gallo-flandris Alostũ petit. Ad Axpolam prælio vincitur, & periculum incurrit.

Cæsi

A

Cæsi tamen è Flandris quamplurimi: & coactus est Elsatius cum reliquis Alostum fuga repetere. Inuasit tunc Alostanos militémque Elsatij magna formido: cùm accisus esset vehementer ipsorum numerus, & peruię multis partibus munitiones aditum hosti patefacerent. Verùm Elsatij constans animus, & Normanni vulnus abstersere breui metum. Scribit Anselmus Gemblacensis, quempiam Elsatij militem singulari cum Normanno certamine concurrisse; hunc ab eo in humero lancea perfossum, & corripiente vulnus dracunculo, quinta pòst luce exstinctum. Ad veritatem propiùs accedit id, quod libris alij mandauere. Normanno scilicet ob victoriam exultanti, vrbémque proximè adeunti, Nicasium Borlutum ciuem Alostanum missо è mœnibus telo humerum hausisse altiùs, vnde paucis posteà diebus malè curatus mortem oppetiuerit. Ita sublato è viuis Normanno ad decimum & septimum Kalendas Septembris, Godefridus copias domum reduxit: ac breui pòst ab Flandris omnibus magno Elsatius consensu Comes renuntiatus est. Et quamuis initio Franciæ Rex Ludouicus, ob læsum exstinctúmque Normannum, grauiter Flandris succenseret: vbi tamen expendit, ad Flandriæ Comitatus hereditatem adeundam iusto Elsatium titulo nixum esse, in fidem suam eum recepit, & pacificè Principatum obtinere permisit. Sanè hunc Principem tanto idoneum imperio fecerant multa virtutum decora. Blandissimum enim alloquio, in negotiis iustissimū, in iubendo temperatum, rerum sacrarum diligentem, bello fortissimum fuisse, comperio. Huius igitur initia Principatus magnam induxere per Flandriam rerum morúmque mutationem. pax vbique restituta; exstinctæ multorum inimicitiæ; compressa plurimorum licentia & latrocinia, quæ passim corruptis Guilelmi moribus vires acceperant. Extremus tamen September multis terrorem incussit, cùm repentè gelu acerrimum cuncta corriperet; eius frigore adustæ vineæ vindemiam frustrarentur, in acorem verso vuarum succo: fluuij fossæque sanguineum multis locis colorem induerent. Neque faustiora sequentis anni visa sunt primordia. Quippe Ianuarij principio solutis desubitò frigoribus, & liquata vbique glacie niuéque, plurima vis aquarum sata corrupit; vehementi fluuiorum exundantium agmine diruta passim ædificia sunt, multæque abreptæ mortalium fortunæ. Et inuasit posteà pleraque animalia, subsitúque insignis pestilentia. Absumptus tunc præsertim boum, porcorum, ceruarum, aprorum, & caprearum ingens numerus. Neque pepercit hominum corporibus sacri lues ignis. Seuiit is præcipuè hoc in Belgio Cameraci & Atrebati. Sed vtrobique flammis iis contacti depastique ab Diua Virgine Maria remedium obtinuere: cùm hîc aquā bibissent, in quam è cereo Mariano stillauerant guttæ; illic propter capillos & lac eius Virginis lachrymas precésque fudissent. At hoc anno Cisonij Clericis in Canonicos Regulares transformatis datus est Abbas Anselmus. Mutationis originem istam reperio. Successerat Almerico Præposito Herimannus Insulensis, nobili loco natus, diuitiis abundans, & lautitiarum cupidus. Sed quoniam malis artibus potiùs, quàm suffragiis Canonicorum, eam fuerat adeptus dignitatem, grauis initio simultas inter eos exercita, & sæpè palàm litigatum est. Neque priùs disceptatio, & odium finem accepit, quàm multa cunctos munificentia, & comitate sibi deuinxit Herimannus. Præcipua tunc vitæ modestia, & virtutis desiderio inter Canonicos pollebant Liethardus & Robertus. Igitur hi cùm sese altiùs in Herimanni familiaritatem insinuassent, de cælestibus, diuinísque rebus tandem cum eo sermonem miscuere. Inter alia sæpenumerò ingerebant: *huius vitæ periodum breui tempore circumscribi: quæ bona ducunt mortales in terris, ea quàm celerrimè vel à nobis auolare, vel eripi. Nullam earum voluptatum, quas mundi præbent deliciæ, perpetuam homini dulcedinem propinare. iis summam insistere amaritiem, quam hauriant perpetuo cum dolore, qui plùs æquo ipsis oblectantur egestatem illos interminabilem, ingésque flammas in obscurissimi Erebi specubus manere, qui diuitijs & dignitatibus abundantes, in luxu vitam & lætitia, longè ab Numinis voluntate & præceptis, transegerint. ex aduerso maximam illis supernè dulcedinem infundi, quos aspera rerum, virtutis studia cultúsque, mundanarum rerum contemptus, cupiditatum compressio, rerum cælestium contemplatio delectant. Erepta vita solùm ea hominem comitari, quæ secundùm Dei legem rectè iustéque peregerit. In amore Numi-*

B

C

D

Marginal notes: Normannus ex vulnere moritur. — THEODORICVS publicè Comes Flandriæ inauguratur. — Ad fidē eum Rex recipit. — Eius laudes. — Per eū quies Flandriæ redditur. — Gelu intempestiuum. — *Anselm. Gemblac. in Chron.* — Aquarum eluuies. — *Anselm. Gemblac. ibid.* — AN. 1129. — Pestis pecorum. — Sacer ignis. — *Anselm. ibid.* — Cisoniensi monasterio Canonici Regulares imponuntur. — *Monument. MS. Cison. monaster. lat. Meier. l. 4.* — Mutationis huius occasio.

A *nis morientem cælos excipere, ac diuinis æternùm rebus afficere iucũdiſsimè.* Etſi parũ prin-
cipiò placerẽnt ea verba: ſucceſſu tamen temporis, cùm iterarentur frequẽter, ita vi-
tum permouêre, vt ad nouum vitæ genus capeſſendum exarſerit. De reſignandis in manus Remẽſis Archiepiſcopi beneficijs ac dignitaribus Eccleſiaſticis, déq; ſumen- *Qua ratione ea peracta.*
do religionis habitu ex D. Auguſtini Canonicorũ inſtituto regulaque, inter eum ac
Liethardum & Robertũ conuenit. Et dictus dies ad id negotium peragendum viæ
Remos maturandæ. Poſtquam occultis itineribus eò venere; aditus eſt vrbis Põtifex
Reginaldus. Multi per hunc viri religione præſtantes acciti. Coram ijs Herimannus
Præpoſituræ (vt vocant) ac Theſaurariæ dignitatibus & emolumentis ſeſe abdicat;
Liethardus & Robertus ſacerdotijs exuunt ſeſe. Dein ſimul Pontificẽ orant, vt hæc
omnia congregãdo Canonicorũ Regularium cœtui addicat: inter eos ſeſe cooptet,
flagitant: qui ſub nouum inſtitutum coëuntibus imperet, virũ aliquẽ magna virtute,
& religioſis moribus cõſpicuum expetunt. Vbi ſeſe promptũ ad omnia Reginaldus
exhibuit, vti poſtulauerant, de cœnobio & vita regulari ſancitum fuit. Qui regeret, *Anſelmus primus Abbas conſtituitur.*
B Anſelmus S. Dionyſij Canonicus Regularis ſuffragijs omniũ electus, quãuis admo-
dum is reluctaretur, & ſubeſſe mallet Remis. Hęc igitur cùm Remis facta ſuiſſent ex
deſiderio ac voto Herimãni, eiúſque ſociorum: Cyſonium hi magna cum voluptate
reuertuntur. qui ſocietatem ſecum ineant, alios conquirũt, permouéntque; nõnullos
ſponte eam appetentes admittunt. quæ religionem capeſſentibus vſui eſſent futura,
tam ædificia, quàm ſupellectilia maturè comparantur. Ridẽt interim horum inſtitu- *Quid illic initio paſsi Religioſi.*
tum plerique. nonnulli etiam Canonicorũ quà verbis, quà minis, quà varijs infeſta-
tionibus moliuntur impedire. Verùm ij dũ in propoſito perſeuerant firmiſſimi, adeſt
tãdem Anſelmus, & magna ſanioris animi Canonicorum ac plebis pompa in Eccle-
ſiam deducitur, ibíque nouello Chriſti gregi ex Remenſis Archiepiſcopi ſententia
præponitur. Sed quàm multis, quos religionis amor virtutiſque ſuauiter afficiebat,
grata fuit ea mutatio: tam pleroſque Eccleſiaſticis præditos beneficijs, & inter laicos
genere ac diuitijs potentes, eadem in odium & contemptum Abbatis eius perpulit. *Quid Anſelmus.*
C Nihil ipſi reliqui faciebant, vt hominem aliquãdo vexationibus fatigatum abigerẽt.
Nunc probris, & calumnijs inceſſere; nũc minas verberáque intendere; nõnunquam
manus minimè rerũ inuaſionibus abſtinere. Et horũ exemplo etiã ſubditi ac dome-
ſtici magnas interdũ exhibuere moleſtias. Verùm ea tandẽ omnia ingens animus, &
nobilis Anſelmi patiẽtia diſſipauerũt. Ergo poſtquã pacificè Cyſoniẽſem Abbatiam
moderatus eſt Anſelmus, magna fecit illic incremẽta religio, éque variis cõfluentes
partibus homines ſubigẽdorum animorũ cupidi, inter Aſcetas eius loci abdidere ſe.

AN. 1130. Fuit proximus annus inſignis morte B. Ioannis Morinorum Epiſcopi, & quondã *Ioannes Morinenſis Epiſcopus in cælos euolat.*
Inſulẽſis Eccleſiæ Canonici. Diutiùs hic vitam protraxerat, quàm ſcelerati homines
cupiuerant, quos fortiſſimè ſemper comprimebat. Fruſtráque illi ceſſerat audax fa-
cinus, qui per viam à tergo lancea perfodere moliebatur. Cùm enim clamantium, vt *Ioan. de Collemed. in vita eius. Tabul. Taruan.*
ſibi caueret, vocibus incitatus, vultum Pontifex retro vertiſſet, ictúmque intrepidus
præſtolaretur: hæſit in aëre cuſpis illius, vi quadam cæleſti innoxiam retinẽte. Neque
pœnas is vindicta Numinis repoſcente poſtmodum effugit, qui tale ſcelus atrociter
D feſtinabat; neque omnes alij immunes fuere, quos aduerſus eumdẽ incaſſum furor
armauerat: cùm intra breue tempus varijs modis iræ cæleſtes cunctos abſumpſerint.
Vbi verò percrebuit Ioannem ad extrema vi morbi tendere, ingens dolor vniuerſos
inuaſit, quos eius virtus in amorem ſui pertraxerat. Igitur quãuis omnino vetuiſſet,
præter pauculos Religioſos, quẽquam in cubiculũ admitti, vbi lecto affixus iacebat:
ea tamen hominum partim ex vrbe, partim foris ex remotiſſimis etiam locis aduo-
lãtium, & complorãtium turba palatij valuas obſedit, quos eò deſiderium impulerat
aut Paſtorem ſuum extremùm alloquendi, videndíque, aut benedictionem eius im-
petrandi; vt demum neceſſe fuerit cuneatim eos inducere, ne nimia preſſi mœſtitia
ægrè domũ repeterent, ſi non ingredetẽtur, eiúſque verba vltima impertientis frue-
rentur aſpectu. Quo die mortẽ ipſum obire cõtigit, primo mane è lectulo in cilicinũ *In cilicino lecto moritur.*
deponi ſtratũ voluit: vt ea inuolutus aſperitate, vitam rutiùs & generoſiùs inter pu-
gnãdum poneret. Poſtquam autem relicto corpore animus in cælum liber euolauit, *Poſt mortem pulcherrimus cernitur.*

Sarcophagus eius miraculosè excrescit.

tam hilarem formosúmque facies vultum induit, vt summa omnes, qui spectare cu- A
pientes ingentibus domũ fluctibus penetrabant, admiratione defixi obstupescerent. Et mirum profectò illud habitum, ac singulari Numinis prouidentiæ, & in Sanctum suum beneficio tributũ, quòd sarcophagus è candido insigníque lapide, vt summum pueri capax, in eam repentè longitudinem & latitudinem excreuerit, vt lõgo admodum eius corpori sepeliendo quadraret. Qui postremum Ioanni hunc in lapidem inferendo, iustísque persoluendis, officium impendit, post dies aliquot Robertus Atrebatium Episcopus è viuis excessit. Eam qui regeret Ecclesiam, ex Aquicinctensi monasterio detractus est Aluisus Antistes, multa vir animi fortitudine insignis, & vitiorum reprehensor acerrimus. Et placuit vehementer Ludouico Francorum Regi, talem adhibitum huic diœcesi Pastorem supremum, quem ipse ob virtutes magnopere diligeret, quémque ob præclaras animi dotes ad regimen animarum vtilem admodum arbitrabatur. Exstant epistolæ duæ Regis eiusdem, quarum altera tum Aluiso gratulatur amicissimè, tum ipsum non leuiter hortatur, vt impositum sibi onus haudquaquam defugiat: altera verò Atrebatensi Clero gratias agit, ob B
nuncupatum eum Atrebatensem Episcopum, quem charissimum haberet, & quem Deus insignibus, & opportunis ad hoc munus talentis donauerat.

Robertus Atrebatensis Episcopus moritur.
Tabula Atreb. Ecclesiæ. Chron. Aquicinct.
ALVISVS Abbas Aquicinctinus in eius locum sufficitur.
[illegible]

B. Gosuinus in Abbatem Aquicinctinũ eligitur.
[illegible]

Quæ priusquam Præsul diceretur, fecerit.

Paucis inde diebus Aquicinctensis monasterij pedum ardentibus omnium Religiosorum votis Gosuino traditur, cuius antè prolixam fecimus mentionem. Plurima certè inerant ipsi, quæ sanctum eius regimen promitterent, animi candor, sæculi fuga, religionis cultus, linguæ custodia, orandi studium, magna in pauperes liberalitas, ingens in afflictos commiseratio, morum suauitas & puritas, doctrinæ multa vis, spirituum discretio, animos tractandi peritia, & prudentia singularis. Et nondum pueritiam fuerat egressus, cùm mulier quædam intèr socios modestè ludentem conspicata, paullùm à turba seduxit, ac postquam in aurem grauiter dixisset, ipsum quandoque futurum Abbatem, confestim sese proripuit. Iam multis eum Aluisus monasteriorum Præsulibus concesserat, vt ex eorum desiderio collapsam disciplinam remque domesticam restitueret. Eius industria non parum respirauerat C
Suessionense D. Crispini monasterium. Per eius sapientiam & vigilantiam Caralaunense B. Medardi Phrontisterium sese rursus erexerat: ibique Petrum Abailardum (quem Summus Pontifex Eugenius ad eum miserat) nunc insigni constantia & doctrina reluctantem ipse fregerat, nunc paterna lenitate mansuefactum benè instruxerat. Remis S. Remigij Asceterium multo labore in meliorem ordinem redegerat. E Gallia reuersus Aquicinctensis Prior fuerat omnium singulari Monachorum lætitia creatus, in eóque se munere talem præstiterat, vt plurimi summo cœnobij magistratu dignum arbitrarentur. Et verò D. Petri apud Catalaunos Religiosi suum iam eum Archimandritam nuncupauerant: omninóque contenderant Ascetę Laubienses eius se disciplinæ ac regimini subijcere. Verùm quàm domi retinere Aquicinctenses nitebantur, tam ipse laborabat, vt omnem ab se præfecturam amoliretur longiùs. Et fuit quoque certandum grauiter, vt Aquicinctensis Ecclesiæ pedum tandem capesseret: neque priùs eò trahi permisit, vt supremis se monasterij curis supponeret, quàm vi quadam ad regendum raperẽt Religiosi. Igitur postquam D
curas, & animum ad gubernationem conuertit, vt se suósque subditos in Religionis officio retineret, rarò foribus emanere monasterij; cum Religiosis omnia libenter obire domestica & vilia officia; de rebus vanis, & ad virtutem nihil pertinentibus colloquijs aures obstruere; ab consortio Monachorum, & penitioribus cœnobij locis hospites nulla religione obstrictos amoliri. Si foras prodeundum esset, nullo comitatu sepiri, sola ferè dignitatem tueri modestia, & in egenos prodigentia. Eo dum floret Aquicinctinum Præsule monasterium, mira dictu res contigit Martianis. Graue tædium religiosæ disciplinæ quemdam è Monachis ceperat ornamentorum templi Custodem: iámque adeò vis ipsum tentationis infregerat, vt de furtiuo discessu meditaretur. Ne quid tamen solus auderet, alterum fugæ socium adsciuit. ac ne quid deesset tolerandis extra monasterium necessitatibus, vtrumque cupido inuasit pulcherrimos quosque templi ornatus, & vasa pretiosa clam omnibus per

Qui se gesserit Abbas factus.

Religiosus furtum & desertioné meditás punitur diuinitus.
[illegible]

noctem

A noctem asportandi. Quia tamen instabat solemne dedicati templi festum, nihil ab eis maturatum: placuítque fugam tantisper differre, donec ea celebritas perageretur; quoniam per eos dies plurimi homines D. Rictrudem venerabundi Martianas confluerent. Interim Custos ipse Dominico die, qui dedicationis solemnitatem proximè præcedebat, aperta vena sanguinem sibi minui curat. Sed eum adeò grauis inde morbus inuasit, vt ipsa recurrentis dedicationis luce depositum omnes conclamauerint. Non latuit miserum hominem designati facinoris pœnas ab se reposci: statímque Antistitem Amandum suppliciter euocauit: ei cum multis singultibus & lachrymis conceptum mente flagitium aperuit, quò veniam impetraret priusquam fœda morte subduceretur. Vt erat mitissimo prorsus animo, & ad misericordiam factus, criminis veniam facillimè Amandus impertijt, eúmque sacro imbuit oleo, postquam in pœnas certis rebus obstrinxit, & ad mortem patienter tolerandam verbis accendit. Neque parum ea vel Monachi pœnitudo, vel Abbatis mansuetudo valuit. Nam paullò pòst ille mortis faucibus ereptus abstergi morbum sensit. Vt ra-
B men perpetua concepti animo sceleris memoria & mœstitudine castigaretur, neque firmus ac sine scipione ingredi, neque monasterij septis exire potuit posteà.

AN. 1131. At Ludouicus Franciæ Rex Philippo liberorum maximo graui ex equo casu deiecto, vitáque priuato, Ludouicum, qui proximè ipsum ætate sequebatur, ab Romano Pontifice Gregorio inungi Regem, & diademate ornari curauit Remis. Cœpit eadem tempestate D. Bernardus Belgicas obire prouincias. viámque sui ordinis Religiosis aditum in Flandriam penitiùs pararet, Atrebatum Comitis Flandriæ fedem profectus est. Ibi cùm Cereum B. Virginis insigni mentis dulcedine perfusus contigisset, oculísque lustrasset attentiùs, loco ei proximo Crucem depanxit, quæ plurimos illic annos aduentus eius ac religionis testimonium perhibuit. Et non multo interiecto temporis spatio cùm multa per Gallias & Belgium Cistertiensis instituti monasteria passim erigeret, ad quorumdam etiam molitionem in agro Ca-
AN. 1132. meracensi, & Flandria incubuit. Duxit ipse anno millesimo centesimo & trigesimo
C secundo Vallicellas recèns ædificatas vocatorum ex Anglia Monachorum coloniam. Et tantum apud Elsarium Flandriæ Comitem effecit, vt is condendi quædam loca in Flandria potestatem faceret.

Crassus filiū Ludouicum Regem vngi curat. *Anselm. Gēblac. in Chron.* *S. Bernardus in Flandriam venit, vt fundet Abbatias.* *Ferreol Locr. in Chron. Belg.* *Anselm. Gēblac. in Chron.*

AN. 1133. Dum procurrit annus Christi supra millesimum & centesimum trigesimus tertius, quarto nonas Augusti ad meridiem sol adeò defecit per mediam horæ partē, vt stel-
AN. 1134. læ facilè cōspicerentur. Et pleræque sequuti proximè anni tēpestates magna siccitate laborarunt: ideóque perparum auenæ, hordei, ac leguminum ab rusticis collectum. Auctorem habeo, qui velit hac ætate Cæsarem infestis copijs Flandriam tentasse, castráque Duacum propiùs metatum. nullam is tamē belli causam prodit, huiúsque
AN. 1135. exitum tacet. Post aliquod tempus plerísque rebus in Episcopatu Tornacensi feliciter corrigēdis, Simon Pontifex Synodum habuit Tornaci luce Martij duodecima. Damni postcà multum mortalibus allatum. Etenim post solis eclipsim exorti sunt venti vehementes ipso die Sanctorum Simonis & Iudæ: quibus violenter perflanti-
AN. 1136. bus, multa passim ędificia solo prostrata. Et secuta deinceps ęstate tanta terram sicci-
D tas infestauit, vt plerique cum torrentibus fontes exaruerint. addunt aliqui grauissimam cunctis formidinem iniectam, frequentissimis fulguribus & tonitruis oculos auréfque incessentibus. Inter hæc primo die Augusti Franciæ Regem Ludouicum è medio viuētium mors abstulit. regnum eius opésque adijt Ludouicus filiorum maximus, quem supra diximus à Gregorio Pontifice Romano Regem vnctum Remis.

Solis defectus. *Anselm. Gēblac. in Chron.* *Siccitas magna.* *Idem.* *Iacob. Meyer. l. 5.* *Monument. ms.* *Venti vehementes.* *Christ. Mass. lib. 6 Chron.* *Siccitas.* *Fulgura.* *Iac. Meyer lib. 5.* *Ludouicus Franciæ Rex moritur.* *Auctar. Gemblac. Robert. de Monte, alij.* *Filius eius LVDOVICVS succedit.*

AN. 1138. At Flandriæ Comes Theodoricus accepta nuper in vxorē Sibylla Fulconis Hierosolymorū Regis filia, in Palæstinam aduersus Christianæ Fidei hostes statuit socero suppetias ire, ideóque florētem ex omni Flandria exercitum coëgit. Sed priusquam sese mari suósque committeret, Principum Cōuentum Ipris habuit. Illic, ne quid per absentiam suam peccaretur grauiter, eos sacris arceri voluit, qui capita legis Flādricę contemnerent. Eorum hęc præcipua erant: *Homicidia extremo supplicio plectuntor: qui vulnerauerit, talionis pœna, vel pecunia mulctator; aut duello decernito: furem nocturnum, latronémue vicini occidūto impunè: hunc qui persequi noctu detrectauerit, sexaginta solidos*

Theodoricus ad bellum sacrum se præparat. *Guil. del Tyr l. 15. Bell. sac. c. 6. Iacob. Meyer l. 5. Annal.*

 mulcta

mulctæ nomine pendito. Igitur his legibus sancitis & Flandriæ cautum fuit opportunè, & lætior in Syriam Comes profectus est, tradito vxori Flandriæ imperio. A

S. Bernardus in Flandria concionatur. *Iac. Meier. l. 4. Annal.*

Et quò Flandri meliùs in officio retinerentur, D. Bernardus Claræ-vallis Antistes totam pænè horum regionem concionabundus obiuit, multísque hìc mortalibus ad vitam probè sanctéque ducendam auctor fuit. In ea verò Comitis nostri expeditione id accidisse mihi persuadeo, quod in vita S. Piatonis Siclinienses Canonici litteris mandauere. Gallo-flandrum quemdam erga D. Piatonem mirificè affectum sacram cum alijs militiam iniuisse. cùm in Syriam peruenisset, cum aliquot alijs in hostico ab Turcis deprehensum. ibi hostium multitudine Christianos obruente, vti cum alijs non interimeretur, fugæ consilium cepisse, & quòd spes omnis alia via euadendi præscinderetur, in latum amnem, qui proximè magno impetu labebatur, sese præcipitem dedisse. in aquarum vorticibus cùm luctaretur grauissimè, ac vitæ discrimen ingrueret, in mentem ei patroni sui Piatonis venisse. eius auxilio suppliciter implorato aliquoties, visum ab ipso virum insigni canitie venerabilem, qui mox eius sese corpori subijceret; manúque pedibus supposita, tam insigne subsidium attulisse, vt non modò ipsum inter vehementes aquarum fluctus sustinuerit, verùm etiam in aduersam ripam incolumem læiúmque tandem exposuerit. cùm ita periculum euasisset, & patriam denique integris membris repetijsset, nihil antiquius ei fuisse, quàm vt sese tam pio patrono ad Siclíniensis Ecclesiæ obsequium perpetuò manciparet. B

S. Piatus Christiano cuidam inter Turcas periclitanti fert opem. *Clar. Siclin. in vita S. Piaton.*

Aquarũ post siccitatem copia. *Auctar. Giblac.*

Ceterùm anno, qui Flandriæ Comitis profectionem secutus est, laticis plurimum, ac supra solitam altitudinem plerique fontes suppeditauere, quos duorum annorum siccitas arefecerat. Et repentè aquis paludes intumuere, quibus adeò siccatis solum æstus indurauerat, vt nullum ampliùs in eas humorem emissura terræ viscera viderentur. Sæuire tamen fames occepit, cuius atrocitas secutis pòst annis aliquot multos hominum absumpsit. AN. 1139.

S. Mauronti corpus transfertur. *Lib. argumentum Ecclef. Amatisf.* Quid tunc occiderit. *Item liber.*

Interim Atrebatensis Pontifex Aluisus sacra D. Mauronti ossa in nouam transtulit capsam Duaci. Inter eos, qui frequentissimi eius rei videndæ causa S. Amati ædem celebrabant, emicuerunt Aquicinctensis Abbas Gosuinus, & Casæ Dei Archimandrita. Miro tunc temporis ostento vel patefacta S. Mauronti gloria, vel approbata obsequentium eius honori pietas. Quippe visus est palàm ab omnibus insignis variúsque circulus tamdiu coronæ modo cunctos obire, qui sancta manibus ossa tractabant, vsque adeò donec ea thecæ imposuerint. C

Monasterium Claræ-paludis fundat Theodoricus. *Chron. Claramar. Ioan. Iper. in Chron. Bert. Iacob. Meier. l. 5.* De hostibus variam victoriã reportat. *Iper. in Chron. Iacob. Meier l. 5.*

Reuersus posteà è Syriæ partibus Flandriæ Princeps Theodoricus Claræ-paludis Abbatiam cõdidit Audomaropolim iuxta, eámque D. Bernardo tradidit, vt ordinis sui Religiosos imponeret. Tam sancto ipsum facinore ad pulchrã de hostibus victoriam iter sibi strauisse arbitror. Iam enim Angliæ Rex Stephanus, Hannoniæ Comes Balduinus, & Hugo D. Pauli Comes armis Flandriam infestare cœperant. Sed assuetum patrijs exterísque bellis hominem nullus eorum ferre potuit; victíque omnes è Flandriæ finibus abiere. Altero tamen pòst anno rursus in Comitem nostrum ij tres hostes fœdus sanxere, armáque rursus iunxere terras eius inuasuri. Verùm pùls eum asperauere, quàm nocuerint. Hic enim collecto repentè exercitu fines eorum ingreditur, omniáque ferro & rapinis infestans damni plurimum peperit, & hostium fregit audaciam. AN. 1140.

S. Rictrudis corpus transponitur. *Lib. 1. mirac. S. Rictrud.*

Eodem propè tempore Martianensium Præsul Amandus nouum argento autóque capulum exornauit reponendis S. Rictrudis, D. Mauronti parentis, ossibus: vtque pompa celeberrima in eo Reliquiæ conderentur, diem publicè dixit transpositioni. Eius rei fama latè Flandriam peruagata, plerísque primoribus, ac præcipuè Senatoribus Iprensis oppidi cupidinem iniecit ab eo Antistite postulandi, vt Flandrorum indulgens religioni sacrum id corpus Reningam deferri, eóque loci nouæ imponi thecæ permitteret. & quò faciliùs impetrarent, sanctè promiserunt Iprenses, id maximæ sibi curæ futurum, vt quas perdiderant Iudithæ quondam Abbatissæ negligentia, decimas & redditus in agro Reningensi in posterum reciperent Martianenses. De Aluisi Episcopi sententia, quod petierant, Flandris concessum est. Addicta feriis Pentecostes ea pompa. Et venturum se huius celebrandi causa recepit Morinensis Pontifex Milo: ne tamen desiderio faceret satis, repens morbus effecit. Igitur dicto tempore sacrum D

id cor-

A id corpus Reningam per suos Amandus deportari multisque circumstant Monachi diuinis laudibus personantes. Ingens etiam numerus hominum laicorum comitatur, quà Diuæ honori, quà suæ pietati obsequentium. vbi Reningam, pagum in agro Furnensi iacentem, peruentum fuit, illic maxima septus Flandrorum multitudine sacra matronæ lipsana de veteri capsa in nouam Aluisus Pontifex transposuit. inde multa omnibus adstantibus voluptate perfusis, Martianas alia via sanctum corpus refertur. Cessit è viuis paullò pòst idem monasterij Martianensis Abbas Amandus, & in eius locum suffectus est Lietbertus. Sed hunc breui tædium moderandi cepit, cùm impositum sibi onus attentiùs animo perpenderet. Igitur Monachis in cœtum coactis sese mentem induisse patefecit abdicandi magistratum. Et cùm illi vehementer obsisterent (placebat enim iis plurimùm viri virtus, ac sanctum & lene imperium) in D. Rictrudis aram pedum sponte deposuit. Ea res Aluiso Atrebatium Episcopo significata, simúlque potestas ab eo petita in alium dignitatem conferendi. Et mox electus aliquis votis omnium, qui regimen cœnobij capesseret. Is parum

Amandus Martianensis Abbas obit. *Lib. 2 marac. S. Rict. ad* Lietbertus eius successor, onus sponte deponit.

B tamen Aluiso probatus; ideóque grauiter ab illo Monachis imperatum, ad eius inaugurationem ne progrederentur: ac porrò pergentibus interdictum est sacris. Exinde plena tumultus & animorum exorta est contentio. Missi Romam ad Pontificem Maximum è Monachis aliquot seniores, qui de Aluiso quererentur, ac potestatem impetrarent ad electionem Antistitis iure suo vtendi. Aluisi factum iniquo Pontifex animo tulit, & Martianensibus quæ rogauerant liberaliter concessit omnia. ipsum quoque Aluisum litteris acriter corripuit. Sed priusquam Roma digressi, & litteris Pontificiis onusti domum Martianenses redirent, qui remanserant in monasterio rursus ad electionem vnius è tribus iis, quos nominasset, adiguntur Episcopi minis, & importuna fatigatione: vtque pareant eius voluntati, quorumdam Antistitum, à quibus consilium expetiuerant, verbis impelluntur. Ergo demum Hugonem è primo Remensi monasterio deligunt. Vix tamen septimum is diem Martianis agitauerat, cùm remenso itinere domum ij Roma redeunt, quos

Ob alterius Abbatis electionem graues Martianis difficultates oriuntur. *Idem ibid.*

C eò negotia, quæ diximus, pertraxerant. Igitur percepta Summi Pontificis voluntate Remos Hugo libenter abiit. Ac non multò pòst missus ab Romano Pontifice Presbyter quidam Cardinalis, aliquibus in Gallia rebus corrigendis, Latiniaci multos Antistites coëgit. Illic cum D. Bernardo vehementer Aluisus Episcopus in Martianenses Monachos inuectus, adeóque imposturæ absentes ausus est arcessere. Verùm, vbi ad consessum eos, quos Pontifex Romanus epistolis suis instruxerat, Cardinalis admisit, & quæ iam priùs Romæ audiuerat, palàm ad causæ suæ defensionem permisit dicere: magno ipse pudore tandem perfusus est. Cùm enim tempus ad causam suam meliùs orandam peteret, id omninò Legatus negauit, eumque ex tempore, vt Martianenses fecerant, pro se dicere voluit. Igitur Aluisus facilè animaduertens nihil ab se produci posse, quo caussam aduersariorum infringeret: publicè professus est, transuersum se factum, ac nimis grauia in Martianenses ausum transiliisse limites rationis. Et correptus ab Legato D. Bernardus, etiam in fraudem se pertractum palàm edixit. Ita cōciliatis omnium animis, permissi Martianenses sunt ad ele-

Quæ tandem opprimuntur. *Ibidem.*

D ctionem noui Antistitis antiquo iure suo initi: Atque vbi monasterium repetiuere, in Abbatem eunctorum postulatus est Odo religiosis moribus Martianis imbutus. Iuuat hoc loco memoriæ tradere, id quod Martianis intereà temporis euenit, dum Aluisus & Monachi contenderent. Erat illic inter Ascetas quidam litterarum expers, insigni tamen religione, & vitæ asperitate conspicuus, quem multos annos sine cuiusquam offensione vilibus intentum culinæ officiis magna demissio animi, & charitas omnibus acceptum reddiderant. Is ergo persentiens diuinitus breui ex hac vita sibi ad alium decedendum, quamuis adhuc integris esset viribus, neque vllo morbo tentaretur, in medium supplex cœtum venit, omnésque sibi noxas condonari flagitauit, & ob infirmitatem corporis ab officio missionem petiit. Ibi omnes non parum admirari, & quòd nullum aduersæ valetudinis signum deprehenderent, ipsum mente motum credere. Neque principio, vt liber ab munere consueto recederet, concessum. Vbi ramen abiectis clauibus ardenter institit, vt votis omnium

Quid interim acciderit Martianis circa monasterij cocum. *Ib. 2 mirac. S. Rictrud.*

ſibi liceret onus deponere, abſolutionem denique lætus impetrauit, & moriendi facultatem. Itaque ad locum ægris paratum rectà intendit, & quòd repentè corpus morbo concuti ſentiret, ſtrato incubat. Illic adeò vis morbi graſſata, vt paucis diebus extrema ingruerint. Quibus ſe muniri rogauerat, impertita tempori Eccleſiæ ſacramenta. Et mox ipſe totis abalienari ſenſibus, & mente deturbari palàm viſus eſt. Haud diu tamen eum tenuit animi perculſio. Ad ſe reuerſi, cùm quæreretur à circumſtantibus, vbinam fuiſſet, hæ voces fuere: *haudquaquam aliquò ſe raptum: è cælo ſplendidam adueniſſe D. Rictrudem, gnata Euſebia, & S. Cæcilia comitantibus: eam animos ſibi feciſſe, fidemque dediſſe feliciter moriendi: nullum eius ope fruſtrandum in extrema vitæ pugna, qui viuus illam aliquo fuerit officio proſequutus.* Et ſtatim ipſe ſui ſecurus placidiſſimè vitam poſuit. Eodem anno Henrico iuueni & Canonico mira quædam Tornaci obtigere. Poſtridie Paſchalis celebritatis prima ferè nocte per nouam templi fabricam domum repetentem voces quædam inconditæ aduenientis horrendæ multitudinis perculere. ac mox flammeus in eum torris impetu magno ferri viſus eſt, qui veſtem ita perſtrinxit, vt eam carnémque brachij proximè manum aduſſerit, Cecidit afflatus tactúſque ea flamma iuuenis. Torpente humi corpore, variæ animo ſpecies obiiciuntur. Occurſant primò plerique hominum, quos antea viuos cognouerat, iámque certò vita priuatos acceperat. Patuit deinde florentiſſimus roſis ac liliis campus. quò dum rapitur, mira perfunditur Henricus odoris ſuauitate, vt hauſtum prius timorem abſtergat. Illic ad eum cæleſti & Pontificio amictu fulgentes venere quondam Epiſcopi Tornacenſes Eleutherius, Aicharius & Eligius. Medium inter eos tenebat Beatus Eleutherius, qui propiùs ad iuuenem accedens, eum ſacro leniter manipulo contigit, éque ſinu productum vitæ ſuæ codicem legere iuſſit. Eo diſparente ſpectaculo, Henricus ad ſe reuerſus, ad patrem domum intendit, ſtatímque corpus infirmum lectulo imponit. Inſecuto die ſacra conſperſus aqua cùm lætior paullò erigeret ſeſe, exuſtam veſtis particulam, & toſtam igne carnem oſtendit, ac nonnulla memorauit illorum, quæ viderat audieratque. Quinta pòſt luce cùm peccata ſua per exhomologeſim Wilelmo Canonicorum Decano aperuiſſet, animúmque ſacro Chriſti corpore pauiſſet, ſecundo deinceps die, quæ de vita S. Eleutherij legerat, à capite ad calcem ea memoriter coram pleriſque auctoritatis maximæ viris recitauit omnia. Inuaſit tunc nonnullos ingens prorſus admiratio, & quoſdam etiam dubitatio vehemens, numquid ſiniſtræ mentis ei viſioni ac iuueni ſubeſſet. Impulit igitur aliquos indagandæ veritatis cupido, vt res omnis ad Remenſem Archiepiſcopum, & Diuum Bernardum (qui cum pleriſque aliis Pontificibus & Abbatibus in Senonenſi vrbe Petri Abailardi libros ac ſententias diſcutiebant) perſcriberetur, eorúmque de ipſa exquireretur opinio. Ab illis reſponſum eſt, nihil in iis, quæ Henrico acciderant, quæque ipſe referebat, mali ab ſe deprehendi: & quæ poſteà diuinitus euenirent, eſſe prorſus exſpectanda, & notanda diligenter. Ergo paucis diebus interiectis ſecundò mente motus eſt Henricus in ſacrario ad D. Eleutherij corpus, poſtquam abſterſis conſcientiæ ſordibus ſacroſancta perceperat myſteria. Et tunc multa cælitus accepit eorum, quæ circa corporis eiuſdem S. Eleutherij tranſlationem acciderant, eáque multis audientibus ex memoria recitauit. Et poſt aliquod tempus tertiò demum in ecſtaſim raptus, compluria didicit ab eodem ſancto viro perpetrata olim miracula; breuique pernouit datum iri proprium Tornacenſibus Epiſcopum, qui multò maximam vtriuſque Flandriæ ditionem moderaretur. Igitur vbi ſingula, quæ per viſiones eas ab S. Eleutherio acceperat, libellis Henricus mandauit, ea paſſim ab omnibus auidè legi cœpta: indéque plus honoris ſancto impenſum Epiſcopo, & multi ſpem aluere peculiarem Pontificem intra muros Tornacenſes propediem conſpiciendi. parúmque ſanè abfuit, quin citiùs opinione multorum ea res perficeretur. Ea quippe tempeſtate quidam Clericorum Eccleſiæ Tornacenſis animum ad virtutem appellentes, ſtudióque incitati vanis mundi rebus nuntium remittendi, Diui Bernardi veſtigia ſectabantur, eique prorſus adhæreſcebant. Ergo dum frequentiùs cum eo de rebus Belgicis, ac præſertim diœceſeos Tornacenſis amplitudine, & vetuſtate diſſerunt,

A (beside line 2); B (beside "ferri viſus eſt"); C (beside "Quinta pòſt luce"); D (beside "memoria recitauit")

Hénricus Tornacenſis Canonicus primam patitur ecſtaſim, & quid in ea viderit, acceperitque.
Heriman. in Chron. Martin.

Secunda eiuſdé a ſenſibus abalienatio: & quid tum ei fuerit reuelatum.
Idem auctor.
Tertia eiuſdé ecſtaſis, & quid tunc cognouerit.
Ibidem.

Quæ data fuerit occaſio, de proprio dádo Tornacéſibus Epiſcopo agitandi.
Heriman. d. l.

A in eius cognitionem denique venit, olim particularem Episcopum Neruios moderatum fuisse, ac sedem eum fixisse Tornaci, cuius potestas in maximam Flandriæ partem porrigeretur, & infinitam propè hominum multitudinem. Ea re permotus Abbas sanctissimus per occasionem eorum, quæ iam Tornaci oblata fuisse iuueni Henrico scripsimus, paullò familiarius seuit cum Simone Nouiomensium & Tornacensium Episcopo sermonem: ac inter alia identidem docuit, non paruum ei discrimen ingruere salutis ob tot animas eius curæ subiectas, quibus facere satis vnus nequeat. Ac demum eò perpulit hominem, vt in alterius humeros Tornacensis onus diœceseos reijci permitteret, dummodo censuum indidem percipiendorum parte quadam, quoad viueret, quotannis donaretur. Verùm vbi Nouiomensium Canonicorum auribus hæc accidere, nihil ij reliqui fecerunt, vt ab ea mente Simonem auerterent, omninóque hoc negotium per Radulphum eius fratrem, qui Comes Veromanduis imperabat, opprессere. Euenit tamen non longo inde temporis spatio, vt Simon eiúsque frater Radulphus ab Romano Pontifice sacrorum vsu priuarentur: quòd hic legitimam domo coniugem expulisset obtenta falsò sanguinis necessitate, vt inito rursus matrimonio Francorum Reginæ sororem in thalamum admitteret; ille cum aliquot alijs Episcopis perperam decreuisset, priores fratris nuptias ob id sanguinis vinculum vitio contractas fuisse, ideóque ipsi licuisse priorem vxorem dimittere, aliámque superinducere. Arripuit inde ansam Theodoricus Tornacensis Ecclesiæ Præpositus viam aliquam denuò tentandi ad impetrandum ab Romano Pontifice peculiarem Episcopum. Et mox Herimannum D. Martini Tornacensis Ascetam seruenter instigat, vti Romam itineribus magnis proficiscatur, ibi perspectis Innocentij Papæ moribus, quæ spes affulgeat Episcopum impetrandi, prudenter exploret. ac postquam in eius se familiaritatem altiùs penetrauerit, Paschalis ei litteras ostendat, quibus is potestatem Tornacensibus Episcopum sibi legendi fecerat. Successit hoc negotium Herimanno feliciùs, quàm sibi promiserat. Etenim quæ rogabat ea sic impetrauit omnia, vt Pontifex confestim per epistolam Tornacensibus mandârit, vti vocatis in cœtum viris prudentibus, & magna religione præditis, quem sibi ducerent opportunum, suis Episcopum suffragijs deligerent. eum si nollet Remensis Archiepiscopus vnctione sacra imbuere, ad se consecrandum mitterent. Sacris igitur Comitijs Tornaci habitis, omnia vota in Absalonem Elnonensis monasterij Antistitem cecidere. Quia tamen sacris eum verbis initiare Pontifex Remensis abnuit, haudquaquam ad id induci potuit, vt longum iter Romam ad Innocentium capesseret: quòd nimirum magnopere formidaret, ne quid animum eius ab instituto auerteret. Eapropter Romam rursus Canonicorum aliqui cum Herimanno ablegati, vt Ecclesiæ suæ causam apud Innocentium agerent. Hi cùm illuc peruenissent, in eadem sententia Pontificem Maximum hærere accipiunt. Sed mox omnia pessum iuere, cùm eòdem Simon Episcopus aduenit. Vbi námque is quorumdam animos auro corrupit, hi facilè à cœptis Innocentium, propositis quibusdam rationibus, abducunt. Ergo iussi denuo sunt Simoni Tornacenses subijcere sese; ac ne grauiorem ex ea voluntatis Pontificis mutatione dolorem caperent, ita deliniti fuere, quasi tantùm id quod occœperat, in aliud tempus Papa proferret; iniunctúmque grauiter Simoni, ne quid ipsis opprobraret posteà. Ceterùm quo hæc anno fiebant, asperrimo frigore hyems riguit, vt vix parem retroacta sæcula vim eius senserint. Et soluto gelu niuéque plurimis aquis amnes exundauere non paruo sanè hominum damno. Postquàm verò Simon ab Italia in Belgium regressus est, vt res Episcopatus Tornacensis ordinaret, Siclinium contulit sese, ibique & thecam S. Piatonis aperuit, & Martyris huius corpus circumfusæ multitudini palàm videndum obtulit cienda maiori veneratione, adstruendáque fide, non id Carnuti, at Siclinij ab Canonicis seruari. exinde dens vnus Tornacensibus S. Martini Monachis obuenit.

AN. 1143. (margin, beside "mes Veromanduis imperabat")

B (margin, beside "uarentur")

C (margin, beside "stolam Tornacensibus")

D (margin, beside "rem caperent")

AN. 1143. (margin, beside "dauere non paruo")

AN. 1144. Anno millesimo centesimo & quadragesimo quarto hyemem duo terribilem fecere, ventus & pluuia. ab vento tamen præsertim periculum, damnúmque maximum. Is enim adeò vehementer omnia perflauit, vt in mari & amnibus Flandriæ

Simon, vt Tornacēsem Ecclesiam deserat, impellitur: verùm ne faciat, obstant Nouiomēses. *Herim. Chron.*

Herimannus Romam profectus à Summo Pontifice impetrat, vt suum habeant Tornacenses Episcopum. *Herim. Chron.*

Ab his eligitur Absalon: qui tamen non fuit consecratus. *Idem.*

Simō de sententia Pontif. Rom. eūdem retinet Episcopatum. *Idem.*

Gelu magnū. Aquarum eluuies. *Iacob. Meier l. 5. Annal. Fland.*

Simon transponit corpus S. Piati. *Herman. in Chron. Marten.*

Ventus insolitus. *Auctar. Gēblac. Iacob. Meier l. 5.*

A

Pluuiæ magnæ. Iidem auctores. *Fames grauis. Iidem.* *Tornacensibus tandem proprius datur Episcopus. Herman. in Chron. Martin. Isque fuit Anselmus, quem Papa consecrauit. Et Franciæ Regi ac Comiti Flandriæ commendauit. Ioan. Cousin l. 3 Rer. Tornac. c. 49* *Hic eâ fructu magno dioecesim suam visitat.*

naues plurimas obtriuerit; tota etiam ditione Flandrica segetes conuellerit; multas in agris & nemoribus arbores prostrauerit; domos plurimas, arces quasdam, templáque partim subuerterit, partim corruperit. Vis aquarum è cælo delapsarum in Septembrem ferè tritici messem protraxit, cùm citius propter intemperiem maturescere vetaretur. Et grauiter hoc tempore vulgus afflixit panis penuria indéque clades in sequentem annum fluxit, alterúmque. Nam tunc adeò fames inualuit, vt etiam eos, qui priùs abundauerant frumento, & egenis liberaliter subuenerant, mendicitas inuaserit. Asperis tamen iis rebus nonnihil iucundi permixtum fuit. Cùm enim Romam profectus fuisset Lietbertus Blondus, vt Ecclesiæ Tornacensis nomine peculiarem peteret Episcopum, D. Bernardo præsertim annitente, Romanus Pontifex Eugenius Tertius eum tandem Tornacensibus dedit, postquam iam inde à S. Medardo per sexcentos annos ea sedes cum Nouiomensi coaluisset. Vt capesseret illic infulas regiménque, Anselmus D. Vincentij Laudunensis Archimandrita, admodum idoneus visus, qui fortè per eos dies Romam iuerat. Hunc Pontifex Eugenius cum sacro liniuisset oleo, ac Episcopum consecrasset, Franciæ Regem Ludouicum per litteras monuit, ne quod ei obstaculum ad capessendam Ecclesiam poneret: aliśque Comitem Flandriæ Theodoricum adhortatus est, vt congruo venientem honore exciperet. Inuenio, qui puter Franciæ Regem Comitémque Flandrorum, percepta Summi Pontificis voluntate, Anselmum magna prosecutos pompa, cùm primum is Tornacum initet. Ceterùm Anselmus constitutis Tornaci rebus, quæ salutem animorum spectabant, & redonatæ Tornacensi Ecclesiæ dignitati congruebant: omnem Flandriam sibi subiectam obiuit diligenter, ibíque plurimum laboris pertulit informandis Fidei rebus, virtutúmque studio accendendis indigenarum animis. Quæ res profectò plurimum Flandris huic Eclesiæ obnoxiis voluptatis attulit, quibus equidem graue videbatur ab iis Episcopis pendêre, quos frequentius Nouiomi vel loci genius, vel negotia Francica detinebant. Iam enim longo satis animorum dispendio didicerant, nihil vilius accidere posse mortalibus, quàm frequenter à propriis Episcopis visitari percolíque. Hoc ferè tempore data sunt initia Laudensi monasterio, vbi Cisterciensis Ordinis viri S. Bernardi regulas obseruant. Abest id Insula paullò ampliùs mille passibus. Præcipuum auctorem suum Flandriæ Comitem Theodoricum habet. Ab hoc Ioannem Bellum in primis benefactoribus numerat. D. Bernardi monitis ad huius Asceterij molitionem volunt inductum Comitem Religiosi. Et sunt, qui putent, priusquam Ioannes primus crearetur Antistes, hunc nouello cœtui parentis ac magistri loco fuisse. Vt parua fuerint huius beati loci primordia, multis tamen ea virtutibus micuere. Intereà loci non minùs beati Bernardi, qua in aliorum hortatu ad suscipiendam aduersus hostes Fidei Christianæ, partim Hispanias, partim Palæstinam infestantes, sacram expeditionem multi Principum exarsere vehementer. In iis fuit Flandriæ Comes Theodoricus, qui plurimos ex omni Flandria viros fortissimos ad id bellum exciuit. E Gallo-flandris Nobilibus Robertum Insulensem Castellanum inter primos Cruce suscepta ei militiæ adscriptum comperio; vnáque Nouiomensem Episcopum Simonem, & Atrebatensem Aluisum, profectos. Pugnatum primò in Lusitania, extortáque est barbaris Vlyssippo: dein aliquot aliæ vicaptæ vrbes. Vlteriùs posteà Theodoricum belli sacri desiderium egit. Et cùm in Syriam copias deduxisset, Christianis, qui Damascum arctissimè obsidebant, vires suas coniunxit. Factum tamen quorumdam inuidia, vt ea ciuitas in potestatem non venerit: quòd ipsi mallent illa hostes potiri, quàm victoriam sibi ab Flandro eripi, cuius imperium ceteri magno consensu expetiuerant. Igitur illic rebus admodum perturbatis, sacrisque militibus in summam commeatuum & aquationis difficultatem Affini cuiusdam, qui castra in partem aliam transferri curauerat, proditione coniectis, plurimi periere. Dum ita se res habent in Syria, Romanorum Pontifex Eugenius Tertius Concilium Remis coëgit aduersus illum hominem, qui sese nominaret, ipsúmque Dei filium esse profiteretur, per quem quotidie Ecclesia in fine orationum Deum patrem aliquid

Laudense monasterium fundatur. Vide O. In fl. l. 2. c. 18.

Theodoricus Elsatius iterum ad bellum sacrum cum Flandris proficiscitur. Auctor. Gesta Franc. Io. Pistor. in Chron. Phomp. lat Meier. lib 5.

AN. 1146.

B

C

AN. 1147.

D

AN. 1148.

flagitat.

A flagitat. Inter alios illuc proficisci B. Gosuinum Aquicinctensis monasterij Archimandritam opportuit decrepita licet ætate, cùm scilicet Eugenius per litteras euocaret, quem pietatis & doctrinæ fama non leuiter stimulauerat videndi cupidine. Tantique præsentem is Pontifex fecit, vt, postquam eum tam S. Bernardi suasione, quàm virtutum ipsius & doctrinę excellentia permotus in familiaritatem maximam admisisset, quotidie, quamdiu Remis egit, aliquor ad ipsum è mensa sua ciborum fercula submiserit; eius præsentia, & colloquiis difficulter caruerit; in consultationem de priuatis ac publicis rebus grauissimis aduocauerit; patrocinium eius aduersus maleuolorum infestationes susceperit; pro monasterio Aquicinctensi multa ipsi indulserit. Iuit tunc etiā Remos Martianensis Antistes Ingrannus, qui priùs Corbeiæ laudabilem duxerat vitam. Probi mores, ætas matura, vis prudentiæ, charum Eugenio reddidere: ideóque dignus est visus, cui maioris Abbatiæ pondus imponeretur. Et opportunè ea tempestate Archimandrita carebat Suessionense D. Medardi monasterium. Igitur Pontifex Maximus tractis in consultationem plerisque Concilij Pa-
B tribus, ac præsertim S. Bernardo, & B. Gosuino, Ingrannum mœstis Martianensibus ademit, ac lætis Suessionensibus donauit: imperatúmque est Martianensibus, vt alium sibi Antistitem suffragiis legerent. In Hugonem omnium vota conspirauere, qui Priorem agebat in D. Martini cœnobio Tornaci. Quàm iucunda fuit ea Martianensibus electio, tam grauis Martinianensi Præsuli accidit. Eo quippe ad omnia vrebatur, quem virtus eximia, sanctitas morum, accensus religionis ardor, prudentia insignis doctrináque ad regendum peridoneum fecerant. Sed ne domi retineret, vrgebat summi Pontificis imperium, & certa Numinis voluntas. Eo quippe tempore, quo Martianenses in eum suffragia conferebant, absens procul ignarúsque delectus, ad hoc munus se vocatum diuinitus nouit. quia tamē summa pollebat animi demissione, non priùs potuit eius rei cogitationem altiùs in animum demittere, quàm electionis Martianēses admonuerint: cùm nihil ad gubernationem opportunum inesse sibi arbitraretur; nisi forsitā iratus sceleribus suis Deus hac ratione pœnas reposceret.
C Igitur hinc Romano Pontifice iubente, illinc Martianensibus vrgentibus, nō multò pòst Martianas deductus est Hugo, & coactus imposito sibi magistratui humeros subiicere. Dum paterno ibi Monachos imperio moderatur, & multo ad suam aliorúmque perfectionem studio incumbit, in Gallo-flādriæ altera parte vel ad Numen diuinum mortalibus conciliandum, vel ad augendum S. Piatonis Martyris, & Nerniorum Apostoli cultum, insigniter religioni nauatum est, comprobante Anselmo Tornacensium Episcopo. Qui Decarchiæ Insulensi suberant Curiones (ij tunc octoginta quatuor censebantur) prælatis Crucibus, sacrísque labaris, è templis suis plebem suppliciter duxere Siclinium sexta Pentecostes feria. illic aliquamdiu omnes orationi vacauere, sanctúmque Martyrem venerabundi, aliquod Ecclesiæ munus imperriti sunt liberaliter. Er ab illo tempore quotannis ea Supplicatio semper vsurpata, & ad nostram etiam ætatem tam solēnis transmissa est cæremonia, ipsis Ecclesiæ capitibus & summis Christi Vicariis tam pium confirmantibus institutum, & non leui gratia prosequentibus. Id tantùm succedentibus annis mutatum, vt tot
D parochiis denique diuisis, ac triginta Siclinienfi Decano subiectis, suum adeundi Siclinium Insulensis Decarchiæ Parochi diem retinerent (quamquam Tornacensis Episcopi indulto iam inde à primis Belgij turbis hoc ritu abstineant;) ipsa sanctissimæ Trinitatis luce Siclinienses eo ritu supplices D. Martyris templum adirent.

AN. 1149. Annum, qui proximè successit, nobilem reddidere hyemis asperitas, venti, pluuiæ, fulmina. Menses quatuor durasse frigus inuenio: hanstas fulminum flammis pecudes multas, & tactos de cælo plerosque mortales. His tamen minimè deterritos Hannoniæ Comes Balduinus, contempta Elsatij vxore Sibylla, quæ rebus componendis in Flandria remanserat, bello Flandriam adoritur: pérque fines Duacensium irrumpens Atrebatium agros fœda populatione vastat. Plus damni dedisset, nisi mox Sibylla raptis copijs iuisset obuiàm. Archiepiscopo Remorum Samsone vehementer ad animos vtrimque conciliandos incumbente, sex mensium pactæ sunt induciæ. Hæc interin Aluisi Atrebatium Episcopi bello sacro nuper in Syria

Ad Concilium Remos abit B. Gosuinus. *Alexand. in vita S. Gos. Ioan. Molanus.*
Ibi Papæ gratissimus & familiarissimus fuit. *Idem.*
Ad idem it Concilium Ingrannus Abb. Martian. *Vita B. Hugon.*
Ibique constituitur est Abbas S. Medardi Suessionensis. *Vita B. Gosuin. vita B. Hugon.*
Hugo postea datus Martianensibus Antistes. *Vita S Hugonis.*
Prima institutio Supplicationum populi Siclinij petentis. *Vide Gallo fl. l. 2. c. 5.*
Franc. Pitrin in Chron. Phanep. Extract. Clemēt. Pap. 1.
Auctar Gemblac. Chron. Mag. l. 16. Iacob. Meier l. 5.
Bellum Flandriæ infert Hannoniæ Comes.
Iac. Guysien. in Annal. Hann. Iacob Meier l. 5. Annal. Fland.
Induciæ pòst admittit.

GODESCALCVS fit Episcopus Atrebatensis. *Tabula Atreb.*

morbo sublati locum surrogatus est Godescalcus, domo Brabantus, qui Præsulem in monte S. Martini Laudunensis agebat mira nobilis in egentes pecuniæ profusione. Verùm is postquam insulis ornatus est, non paucis ob virtutem & vitæ asperitatem visus est grauior, & in peccantes vehementior. ideóque à quibusdam eius monitis, ac reprehensionibus minimè obsecundatum. Eo præsertim malo Duacenses irretiti, quos prorsus minimè parendi iussibus eius obstinatio incesserat. Cùm igitur quempiam eorum Godescalcus corripiebat, ac pro meritis mulctabat, impudenter is aspernari: si quem ad causam dicendam Atrebatum euocaret, is Duaco pedem non efferre: si quid paullò grauius imperaret, nullus obtemperare. hisque omnibus inueterata quædam obtendebatur constitutio. Ea itaque peruicacia non leuiter perturbatus, Romam Godescalcus ad Pontificem Eugenium iter arripuit, ibique vehementer, at iustè Duacenses arcessiuit. Et sauciauit admodum Papam ea populi Duacensis à sacro capite discessio. statimque paternis eum per litteras monitionibus & reprehensionibus perculit: tandémque intentatis, nisi Episcopo vocanti punientique parêrent, comminationibus, ad officium religionis reuocauit. His etiam temporibus è numero viuentium abreptum video Anselmum Tornacensem Episcopum, inque locum eius suffectum fuisse Gerardum Villariensis monasterij Antistitem pari virum virtute splendidum.

Et non obediũt Duacenses, ideoque reprehenduntur. *Eugenij Papæ diploma.*

GERARDVS creatur Episc. Tornac. *Tabb. Tornac. Eccles.*

A

B

Non multò pòst Thodoricus Elsatius ab Syria reuertens Aprili mense magna Flandrorum omnium voluptate excipitur. Et mox elapso induciarum tempore aduersus Hannonios exercitum cogit: ac ne Comes Balduinus Gallo-flandris, vel Atrebatibus noceret, vltra Scarpum copias portat. Illic loca quædam intercepta, & acriter eo prælio pugnatum est, quo vires suas Henricus Leodiensium Episcopus, & Namurcensium Comes Hannoni coniunxerant. Parta igitur ab Flandris victoria, nouis legibus inter vtrumque Comitem pax sancitur. Inter alias conditiones promissa est coniux Balduino Hannoniæ Comitis filio Margareta Theodorici filia. Narrant Martianenses Religiosi dicto iam bello ardentibus Hannonijs Flandrisque, mira quadam ratione rebus suis cautum fuisse. deportata B. Rictrudis eiúsque filiæ Eusebiæ virginis sacra lipsana quosdam ad locos, qui finibus vtriusque Comitatus necterentur. rogatos etiam Comites Theodoricum & Balduinum, suis vti militibus segetis Martianensis, quæ iam maturescebat, contactum interdicerent. cordi fuisse religionem vtrique Principi: & palàm omnibus prohibitum, ne quis agris Martianensibus noceret. abstentas igitur passim ab omni maleficio manus. vnicumque animaduersum, qui peruicax equum ad pastum in segetem dimiserit. verùm facti eum pœnas dedisse, abrepto mox equo, & cuiusuis impatiente sessoris facto maligni spiritus violentia. Modico inde successu temporis mirabile quiddam in ipso Martianensi cœnobio contigit. Pridie festi S. Ceciliæ aderat infirmis Monachus quidam annum natus centesimum. Illic cùm fortè sub vesperam aliquid alta voce legeretur, vt omnes auribus perciperent, inter auscultandum is senex indormiit. Et repentè per somnium visus est ipsi Monachus alius cœnationẽ ingredi apparatu terribili prorsus & insolito, quasi rubentibus armis tegeretur. Eo territus aspectu senex primùm, quis esset, percontatus est; atque vbi didicit inter Ascetas huius monasterij vitam degisse, tactus cupidine arma contingendi, manum protendit ea versus. Verùm qui se videndum obtulerat, eum attactu celeriter prohibuit, ne manum vredine corrumperet. ac tum lacbrymabili voce protulit, annos iam quadraginta eo se flammantium armorum genere vehementer excruciatum: & porrò decem alios torquendum exigentibus eas iustissimè pœnas peccatis, quæ commiserat. Quibus verò animam criminibus fœdauerit, ita recensuit: Intemperanti se lingua multos proscidisse: aliorum minuisse famam, & obscurasse nomen detrahendo: scitis Superiorum infesto iudicio aduersatum fuisse: inferiores & coëtaneos habuisse contemptui: quæ sibi creditæ fuerant, in vsus proprios res multas vertisse; quasdam minùs sollicitè seruasse, aut eùm ratio poscer etur, minùs fideliter restituisse. Hæc vbi dixit, & suffragia precum flagitauit, miranti & gementi seni sese subtraxit. Ob ætatem, & innocentiam vitæ data fides ea postridie memoranti. cúmque omnia Reli-

AN. 1150.

Bellũ à Theodorico in Hãnonios geritur. *Iacob. Guis. in Annal. Hann. Iac. Meier. l. 5.*

Pax inter vtrúque Principem conciliatur.

Seges Martianensium Monachorũ qui defensa. *Lib. 2 mirac. S. Rictrud.*

C

Qui punitus, qui ei nocuit. *Ibidem.*

Visio mirabilis cuidã Religioso Martianensi oblata. *Lib. 2 mirac. S. Rictrud.*

D

Diuturnæ purgatorij pœnæ, quibus ob varia peccata quidã addictus.

A giosis in cœtum vocatis Prior enarrasset, mirum in modum recensita cunctis peccata displicuere; ac ne quem ea fœdarent in posterum, diligenter laboratum est. Et erat sanè omnibus illic ad virtutem egregiè capessendam incitamento Antistes Hugo, cui tam virtutis studium placebat, quàm vitiorum inerat odium. quóue maiores alijs stimulos ornandæ virtutibus mentis infigeret, nullum ipse subterfugiebat laborem maioribus in dies sese animi decoribus cumulandi. Haud minùs eo tempore florebat Phanopinense monasterium, cuius anteà mentionem fecimus. Quem enim multo temporum lapsu Antistitem habuerat Iuonem, is non modò ad stabiliendam firmiùs religionem, virtutúmque omnium decus domi semper retinendum sese suósque in clarissimam ea tempestate societatem Aroasianam inseruit: verùm etiam, cùm esset ipse verorum animi ornamentorum cupidissimus, subiectos sibi Religiosos ad eadem comparanda stimulabat vsquè vehementiùs. Igitur quoad ille vitam eo in munere traduxit, egregiè viguit eo in cœnobio sanctorum morum

Hugo Martianensis Abbas suos ad virtutem incitat.

Phanopinense monasterium floret sub Iuone Abbate.

Francisc. Pietin. in Chron. Phanop. MS.

AN. 1154. vel 1155. B vitæque religiosæ disciplina. Et qui proximè onus illic regendi excepit, nihilo fuit segnior ad hanc tum exemplo suo, tum monitionibus alendam. Humfredum vocabant: multáque ipsum Præsuli opportuna mentis præsidia supra ceteros euexerant, vt monasterium regeret. Cùm itaque nomen eius famáque virtutum, quibus & suos & sese ornabat in dies diligentiùs, latè longéque spargeretur: multum apud varios principes viros auctoritatis peperit sibi. quo sanè factum fuit, vt plerique homines opibus pollentes hoc cœnobium visitauerint frequenter hauriendæ virtutis ergo, eíque multa & magna beneficia impertierint. Hos inter non parum emicuit Walterus Espincellius equestri donatus dignitate. Hic enim cum Ogiua coniuge Phanopinum oppidò coluit: ibíque remotam ab omni tumultu vitam agitans,

Dein etiam sub Humfredo.

Idem.

AN. 1156. adeò captus est Regularium Canonicorum in cœnobio degentium honestis moribus, & Humfredi virtutibus, vt agrum eis donauerit, vnde cognomen traxerat, multáq; alia munificè concesserit. Benignos interim Deus Diuáq; Rictrudis in Martianensi monasterio sese miraculis erga mortales præbuere. Moliebatur intra septa C cœnobij superbum vastúmque templi opus Abbas Hugo, de quo anteà memorauimus: iámque ad pedes quadraginta parietes eius non tam monasterij opibus fretus, quàm D. Rictrudis apud Deum potentia nixus eduxerat. Euenit autem die quodam, vt cæmentarius aliquis faber, dum sublimis in supremo pariete ad eam trepidat altitudinem, tota facie pallorem prodiderit, & mox tabulatum, cui cum socijs innitebatur, repentè subsederit. Hic omnes dum labuntur, alij prehensis, quæ commodè obijciebantur, retinaculis, casum grauiorem euadunt; ille solus impos præ timore cuipiam rei manus inijciendi, in acutorum struem lapidum corruit. Credebatur à spectatoribus eo lapsu obtritus vitáque exutus. Sed paullò pòst ipse & lætus in pedes surrexit, & quam cadendo inuocauerat, D. Rictrudem corpori manum, ne læderetur, supposuisse asseruit: tantúmque cruri leuiter saxi cuiusdam angulum nocuisse; quin tamen protinus alacer vegetúsque ad opus repetendum conscenderet, nihil allatum impedimenti. Alter iam pedes viginti sursum à solo processerat, cùm ridentia in arbore cerasa conspicatur: eorúmque tactus cupidine dum oculos nimis in D ipsa defigit, fallente vestigio prolabitur. quia tamen in ipso casu tempestiuè S. Rictrudis opem implorauit, innoxio pondere humi effusus est. Et quidam Religiosus, dum ruentem ex alto trabem ingentem illac fortè transiens, quà manibus fabrorum elapsa vehementi proruebat impetu, membris excipit, ob inuocatum eiusdem matronæ auxilium nihil damni pertulit.

Francisc. Pietin. in Chron. Phanop.

Ab D. Rictrude varia in homines beneficia, dũ in templo Martianensi extruendo dant operam.

Lib. 2. mirac. S. Rictrud.

AN. 1157. Annus Christi supra millesimum & centesimum quinquagesimus septimus quinto die Septembris tres simul soles in cælo præbuit videndos. Et pòst paullò tantis aër fluxit imbribus, vt quæ sata fuerant aquarum vehementia corruperit. Laborabat interim grauiter in Syria Hierosolymorum Rex Balduinus continuo & difficili bello cum barbaris implicitus. Et quòd ægrè horum vires toleraret, à Christianis Principibus, maximè vero ab Theodorico Elsatio, propter matrimonij cum sorore Sibylla vinculum, flagitabat opem. Igitur eius adiuuandi gratia fortissimus Comes noster Hierosolymam versus tertium iter aggredi statuit, eóque coniugem solandi

Apparẽt tres soles.

Christ. M. ss. l. 14. Chron.

Theodoricus Elsatius tertiò ad bellum sacrum proficiscitur.

Anselm. Affl. g. Rober. de Mont. Iacob. Meier l. 5.

fratris

A

Philippus eius filius interim Flādriam regit.

Et Simonem Oisiacū bello comprimit.

fratris causa ducere. Eum in finem multos ex omni Flandria viros insignes, qui secum belli sacri laborem subirent, exciuit. Ac ne quid per absentiam suam in Flandria turbarum oriretur, huius regionis gubernaculum Philippo filio publicis rebus agendis admodum idoneo commisit. Ergo rebus omnibus ad longinquam eam comparatis expeditionem, vix in viam sese cum suis dederat Comes, cùm Philippo corripienda fuere arma, Simone Oisiaci regulo aduersus eum insigni contumacia rebellante, agrúmque Duacensem infestante latiùs Eductæ Duaco non leues copiæ. his Philippus agrum Oisiaco subiectum ferro flammísque omnia pessumdantibus vexauit. Et mox castrum Incianum vi cepit, vt hominis frangeret peruicaciam. Hoc igitur eum in modum ad officium reuocato, ceteros omnes obsequentissimos Philippus habuit.

B. Hugo Abbas Martianēsis in cælos euolat. *Vita B. Hugon.* Laudes eius. *Ibidem.*

Anno sequenti vitam placidissimè posuit beatus Hugo Martianensis Antistes AN. 1158. tanto maiori suorum dolore, quanto ad virtutem iis inserendam exemplo magis, quàm alloquiis legibúsque valuerat. Inter ea quibus laudem meruit, hæc præsertim memorantur: quòd suis obtemperantibus iustis æqualem se præbuerit, aut inferiorem; in vitia prolapsis ita superiorem exhibuerit, vt peccata, non homines persequeretur; in pauperes beneficus largúsque nunquam foris domum redierit, quin magna eum sepiret egentium multitudo; adulatorum maximo exarserit odio; & dum quispiam eum laudaret, quòd in flagrantissima esset apud principes viros gratia, sanctúsque passim ab iis nuncuparetur, ipsum increpuerit vehementissimè, & mox in lachrymas resolutus, apud socium ea de se mēdaciter dici asseruerit: in aduersis omnibus egregium patientis animi documentum dederit. Ergò variis quà morborum, quà mentis perturbationum ignibus à Deo mirum in modum excoctus, vti purissimam illi animam redderet, inter admirabilis patientiæ & charitatis concertationem spiritum exhalauit sanctissimè. In Abbatem posteà electus est Ioannes eius nominis primus. Inter Ascetas D. Bertini priùs agebat Audomaropoli. Mira præditum sapientia fuisse perhibent, vt passim eum Moysis nomine induerent. Vbi regimen suscepit, ad municipij Martianensis incolas, & circùm iacentes populos Christianis legibus, & probis moribus excolendos (erant enim horum plerique grauibus ignorantiæ tenebris obsiti, & fœda morum licentia transuersi) operam & animum conuertit. Igitur nunc ad eos è sacro pulpito personabat; modò benè viuendi leges dicebat: omnis semper virtutis, at præcipuè charitatis & mansuetudinis exemplo ad frugem meliorem eos incitabat. vt paucis mensibus magnam animorum mutationem induxerit. Hos inter lætos Ioannis successus è Syria domum reuersus est Comes AN. 1159. Flandriæ, captis de barbaris Cæsarea & Arete, multísque prælio cæsis hostibus nobilis. Ac tunc Balduino Hannoniæ Comitis filio in coniugem tradita est Margareta eius filia, vri priùs inter vtriusque parentes, cùm pacis leges dicerentur, conuenerat Ex pactis matrimonij conditionibus Flandriæ Comes quingentas Artesiensis monetæ libras genero assignauit Bapalmis è vectigalibus percipiendas; quarum pars aliqua eò penderetur, vt oppido Duacensi (quod Flandriæ Gallicanæ iamdiu fuerat accensum) liberiùs potiri Flandriæ Comitibus liceret.

B

Succedit Ioannes eius nominis primus. *Monument. MSS. Martian. Abb.*

Is popolum Martianensē ac vitiosos erudijt cōcionando. *Eadem.*

C

Redit è Syria victor Theodoricus. *Author Affig. D. ...* *Meier. l. 5*

Margaretam eius filiam ducit vxorem Comes Hannoniæ. *Author. Affig. Cod. ver. & MS. Iacob. Guysian.*

Reinaldus Castellan. Insulens. moritur. *Frāsc. Pietin. in Chron. Phanop. & lib. de Insul. Castell.*

D

Exacto biennio diem suum obiit Reinaldus Insulensis Castellanus piissimo parente Rogerio progenitus. Quòd liberis careret, hunc natu maximus frater Ro- AN. 1162. bertus Castellanum Insulensem constituerat, cùm in Syriam sacri belli causa Elsatio Comiti socius proficisceretur. Eúmne tamen magistratum donauerit, an pretio vendiderit parandis ad eam expeditionem rebus necessariis, incertum est. Animam agenti Reinaldo adfuit Philippus Elsatius Comitis Flandriæ filius ob amorem, quo ipsum impensè prosequebatur; dein fratres eius natu minores Hugo & Rogerius vnà cum Sara sorore, Castellani Cortracensis coniuge. Cúmque is sobolem relinqueret nullam, Insulensis Castellani titulum, opésque Hugo fratrum alter obtinuit. Insigni Reinaldum in Phanopinense monasterium liberalitate paternos mores æmulatum fuisse inuenio, datis in perpetuùm possidendis aliquot cæduæ siluæ iugeris.

Diplom. Theod. Com.

Comes Flandriæ quartò Syriam petit. *Author Aquic. Iacob Meier l. 5.*

Anno sequenti Theodoricum Flandriæ Comitem ardor religionis Christianæ AN. 1163.

A quartam impulit aduersus Christi hostes profectionem in Syriam adornare, vt nepoti coniugis Almerico subsidium ferret: eiúsque viribus & consilio parta illic sæpè
AN. 1164. victoria. Inter hæc Atrebatium Pontifex Godescalcus annis iam grandis, & capitis doloribus grauiter agitatus, Henrico Remorum Archiepiscopo præsertim adhortante, infulas deponit, & Pontificia se potestate abdicat. eóque extra Belgij fines profecto, vt in S. Martini Abbatiam (vnde priùs ad suscipiendum Episcopatum extractus fuerat) abderet sese, Andreas Cistertiensis Ordinis Antistes, Pontificalibus ornamentis Atrebati decoratur, cuius iam virtus famam insignem pepererat. At imposito sacræ monasterij Martianensis ædi fastigio, quam B. Hugo cœperat construere, non leuis eius loci Religiosos pudor incessit, cùm patronæ suæ Rictrudis sanctissima ossa ligneo tantùm capulo tegi animaduerterent. Quòd enim illis iamdiu aureum argenteúmue decus addiderat Præsul Amandus, id omne vel necessitatibus exigentibus, vel quorumdam vitio fuerat detractum. Verùm desiderantibus nouum ei matronæ ornatum auri vel argenti metallis comparare nulli aderant
B nummi: quòd magna templi moles ingentem vim absumpsisset pecuniæ. Placuit tamen diuino Numini è Monachis vnum nomine Martinum, qui munere quodam fungebatur, internis ad hoc monitis impellere; vt ex ea, quam Præsulis venia collectam penes se seruabat, pecunia tantum argenti occultè suppeditaret, quantum ad capsam sufficeret eleganter concinnandam ornandámque. Igitur hac fabertimè composita, vt maiori cum honore sancta Diuæ ossa in ipsam transponerentur, visum est Ioanni Archimandritæ magnum operæ pretium aliquam pompam decernere. Et commodè Martianas aduenit Henricus Franciæ Regis frater ac Remorum Archiepiscopus. Ergo de huius sententia conuocatus est cum magna Cleri sui parte Andreas Episcopus Atrebatensis, excitíque sunt Abbates aliquot vicini. Dicta dies transpositioni quarto Kalendas Augusti. Eo tempore cùm maxima præter Prælatos, & viros nobiles, Clericorum & laicorum frequentia templum celebraret, nouo capulo sacra ossa Henricus Pontifex imposuit. Et tunc ac plerisque aliis Antistitum
C magnæ fuit voluptati iis de lipsanis vel ofsicula, vel puluerem participare. Et paullum temporis intercessit, cùm plurimis in Gallo-flandria, locísque vicinis ad D. Rictrudis inuocationem reddita est ægris mortalibus corporis valetudo. Eius rei argumento frequentissimi Martianas conuenere, vti suæ sospitatrici vota persoluerent. Ex his paucos enumerabo, & quæ quisque patiebatur, dum subsidium peteret, breuiter expediam. Rumegiis mulier quædam nouem iam dies parturiens, acerrimis torquebatur vteri doloribus, nullâque spes vitæ supererat; cùm inuocato D. Rictrudis auxilio feliciter luce nona prolem enixa est, integrámque recepit valetudinem. Rumæ puellam iuueni cuidam sacris cæremoniis desponsatam sub ipsa nuptiarum festa subitò morbus inuasit, omnésque sensim eius artus debilitauit eum in modum, vt nullam medici spem facerent sanitatis & firmitatis recuperandæ. vbi tamen ad B. Rictrudem vota conuertit precésque, haud difficulter ab ea in pristinam sospitatem restituitur. Corripuerat dæmon iuuenem quemdam nobilibus ortum parentibus, eúmque grauissimè diuexabat. & tantas ei vires ac rabiem suppeditauerat, vt haud quisquam ab ipso impunis reuerteretur, qui propiùs accesserat, etsi fer-
D reis vinculis stringeretur arctissimè. Sed postquam vir quidam D. Rictrudi obnoxius, efformato priùs signo Crucis eius matronæ nomen impetrandæ opis ergo pronuntiauit, à maligno & furioso insessore protinus adolescens liberatus est. Iuxta Suessionum vrbem Verniaci cùm rusticus quidam è profundis terræ visceribus ad struendum ædificium lapides erueret, subsedit illicò ingens terræ pondus, cumque vehementer obruit. quia tamen in ipso terræ molis lapsus articulo D. Rictrudis
AN. 1166. auxilium implorauit, è ruina viuus integérque exstractus est. Interim magna voluptate Comitem suum è sacra militia reducem Flandria excepit, cui filius Philippus obuiàm cum omni sacra & prophana dignitate processerat. Exacto ferè biennio insigni lumine Flandri orbantur. Quippe Idibus Octobris exstinctus est morbo B. Gosuinus Aquicinctensis Abbas, quem Duaci natum diximus. Multa per aërem ostenta, ne tanto Præsule priuarentur, Aquicinctensibus Religiosis metum iniece-

Godescalcus Atrebatensis Episcopus defungitur dignitate. *Auctar. Aquic. Tab. Atrebat. Ioan. Iper.* In eius locum substituitur ANDREAS.

Noua trãslatio S. Rictrudis. *Lib. 2. mirac. S. Rictrud. c. 14.*

Opem à Diua Rictrude multi accipiunt. *Lib. 2. miracul. S. Rictrudis* Ac in primis mulier parturiens. *Id. lib. c. 16.* Puella admodum debilitata. *Id. lib. c. 17.* Iuuenis à dæmone infessus. *Id. lib. c. 18.*

Rusticus terra obrutus. *Id. Lib. c. 19.* Theodoricus Comes in Flandriam redit. *Auctar. Aquic. Iac. Meier. lib. 5.* B. Gosuini obitus. *Chron. Aquic. Alex. in vita. Anonymus in vita Ioan. Molanus*

A

rant. Et ipse iam diu sui diem obitus instare diuinitus cognouerat, eiúsque charissimos filios insigni lætitia perfusus admonuerat. Vt igitur animam longè pluribus, quàm priùs, virtutum decoribus ornaret, eóque gratiorem Deo redderet: in preces ardenter, & continuè incubuit; ac nihil eorum omisit, quibus ad felicem exitum sese accingeret. Ac postquam corpusculum calore febrium sensit æstuare, quoad vsque passæ sunt vires, sacrosancta semper in templo mysteria peregit: vbi verò propter debilitatem in pedes ampliùs stare non potuit, saltem in ædem sustinentibus vtrimque Fratribus ire voluit, vt ibi lachrymas inter ac orationes Christi corpore per singulos dies animam reficeret. Cùm discessionis è terra tempus appeteret, ac vix sine vitæ discrimine cubiculo efferri valeret: statuit nihilominus intra templum extrema se Eucharistiæ participatione ad capessendam in cælos profectionem munire. Postquam igitur difficulter admodum pedibus ingrediens, ac Fratrum sustentatione subnixus eò peruenit, & proiectus in genua sacrosanctis se pauit mysterijs: in eum deduci locum voluit, vbi mortem præstolantes Religiosi decumbere solent. Hîc in cilicino reclinatus lectulo, ab Elnonensi Archimandrita Hugone ritibus Christianis ad vltimum inunctus est prælium. Circumstabant lachrymas & gemitus fundentes Monachi, quòd iam spes eis præcideretur vlteriùs tam præclaro Patre potiundi. Id cùm animaduerteret Abbas Hugo, paucis eos verbis ad ponendam tristitiam erexit. *Etenim si porrò vita Gosuini producatur, ipsis seruatum iri pium parentem; si contra in cælos tam gratus Christo famulus euocetur, haud dubiè apud Deum ipsos insignem hunc patronum habituros.* Et noluit sanctus Antistes Gosuinus gregem suum priùs deserere, quàm monitis eum ad maiora virtutum studia stimulatet. Igitur postquam paternum singulis osculum impertitus est cum lachrymis dulcissimi testibus amoris, in hanc eos sententiam grauiter & sapienter cœpit alloqui. *Post suum è terra discessum, cauerent omnino, per discordiam in varias ne factiones discederent, vbi pro legendo Pastore suffragia poscerentur. In eo negotio animorum dissensiones familiæ damni plurimum parere seu bona quis externa, seu spiritum spectauerit. Ad nuncupandum Antistitem ne iuniores quodam feruoris, vel amoris impetu raperentur, è senioribus primùm discerent, quos regimini opportunos perspicerent; eorum iudicijs ac sententijs potiùs, quàm suis, adhærescerent. multa peccaturos, si suis ad electionem sensibus impellantur: perfecturos omnia securè, postquam seniorum consilia fuerint complexi. cæcos esse iuuentutis impetus: multo præditam lumine sapientiam senectutis. In hospites beneuoli promptique essent: egenos largis muneribus prosequerentur. Castimoniæ curam gererent quàm maximè. mutua se charitate domi forísque nectèrent. nullum denique veri officium Religiosi omitterent.* Et vix eos ita fuerat adhortatus, cùm bonis cuique verbis à cælo benedictionem flagitauit. Dimissis subinde, præter pauculos, Religiosis omnibus, acerbæ Seruatoris nostri Passionis capita legi imperat; ac dum ea, quæ pronuntiabantur, auidissimis auribus excipit, oculos in suffixum Cruci Dominum suauiter coniicit, vt cum eo feliciter mortem subeat. Octogenarius iam erat, cùm in media Fratrum corona beato fine vitam expleuit, quo die Aquicinctini templi dedicatio ritibus anniuersariis celebrabatur. Domi forísque tanti patris exitus admodum grauis fuit. Sparsa quippe virtutum, quibus radiabat, charum omnibus fama fecerat. Vix Remorum Pontifex Henricus morbi, quo laborauit extremo, nuntium acceperat, cùm aliquem Aquicinctum ablegauit, qui felicem à moriente precationem impetraret. Ac tunc ad eum litteras scripsit Petrus S. Remigij Antistes, quibus de corporis eius ægritudine quàm maximum dolorem suum exprimeret. Vssit diu Religiosos Aquicinctenses tristitia, cùm viderent eo se Præsule orbatos, qui non tam Magistrum, vel Patrem, quàm socium, vel Fratrem subditis exhibebat; qui cum iis orationibus operam dare, cibos vnà capere, inter eos ad quietem se componere, sermonem cum iis familiariter habere consueuerat. Placebat ipsis in eo singularis affectus, quo maximi Religionis instituta pendebat; quóue nihil aliis ex eius regulis imperabat, quod non ipse præstaret accuratiùs. Plurimum etiam ex eo voluptatis capiebant, quòd nihil domum subire permitteret, quo vel minimè religiosa disciplina violaretur, aut turbaretur; cùm ne quidem quæ foris de bello, Principum aulis, populi factis, aliísque id genus rebus rumores auribus

Ad eum diuinitus cognitum qui se vir sanctus præparauerit.

Eucharistiæ sacramentum suscipit.

Sacro inungitur oleo.

B

Filios suos postremùm alloquitur.

C

Passionem Christi sibi legi curat.

D

Cur ob eius decessum tristes fuerint Aquicinctenses Religiosi.

bus

A bus exciperet libenter, cós|que nusquam intra monasterium ore proferri sineret. Afficiebat eosdem magnopere perquàm benignus in omnes animus, quo defectus aliorum patienter tolerabat, in aliorum opem procliuis & promptus admodum erat, nullius laborabat fastidio. Et multa ipsi sanctissimo viro eueniebant, aut per eum patrabantur, quæ plurimum admirationis audientibus afferrent. Cùm in corporis ægritudinem nimio labore, & quodam sui neglectu incidisset, ac præscriptam à medicis potionem respueret: intra templum post preces matutinas in somnum resoluto Beatus Gregorius è pyxide liquorem aliquem cocleari visus est in os immittere; cuius vi cũ fuisset paullò pòst aluus deiecta, pristinam illico recuperauit valetudinem. Willelmo vitam monasticam professo, cùm graui febrium ardore æstuaret, solis precibus integram sanitatem obtinuit. Demissionis animi apprimè tenax etiam illud miraculum obtegere conabatur, quo visum cæco inter sacrificandum restituerat: indignum ratus, inde laudem captari, cùm per brutas animantes etiam mira Deus operetur. Ab se remotorum verba & cogitationes insigni dono Dei per-
B cipiebat. Venit etiam quandoque in futurorum cognitionem; ac interdum ea, quæ postmodum acciderent, diu antè certò prædixit. Dum quietem noctu Religiosi caperent, inter somnum iis se minabundum præbebat, qui segniùs suum curarent officium, eósque ad diligentiam incitabat. illis contrà se leniter ac iucundè videndum offerebat, qui per viam virtutum alacriter & impigrè gradiebantur. Permirum illud fuit, quod Remos ad eius vrbis Archiepiscopum festinanter proficiscenti accidit. Vnicus illi aderat itineris socius, qui sacrum officium vnà persolueret; vnicus in crumena nummus, quòd acceleratio plures colligendi tempus præripuisset. Et hunc tamen, cùm Piscicuriam venisset, egenti ac stipem petenti homini lætus donauit. Verùm adeò placuit ea diuino Numini liberalitas, vt mox alius in marsupio nummus sit repertus; hoc itidem in alium pauperem erogato, alius atque alius semper fuerit diuinitus ei suffectus, donec Remos peruenerit. Atqui de Gosuini rebus, è plurimis hæc pauca sufficiant. Tantùm hic addo, propter viri sanctitatem in Aqui-
C cinctensi monasterio diu obtinuisse, vt cui pedum successori traderetur, his eum verbis Episcopus ad virtutem impelleret: *Accipe baculum Abbatis Gosuini, vt cuius suscipis officium, imiteris exemplum.* Qui posteà nobile hoc cœnobium moderaretur, electus præsertim est Alexander. Is Priorem tunc agebat, & Gosuini vestigiis insistebat propiùs. Huic plurimi pium laborem attribuunt, quo Beati facta Gosuini duobus tradita libris sunt.

Mira nonnulla, quæ viuẽti B. Gosuino accidêre, vel per eum facta sunt.

AN. 1169. Tertio pòst anno nobilissimus Flandriæ Comes Theodoricus Kal. Februarij extremum diem expleuit Grauelingæ, quarto, vt iam diximus, sacræ in Palæstinam expeditionis labore perfunctus. Qui volunt illic vita priuatum Numine pœnas reposcente, ob detractum Bertiniensis monasterij possessionibus id oppidum, in tanti viri nomen parum æqui videntur; cùm is sacros in locos beneficus semper exstiterit, vt condita quædam ab ipso cœnobia fidem faciunt; semperque religionem ita coluerit, vt multis eam clarissimis virtutibus fuerit acerrimè tutatus.

Theodoricus Elsatius decedit.

Auctar. Aquic. Ioan. Iper. Lat. Meier. l. 5.

D

ANNALIVM GALLO-FLANDRIÆ

LIBER SEXTVS.

PHILIPPVS ELSATIVS patri succedit.

Andr. Sylv. Aquic. Ioan Iper Iacob. Meier. lib. 5. & 6. aliy.

Multa mala per Flandriam opprimit.

Iac. Meier. lib. 6.

PERSOLVTIS magnificè Theodorico patri iustis, opes A
eius ac Principatum adijt Philippus liberorum natu maximus. Inter Flandriæ Comites hunc admodum potentem fecerũt Veromandia & Picardia in possessionem tractæ vxoriæ dotis nomine. Opes maximæ, excelsus animus, scientia militaris, etiam hostibus formidabilem reddidere. Et maiestatem ei conciliauit aulæ splendor, dein virtus fidélque flagrantissimam Ludouici Francorum Regis gratiam. Igitur ijs omnibus cùm polleret vehementer, facillimè per Flandriam simultates nobilium, domesticas quorumdam seditiones, rapinas, cædes, latrocinia extinxit, quæ non paruum ei dolorem afferebant. Hæc enim omnia etsi plerique Comitum, qui Flandriam seuero rexerunt imperio, conati fuerint obruere, nondum tamen erant oppressa. Et quò plus virium haberet, vel ad tuendam Flandriam, vel ad hostes comprimendos, si qua parte ingruerent, pactum anteà cum Hannonio Comite fœdus noua conditione firmauit mutuæ semper ad bellum opis afferendæ, nisi Pontifex Leodiorum, & Franciæ Rex alteri bellum indicerent. Celebratum etiam fuit eo tempore Margaretæ Elsatiæ Philippi sororis cum Balduino, cui posteà fuit cognomen Animoso, Balduini Ædificatoris Hannonum Comitis filio matrimonium: & ob tributas dotis nomine quingentas annui census libras Bapalmis numerandas, Duacum Hannonius Philippo liberè cessit. Maio mense Tornaci Gualterus Pontifex Synodum coëgit, vt multis rebus in melius mutandis operam daret. At sublato è viuis Milone Morinorum Episcopo, Taruannenses Desiderium Sara Insulensis Castellani filia progenitum, sibi Pontificem legere. Errant qui priùs Tornacensium Episcopum fuisse memorant. E tabulis Morinensibus Tornacensem Archidiaconum, & D. Petri Præpositum Insulæ claruisse comperio: auidéque à Taruannensibus Canonicis expetitum, ob insignem animi virtutem. Recruduit ea tempestate bellum, inducijs exeuntibus, inter Francorum Regem, Anglúmque. Iuit tunc Franco suppetias Comes Philippus, & insignes è tota Flandria copias duxit. Ex eius comitatu Waurinij Regulus ac Seneschallus Flandriæ Hellinus vnà cum Francis Cæsaroburgum, imminens mari oppidum, adoritur, facileque intercipit. Verùm vbi totum illud diripuit, & incendio deformauit, Anglorum copiæ supcruenîunt, & cõmisso statim prælio Francos, Flandrósque opprimunt. inter captiuos Hellinus abducitur.

Cum Hannonio pacem firmat.

Andr. Sylv. Aquic. Iac. Meier lib. 6.

Sororis nuptias cũ Hannonio celebrat.

Duacum ei cedit Hannonius.

Iac. Meier. lib. 6.

Synodus Tornacensis.

Tab. Eccles. Tornac.

Desiderius creatur Taruannensis Episcopus.

Andr. Sylv. Aquic.

Philippus Comes cum Flandris in Gallia bellũ gerit.

Robert Abb. ac. Iac. Meier. lib. 6.

Hellinus VVaurinius ibi fortiter agit, & capitur.

Annum sequentem quidam B. Thomæ Becqueti Cantuariensis Archiepiscopi AN. 1170.
(quem natum Bapalmis aliqui ferunt tenuis fortunæ parentibus, etsi plures in Anglia genitum velint) in Flandriam aduentu nobilem faciunt. Dum Flandros Gallica vtentes lingua peragrat, præter alios plerosque locos eius præsentia voluptatem cœpit Atrebatum. Inde cùm discessisset, relicto apud Vedastinos aureo ad sacrificandum calice, Duacum pertransiit, & Aquicinĉti hospitatus est. Captæ illic quietis fidem faciunt sacræ vestes, quas viridi colore tinctas ipse donauit. Visitati posteà Martianenses Monachi, apud quos non leuia manent hospitij monumenta, Crux insignis, & cum dalmaticis planeta, varium ab ipso profectum munus. Aditum inde Tornacum, ibique suburbanum tectum præbuit S. Nicolai Asceterium ab Regula-

S. Thomas Cantuariensis Episcopus varia Flandriæ petit loca.

Ferreol. Locr. in Chron. Ioan. Cousin l. 3. rer. Tornac.

ribus

A ribus D. Augustini Canonicis infessum. idque propter magno illic cultu asseruatur sacerdotalis ea vestis, qua contectus sacrosancta peregit mysteria. Viam inde pius Pontifex Cottracum vertit, relictaque illic sacra in monumentum casula (vt nuncupant vulgò) per varias Teutonicæ Flandriæ vrbes ad Occanum ab Comite Philippo perhonorificè ductus est. Sub finem anni eiusdem sexto Idus Nouembris (quo die mortuus est Balduinus Ædificator Hannoniæ Princeps) admodum vehemens, & pluuia permixtus has in regiones ventus incubuit: ac tanto is plerisque locis damno fuit, vt siluas aliquas conuellerit, domos plurimas, turres, aliáque ædificia

Andreas Marchian. Ventus magnus & damnosus. *Auctar. Aquic.*

AN. 1171. prostrauerit. Sub hæc Philippus Comes curas & studium eo vehementer appellit, vt omnia Flandriæ secunda procuret. Nullam ex coniuge sua Elisabetha Rodolphi Veromanduorum Comitis filia prolem susceperat, nec spes erat ob eius sterilitatem liberos habendi. Ergo fratri suo Matthæo auctor fuit, vt Leonoram coniugis sororem per nuptias sibi adstringeret, vt partis eo matrimonio liberis Veromandiæ cerneret hereditatem, eóque potentior euaderet, cùm in Flandriæ succederet Comitatum.

Philippus Elsatius fratrē Matthæum cum sorore coniugis matrimonio iūgit. *Iacob. Meier l. 6.*

B Duos tunc Episcopos, qui suo Gallo flandros imperio moderabantur, è viuis mors abstulit, Gualterum Tornacensium, & Atrebatium Andream. Qui tamen per vtrumque regeret Episcopatum, donec à Clero Pontifex vtrobique crearetur, Comes Philippus Robertum D. Donatiani Brugis, ac S. Petri Ariæ Præpositum, & Flandriæ Cancellarium elegit. Maluissent quemlibet alium Administratorem vtrique populi. Iam scilicet apud multos sinistrè fama vulgauerat, malis Robertum artibus Philippi Comitis amicitiam sibi conciliasse. Cùm enim is patre fabro ferrario natus esset in Carnutibus, magnam cum dæmone familiaritatem inijsse ferebatur, adeóque feliciter incantationibus Philippum sibi deuinxisse, vt eius animi potens ad summa quæque aspirauerit. Ad hæc ingentem Simoniæ labem contraxerat insigni tumidus ambitione, nihilque ab fœdis voluptatibus corporis abhorrebat. Verum seu Philippus horum malorum esset ignarus, seu spes melioris vitæ conciperetur, certè commissas sibi Ecclesias suscepit Robertus, earúmque administratione plus apud

C eum Principem gratiæ collegit.

Episcopi Tornac. & Atreb. moriuntur. *Tabula Eccles. Tornac. & Atrebat.* Robertus vtriusque dioeceseos Administrator declaratur. *Andreas Marchian. D. Anton. 3. p. Sum. histor. tit 17 c 9 paragrap 8. J c b. Guise lib. 1. cap. 5. Annal. Hannon. Iac. Meier. l. 6.*

AN. 1173. Inito Christi anno post millesimum centesimo & septuagesimo tertio, ad Flandriæ bonum incumbens Comes Philippus ab Cæsare Friderico priuilegium Flandris mercatoribus impetrauit, quo liceret ijs pannos in Flandria pertextos Aquisgrani & Duisburgi vendere. Quod sanè admodum fuit opportunum Insulensibus & Duacensibus, apud quos ea tempestate vis ingens pannorum conficiebatur. Cautum etiam fuit eius Imperatoris diplomate, ne plus vectigalis ijdem mercatores Duisburgi, quàm Coloniæ, penderent: néue vsquam ad singulare certamen prouocarentur sese tuendi gratia. Eodem quoque sancitum est, vt Flandris potestas fieret de quouis ære alieno suo se iureiurando purgandi, modò æs illud minimè contraxissent Duisburgi, vel Aquis mercando, aut coram magistratibus ea non fuissent nomina professi. Et arctiori amicitia, validísque opibus comparandis, ex omni Flandria magnæ à Philippo in Normanniam ductæ sunt copiæ in Ludouici Francorum Regis, & Henrici eius generi, aduersus Henricum seniorem Angliæ Regem, auxi-

D lium. Magnáque ibi Comitis nostri, & Flandrorum omnium in plerisque locis & oppidis hosti eripiendis virtus enituit. Sed grauis eum subinde Flandrósque mœstitia obruit, cùm Matthæus frater ipsius sagitta saucius hominem exuit. Nullam enim ex Leonora vxore prolem iste susceperat; spémque abiecerat Philippus è coniuge sua Elisabetha successorem obtinendi. Et cumulata sunt multis locis funera. Grauis enim hic annus exstitit quà morbis, quà hyemis asperitate: ideóque compluribus hominum December exitium attulit, cùm per intemperiem corrupto aëre multos catarrhus ac tussis absumeret. Interim Tornaci dignitas Episcopalis in Eue-

AN. 1174. rardum Auesoensis Walteri filium omnibus Canonicorum suffragijs confertur. At Philippus Comes impressa semel animo cogitatione per successionem generis sui Principatum Flandriæ firmiter obtinendi, Petrum fratrem alterum, qui nuper datus fuerat Cameracensibus Pontifex, eo tandem impulit, vt, ea dignitate posthabita, sese matrimonij nexibus illigaret, sobolique suscipiendæ operam daret. Igitur

Priuilegia varia Flādris ab Imperatore impetrat Comes Philippus. *Diploma Frid. Imper. Iacob. Meier lib. 6.*

In Franciam idem Flādros ducit Regi suppetias. *Auctar. Aquic. Iac. Meier lib. 6.* Frater eius ex vulnere moritur.

Ac multi alij ex morbo. *Auctar. Aquic.*

EVERARDVS fit Episcop. Tornac. Comitis frater Petrus Camer. Episc. relicto coniugem ducit. *Auctar. Aquic. Iacob. Guisian. Iac. Meier lib 6.*

FRVMALDVS creatur Episcop. Attreb. *Iidem & cab. Attreb. Andreas Martian.*
Flãdri rursus cum Comite suo aduersus Anglos eunt. Pars eorũ in mari perit. *Iidem auctores*
Orta cum Iacobo Auesnensi inimicitia, Robertus Cameracẽsis Episcopus occiditur. *Iidem auctores.*

A

postquam eum equestri balteo cinxit, vxorem ei conciliauit Niuernensium Comitem. Insulas verò Cameracenses Roberto, cuius iam meminimus, addixit. Ac tunc nihil prius fuit eidem Roberto, quàm vt Atrebatium sedi Frumaldus imponeretur Comitis voluntate. Et mox rursum Philippus è ditionibus Flandrieis militem coëgit, eòque septus Normanniam repetijt Francorum Regem iuuabundus, redintegrato aduersus Anglos bello. Ibi dum mater vrbium regionis Rothomagum obsidetur arctissimè, quædam Flandrorum copia in Angliam nauibus inuehitur, Roberti Cameracensium nuper dicti Pontificis hortatu. Verùm eos partim tempestate deprehensos Oceanus hausit, partim Angli fortiter obsistentes ferro concidêre. Hærente autem in Rothomagensi obsidione Philippo Comite, incertum qua de causa, idem Robertus grauissimis verborum contumelijs Iacobum Auesnensem præclaro genere, magnis opibus, & multa virum virtute militari affecit. Cùm igitur eam iniuriam difficilè Iacobus decoqueret, eum ingens ad vindicandum ardor impulit. Cogebatur Robertus Cameracum proficisci, vt sacris verbis in Episcopum vngeretur. Ægre tamen in viam sese dabat offensi Iacobi formidine. Et quò vitaret insidias parantem, per Gallo-flandriam, & Tornacense territorium magno circuitu, & occultis itineribus, accepta fide publica Comitis Hannonij, ferebatur. Verùm Condati ab Iacobi satellitibus deprehensus, miserandum in modum vita exuitur. Creditum fuit, diuino Numini electionem eius grauem fuisse, quòd maleficijs ad dignitates Ecclesiasticas sibi gradum struxisset. Accensus est tamen ingenti Comes Philippus iracundia, postquam eius cædis nuntios accepit: statímque vnà cum Hannonio Comite Iacobi fines inuasit, & quosdam obnoxios ei locos obtinuit. Sed mitigati paullò pòst animi. iam enim Iacobus apud Remensem Archiepiscopum sese purgauerat, & hic pacis impetrandæ gratia Flandrum & Hannonium precibus incesserat.

B

Pluuia & exundatio. *Auctar. Aquic. Andreas Martian.*
Fames.
Ad firmãdam inter Elsatiũ & Auesnium pacẽ Remensis Ponti ex huc venit. *Auctar. Aquic.*

AN. 1175.

Annum sequentem bis pluuiæ infamem fecere. Prior vis aquarum æstate desæuijt. Ob eam damni plurimum pertulit messis, & seriùs vuæ ad vindemiam maturuere. Circa Natalem Domini alius aquarum impetus latè tumuit, cùm pleraque fluminum alte ripis ob imbres subitos exundarent. Vtrique tunc Flandriæ vehementer nocuit Lisa, cùm repentè per noctem adeò cœpit turgescere, vt magnum terræ spatium corripuerit, mortales multos aquis obruerit, muros plerosque subuerterit, res varias alueo furenti auexerit. Incessit posteà grauis vbique Belgium fames: ac nisi nobiles quidam viri, & cœnobiorum Antistites effusa panis liberalitate inopibus subuenissent, magnam absumpsisset hominum vim penuria. Et nondum firmiter pax inter Philippum Elsatium & Iacobum Auesnium coaluerat: ac non leue malum inde passim timebatur; licet hostile nihil vtrimque peragеretur. Mouit ea res Henricum Remensem Archiepiscopum, ideóque Remis in Belgium descendit. Per iter Natalium Christi festum celebrauit Aquicincti. Inde magno comitatu Gallo-flandriam ingressus est, vti cum Elsatio Iacobi Auesnensis causam discuteret. Eo præsente Iacobus ab se graui iuramento Roberti cædem, cuius arcessebatur, amolitus est. Ergo pace confirmata Philippus Comes ad bellum in Syriam deportandum animos conuertit, eóque sacra Cruce insigniri voluit paternam æmulatus religionem. Vt seriùs tamen proficisceretur, quàm decreuerat, Henricus Angliæ Rex missa legatione obtinuit. Intereà loci Iacobus Auesnensis magna elatus animi superbia, & ob initam pacem ab Elsatio nihil formidans, bello Comitem Hannonium aggressus est. Eam ob rem tamen exarsit denuò, & aduersus eum ex vtraque Flandria copias contraxit Comes Elsatius, ijsque bis Iacobum Hannoniæ Comiti iunctus inuasit, ac de ipso arces aliquas vi cepit. Sed magnam pòst paullò mœstitiam Philippo repentinus Petri fratris interitus attulit. Veneno námque sublatus ferebatur, vnicámque filiolam relinquebat, quam breui mors exstinxit. Et Petrum quidam volunt tam properè sublatum, quòd Christi militiam, vt fratri obsequeretur, dimiserit, & carnale connubium fuerit complexus. Eodem propè tempore Martianensibus Religiosis magnum ereptum est lumen Ioannis Antistitis morte, cuius anteà laudes memorauimus. Iisdem tamen feliciter cessit Henrici suo de cœtu in Abbatem

C

D

AN. 1176.

In Auesnium bellũ mouet Elsatius. *Auctar. Aquic. Iacob Meier.*
Petri fratris eius obitus. *Append. Sigeb.*
Ioãnes Abbas Martianensis obit: eique succedit Henricus. *Monumenta Martian. MSS.*

A electio. Is enim non minori laude religionis, quàm prudentiæ & paternæ sollicitudinis inclaruit.

AN. 1177. Anno sequenti adscriptis plerisque militiæ sacræ viriusque Flandriæ nobilibus viris, Philippus Comes in Syriam exercitum portauit, cùm appeteret Pentecostes solemnitas. Nihil tamen illic ab eo bellici laboris susceptum est, quòd magis ferè peregrinandi, quàm pugnandi gratia eò se profectum profiteretur. Interim quo die dictę sunt leges initæ pacis ab Romano Pontifice Alexandro, & Friderico Cæsare, nono Kal. Augusti dedicatum est Martianensis monasterij templum vtriusque Principis Apostolorum nomine. Consecrationem adhibuit solemnibus cærimoniis Remorum Pontifex Wilelmus, eique socij laboris fuere suffraganei duo Episcopi Frumaldus Atrebatensis, & Tornacensis Euerardus. Laboratum verò per æstatem æstu maximo, & insolita siccitate. prouenit tamen vberrimè triticum, idque plurimum magna omnium voluptate in horrea congestum est. Auctumnus inde fœdissimis imbribus aliquamdiu inundauit. & nebula quædam vuas infecit, vt iis putrefactis

B vini parum exprimeretur; idque nocentissimum sumentibus foret. Peruasit ideò plerasque regiones febrium ardor: vnde multi per omnem quoque Flandriam mortem oppetiuere. Ineuntem dein hyemem pluuię ventique molestam fecere. Et circa hoc tempus hominem exuit Hugo Castellanus Insulensis. Superuixit ei coniux Ermentrudis cum liberis duobus. Horum natu maior Ioannes nomine paternam adiit hæreditatem, vnàque Castellaniam Insulensem adeptus est. Alter eodem nomine nuncupatus in Phanopinense monasterium abdidit sese, virtutis parandæ gratia: ibique per ætatem gubernaculis idoneus annos triginta cœtum moderatus est religiosè. Florebat eadem tempestate Hugonis soror Sara Insulensis Castellani Cortracensis vxor suis admodum liberis nobilitata. Quippe filiorum natu maximus Desiderius primùm D. Petri Insulensis Præpositus, Ecclesiæ Tornacensis Cancellarius & Archidiaconus exstitit, dein Morinensem ad Pontificatum euectus est, quemadmodum anteà memoraui. Rogerius in Castellania Cortracensi patrem

C excepit. abdicante Desiderio Insulensis Præpositi nomen & officium induit Robertus.

AN. 1178. Anni sequentis exeunte Ianuario liquatis niuibus, & glacie, ingentibus amnes aquis inundauere, adeóque torrentibus agminibus præcipitauere, vt cataractas omnes pertuperint, molas aquatiles domósque violenter euerterint, multos mortalium tristi exitu absorpserint. Neque multò mitior æstas fuit, cùm iam inde ab Iulio mense ad Octobrem vsque adeò continenter pluuiæ terram grauârint, vt neque fœnisieciis operam dare, neque falce segeres demetere, neque vindemias colligere, neque sementem facere licuerit. Iis tamen temporibus itinere terrestri, & salurato per viam Grçcorum Imperatore Constantinopoli, Philippus Flandriæ Comes domum ab Syria reuertitur, eúmque Flandri magna cum voluptate excipiunt Octobri mense. Ac tunc biennio prçfecturæ vix expleto Henricus Abbas Martianensibus ereptus, & Atrebatum deductus est. Grauis iam erat annis Martinus Vedastini cœnobij Antistes, virúmque apprimè religiosis moribus & virtutibus prædicti quæ-

D rebat, in cuius humeros moderandi onus reiiceret. Cùm nullum haberet Atrebati qualem desiderabat, iámque claris virtutum Henrici luminibus caperetur vehementer, ad eum prçsertim sibi sufficiendum curas conuertit. Neque Ascetarum eius monasterij tam pię senis voluntati ausus est quisquam obrogare. Ergo volentibus omnibus cùm esset Atrebati exceptus, conspicua sanè insignis sapientiæ, & paternæ sollicitudinis exempla cunctis tum domesticis, tum externis eum probarunt. Verùm perpaucis Vedastini annis ipso lætati fuere, cùm Romæ agentem inter summos orbis viros non diu pòst morbus absumpserit. In eius locum Martianis surrogatum accipio Ioannem eius nominis secundum, qui primam ibidem religionis disciplinam hauserat. Exacta modestè sanctéque vita, vt ad eum magistratum eueheretur, effecit. Et multò plus sanctimoniæ ac prudentiæ patefecit rerum vsus, dum sapientissimè suos moderatur. Id cùm palàm à multis fuisset animaduersum, vti magnis de rebus apud Pontificem Maximum ageret, Romam è Belgio legatus est postea. Tan-

Philippus Elsatius in Syriā p[ro]ficiscitur. Auctar. Aquic. Iac. Meier lib. 6. Templū Martian. Abbatiæ dedicatur. Auctar. Aquic. Monum. ms. Martian.

Siccitas magna. Auctar. Aquic. Pluuiæ insolitæ.

Ob febres multi moriūtur. Hugo Insulēsis Castellanus moritur. Fr[ancis]c. Piet[in]. in Chron. Phanon. & lib. de Castell. Insul. Florent. & ex ascibar. lib. 1. de o[rig]. Castellan. Eius liberi. Sara soror. Iisdem auctores.

Inundatio. Auctar. Aquic.

Pluuiæ continuæ.

Elsatius in Flandriam redit. Auctar. Aquic. Iac. Meier lib 6. Henricus Abbas Martianēsis Antistes Vedastinus constituitur. Monumenta mss. Vedast. & Mart.

Ioannes Henrico Martianis succedit. Monum. ms. Mart.

túmque ex eius consuetudine ac virtutibus voluptatis Pontifex contraxit, vt ægrè in Gallias ab se Roma dimiserit. Ipsi etiam commissum ab eodem Suessionense D. Medardi monasterium regendi munus asserunt Martianenses. A

Frigus & gelu.
Auctor. Aquic.

Haud temperatior initio, quàm præcedens, annus consequens fuit. Etenim primò secunda Ianuarij hebdomada multis aër fluxit niuibus. atrox inde gelu secutum frigúsque. & quòd earissima esset pecudum annona, boum multos ouiúmque mortalitas absumpsit. Impulsus postcà Philippus Elsatius ab Ludouico Rege Francorum, vt nuptias inter Philippum iuuenem regium ac Elisabetham Hannonij Comitis filiam neptemque suam pacisceretur. Matrimonij legum hęc vna fuit, vt Ludouicus adhuc vitâ ducens regium diadema filio concederet; Philippus nepti Flandriæ partē donaret Occasum versus porrectam. Sed postquam Ludouicus filium Remis à Guilelmo vrbis eius Archiepiscopo delibutum oleo, regióque splendentem ornatu cunctis colendum proposuit: non leuiter Elsatium pactæ dotis pœnituit; magnique motus ob eam exorti Flandros inter Gallósque: cùm hi coniugium illud patum probarent, illis quidpiam à Flandria diuelli durum videretur. Celebratę sunt nihilominus Bapalmis eæ nuptiæ apparatu regio, cùm mutuas in manus sacris coiuissent cærimoniis Philippus & Elisabetha, operante ad aras Laudunensium Pontifice Rogerio. Paucis mensibus elapsis, Ludouicus Philippi Regis pater, solutis iam diu antè morbo membris, mortem oppetiit quarto & decimo Kal. Octobris, tradita priùs Comiti Philippo filij Philippi, quem anteà in Regem vngi curauerat, tutela. Post hęc Gerardus Duacensis Præpositus, summo vir loco natus, & equestri donatus dignitate, cùm multis in Hannonia, Flandria, & Veromanduis opibus floreret, aduersus Bernerum magna sibi sanguinis necessitudine coniunctum inimicitias exercuit, eique fœdum vulnus inflixit. Gnarus eius flagitij Comes Hannoniæ Balduinus, vbi domum ab ludis equestribus rediit, quos Blangiaci commiserat, quosdam ad cum legauit, qui ab se nuntiarent, grauiter eum in leges peccasse. Et cùm ne sic quidem Gerardus eo de scelere sese purgare occiperet, quas is arcem villásque Ermencuriæ in Ostrouandia possidebat, partim igni corrumpi, partim in plana deiici mandauit. Dein omnes intra fines suos sitas eius possessiones in fiscum redegit. Permotus iis rebus Præpositi nepos Guilelmus è familiaribus Hannonij Comitis vnum ex insidiis peremit. Auctus inde furor ēst Balduini: eiúsque iussu flammis omnia correpta, quæ vel Præposito, vel consanguineis eius per Ostrouandiam obnoxia erant: totáque Gerardo interdictum Hannonia fuit. At gliscentibus sensim (siue latioris imperij cupido, siue metus, ne propter regiam tutelam nimium Elsatius potēs euaderet, siue aliud causam dederit) inter Philippum Franciæ Regem & Flandriæ Comitem simultatibus & odiis, in bellum denique res erupit, auctoribus præsertim Rodulpho Cociacensi, & Roberti Clementis liberis, quorum suasu Rex Veromanduos, quasi nuper malè à patre séque Comiti donatos, repetebat. Cùm igitur neque Rex Elsatium Veromanduis potiri, aut quidquam in Franciæ finibus per tutelæ ius facere pateretur, neque Veromandiam Elsatius repetenti Regi cederet, quòd non sola donatione nuperrima niteretur, verùm etiam ius eam possidendi ab dote, quam Iuditha nuptiis à patre confirmatis Balduino Ferreo tradidit, arcesseret; iámque hic omninò pactam Flandriæ portionem eidem tradere abnueret: paratę tandem vtrimque sunt copiæ. Florentissimum Philippus Comes exercitum conscripsit. Ad ducenta quidam millia militum fuisse memorant. In iis Atrebates, Iperani, Gandenses, Brugenses, Insulani, Orchiacenses, Duacenses, & alij tota Flandria, Hannonia, Brabantia delecti. Insulanos magno numero & insigni apparatu ductos ab Nichoo refert Brito Guilelmus. Itum Isaram vsque Veromanduos interscecantem fluuium. Illie inter Orim & Matiniacum exactis aliquot diebus, inducias pacisci placuit. Sed eæ mox violatæ capto ab Rodolpho Claromontensi, insessóque hostiliter Bretolio. Nec multò pòst infestis armis omnia Flandro Comite Nouiomum vsque populante, Francorum Rex Syluanecto copias eduxit, vt Valesij ditionem primo impetu aggrederetur. Verùm Hellinus Waurinius Gallo flander, Comitísque Flandriæ Seneschallus, ad omnem hostis aduentum Crispiaci excubans, militem suum tempestiuè

AN. 1179.

Inter Philippum Regis Fràciæ filium & Elisabethā Elsatij neptē matrimoniū contrahitur.
Auctor. Aquic. Robert Aut. Iacob. Meier l. 6.

B
AN. 1180.

Eorúmque nuptiæ celebrantur Bapalmis.
Idem

AN. 1181.

Ludouicus Iunior Rex Francor. moritur.
Auctor. Aquic. Andr. Martian. Rerum Franc. Scriptores.

Gerardus Duacēsis Præpositus quid à Comite Hannonio fuerit perpessus.
Iac Guis lib. 18. Annal. Hann. cap. 8.

C

Inter Regem Franciæ & Flandriæ Comitem bellū oritur.
Chronic. Aquic. Guilel. Brito l. 2. Philip. August. Iacob. Guisian. Annal. Hann. lib. 18 cap. 9. Iacob. Meier l. 6 Andr. Martian. lib. 1. Gaguin. Æmyl. Papir. Bellesorest.

D

Cum magnis copijs Elsatius in Veromandiam proficiscitur.

Inducias cum Rege paciscitur.
Iis violatis, Regi se opponit Hellinus VVaurinius, & Franciam populatur.

A ſtiuè & prudenter oppoſuit: adeòque rem fortiter geſſit, vt tranſitu Regem prohibuerit; omnémque populatus circumpoſitam Criſpiaco regionem, Caſtrum Martini interceperit, Albericum Comitem vinculis onerauerit, expilatum id oppidum flammis hauſerit: inde victor euolauerit Parſios vſque: multum vbique terrorem circumferendo, prædæ plurimum abſtulerit. In votis erat tum Regi, tum Comiti totis viribus acies committere: ſed dum ex claſſicum pręſtolantes in armis diu conſiſtunt, ſuaſu quorumdam dierum aliquot inducias duces paciſcuntur. Nec animus poſteà fuit Francis Philippum Comitem adeò multis viribus firmum tumidúmque ad prælium laceſſendi. Non multo inde lapſu temporis Atrebati morbis confecta Elſatij vxor Eliſabetha vitam cum morte commutat. Propiúſque ruſum à bello grauiſſimo res abfuit, recrudeſcentibus iterum odiis, & paratis in mutuum exitium copiis. Tempeſtiuè tamen Anglorum Rex ſenior Henricus animos efferatorum Principum compoſuit. Anno ſequenti venit Atrebatum Remenſis Pontifex Wilelmus, multáque occultè cum Philippo Comite diſſeruit. Et tunc mulieris cuiuſdam

Nouæ ineuntur induciæ.

An. 1182. Elſatij vxor vita defungitur & ſubinde nouum propè bellū enatum. Auctar. Aquic. Rigord. in vit. Philip. Andr. Mart. lib. 3.

An. 1183.

B indicio multi per ditiones Comitis hæreſeos accuſati ſunt, compertique poſt aquæ bullientis, ignitique ferri iudicium, Ac de pleriſque ita ſumptum eſt ſupplicium, vt corpora flammis abſumerentur, bona in ſacerdorum ac Principis poſſeſſionem venirent. Inter hæc Frumaldus Atrebatinum Epiſcopus extremum diem clauſit morbo conſumptus decimo tertio Kal. Maij. Totius poſteà Cleri Atrebatenſis calculis in Pōtificem electus eſt Petrus haud minori virtute, quàm doctrina, nobilis. Abbatiam Ciſtertienſis Ordinis regebat, cùm ad hoc faſtigium euectus eſt. At non priùs eum Guilelmus Remorum Archiepiſcopus ſacra imbuit vnctione, quàm vterque Veronenſe Concilium adiit anno ſequenti. Tunc enim vrgentibus eius Concilij Patribus ſolitis eum Guilelmus cærimonijs initiauit. Interim atrocia de repudianda innocēte coniuge Eliſabetha, Comitis Hannoniæ filia, Philippi Comitis nepte, ac domo per ſummam iniuriam expellenda, Rex Francorum prauis ſuorum artibus tranſuerſus conſilia voluit. tantúmque facinus permultis etiam Epiſcoporum inſtigantibus per-

Hæretici puniuntur. Auctar. Aquic. Andr. Martian. l. 3. Rigord.

Frumaldo è viuis ſublato in Epiſc. Atrebat. legitur PETRVS. Auctar. Aquic.

An. 1184.

Rex Franciæ, vt coniugem repudiet, incitatur. Auctar. Aquic. Andr. Martian. l. 3. Iac. Meier. Belleforest.

C petratum fuiſſet, niſi precibus mota Reginæ Chriſti mater ab ea mēte Regem auertiſſet. Auctores habeo, qui memorent Eliſabetham inſigni præditam ſanctitate morum fuiſſe, cùm de Pontificum & procerum molitione quidpiam percepiſſet, in Syluanectenſi Eccleſia (cuius Epiſcopus ipſi patrocinabatur) vigilias agitaſſe. ibi diutius in preces effuſam, ſuum miſericordiſſimæ Chriſti parenti negotium commendaſſe. vt gratiam huius ſibi conciliaret, votiuos illic cereos quàm plurimos accendiſſe: ac nudis pedibus miniſterium impendiſſe pauperibus. Regem diuinitus ad preces D. Virginis impulſum, vt Reginam apud ſe retineret, ac multò ardentiori, quàm priùs, amore proſequeretur. Nihilominus ea res, dein aliæ pleræque cauſæ Philippum Comitem in Regis odium rurſus & arma perpulere; ac illi fruſtra fuerunt, qui Conuentu habito ad pacem eum niſi ſunt inducere. Sed priuſquam collectus ab eo miles in hoſticum educeretur, primo die Maij permiro ſol oſtento inhorruit. Pars inferior nigrorem induerat. medium trabs quædam ſubobſcura in tranſuerſum obtinebat. ſuperiora triſti pallore languebant adeò, vt qui ad eum ex aduerſo contuendum prodirent, ſimili vultum tincti colore cernerentur. Metum inde quidam

Id tamen ne faciat, exlitus mouetur. Andr. Mart. l. 3. Meier. Bellefor.

Arma iterum in Regem capit Elſatius. Auctores citati.

Oſtentum in ſole. Auctar. Aquic.

D hauſere: & viſum Numen ea re mali quidpiam portendere. Nihilo tamen minus hoſtilia moliri Francus Flandérque cœpere. Quem in omni Flandria & alibi militem legerat, in Franciam Comes deduxit. & qui terrorem Francis incuteret, ingens ab eo draco vexilli loco formatus. Hunc ſublimi trabi ſupernè impoſitum, & quadrijugo curru deuectum reperio. Sed quamuis ad eius conſpectum totæ fremerent Francorum acies, ac minimè Comitis ſuperbiam tolerarent: iámque ferrum in eum ſtringerent ex aduerſo copias inferentem: Henrici tamen Anglorum Regis laboribus perfectum eſt, vt Galliæ Rex, & Flander anni vnius inducias iniuerint. Verùm his graue Comiti fuit, Hannoniæ Comitem Balduinum comprehendi, in quem animo iam infenſo ferebatur. Igitur poſt dies non multos cùm aduerſus Louanij Ducem Godefridum Balduinus arma caperet, ex occulto in Ducis partibus fuit, & qui vires huic iungeret, Hellinum Waurinium trecentis ſeptum equitibus miſit.

Auctar. Aquic. Andr. Mart. l. 3. Iac. Meier. l. 6.

Nouæ inter Flādrū & Regem induciæ.

Contra Comitem Hannoniæ Hellinum VVaurinium mittit Elſatius. Meier. ex Gamſiano

misit. Quis tum fuerit euentus, variè prodi video. Quidam asserunt Godefridum A
Hellini opera iuxta Lembecam (cuius causa bellum fuerat exortum) ab Hannonio armis frustrà tentatum. Placet alijs Hellinum vi Lembecam irrupisse: vbi totum id oppidulum in prædam vertisset, iniecisse flammas ædibus. verùm eius cladis nuntio stimulatum Comitem Hannonium, illuc cum suis protinus aduolasse: receptum ab eo vi locum: illic Flandrorum alios ferro cæsos, alios quæsiuisse fuga salutem. Augusto mense Philippus Elsatius Mathildem Alphonsi Lusitaniæ Regis filiam matrimonio sibi iunxit, nuptiásque Brugis celebrauit appatatu sumptuoso, & planè regio. In partem dotis Insula, Duacum, Orchia, & his subiecta ditio ab eo ipsi concessa. Sed non diu Comiti quietem capere licuit. Ardente rursus inter Louanij Ducem, & Hannoniæ Principem, propter limites, maximo bello, cùm animaduertit frustrà se Hannonium ad pacem impellere, ad Ducis se partes adiungit. Igitur collecto raptim milite, quo tempore Philippus Coloniensis Archiepiscopus Godefridum iuuabundus ab Oriente Balduini ditionem inuadit, ad Meridiem arma conuertit, eáque parte Hannoniam aggreditur. Duacensibus, Insulanis, Orchiacensibus & Pa- B
bulanis iniunctum est, vti vehementer ad Occasum in Hannoniæ fines irrumperent. Nec suo hi omnes defuere officio. Nam latè per eam effusi regionem, omnia populationibus & incendio vastauere. Quæ res adeò Balduinum infregit, vt quamuis conscriptum recenter in armis copiosum militem haberet, omni tamen statim in hostes maleficio abstinuerit, & proiectum de pace sermonem auidè fuerit complexus. Itaque circa Domini Natalem mensium aliquot inducias vterque Comes paciscitur. Interim Gossuinus Hellini Waurinensis & Seneschalli Flandriæ frater, A N. 1185.
oborta contentione quadam, è Philippi Comitis Nobilibus palatinis vnum ferro sustulit. cúmque factum istud peracerbè ferret Elsatius, in Hannoniam ad Balduinum Comitem transfugit. Gratus Balduino fuit eius aduentus. Et quia summo genere natus erat inter Gallo flandros, multúmque bellicis artibus pollebat, ratus sibi Comes, vbi bellum susciperet, opportunum fore, multis ipsum rebus coluit, vt etiam C
per nuptias ei consanguineam suam iunxerit Adam nomine, Eustathij Rhodiensis filiam, & Nicolai Boularìensis viduam, addita insigni dote. Inducijs ferè exspirantibus, arma rursus comparata. Prior copias produxit Hannonius, ijsque Iacobi Auesnij terras inuasit, & incendio vastauit. Sed cùm Flandriæ fines armis in vanum aggrederetur, rursus inducias impetrauit. Igitur quietè actum postea fuit, donec S. Ioannis Natiuitas appeteret. Tunc enim expleto induciarum tempore, hinc Comes Philippus, inde Francorum Rex & Comes Hannoniæ infestos exercitus aduersis aciebus traxere. In Ambianensi territorio ingenti & cruenta pugna concursuri cerebantur: abstentæ tamen cædibus manus, & post diuturnam ad vtrumque Somonæ littus moram, certis conditionibus pax est composita. Per huius leges reddita quædam Regi castella oppidáque: cetera Veromandiæ Comes Philippus quoad viueret, retinere permissus est. Et hic tunc cum Hannonio in gratiam rediit, quamuis non satis firmiter animi coaluerint. Sed breui posteà rursus conuulsa propè concordia Regem inter Flandrúmque. Cùm enim hic apud Augustum Compendij D
ageret, contumelijs Francorum quidam ipsum affecere non leuiter. Postquam igitur iniuria mentem altiùs penetrasset, in Germaniam ad Cæsarem Henricum Flanderabijt. Quoties necessitas vrgeret, ab hoc ei promissum ingens auxilium. Et quò A N. 1186.
magis Cęsarem Philippus adstringeret sibi, anno sequenti cum magno Flandrorum comitatu eius filij nuptijs interfuit Ticini, per Germaniam in Italiam profectus. Sed cùm inde Flandriam per Galliam repeteret, occulto cum Rege colloquio initæ priùs pacis conditiones adeò firmauit, vt etiam paullò pòst ipsi suppetias aduersus Burgundiæ Ducem iuerit. Ita quies ab armis Flandriæ concessa, regijque litteris confirmata, quæ Philippus Comes in Gallo-flandria & alibi Mathildi coniugi in dotem assignauerat. At pridie Kalend. Iulij grauis ab Africo in Subsolanum tempestas vehementer incubuit. Ruptis tum nubibus grandine pluit gallinaceis ouis maiore. Huius ea vis fuit, vt vitreas templorum fenestras, & tegulas ædificiorum confregerit; deprehensas in aëre volucres, & sub dio pecudes oppresserit in aruis & hortis

Iac. Guis. l. 18. Annal. Hann. cap. 17.

Mathildem nuptijs sibi copulat. Auctar. Aquic. Iac. Meier lib. 6. Oudegh. cap. 86 Meerbec. ibid.

In Hannoniam arma mouet. Auctar. Aquic. Iacob. Guis. l. 18 cap. 18. & 19. Iac. Meier lib. 6.

Gossuinus VVaurinius ob cædem factam ad Hannonium trásfugit. Iac. Guisian & Iacob. Meier.

Rursus bellũ inter Hannonium & Flandrum.

Ac subinde inter Francũ, & Flandriæ Comitem, sine sanguine tamen pax composita. Auctar. Aquic. Roberti Appẽd. Rigord. Brito, Andr. Marcian. Iacob. Meier. Belleforest.

Elsatius cum Imperatore societatem contrahit. Guisian Meier.

Cum Franco pacem confirmat, eumque in bello adiuuat.

Grando insolita. Auctar. Aquic.

A fata omnia contuderit. Et quasi pestilens aliquid contactu affuderit, contractas cū stipulas pecudum pastus respuit.

AN. 1187. Mouit anno sequenti Rex Francorum in Pictones, eóque Flandriæ Comitem cum lectissimis Flandrorum copijs pertraxit, vt Richardum Ducem, Angliæ Regis filium, rebellantem opprimeret. Ac rebus illic feliciter confectis Tornacum per
AN. 1188. Gallo-flandriam descendit, ciúsque ciues vrbis in tutelam recepit. Post aliquod tempus Flandriæ Comes Duaci agitans legem tulit, qua liceret Orchiacensis vrbis ciuibus Duacensium priuilegijs vti, furnos domi, coquendæ cereuisiæ officinas, & molas trusatiles construere, saluo tantùm Comitis iure. Iisdem etiam concessit, vt intra fines Pabulanos nulli liceat ipsis manus inijcere, si pomerio vrbis excesserint: intra muros tantùm vrbis iniectioni manuum sint obnoxij. qui diem vnum & annum integrum in vrbe nullo aduersante constiterit, ibique sedem fixerit, libertatem consequatur. At Clemens Tertius Romanorum Pontifex Maximus Heraclium Patriarcham Hierosolymitanum in Gallias Angliámque legauit, vt Reges ac Princi-
B pes ad belli sacri aduersus Saladinum expeditionem impelleret. Eius hortatu Fräciæ & Angliç Reges, Comésque Flädriæ sacra Cruce signati. indictæ tota Gallia & Belgio vlciscendis belli sumptibus decimæ. Inter primos ad id bellum emicuit Iacobus
AN. 1189. Auesnius, manu vir impiger, animóque maximus. Vela faciens septena pugnatorum millia in Siciliam nauibus deuexit. Exemplum eius mox secuti sunt Hollandi, Dani, Frisij. Flandri, nobilissima instructi classe. Armatæ naues septem ac triginta Flandros ferebant. In his præcipuus eminebat Flandriæ Comitis Dapifer Hellinus Waurinius. Hi omnes Siciliam præteruecti, per viam in Africa Siluinam vrbem regiam cepere, quòd inde Saraceni plurimùm Hispanias incursionibus fatigarent. In Syriam denique classem appellentes Ptolemaidem obsidio circumueniunt, iunctis cum
AN. 1190. Guidone Hierosolymorum Rege, ac Italicis copijs viribus. Illic Elbertus presbyter, ac Duacensis Decanus, gerendæ rei memorabilis cupidine grauiter exarsit. Belgis enim vrbem obsidentibus, clam ducibus ipsis, auctor fuit, vt pugnam aduersus
C Saladinum in armis ex aduerso sese ostendentem capesserent. Verùm calor ille parum tempestiuus eodem ipsum vnà cum sex millibus pugnatorum exitio inuoluit, dum copiam manus conserentem, & fortiter prælientem turbæ permixtus verbis accendit. Post breue tempus cum Rege Anglorum Richardo profectus est Francorum Rex Philippus. Sed cum Massilia soluisset, horrenda classem eius tempestas inuasit, multásque obruit naues. Circa Septembrem rebus omnibus ad eandem expeditionem comparatis, Mathildi coniugi suæ Flandriam Philippus Comes gubernandam tradidit, & magno comitatu iter ad bellum sacrum per Germaniam arri-
AN. 1191. puit. Illinc Henricum Cæsarem in Italiam diademate coronandum deduxit. Exacta tunc hyems ab ipso partim Romæ, partim alijs in vrbibus Italiæ. Primo vere feliciter in Orientem nauigatum est. Ibi facta exscensione suos ad obsidionem Ptolemaidis Flander duxit, comitantibus eum è sacra dignitate Rogerio Cameracensi Pontifice, & Simone Laudensis Abbatiæ Antistite. Actum illic feliciùs cum Barbaris, quàm cum pestilentia. Hi enim nouis terriri compulsique auxilijs, ex vrbe tandem facta deditione discedunt. At paucis illic diebus exactis, priusquam vrbs caperetur, multa
D Principum Latinorum mœstitia hominem Comes Philippus exuit. Tolerabant illic scilicet nostræ copiæ grauissimam rerum omnium penuriam, & maximas aëris iniurias: vnde tandem sæuissima exorta est pestilentia. Vt suis Philippus in ea necessitate subueniret, quidquid habebat vel pecuniæ, vel supellectilis, erogabat liberalissimè. Sed eum, vt alios quinquaginta ferè maximi nominis viros, ea lues inuasit ijs munificentiæ & belli studijs nauantem, ac Iulij Kal. absumpsit. Ibidem loci haustus est letho Hellinus Waurinius inclytum Gallo-flandriæ nostræ decus, ciúsque frater Cameracensis Pontifex Rogerius. Qui remanserant è Flandris, Hannonijs & Brabantis Iacobo Auesnio adhærentes, dum Richardum Regem Anglorum Hierosolymas ad recuperandum sacrum regnum iter facientem sequuntur, cum Saladino à tergo impetente manus conserere coguntur, & quò suis victoriam socijs pararent, haud se loco dimoueri passi sunt, multámque edidere stragem hostium. nihilomi-

Elsatius cum Flandris aduersus Pictones arma portat. Auctar. Aquic. Iac. Meier lib. 6.

Priuilegia, quæ Orchiacensibus Elsatius concessit. Diploma Philippi Comitis.

In Saladinum expeditio paratur. Auctar. Aquic. Iac. Meier. lib. 6.

Ad bellū sacrum primus proficiscitur Iacobus Auesnius. Auctar. Aquic. Meier.

Cū eo Flandros ducit Hellinus VVaurinius.

Elbertus Decanus Duacensis per intempestiuum zelū è Christianis multos secum perdit. Auctar. Aquic.

Dū vela facit, Rex Franciæ de suis multos perdit. Andr. Marchian.

Elsatius ad bellū sacrum per Germaniam vadit. Auctar. Aquic. Chron. Fland. Iac. Meier lib. 6.

In obsidione Ptolemaidis moritur, & cum eo multi nobiles viri. Auctar. Aquic. Andr. Marchian. Guisian. Chron. Fland. Iacob. Meier. alij.

Iacobus Auesnius cum Flandris victoribus pugnat à hoste occiditur. Auctar Aquic.

nus tamen illic vitam inter summam victoriæ gloriam Iacobus posuit fortissimè pugnando. Cognita verò Philippi Comitis morte, Francorum Rex Philippus magno incensus ardore Flandriæ Comitatum inuadendi, multos extemplò ab Syria nobiles viros in Gallias præmisit, quibus id dederat in mandatis, vt maturantes reditum vnà cum Guilelmo Remorum Archiepiscopo Flandriam sibi subijcerent, quòd eam coniugi suæ dotem attributam à Philippo Comite assereret. In ijs erant Gallo-flandri duo proceres Robertus Waurinius Hellini frater, ac Petrus Mainilius. Vbi tamen Italiam attigerunt, hos incommoda duo circumuenêre. Paucis enim exceptis, socios morbus oppressit. Et mox Guilbertus Montensis Præpositus à Balduino Hannoniæ Comite ad Imperatorem Henricum in Italiam legatus, in ipsis propè faucibus eius regionis de Philippi Comitis obitu nuntios accepit. Vt igitur eius certiorem Balduinum faceret (qui Margaretam Flandri sororem, & vnicam Flandrici Comitatus heredem matrimonio sibi copulauerat) magnis itineribus vnum aliquem è comitibus in Hannoniam remisit. Hic cùm aliquot diebus Waurinium & Mainilium præuertisset, Balduinus de Comitis obitu doctus extemplò copias instruxit, & cum ijs in Flandriam descendit coniuge Margareta comitante. Portas ijs aperuere Gerardi-montani, Aldenardenses, Alostani, Cortracenses, Iperani, Brugenses, Wasiani. Gandauo arcuit Mathildis Regina, Philippíque Comitis vidua, & insidens vrbem validus miles. Contrà, Remorum Pontifex, quem Gallijs Rex Philippus præfecerat, ad inuasionem Flandriæ animum & curas intendit. Eò Waurinium & Mainilium (qui recèter in Franciam reuerterant) cum equestribus copijs has in partes festinare compulit, vt priusquam ipse cum reliquo exercitu aduentaret, opportuna rebus suis loca quædam antecaperet. Iam nomine regij iuuenis Ludouici Atrebatum, Audomaropolis, & Aria tenebantur. vlteriùs progredi animus erat. Quæ per dotem Mathildi Reginæ attributa fuerant, Gallo-flandria nostra, Casletum, Furnæ, Burburgus, & alia quædam loca ipsi parebant. Et quamuis hæc omnia inuadere maximo mulier animo Margareta suaderet; ijs tamen abstinere, Balduino consultius visum est. Interim vbique per Flandriam multa tumultibus agitabantur: & quòd plerique nouis rebus gauderent, ij tum partibus studebant, tum populis admodum turbatis in aliena ferebantur. Vbi verò Balduinus Franciæ Regem à bello sacro domum rediisse, & Parisiis agere cognouit; eò celeriter viam arripuit, vti sacramentum ei pro Flandriæ Comitatu diceret. Sed infensum sibi Regem offendit, quòd is Flandriæ totus inhiaret; neque iam parum animo æstuaret, ob inuasam ab ipso & retentam ditionis eius partem. Igitur postquam animaduertit, ad custodiam se iussibus Regis destinari, conatus eius maturo & occulto discessu frustratus est. Iam in tuto collocatus, quàm iustè Flandriam inuisset, eiúsque Principatum cepisset, palàm scripsit probauítque, ob contractum cum Philippi Comitis sorore & herede matrimonium. Ac subinde paratum sese professus est, eam Flandriæ portionem cedere Ludouico Principi, quam secundùm Elsatij mentem, ac leges initarum filiæ suæ cũ Rege nuptiarũ, arbitri vtrimque delecti tribuerent. Ergo mitigatus paullùm Francus Rex Balduino permisit, vt aliquot arbitri legerentur cum amplissima potestate Flandriam partiendi, & suam cuique partem regionis ex æquo assignandi. Quorum arbitrio staretur, hi præsertim nominati, Guilelmus Remensis Archiepiscopus, Petrus Atrebatium Pontifex, Simon Aquicinctensis Antistes, Daniel Abbas Camberonensis. Igitur isti postquam Atrebati omnia rerum momenta diligenter expenderunt, ita denique statuere: vt Ludouico Regis filio maternæ dotis nomine cederent Atrebatum, Aria, Bapalmæ, Lendiensis & Hesdiniensis Comitatus, Audomaropolis, Castrum Ruutholtanum, Beneficia S. Pauli, Boniniæ, Gisnarum, & Lilarij, ac tota demum occiduæ Flandriæ portio, quam Fossa Noua dirimeret: Mathildis quamdiu viueret dotalibus locis frueretur, Casleto, Burburgo, Watenis, Balliolo, Bergis, Arce & silua Niepiensibus, Furnis, Insula, Duaco, Orchia, & Cysonio: ceteris omnibus per Flandriam Balduinus potiretur. Parum arrisit Balduino id arbitrium. Maluit hic tamen in præsens eum, quem ex ea partitione dolorem capiebat, dissimulare, vt saltem Flandriæ Comitis titulum, & partem optimæ ditionis capesse-

ret,

Marginal notes:

Rex Franciæ mittit, qui suo nomine Flandriam occupent. *Auctor. Aquic. Iac Guys. Lib. 18 Iacob. Meier. l. 7. B. il forest.*

Balduinus Hannoniæ Comes cognito Elsatij obitu cũ copijs Flãdriam intrat, & à quibusdam populis accipitur. *Auctor. Aquic. Chronic. Fland Iacob. Guysian. Iacob. Meier. ex quibus etiam sequentia desumpta.*

Flandria in partes diuiditur, & valdè agitatur.

Comes Hannoniæ ab Rege frustrà petit, vt pro Flandria fidẽ ei præstet.

Vt tamẽ Flãdria diuidatur, ab eodem arbitros impetrat.

Facta tũc hæc partitio.

Ea recepta Balduinus propter vxorem Flandriæ Comes nũcupatur, ac Regi sacramentum dicit.

Right margin: A — B — C — AN. 1192. — D

A ret, cùm certus esset, ea omnia, quæ Mathildi dotalia erant, ad se tandem iri deuolutum eius fato; dein spem aleret quædam successu temporis ex tributa Ludouico patre recipiendi. Igitur exemplò vxoris nomine fidem Regi iuratus, Flandriam ita truncatam adijt. Ceterùm hoc anno visus est ostento terribili versus Aquilonem cælum ignis accendere sub noctem octauo & decimo Kalend. Februarij. Neque multò pòst his in partibus sacer ignis denuò multos inuasit: eóque malo fedando tum alibi, tum in Episcopatu Tornacensi vniuerso populo inedia sextæ feriæ indicta fuit. Inter hæc biennio post Euerardi mortem Stephanus ex cœnobio S. Genouefæ Parisiis ad infulas Ecclesiæ Tornacensis Cleri vocibus euocatur. Doctrina, virtúsque clarum fecerant; iámque cum Franciæ Rege ac summis Pontificibus familiaritatem iniuerat, & apud eos non exigua pollebat auctoritate. Exstat liber epistolarum, quas ad varios ipse perscripsit.

Cælum ardere visum. *Auctar. Aquic.* Ignis sacer.

STEPHANVS creatur Episc. Tornac. *Tabul. Tornac.*

AN. 1194. Exactis fermè annis duobus, inter Balduinum Flandriæ Comitem, & Namurcensium Marchionem Henricum graue bellum exortum est. Ab Henrico proflu- B xit eius causa. Cùm enim liberis careret, Balduinum heredem Namurcensis Marchionatus renuntiauerat. Verùm Valeranus Luxemburgensis & Henricus Louaniensis à Balduino posteà mentem eius auertêre. Igitur is Luxemburgensem nouis heredem tabulis inscripserat, & quo resisteret Balduino, Lemburgensium Ducem, aliósque non paucos societate sibi deuinxerat. Ea res admodum grauis Balduino fuit, iustæque præbuit iracundiæ causam, bellique. Itaque postquam hic florentes Hannoniorum & Flandrorum copias intra fines Namurcensis ditionis ad Sabim fluuium in aciem composuit, atrox sanè pugna illic commissa est; ac penes ipsum insignis stetit victoria, cui parandæ præsertim nauauit fortissimè Robertus Waurinius Flandriæ Seneschallus, & Flandrici ductor exercitus. Eo prælio capti Dux Lemburgensis eiúsque filius cum centum Equestris ordinis viris: & absorpti Nobilium plerique amnis vorticibus. Hoc tempore supremum diem obijt Desiderius Saræ Insulensis filius, & Rogerij Insulensis Castellani nepos. Triennio priusquam è viuis C abiret, cùm se minùs idoneum sacris muneribus obeundis perspiceret, annis iam fracto & laboribus multis corpore, sacrum Morinensis Pontificatus magistratum sponte abdicauerat. Fuit etiam hic annus Margaretæ Philippi Elsatij sororis, & Flandriæ Principis obitu memorabilis. Creuit eius hereditatem Balduinus, filiorum natu maximus, qui post dies paucos Flandriæ Comes publicis, & festiuis acclamationibus appellatus est. Inter Flandriæ Principes famæ multum hic collegit factis ingentibus, & vitæ sanctimonia: vt præ ceteris ad Byzantinum Imperium euehi posteà meruerit, vnde Constantinopolitani cognomentum induit.

Bellum inter Balduinum & Namurcensem. *Auctar. Aquic.*

Desiderius Morinensis Episcopus obit. *Auctar. Aquic. Iac. Meier lib. 6. Demochares.*

Margareta Flandriæ Comitissa moritur. *Auctar. Aquic.*

BALDVINVS eius filius Flandriæ Comes renuntiatur.

AN. 1195. Anno proximè insecuto, qui regerent oppidum Insulense, Scabini primùm electi, cùm anteà caput vnicum moderaretur Rempublicam Maioris nomine. Propiùs ab ingenti bello absuit omnis Flandria. Ægrè námque Flandri tolerabant, tot detracta ditioni suæ, & Franciæ Regis filio attributa nuper oppida. Cùm igitur Balduinus Comes in Franciam ad Regem proficisceretur, pro Flandriæ Comitatu fidem ei iuraturus, omninò vetabant eum obstringi, nisi Rex priùs occiduam Flandriæ D portionem restitueret. Sed passus est tum Comes ab Rege mulceri sese, nullámque armorum mentem induit, vbi Mauritaniæ territorio iuxta Tornacum ab eo donatus est. Plus tamen hic animorum posteà cepit, cùm exstincto vi morbi parente Hannoniensem adijt Comitatum, indéque maiores opes contraxit, vt deinceps memorabitur. At huius anni plerǽque tempestates magno fuere plurimis damno. Quippe Ianuarius, Februarius, Aprilis, Augustus, September, & October multis fœdam imbribus famam obtinuere. Grauis etiam & damnosus vento fuit October. Is sexto Idus ab Africa in hanc regionem adeò vehemens incubuit, vt plurimas tum cæduas, tum fructiferas arbores euellerit: turres ac domos plerasque subuerte-

Scabini Insulæ instituti. *Francisc. Pietrin. in Chron. Phamp. MS.*

Dum Regi Franciæ fidem iurat, Mauritania donatur Balduinus. *Iac. Meier lib. 7.*

Pluuiæ & venti. *Auctar. Aquic. Iac. Meier lib. 7.*

AN. 1196. rit: harum ruina non paucos mortales oppresserit. Exinde qualis rarò aliàs, Galliam omnem, Germaniam, & Belgium fames afflixit. Quòd enim priùs quatuor vel quinque solidis venale prostabat, quadraginta, vel quinquaginta triticum emere oportuit. Et cùm ne hoc quidem pretio propter penuriam obtinere liceret, aliæque

Fames. *Auctar. Aquic. Iac. Meier lib. 7.*

A

res edules cariſſimè venirent, quidam ad eſus fœtidorum ac noxiorum animalium, & inſuetarum cibis radicum auidè palàm ruere. quóue plus doloris & deſperationis egentibus fieret, rariſſimum etiam eo tempore tellus triticum & auenam protulit. quo factum etiam eſt, vt annus proximus fame non minori, & hominum interitu fuerit infamis.

Aduerſus Franciæ Regẽ Balduinus cum Anglo arma capit.

Auctor. Aquic. Neu'rig. lib. 5. rer Anglic. cap. 23. Rigordus, Iac. Meier lib 7.

AN. 1197. Ac tunc trepidatum hîc vehementer, Rege Francorum & Comite Flandriæ aduerſis armis regionem infeſtantibus: cùm Richardus Angliæ Rex ab Franco diſſidens, in belli conſortium Comitem noſtrum minis hinc ingentibus, inde auro plurimo traxiſſet; Flandrorúmque proceres gauderent oblatam ſibi opportunitatem ea, quæ Regis filio tributa fuerant intra fines Flandricos, armis repetendi. Iuxta Gandauum Balduinus exercitum conſcripſit. Inde pagum Tornacenſem aggreſſus eſt, ac poſteà ditionem Cameracenſem; ibíque arces plurimas vi cepit.

Duacum ſubigit.

Duacum in poteſtatem obſidio redegit. Atrebatum, ſed fruſtrà, ſubinde tentauit.

In Gallo-flãdriam cum exercitu venit Francus.

Horum gnarus Franciæ Rex, quas parauerat copias per Atrebates Duacum duxit, ac muros propiùs inopinato aduentu minaciter oſtendit ipſo Aſſumptæ Virginis peruigilio. Eam tamen in vrbem omni maleficio abſtinuit, celeríque militem itinere Liſam fluuium tranſuexit, vt liberiùs illic in Flandriæ viſcera graſſaretur. B

Fruſtrà de pacis legibus agitur.

Ad Ipram ibi Comes occurrit. ab armis tamen temperatum eſt, placuitque maximè de ſcribendis pacis legibus ſermo. Vbi tandem vterque Princeps ad mutuum venit colloquium, ac de pacis conditionibus agi cœptum eſt: ea Rex infectâ repentino copias abitu in Franciam reduxit, tam ſolutis pauore, quàm hominis leuitatem ridentibus Flandris omnibus, qui Comiti parebant, viduæque Elſatij.

Rurſus in bẽllum ſurgit Balduinus.

Auctar. Aquic Rigord. in geſt. Phil. Iac Meier.

AN. 1198. Euolutis ſubinde menſibus aliquot anni ſequentis, nouus belli ardor Balduinum corripuit, cùm ad erepta Occidentalis Flandriæ oppida cogitationem conuertit. Ergò neceſſarijs ad militiam rebus comparatis, Auguſto deſinente non modicum militem illuc deduxit. Ad eius aduentum trepidarunt Arienſes, vltróque portas aperuere. Apud D. Audómarum laboris multum & temporis exactum: ac non niſi poſt ſex hebdomadas per ciuium deditionem eo potuit Comes loco potiri. Mouebat interim grauiter Innocentium Pontificem Romanum ingens Franciæ Regis facinus, quo Reginam Ingelburgam falſo conſanguinitatis prætextu thalamo domoque exegerat. C omninóque cenſuit aut blandis ſermonibus, aut vehementibus minis inducendum hunc Principem, vt eam aulæ & thoro reſtitueret.

Petrus Duacenſis Cardinalis à Papa in Franciam mittitur.

Auctar. Aquic. Rigord. Iacob. Guiſian. Iacob. Meier.

Eò Petrum domo Duacẽſem, ac dignitate Diaconum Cardinalem in Franciam legauit cum poteſtate maxima. Si námque monitionibus apud Regem parum proficeret, in mandatis ei dederat, vt ſuæ obluctantem voluntati anathematis telo feriret, totóque regno eius ſacra interdiceret. Peracta iam erant Natiuitatis Dominicæ feſta, cùm in Franciam Petrus peruenit.

AN. 1199. Inito igitur anno proximo apud Regem ſuam orditur legationem, ac Pontificias ipſi litteras tradit, quibus ad officium reuocabatur. Quòd Rex belli curis agitaretur, nihil ab eo principiò impetratum. ſpes tantùm iniecta rei feliciter peragendæ, poſtquam inter Francum Anglúmque Reges, ac Comitem Flandriæ pax coaleſceret.

Inter Reges & Flandrum pax componi nequit.

Auctores citati.

Ad hanc bonis legibus conciliandam indictus erat Conuentus in extremis Francorum Anglorúmque finibus opportuniſſimo loco. Et non multò pòſt Rex vterque, Epiſcopi, Abbates, ac Principes viri quamplurimi in cœtum coiuere. D

Induciæ tantùm fiũt, quæ mox violantur.

Auctores citati.

Nullis tamen pax conditionibus iniri potuit. ſolùm induciæ ad quinquennium obtentæ. Verùm paucis poſteà diebus eæ violantur. Quippe Balduinus Flandriæ Comes nouis incitatus promiſſis Anglorum Regis, cum Barenſi, Bononio, & Giſnenſi Comitibus in Angliam traijcit, ibíque fœdus cum eo percuſſit. Ac mox in Belgium regreſſus, Bononienſi præſertim adiuuante, tractus eos armis infeſtat, quos in Flandria Francus tenebat.

Negotium à Papa ſibi cõmiſſú fruſtrà Cardinalis vrget.

Iidem auctores.

Fruſtrà interim menſibus multis apud Regem Franciæ negotium Reginæ tractat Petrus Pontificis Maximi Legatus. Ergo dum videt varijs eius ſeſe fruſtrationibus ludificari, è Francia in Flandriam & Hannoniam iter arripit.

Idem cũ quibuſdam alijs capitur à Francis.

Auctar. Aquic. Rigord. Iacob. Guiſian Meier. Belleforeſt.

Verùm hîc ei minimè licuit eſſe tuto. Etenim vnà cum Philippo Namurcenſi Comite & Balduini fratre, ac nobilibus pleriſque haud procul Luthoſa, vel Lenſio, viam faciens ab Francis ex inſidijs circumuenitur, capitúrque. Sed his in Franciam ad Regem deductis, Balduini Comitis coniux Maria Lutetiam abijt pacem oratum.

Apud

A Apud Regem ea gratiam inuenit. Iis quippe captiuis libertatem impetrauit, quos
iam nominauimus, & obtinendæ pacis onusta promissis domum sese retulit. Ergo
Petrus Cardinalis è custodia missus in Burgūdiam abijt. Ibi dum præsentibus multis
Episcopis & Abbatibus aduersus Franciæ Regis contumaciam telum anathematis
intorquet, Peronam Francus Flandérque iter maturant. illic festis Christi natalibus
de pace colloquium calidè miscent; adeóque factum est Mariæ Balduini coniugis in-
dustria, vt inter Regem, Comitémque pax sanciretur adhibito etiam cōsilijs Ioanne
Insulensi Castellano. Ac tunc constitutum est, vt Ariam, Audomaropolim, & om-
nem Comitatus Flandrici ditionem cis Nouam Fossam iacentem Balduinus obti-
AN.1200. neret, cetera Occiduæ Flandriæ filio Regis tribuerentur. Lætis igitur Flandris om-
nibus ea Principum concordia, Balduinus expeditionis in Palæstinam votum nun-
cupat. quóue liberiùs eò proficiscatur, statuit vxorem in Belgio relinquere, vt in
Flandria & Hannonia intereà loci rerum satagat: & iam tū ei vnà cum Philippo fra-
tre Namurcensi Comite, Gerardo Flandriæ Cancellario, & alijs plerisque adiutores
B & consiliarios assignat Ioannem Castellanum Insulensem, & Balduinum Comi-
AN.1202. næum. Dilatum est tamen ad triennium eius iter. quo tempore multa interim per
Flandriam in melius ipse restituit: ac inter alia consuetudinem antiquauit, qua Co-
mites tota Flandria soliti erant tribus tantùm denarijs nostratibus vini poculum in
familiæ suæ vsum coëmere, licet longè maiori pretio mercatores sibi comparassent,
ac cellas eorum per vim irrumpere, qui recusarent ea pecunia vinum præbere, con-
stituto etiam ad hoc negotium perpetuo magistratu, qui Cellarum Perfractor dice-
batur. Ergo cùm grauis & iniqua Balduino videretur ea consuetudo, publicum
scripsit diploma, quo vetuit alio sibi, & successoribus pretio vinum vendi, quàm
AN.1203. probi homines, aut senatores statuissent. Et mox in Belgio multis concionibus po-
pulum à vitijs auertere, & ad suscipiendam aduersus infideles militiam accendere
moliti sunt Herluinus S. Dionysij Parisiensis Monachus, Petrus Rosiacensis, & Ful-
co Parisinus. Exinde secuta est insignis morum mutatio, ac plerique in album sacri
C exercitus adscribi flagitauere. Iis exemplo fuere Comes Balduinus, & vxor eius Ma-
ria ingentis sanctíque animi mulier. Igitur cùm ad eam expeditionem parata classis
in anchoris staret, Balduinus Flandriam & Hannoniam Philippo fratri, & Bur-
chardo Auesnensi vnà cum filiabus Ioanna & Margareta commisit. Per viam ab eo
Venetis data opera Iudertinis sub imperium eorum reuocandis. Et grati pecuniam
Veneti nauésque vlteriùs suppeditarunt. Ergo ab his adiutus Constantinopolim
Balduinus obsedit arctissimè, victo nauali pugna Alexio Isaacij Imperatoris filio;
eámque tandem obtinuit. Et cùm tunc in suffragia itum fuisset, cui nam Latino Græ-
corum Imperium daretur, omnium votis diademate donatus est Balduinus, cui vir-
tus & nobilitas id vendicare passim iustissimè credebātur. Duas verò intereà loci Ec-
clesias suis mors Pontificibus in Belgio viduauit. Exemptu scilicet viuis, apud Atre-
bates Petrus, & Stephanus apud Neruios. Petro successit Radulphus domo Gallus,
officio Atrebatensis Archidiaconus. Cùm Romanus Pontifex Innocentius eum in
Vrbe sacris vnxisset cæremonijs, etiam titulo S. Sabinæ Cardinalem renuntiauit, ad
D hoc ipsius & meritis & virtutibus impellentibus. An post Stephanum Turnacenses
Petrum apud Canonicos D. Virginis Cantorem Parisiis, & præclarissimum huius
Academiæ Doctorem, Episcopum suum nuncupauerint, non ausim asserere. saltem
id compertum habeo, in eum aliquando (fortè post Euerardum) collata fuisse Ca-
nonicorum suffragia: postquam tamen animaduertit electionem vitio factam fuisse,
nulla se ratione passum adduci, vt infulas sibi oblatas reciperet; nihilque prius ha-
buisse, quàm vt paullò pòst in Longi Pontis monasterio religiosis sese vitis insere-
ret. Igitur Gossuinum Fastradi Willemiensis Reguli filium Tornacenses Stephano
AN.1204. successorem adscribunt, qui tunc Archidiaconum apud eos agebat. Eodem fermè
tempore ad Robertum Cardinalem Presbyterum, & Sedis Apostolicæ Legatum
frequentibus querelis perlatum est, rarius D. Petri Canonicos, ac præsertim Præpo-
situm Insulam celebrare, multúmque hoc foris emanente tam nobili Ecclesiæ dam-
num afferri. Illuc igitur is diligenter intendir animum, vt remedium ad eam rem

Hác aliosque captiuos impetrat ab Rege Balduini coniux. *Auctar. Aquic. Rigord. Meier. Guisianus.*

Cum Rege Franciæ pacē init Flandriæ Comes. *Auctores citati.*

Idem sacrum bellū vouet: id tamen in triennium differt. *Iacob. Meier l. 7. Petr. Oudegh. cap. 94.*

Comitum Flandriæ de vino consuetudinem abolet. *Bald. diplom.*

Ad bellum sacrum multi concionibus incitantur. *Iac. à Vitriaco, Guisian. Oudeg. Iacob Meier l. 7.*

Ad id cum vxore proficiscitur Flandriæ Comes. *Auctores citati.*

Capta Constantinopoli Imperator creatur. *Nicetas Paul. Ramnusius Auctores citati.*

RADVLPHVS fit Episcopus Atrebat. & Cardinalis. *Tabb. Ecclesiar. Torn. & Atreb.*

An post Stephanum Petrus fuerit electus Pontifex Tornacensis? *Ioan. Cousin. l. 4. Rer. Tornac. cap. 1.*

GOSSVINVS renuntiatur Episcopus Neruiorum. *Menoon MSS. Eccles. Tornac.*

De Præposito S. Petri Insulæ quid Robertus Cardinalis statuerit. *Diploma Card.*

opportunum quæreret. Eius itaque mandato Insulam venere Præpositus Brugensis, Abbas Laudensis monasterij, Cortracensis Decanus, & Wattenensis Præpositus, vt hoc negotium profundiùs indagarent. Vbi horum relatione rem omnem Cardinalis didicit, hoc in primis statuit, vt, quoniam ad Præpositum & animarum cura, & iurisdictio pertinet, quicumque ad eam promouebitur dignitatem, statim se iureiurando constringat intra tempus annuum saltem Diaconatus ordinem suscipiendi, & singulis annis sex, vt minimùm, mẽses Insulæ commorandi, ac templum adeundi. A

AN. 1205. At in Grçcia durum fuit plerisque ab Gallis Latinisque iura sibi dari, legésque. Eam ob rem rebellauit in primis Adrianopolis, eóque confugêre, quos Ecclesiæ odium incesserat. Igitur Imperator Balduinus, priusquam vires caperet seditio, citissimè malum ratus opprimendum, eam vrbem graui premit obsidione. Sed mox ipsi suppetias magnis copiis Valachri aduentant, & Latinis metum iniiciunt. Vires tamen eis opponendas, ac pugnandum arbitratus est Balduinus: ideóque frontem ipsis obuertit, aciémque composuit. Commissum illic prælium acre, & magna pugnatum est animorum & virium contentione. Eóne conflictu Imperator ferro transfossus occiderit, an interceptus, & vinculis onustus in Valachriam ad necem ductus fuerit, incertum est. saltem posteà nusquam comparuit, cùm frater eius Henricus Imperium adeptus quosdam viis occultis submisit, qui de ipso tum in Valachria, tum alibi diligenter inquirerent. Asseuerant aliqui, viuum in manus hostium venisse: annum integrum & ampliùs paullò apud barbarum Valacriæ Principem Ternobi seruatum in catenis. hunc eum postmodum Aspietç ad Latinos defectione grauiter accensum miserando prorsus fato perdidisse. huius imperio pedes tibiasque securi abscissas, dein truncatas etiam manus. reliquum denique corpus feris auibúsque in valle obiectum. eo in tormento postquam triduum superuixisset, anima tandem priuatum fuisse. Addunt alij, dum à Belgis illuc missis de cæde & cadauere quæreretur, Latini nominis mulierem iureiurando firmasse, collectos ab se tabidos ac fluentes artus, bumóque contectos. Huius viri morte magnam Flandri iacturam fecere, ob eximios sanctósque eius mores. Vt de multis aliquid proferam, religio & modestia venerationem ei maximã conciliabant. Diuinis laudibus plurimum temporis dabat. in pressos aliqua necessitate homines nummos aliáque erogabat liberaliter. eos benignè tolerabat, quos suæ cernebat aduersari sententiæ. ab vxore cùm abesset, nullam in mulierem oculos impudicè coniecit. bísque per hebdomadam peruesperi iubebat proclamari, ne quis aliena coniuge abusus intra palatium quietem noctu caperet. Nonnullis laborem mandauit res omnes libris complectendi, quæ per Flandriam & Hannoniam pace bellóque gestæ fuerant, hísque iura, consuetudines, priuilegia, leges harum regionum inserendi. Quæ cernitur Cortraci Beatæ Virginis ædes Canonicorum ornata consessu, hunc suum præcipuè laudat auctorem.

Adrianopolim iuxta pugnans Balduinus vincitur.

An ibi fuerit occisus? Meier. l. 7.

Nicet. Gregor. lib. 1. Annal. Papir. Masson. lib. 3.

Oudegh.

Laudes Balduini. Nicet. d. l.

Gauf. in Annal. Hannon. Meier. Locrius.

B

C

Igitur perlatis de Balduini Comitis morte in Flandriam nuntiis, omnia mox ingenti luctu mixta completáque fuere. Præcipuus tamen dolorum turbo in filias eius Ioannam & Margaretam incubuit, quæ Gandaui apud Mathildem Philippi Elsatij viduam pro splendore generis apparatu maximo educabãtur. Quòd enim vtroque parente orbæ essent, nullúmque fratrem haberent, qui paternum caperet imperium, ac ideò Principatus à parentibus relictos & opes adirent, magnus eas meritò timor inuasit, ne quid aduersum in ipsas vel aliqui Flandrorum & Hannonum proceres, vel Philippus Franciæ Rex moliretur. Et poterant sanè nonnullorum cupidinem acuere harum regionum fertilitas & potentia, vt auidiùs illis inhiarent, quarum relictæ essent heredes puellæ. Neque paullò pòst defuerunt, quorum fides in eas cœpta sit tentari. In his præcipuus exstitit Philippus Comes Namurcensis, earum tutor & patruus; vt tantò fœdiori crimine obstrinxerit sese, quantò maior sanguinis necessitudo, & tuendi officium, ab omni in eas maleficio auertere debuerant. Vix enim pauci dies ab receptis de Balduini fato nuntiis effluxerant, cùm is tandem ab Rege Franciæ tum muneribus, tum pollicitatione ad contrahendas nuptias regiç virginis, adeò transuersum fieri se passus est, vt occultis itineribus vtramque Parisios mitteret.

Filiarum ex eius morte dolor & metus.

Chronic. Fland. cap. 12 & 13. Iacob Guysian. Iac. Meier lib. 7. Pet. Oudegh.

Philippus Comes Namurcensis eas clàm in Franciam ad Regẽ deportat.

Auctores citati.

D

A ret. Eam nobilissimis puellis, totique Flandriæ illatam turpiter iniuriam grauissimè Flandri, vt par erat, tulere. ideóque statim Philippo & virginum tutela,& Flandriæ gubernaculis interdictum est seueriter; ac in Burchardum Auesnium Flandriæ totius procuratio & imperium collata; qui tam præclarè prouinciam sibi commissam gubernauit, vt subortos variis in locis tumultus sapienter, breuique oppresserit. Actum etiam per legationes apud Regem,vt abductas per iniuriam puellas in libertatem restitueret,néue nuptum eas daret,nisi subditis earum approbantibus,quibus ipsæ essent charissimæ.haud enim hos æquis animis perpessuros,vt apud eos maritos collocentur, à quibus ipsi abhorreant. si paternas in ditiones remittantur, maximæ ipsis curæ futuras, tũ vt pro generis claritudine ab omnibus colantur, tum vt matrimonia sibi congruentia ineant.Verùm ijs postulationibus aures Frãcus obstruxerat, nullâque annis aliquot illas in patriam ad suos remittendi spem fecit.Intereà tẽporis

Ob hoc factũ et tutela carẽ, & Flandriæ gubernatio adimitur.
Solusque hãc regit Burchardus Auesnius.
Pro Balduini filiabus ad Regẽ legatio Flandrorũ & Hannonum.
Chron. Flãd. & auctores citati.
Nihil tamen ab eo impetratum.

AN.1206. pulcherrimum Duaci anno sexto ac millesimo & ducentesimo spectaculum præbuit florentissimus hominum Conuentus. Elegantius auctiúsque D. Amati templum

B omninò surrexerat. iámque tantùm excitanda maiori populi pietate & religione,S. Amati corpus in parato pulcherrimè loco editiùs erat statuendum. Hoc igitur vt magna denique pompa peageretur, vehementer allaboratum est. Qui sanctum id corpus è veteri capsa manibus educerent, ac in nouum capulum transponerent, tres euocati Pontifices, Gerardus Catalaunensis, Gossuinus Tornacensis, & Radulphus Atrebatium. De vicinis Abbatibus conuenere,secúmque maximã cœtus sui partem duxere Wilelmus Aquicinctensis,Nicolaus Mattianensis,dein Hasnonius,Hymniacensis,& Cysoniensis.E remotioribus interfuere Elnonensis,D. Martini Tornacensis,S.Martini de Monte,Hugo D. Petri Gãdensis,Werinus Castri Mauritaniæ, Walterus S.Foillani.Cameraco venere tres Archidiaconi,Godefridus,Sigerus,& Nicolaus,Hugo Cantor,& pars potior Canonicorum D.Virginis,& S.Gaugerici:Tornaco Theodoricus Archidiaconus, & Decanus, cum plerisque Canonicis: Atrebato Ioannes Decanus, Pontius Archidiaconus,& non pauci Canonici : Insula Canoni-

Magna cum põpa S.Amati Reliquiæ transponũtur Duaci.
Lib. argẽt. Eccles. S. Amati.

C corum pars maior·Lendio Albricus Decanus & Canonici omnes.Neque defuerunt alij aliunde Clerici,& viri nobiles innumera multitudine.Igitur cùm transponendis B.Pontificis Reliquiis dictus esset dies quartus & decimus ante Kal.Nouẽbris: priusquam ea contingerentur,triduano ieiunio castigauere omnes corpora:ter oppidum nudis pedibus intra muros obitum suppliciter,& circumlata reuerenter à Clericis & Monachis Diuorum aliorum lipsana.Ipsa verò die,qua frequẽtissimis hominibus in capsam aliam transferendũ erat sancti corpus Confessoris, conuenientibus vnà cum reliquis omnibus sacris viris D.Petri Duacẽsis Præposito,Decano,& Canonicis,supplicatum est primùm in æde Amatensi.Eo de loco sumpta S.Pontificis theca. Processum inde vrbem extra versus Atrebatum.In pompæ seriem prodibant Episcopi, Abbates, Prælati alij, Canonici & Religiosi, quos enumerauimus. Vnà ferebantur S. Mauronti, D. Rictrudis, S. Eusebiæ, S. Vulganij, & aliorum non paucorum Diuorum corpora; dein pleræque instructæ sacris capsæ ossibus. In suburbio loco patenti stetere omnes in coronam aliquamdiu. Illic in mensam altiùs eductam, & peristro-

D mate obtectam depositus est S. Amati capulus. Inde mox Episcopi extractum eius Diui corpus palàm sacris hominibus, & populo videndum & colendum obtulere. Datum deinde tempus aliquod precibus, & ingentis lætitiæ ac religionis restibus lachrymis. Reductâ paullò pòst sacram in ædẽ omni pompâ, nouo ex marmore mausoleo imposita fuere S.Pontificis ossa. tantùm partes quędam retentę,ac integrũ caput:ac illæ quidẽ,vt Episcopis & Prælatis,qui festum celebrauerant,tribuerentur: hoc

AN.1208. verò,vt auro & argento exornatum publicè gestaretur festis solemnioribus.Biennio pòst Radulphus Atrebatium Episcopus ex sententia Summi Pontificis,& voluntate Remensis Archiepiscopi Bellorepario ad Scarpum flumen sito monasterio (quod anteà memorauimus à Gisla B. Euerardi Cysoniẽsis fundatoris coniuge structum ac dotatum fuisse) virgines minùs piè ac honestè degentes exegit : ibique Abbate Cysoniensi flagitante (cui suberant illæ) è Cysoniensi cœnobio Canonicos Regulares posuit, qui perpetuùm Cysoniensi Antistiti obstringerentur. Eodem omnino

Bellorepario virgines eijciuntur,idque monasterium Cysoniẽsibus traditur, vt ibi Canonici Regulares collocentur.
Monument. Cysoniens. Meier. in Chron.

Desiderius Abbas Montis S. Eligij constituitur, ac religionem promouet. *Tabula Montis Eligiani. Andr. Vaill. Loc.*

tempore Asso Montis D. Eligij Abbas vita defunctus est. Dum quæritur aliquis, & A
qui locum eius obtineat, & disciplinam haud parum collapsam restituat, in Desiderium vota omnium collata. Is Decanum priùs & Canonicum egerat in æde S. Petri Insulæ, erátque multa virtute nobilis, ideóque peridoneum se præbuit monasticę disciplinæ in pristinum vigorem reuocandæ: quamquam prima tantùm posuisset religionis rudimenta, non ita diu hanc in familiam receptus. Et sanè studio eius laboréque sensim reddita sibi est illic religio. Inter eius opera censetur ea vinea, quæ plurimos annos accliui loco depacta multum vini, eiúsque non insuauis aut degeneris, ad nostra vsque tempora in Canonicorum Regularium ibi degentium vsus quotidianos protulit. Et ferunt eius beneficij memoriam reuocare oberrantes eius tumulo cum racemis & pampinis vitis surculos.

VVillelmus Abbas Aquic. fit Abbas Elnonensis. *Chron. Aquic.*

Florebat his quoque temporibus in Aquicinctensi monasterio Willelmus Antistes. Eius mores, studia, virtutes cùm attentiùs perspicerent Elnonensis cœnobij Religiosi, quòd patre essent destituti, eum sibi Præsulem donari petiere. Factum satis est eorum desiderio. Verùm minimè diu licuit his tam pręclaro frui Abbate. Etenim is cùm Romam adiuisset, inde vix reuersus, ad Claræ-vallis Monachos se transtulit. B

Ei Simon succedit.

Interim Aquicinctenses Ascetæ Simonē sibi præfecere, cuius labore tam domestica seruata est disciplina, quàm templum suis numeris absolutum, ac duabus ornatum turribus, & magnis ex ære campano nolis nouem. Sed quantum his in partibus religioni rebúsque sacris impendebatur studij, tantum in extrema Gallia iis damni Albigenses hæretici afferebant, quos fœdissimi errores cōspurcauerant.

Bellum in Albigenses decernitur.

Doluit vehementer Innocentio Tertio Pontifici Maximo & D. Dominico, damnatis ijs dogmatibus implicari, & pessumdari Tholosatium, & vicinorum populorum ingentem multitudinem. Statímque ab illo decretum in eos AN. 1210.
bellum acerrimum: & virorum insignium hortatibus impulsi vehementer Catholici Principes sunt, vt in ipsos arma corriperent.

Dum ad id bellū Catholici incitātur, quid Fulconi acciderit Insulæ. *Thom. Cantipratens. lib. 2. Apum cap. 22. Iacob. Meyer. l. 7. Andr. Hoius in vit. Iac. de Vitr.*

Per id tempus mirum quiddam Fulconi Vtenhouio patria Gandensi, Canonico D. Petri optimis moribus prædito accidit Insulæ. Venerat hanc in vrbem Iacobus de Vitriaco Innocentij Pontificis Romani Legatus, vti multos suis concionibus ad suscipiendam aduersus Albigenses C
factam expeditionem accenderet, quemadmodum alibi feliciter perfecerat. Igitur postquam Fulconis optimas artes, ingenium, eloquentiam, sanctos mores, operáque pia pernouit: apud eum multis verbis insistere cœpit, vti zelo religionis æstuans ad eumdem secum Christi Crucem prædicandi, & multos ad sacram contra hæreticos militiam exstimulandi laborem incumberet. Parum placuit is sermo Fulconi: statímque Iacobo renuntiauit, nequidquam ipsum eiusmodi verba serere. Et cùm Iacobus per amicos ad hoc tam vtile rebus Christianis negotium & calidè & acriter vrgeret: etiam animo valdè commoto respondit, nunquam id se laboris susceptu-rum. Igitur cognita Iacobus hominis peruicacia, duo facere instituit. Primùm enim ea fretus potestate, quam de Pontifice Romano acceperat, Fulconi grauiter præcepit, si vellet impetrare peccatorum suorum veniam, vti munus concionandi capesseret. Atque vbi parum se proficere perspexit, eo vehementiùs obrogante, ac nullam eius rei mentionem tolerante; ad irrogandas denique pœnas respexit. Verùm tametsi potuisset eum vi potestatis ab Innocentio sibi traditæ diro fulmine anathematis afflare: maluit tamen alio genere pœnarum percellere. Ergo tractis imo de D
pectore suspiriis, vnum id ab æterno Numine flagitauit, vti Fulconi non modò eius negotij, quòd adeò refellebat, verùm etiam alterius cuiuslibet operis peragendi facultatem eriperet. Et mox imprecationem grauis sequitur effectus. Quippe Fulconem ad ea Iacobi verba vehemens febris æstus corripuit, adeòque sæua ventris deiectio, vt annos quinque ac viginti quartana semper laborauerit, & continuo sanguinis fluxu intabuerit.

Flādri omnia tentant, vt Ioānam, eiusque sororem ex Francia domum reducant. *Chron. Fland. Gerson. Meier. aliq.*

Dolebant interim plurimùm Flandri Ioannam Principem suam ab Rege in Francia retineri: & quamuis Burchardus Auesnensis sapienter ditionem moderaretur, omnibúsque periculis prudenter iret obuiàm: malebant ij tamen illius aspectu frui, imperiúmque tolerare. Ergo nihil intactum relinquunt, quo tandem ipsam è Francia domum reducant, siue precibus, siue legationibus, aut Principum intercessionibus esset opus. Haud ta-

A men iis omnibus permoueri se passus est Francorum Rex Philippus. Neque prius mentem admisit Ioannam in Flandriam remittendi, quàm de ipsa nuptiis illiganda cœptum est agi. In hoc tamen negotio ab Flandris non parum dissentiebat. Cùm enim hi Anglum maximè vellent Ioannæ maritum tradere: cum ea gente nuptias damnans, ei quempiam ipse Principem Francum iungere moliebatur. Id scilicet vnum studebat, vt cum Franco implexam matrimonio in potestate faciliùs haberet, ac quæ suggereret animi libido, in Flandros, eámque liberiùs perficeret. Non latebant ea consilia Mathildem Philippi Comitis viduam, ac moderatorem Flandriæ Burchardum. Vt igitur Regis conatibus tam Flandriæ aduersis, ac nobilissimæ noxijs puellæ, occurrerent: ex alia planè gente quærendum virgini maritum arbitrati sunt, quem nec Francus Rex auersaretur, nec Flandri metuerent. Erat Sanctio Lusitaniæ Regi alios inter liberos Ferrandus insigni admodum animi robore, ac multis alijs virtutibus nobilis: eiúsque iam fama non leue apud Francos nomen collegerat. Cùm itaque is magna Mathildem tangeret necessitate sanguinis, non fuit B difficile Flandris persuadere, vt ei Ioannam côiungi nuptijs permitterent. Plus apud Regem Franciæ laborandum timebatur. Verùm Mathildis tum blanditijs, tum AN. 1212. pollicitationibus denique perfecit, vt consensum eius extunderet. Igitur tandem celebratæ sunt ex Parisiis nuptiæ apparatu quàm maximo, Flandris & Hannonibus ad superbissimam sumptus pompam suppeditantibus. Verùm priusquam iureiurando fidem Regi Ferrandus præstaret, ab eo coactus est pacis conditionibus Peronæ nuper confirmatis renuntiare, Ariámque & Audomaropolim Regis filio restituere. Id quod cùm nec ipsi, nec Flandris arrideret, omninò priùs è Francia coniugem & amitam in Flandriam reducere contendit, quàm vtrumque illud oppidum Ludouico reddidisset. Sed Ludouicus id grauiter tolerans, miro ipsum coniugémque facinore perculit. Cùm enim quasi honoris caussa vtrumque Peronam vsque deduxisset: hîc extemplò clausis omnibus portis, pedem efferre vetuit, ac tam diu adhibita ingenti custodia detinuit, donec ipse repentino procursu Ariam & Audo- C maropolim oppressit, sibique parum munitas subiecit. Altiùs in animum eam iniuriam Ferrandus demisit, quàm credi potest: dissimulato tamen in præsens concepto mentis dolore, impetratóque discessu, cum vxore & amita Duacum descendit. Hîc dum festiuo apparatu, & varijs officijs ab omnibus colitur, febri Ioanna têtari cœpta est. Igitur Ferrandus, ea dum curatur, aliò properandum ratus, vti Flandros sibi conciliaret, ab ijsque Comes inaugurareur, primùm Insulam, dein Cortracum, Ipram, Brugas, & Gandauum adijt, relicta cum vxore Duaci Mathilde. Verùm vt alijs in vrbibus & facilè & cum honore plurimo in Comitem ab ciuibus receptus est: ita Gandauenses oppidò infensos sibi sensit, nec potuit ab ijs impetrare, vt in vrbem, eeu Comes, admitteretur, nisi coniugem vnà deduceret, ad quam hereditario iure Flandria spectabat. Ergo dum magno furore æstuans (erat enim vasti, & iniuriæ admodum inpatientis animi) Cortracum celeribus equis repetit; Raso Gauerus, & Arnulphus Aldenardensis tumultuariè Gandaui rem agunt; è ciuibus fortissimis & factiosis manum aliquam contrahunt, rectáque tendunt Cortracum, vt Ferrandi D Comites Gerardum Gandauensem, & Ioannem Nigellanum (quos ardentibus odiis insectabantur) intercipiant obruántque. Ij dum Cortracum impetu maximo irrũpunt, à periculo propiùs abfuit Ferrandus. Iã enim primùm hic inde viam ingrediebatur, neque suos in ordinem ad pugnam collegerat, quòd nihil hostile futurum arbitraretur. Vnicum tamen sibi suísque præsidium attulit, cùm pontem à tergo celeriter fregit, priusquam hostes eum obtinerent. Ita denique Insulam, ac mox Duacum incolumis, sed ira vehementer accensus, redijt. Dum hæret diutiùs Duaci, commodè Ludouicus Regis filius, qui nuper Ariam & Audomaropolim in potestatem redegerat, Atrebatum venit. Igitur per locorum viciniam missis vltrò citróque legatis, de rebus controuersis agi cœptum est. Eóque tandem Ioannæ rogatu Principes vterque deductus, vti locum tempúsque colloquendi statuerint. Dictus est dies Apostolo Matthiæ sacer. ad Wendinium Pontem locus delectus. Istic post varias altercationes in has itum pacis leges: vt Ferrandus & Ioanna in perpetuum Ariam

Ne cũ aliquo Frãco nuptias ineat Ioanna conituntur. *Eadem.*

Mathildis & Burchardus Anesnius cum Ferrãdo matrimonium conciliant.

Chron. Fland. cap. 14. Iacob. Guisian. in Annal. Hannon. Iper. Lac. Meier in Annal. Flãd. Petr. Oudegh. Bellefor. alij.

Cogitur Ferrandus pacem Peronensem reuocare.

Auctores citati.

Dum venit in Flandriam cũ vxore, à Regis filio Peronæ detinetur. *Auctores citati.*

Interim ei Audomaropolis & Aria eripiuntur.

Dum Ioanna febrĩes hæret Duaci, Flandriam obit Ferrandus, & à multis excipitur honorificè. *Auctores citati.*

A Gandẽsibus non admittitur, & ab ijs periculũ incurrit Cortraci. *Auctores citati.*

Cum Ludouico Regis filio pacẽ init ad Pontem VVendinium. *Littera Ferrãdi Oudegh. c. 100. Florent. Vanderhar. l. 2. c. 2. de Cast. Insul.*

& Audomaropolim, & his subiectas ditiones non repeterent: Ludouicus his oppidis totáque Artesia contentus, ad ceteram Flandriam nihil iuris acquireret. Atque mox vtrimque obsides, inter quos Ferrandus Balduinum Cominiensem, Rogerium Insulcíem Castellanum, Sibyllum & Hellinum Waurinios obrulit. His eum in modum peractis, cùm nihil pacati per legationem ab Gandensibus impetrat; magnas Ferrandus copias cogit, iisque septus coniugem in territorium Gandense deducit. ibi multos eius locos bellicum in motem corripit vastátque, & maiori ciendo terrore, vrbem propiùs mouet exercitum. Depressit animos rebelles tum clades accepta, tum maioris metus, atque Principis præsentia: multáque tunc prodita complectendæ pacis indicia. Et valuit plurimùm Mathildis studium ad mouendos in Ioannæ desiderium vrbis primores. Igitur his posteà impellentibus tota ciuitas Ioannam in Flandriæ Comitem, ac Ferrandum in eius tutorem magnifico excepit apparatu: eóque facto ceteræ vrbes in vtriusque amicitiam pertractæ sunt. A

Gandenses ad officium erga Ioannam & Ferrandum coguntur.
Chron. Fland. & Hannon. Meier. Oudegh. B. Esforest.

Non multo interiecto tempore Burchardus Auesnensis, de quo antè scripsimus, cum Margareta Ioannæ sorore nuptias contraxit, tametsi sacer ordo, quem susceperat, procul arceret matrimonio. Qui Præpositum Collegij Canonicorum D. Petri fuisse asserunt Insulæ, & cùm ei puellæ, quam educabat, renitenti, at timore tandem perculsæ vitium intulisset, duos è furtiuo concubitu masculos sustulisse: plurimum ab rei veritate discedunt, & grauem impingunt tum ei Principi, tum Collegio iniuriam. Apud veros eius historiæ narratores ita comperi. Erant Iacobo Auesnio, qui fortiter in Syria pugnam obeundo gloriosam pro Christi Fide mortem oppetijt, tres omnino filij, Walterus, Hugo, Burchardus. Hunc cùm puerulum Philippus Elsatius Flandriæ Comes animaduertisset insigni præditum ingenio, præclarisque corporis dotibus; ob patris merita singulari amore prosequutus est, intérque aulæ suæ nobiles allecto quaternos equos, & omnes corporis necessitates attribuit. Vbi de Comitis eiusdem venia mentem & conatus ad studia litterarum Brugis appulit Burchardus, eloquentia plurimùm valuit, auctórque fuit eius magister Comitis vxori, vt altiorum disciplinarum gratia in Galliam primò Parisios, dein Aurelianum transmitteretur. Inter studiosos philosophiæ tam moralis, quàm naturalis palmam retulit Parisiis. in scientia Iuris eos fecit progressus Aureliani, vt laurea donatus magna laude ibidem Leges explicuerit. Peruagata totam Galliam, Belgiúmque eius doctrinæ & ingenij fama, flagrantissimam ipsi Principum quorumdam gratiam conciliauit. Et tunc apud Philippum Comitem, eiúsque coniugem maiori opinione floruit. illóque vehementer annitente factus est Lauduni Archidiaconus, & Canonicus; Tornaci verò Canonicus & Thesaurarius. Cùm igitur ob hæc sacerdotia & dignitates grauiter vrgeretur ab Laudunensibus, & Tornacensibus Canonicis, vti sacris initiaretur: hypodiaconem se quidem creari passus est, ne beneficijs iis, vt vocant, nudaretur; at inuitus, & ignaris propè omnibus quà consanguineis, quà familiaribus. Vbi plusculum postcà temporis Aureliani transiisset, vtroque se abdicauit sacerdotio, ac Clericum exuit. Virgatis ac militaribus tectus vestibus, enséque accinctus, equestri certè cultu pompáque in Flandriam subinde venit. Hîc frequens in bello, multa edidit præclara virtutis militaris facinora, iisque magnum in Flandria, Hannonia, & Anglia nomen peperit; totúsque ad equestrem gloriam rapi videbatur. Tactus præcipuè factis eius & fortitudine Richardus Rex Anglorum: ideóque præsente, & annuente Balduino Flandrorum Comite, equestri balteo exornauit, multisque in Anglia colligendis donauit censibus. Exinde per Angliam, & præcipuas Belgij prouincias non modò nobiles viros præclaris animi dotibus sibi deuinxit, verùm etiam vrbium vbique primotes. passímque iactabatur, ipsi nullum bellica laude & fortitudine parem esse: qui profundiùs, veriùs, eloquentiùs animi sensa dandis consilijs depromeret, aut explicaret, nullum reperiri: corporis insigniter compacti elegantia, & viribus ceteris eum præstare: illibatis moribus, & dignis heroë virtutibus nulli cedere. ideóque breui ad summa officia effloruit. Ergo Balduinus Comes his tot Burchardi laudibus vehementer affectus, cùm sacrum iter in Palæstinam meditaretur, quamuis ardentem vnà proficisci, & cædem paternam

AN. 1212. B C D

Burchardi Auesnij cum Margareta nuptiæ.
Iacob. Guis. in Annal. Hann. Iacob. Meier. Chron. Fland. Iperium Petr. Oudegherst. in Annal. Fland. Vide Gallo fl. l. 2. c. 15.
De Burchardi statu, officijs, & nuptijs vera narratio.
Libellus M.S. Iac. Guisian. in Annal. Hann. Iac. Meier lib. 6. Flor. Vanderhar. de Castel. Insul.

A præclaris facinoribus vendicare, in Belgio tamen retinendum censuit: iámque ad longinquam expeditionem accinctus, vnà cum Philippo fratre suo regionum suarum moderationi, & filiarum tutelæ adhibuit, vt anteà significauimus. Quòd multas iam opes sibi comparâsset, imposito sibi muneri Burchardus eum in modum satisfecit, vt & præclarè Rempublicam administrauerit, & curandis colendísque apprimè Comitis filiabus magnificam & quasi Principalem semper familiam aluerit, multa sæpius Equitum ac Nobilium frequentia. Et cùm Philippus Comitis frater occultis molitionibus in Franciam neptes deduxit, nullam cum ipso fluxę fidei noxam contraxit. Eam ob rem cùm Rex Franciæ vtramque sororem in Flandriam & Flandrorum & Hannonum querelis ac precibus sæpè pulsatus remisisset, haud minùs eis & Mathildi, quàm anteà, charus exstitit. Vixque Ioanna earum altera Ferrando Regis Lusitaniæ filio per nuptias coniuncta Flandriæ Comitatum iniit, cùm rogantibus Mathilde Flandrísque, ita soror eius Margareta illi concredita est, vt ipsam domi seruaret, aleretque tribus annuatim pereeptis librarum millibus. Vt hoe ei
B persuaderetur, multa fuit opus animorum contentione, cùm facilè perspiceret, haud minùs inuidiæ, quàm calumniæ id munus patere. Igitur cùm tandem flagitantium precibus impulsus Margaretam regio cultu domi haberet, nulli suspectus est vel fractæ castitatis, vel sollicitatæ virginis. contrà omnes eum & admirari, & magno in pretio habere, quòd ea puella integerrimis moribus, summa religione, modestia, & pudicitia ipso magistro adolesceret. Non deerant, qui magnis eam nuptijs constringere optarent. E consanguineis suis Burgundo cuidam Franciæ Rex tradere conabatur. Salisberiæ Comes primogenito filio suo deposcebat. Neutri tamen illigare Flandri voluere. Ab his spretus est Anglus, quòd periculum claudicandi ingrueret, cum Franco sanguinis necessitudo alterum arcuit. Quòd vtrumque commendaret Burchardus, apud Mathildem gratiam inuenit, à qua sermo iste vel sponte prolatus, vel forsan excidit: Quid si nuptias Margaretæ non tam alijs, quàm sibi Burchardus optaret? Et fuit è puellis nobilibus, quę Burchardo in aurem hæc diceret. Ve-
C rùm is nihil maturandum in tanto negorio arbitratus est. cum necessarijs & propinquis ea, quæ perceperat, communicat. Post diuturnam deliberationem, in eam itum sententiam, vti Mathildis animum tentaret. obtulitque prouentus aliquos frater eius Walterus, vt rem promoueret faciliùs. Non illubenter Mathildis Burchardum de nuptijs suggerentem audiuit. priusquam tamen aliquid constitueret, ad sororem Margaretæ, & vrbium primores retulit. Qui refragaretur, eorum nullus est inuentus: quandoquidem sapientia, virtus, integritas supra ceteros virum attollerent. Neque id Margareta matrimonium respuit, quam præ ceteris pręclaræ hominis dotes imbuerant. Ignurignaris omnibus Canonico Burchardum impedimento à nuptijs arceri, nobilissima ipsi virgo addicitur, quam nullus rebatur externo tradendam. Ita denique Ioanna, Ferrando, Mathilde, ac Philippo Namurcensi volentibus, magno, vt decebat, apparatu, & videntibus cunctis, non multò pòst mutuo nuptiarum fœdere Margareta & Burchardus copulantur: in eámque post festa nuptialia ludósque ditionem discedunt, quam fratri Walterus in Hannonia donaue-
D rat: ibique liberos secundò intra breue tempus suscipiunt.

AN. 1213. Initium damnum ingens multiplexque Gallo-flandria nostra tolerauit, exorto Ferrandum inter Regémque Francorum acerrimo bello. Huius causam ita produnt auctores. Coactis priùs Suessione comitiis, vt de belli, quod in Anglos mouebat, iustitia cognosceretur, armauerat ingentes copias Franciæ Rex aduersus Ioannem eorum Regem iámque paratis omnibus machinis, & plurimo commeatu, ad vicina Oceano loca properabat, vbi classis & maxima, & apparatu bellico instructissima eius aduentum in anchoris pręstolabatur. E proceribus imperij Francici nullus aberat, excepto Flandriæ Comite Ferrando, quem tamen Philippus Rex admonuerat, ne suam desiderari ad eam expeditionem pateretur operam. Verùm is non mediocriter ira succensus, ob ea, quæ Ludouicus Regis filius in eum antè patrauerat, vt suprà docuimus, audenter Philippo responderat, nusquam se cum eo profecturum, nisi de ipso Ariam & Audomaropolim reciperet. Quòd vrgeretur temporis angu-

Bellum inter Regē Fráciæ, & Ferrandum Flandriæ Comitem oritur.

Rigordus in gestis Philip. Aug. Guiliel. Brito l. 9. de reb. Philip. August. Chron. Fland. Iac. Guis. Paul. Æmyl. Nicol. Gill. Robert. Gaguin. Iac. Meyer. Pater. Mss. Pet. Oudegh. Bellefor. alij ex quibus præcipuè totam hanc deduxi narrationem.

A

angustiis, nihil in præsens visum fuit Regi mutare; tantúmque sanctè promisit, in compensationem eorum oppidorum, quæ filius tenebat, alia se daturum. & cùm nihil ea Comes pollicitatione moueretur, habendo colloquio, & dicendis concordiæ legibus Arkas constituit. Die condicto Ferrandus Arckas intendit. Verùm inde Philippus Grauelingam iter matutauerat; & iam de suis aliquos miserat, qui Ferrandum eò ad Conuentum perducerent. Res ea parum placuit Ferrando; itaque statim facilè locum & Regis instabilitatem doli suspexit. Ergo Grauelingam proficisci animo prorsus obstinato negauit, ac domum extemplò rediit.

Rebus cum Anglo compositis, copias in Flandriam vertit Augustus.

Sub hæc rebus in Anglia Pandulphi Pontificis Maximi Legati prudentia compositis, vetitóque verbis eius Philippo in Angliam copias bellúmque nauibus transuehere: omnis belli turbo in Flandriam conuertitur. Quippe Francus non parum Ferrandi obstinatione acerbatus, dimissa per Oceanum Brugas versus omni classe, reliquum exercitum in mediam Flandriæ regionem deducit.

Casletum & Iprā subigit.

paucis diebus Casletum occupat. inde castra Ipram mouet. hanc deditione accipit.

Ferrādum ad colloquium non admittit, eque Flandria iubet discedere.

Eò cùm venisset Ferrandus accepta fide publica, colloquium de rebus cōtrouersis impetrare nō potuit; exclusúmque portis tota Rex Flandria iussit profugere. B

Ferrandus cū Anglo foedus init.

Hæc iniuria Comitem ad nouum facinus impellit. Etenim missis ad Anglum legatis, eius societatem opésque sibi conciliat.

A Frāco Brugæ in potestatē rediguntur.

Sed dum hic classem adornat, intereà loci Francus in potestatem Brugas redigit.

Gandauum obsidetur.

Eo de loco castra subinde prouehit Gandauum. Plus illic animorum, & fidei sensit, quàm sperauerat. Igitur dum vrbem duplici exercitu circumuenit, & machinis quatit:

Classē Francicam Angli aggrediuntur.

submissi ab Anglo Guilelmus Salisberiæ Comes, Reginaldus Bononiensis, & Hugo Bouius naues classis eius ad oppidum Dammense fortiter aggressi, partim in aquas deprimunt, partim abducunt.

Cum Flandro Dammum inuadunt.

Sed dum ij iunctis viribus vnà cum Ferrando Dammum ardenter impugnant, Philippus magna manu à tergo irruit.

Hos Franciæ Rex cædit.

Illic principiò acerrimè pugnatum: sed Angli & Flandri denique fusi fugatíque locum deseruere.

Idem Dammum incendit.

Ea Rex parta victoria naues reliquas incendio corrupit: Dammo & plerisque in Oceani littore locis iniici flammas iussit.

Gandauo potitur.

Vbi Gandauum versus reductæ sunt copiæ, nullo id negotio subactum. C

Dein Aldenarda & Corrraco.

Et mox Arnulphus regiæ Aldenardam potestati subiicit. Irruptum deinde captúmque vi Cortracum. Et hinc belli cladem & iniurias sensit Gallo-flandria.

Insulam obsidet, & ad deditionem cogit.

Admotus primùm Insulæ Regis exercitus. Tribus id diebus obsessum, quassúmque machinis oppidum. Quòd procul abesset Ferrandus, & nulla sperarentur auxilia, eo exacto tempore bonis conditionibus hostes admissi.

Ibi præsidium collocat, & arcē exstruit.

Ne quid posteà turbarum ab ciuibus moueretur, multo Rex vrbem præsidio firmauit, iisque militibus Hugo Athius præfectus est. Et noua iussu Regis intra breue tempus arx condita proximè sacram D. Mauritij ædem, eo in vico, quem Dergneau vocitant.

Duacum ei deditur.

Quo tempore Insulam Philippus obsidebat, deditum est ei Duacum. exstantque litteræ, quibus is Duacenses in potestatem recipit his conditionibus: Vsuros semper suis eos priuilegiis, & consuetudinibus: nullam cum Ferrando, & Mathilde pacem ineundam, quin eius legibus simul ipsi comprehendantur: si propugnaculum in eorum vrbe construxerit, recepturos obsides suos.

Misso cū alijs Insulam filio, Franciam repetit.

His ergo Rex facinoribus belli tumidus in Franciam cum Flandricarum vrbium obsidibus, & omnis generis prēda, copias reducere instituit. Verùm priusquam discederet, Ludouicum filium, Gualterum S. Pauli Comitem, Henricum Franciæ Mareschallum, vnà cum equitatu lectissimo Insulam misit. D

Ferrandus è Zelandia in Flādriam reuersus Brugas & Gandauum recipit.

Vbi gnarum fuit Ferrando, Regem in Franciam cum exercitu abiuisse, ac de Nobilibus Flandriæ multos in promptu esse, qui non leue ipsi ferrēt auxilium: ex insula Valachria, quò priùs, ad Dammum accepta clade, profugerat, in Flandriam Hollandos, ac Zelandos, aliósque milites portauit. quibus minimè contemnendas vires ostentans primùm Brugas, dein Gandauum ab suis receptus est. Erat ei animus inde Cortracum, vbi ciues eius aduentum cupidè exspectabant, copias transferendi.

Dum Cortracum tendit, hanc vrbem Regis filius intercipit, & vastat.

Sed vix Troncinium is peruenerat, cùm Ludouicus Regis filius eductis Insula præsidiariis militibus inopinato procursu aduersum intendit, eámque vrbē pauco præsidio firmatam primo impetu peruadit. Ingens illic odium ardórque Francorum insignem attulere cladem ciuibus, quòd tam facilè à Rege defecissent. Cæsi hominum plerique: ædes omnes direptæ: iniectus denique passim ignis, vt breui spa-

A ui ſpatio temporis oppidum deformaretur. Percuſſus eius ſtragis nuntio Ferrandus, quas ſecum habebat, extemplò copias rapit, vt hoſtem vel prædationibus impeditum, vel ſpoliis grauem improuiſo aduentu opprimat. Verùm vbi Cortracum peruenit, præter mœſtiſſimos ciues, & hauſtas ignibus domos, nihil offendit. Iam enim hoſtis exceſſerat prædis onuſtus, ſecúmque Danielem Marquiliæ Regulum, & Philippum Wouſtiniæ toparcham, qui oppidi curam habebant, Inſulam captiuos abduxerat. Ergo deiectus ſpe ſua Ferrandus, Ipram ſe contulit. Illic ab ciuibus in vrbem magna lætitia receptus, ad varias munitiones ei circumducendas incumbit, quaſi opportunam belli ſedem arbitraretur. Intereà loci Ludouicus Francorum Regis filius Inſula diſcedit, ac cum magno comitatu viam capeſſit in Franciam; an Rege domum reuocante, metúne ſtimulante, protſus incertum eſt. Ducentos modò ad vrbis præſidium equites reliquit. Magnæ Ferrando voluptati fuere allati de regij iuuenis & Francorum abitu nuntij. Ergo maturè cum copiis Ipra digreſſus, ad Liſam fluuium venit ſpei plenus Inſulam ſub poteſtatem redigendi. Illuc ad eum ex omni

Iprâ Comes admittitur, eamque munit.

Inſula Regis filius diſcedit.

B Flandria nouus miles acceſſit. Sed priuſquam Inſulenſe oppidum obſidio vallaret, viſum eſt optimum factu, ſi caſtrum Arquinghehemum Lilæ aſſidens antè caperetur. Id enim firmum erat vel loci natura, vel præſidio: & niſi veniret in poteſtatem, multum incommodi minabatur quatuor millia paſſuum Inſula diſtans Occaſum verſus, quòd naualem ex Arteſia frumẽtationem, éque Flandria lignationem poſſet impedire. Itaque tractis eò copiis ad obſidionem omnia comparantur. Sed quamuis miles, commeatus, machinæ, animi, ars militaris Ferrãdo minimè deeſſent, diu tamen illic fruſtrà laboratúm eſt Dies quindecim eius arcis obſidium Comitem detinuit: & neque poſt id tempus ſpes affulſit ea potiundi, partim præſidij vigilãtia & virtute, partim ſitu loci ob aquarum frequentiam, conatus omnes fruſtrantibus. Igitur eo de loco ductus eſt Inſulam exercitus, non tam conſilio vrbem obſidio cingendi, quàm virium oſtentatione ciendi ciues ad metum & deditionem. Quatuor modò dies illic agitatum: & ſolo ferè ad incutiendum terrorẽ in ſuburbia maleficio miles inuectus

Ferrandus Arquinghehemiam arcẽ obſidet fruſtrà.

Ad Inſulẽſem vrbem copias hinc ducit.

Cùm ibi nihil eficit, Tornacum petit.

C eſt. Vbi nulla factione ciues moueri Comes animaduertit, in aliud tempus obſidionẽ diſtulit: & mox Tornacum petere conſtituit. Sed in ipſo diſceſſu Franci portis effuſi agmen extremum inuadunt, ac nõnullis ferro confoſſis, Alardũ Bourghelium, inter Nobiles Gallo-flandros magna virum militari virtute, intercipiunt, ac in vrbem ingenti cum gaudio perducũt. Poſtquam paucos intra dies Tornacum Ferrandus poteſtati ſuæ ſubiecit, inſigni ciuium mutuis diſſidentium odiis vſus opportunitate: quamquam valido febrium æſtu ardeſceret, ad proximos tamen Inſulæ locos theda deuectus eſt; ſtatímque circùm victrices copias explicuit. Ibi duo Inſulanos ad officium haud difficulter reuocant, recẽs nimirum Comitis victoria, & pronus in Principem ſuum animus. ideóque nihil cunctantur vrbe Francos exigere, vt Ferrandũ intra muros læti alacréſque recipiant. Sed is amor in Principẽ grauium iis calamitatum cauſam ſtruxit. Quippe Philippus Francorum Rex ad nuntios ita deditæ Ferrando vrbis adeò grauiter exarſit, vt nouum extemplò militem conſcripſerit: eo ſeptus magnis itineribus in Flandriam deſcenderit. Et quoniam Flandri gloriabantur Ludoui-

Ea vrbe capta Inſulã redit, quæ mox ipſi deditur.

Auguſtus ex Francia nouũ huc adducit exercitum.

D cum iuuenem regium, & præſidia Francorum, duabus iis vrbibus ſubactis tota ſe Flandria profligaſſe: exitium iis minabundus in prouinciam irrupit. Ad primam eius famam aduentus Inſulæ trepidatũ eſt vehemẽter. Pauciores enim aderant Ferrando copiæ, quàm quę ſuſtinendo Regis impetu ad pugnam apertam ſufficerent: ideóque prudenter intra muros ſeſe continuit. Et ſatis erat Inſulenſibus exploratum, omnem belli cladem in ſe præſertim verſum iri, ob recentem ab Rege defectionem: vt neceſſe fuerit Comiti animos eis præſentia ſua, crebris ad fortiter agendum adhortationibus, & participatis laboribus ac periculis facere. Nondum etiam Ferrandus arce potiebatur, quam Rex nuper ædificauerat, & in qua ſeſe Francóſque aduerſus militem Flandrum ac ciues ſtrenuè tuebatur Hugo Athius. Igitur Rex graui æſtuans iracundia Inſulam rectà contendit, eámque copiis omnibus inuadit. Quòd ea minùs eſſet munita, quàm par fuit tantis Francorum viribus tolerandis: etſi gnauiter ab Comite, ciuibus, ac militibus defenderetur, viam tamen facilè ſuis inducendis

Inſulam vi capit, eamque cædibus & flãmis affligit, ac propè totã euertit.

copijs

copiis aperuit, perrupta Orientali porta. Ibi magnum Ferrandus periculum adiit, A
maximáque vrbem clades afflixit. Quò se tutò reciperet Comes, vix in vrbe locus erat, præter veterem eius arcem. Illinc igitur vt se suósque propugnet, intra muros eius sese recipit. Ibi dum cunctos ad viriliter resistendum verbis incitat: ex aduerso atrociter Philippus victoria suos vti præcepit, ne cui parcerent hominum, ædificiis omnibus flammas iniicerent. Pauci ergo Francorum ad prædam versi. ab his in obuios ferro sæuitum. vbique flammis correptæ domus. hæ cùm ignibus vastari cœpere, neque templis, neque arce prohibitum est incendium. tota vrbs paucis horis exarsit. & quæ tardiùs flammas concipiebant, machinis & ferreis harpagonibus deiecta sunt. Tristissimum igitur vbique spectaculum exhibetur, dum Francorum alij strictis ensibus circumuolitant, alij malleolos ardentes in tecta coniiciunt; obuios illi trucidant; hi domos incendio corripiunt: dum ciuium, aut Flandrorum quidam ex ædibus sese proripientes, in hostiles manus incidunt, & gladiis aliisue telis intetimuntur; nonnulli domos intra vi flammarum impediti ruina obruuntur: dum vbique fremitus armorum, ignis crepitus, ruentium tectorum fragor, asperrimæ B
cædentium voces, ferro cadentium, & ignibus vstulatorum gemitus, ac misericordiæ imploratio vrbem implent, & vehementer concutiunt. Neque verò Comes, quem tot nobilis oppidi mala, & suorum cædes grauissimè afficiebant, & quolibet, vt auxilium ferret, impellebant; neque ciuium, aut militum quisquam cladem euasisset: nisi texisset multos insolita vis incendij. Quippe adcò ignis bacchabatur, vt solum ipsum altiùs comprehenderet. Et quoniam id paludosum multis introrsum latentibus herbarum radicibus lentum aliquod dabat nutrimentum ac humidum: densissima statim fumi nebula inde surrexit, quæ multos dies ita totam vrbem obtinuit, vt neque ardentium ædium, neque solis lumen eam penetrauerit. Ergo tectus iis tenebris Ferrandus hostes frustratus est; ac cum eo militum ac ciuium plurimi foras intacti prorupere. Eorum, qui deprehensi sunt intra muros, pars ferro interiit, pars incendio. quidam etiam magno numero stigmate inusti, ac in seruos diuenditi. Sic afflicto Insulensi oppido, quam etiam arcem illic erigi C
priùs mandauerat, incendi subruíque Rex voluit, ne quid habitationi opportunum, vel defensioni, Flandris ibidem relinqueretur. Et Duacum inde mox abiit, eámque valido vrbem præsidio Francorum firmauit. Eo de loco castrum Arquinghehemum petiit, ídque totum in plana deiecit. Itum subinde Casletum: & per viam omnia ferro flammisque vastata, incutiendo maiori Flandris terrore. Sed parum his omnibus damnis mouebatur Ferrandus, quem frustrà etiam intortum ab Gossuino Tornacensi Episcopo anathematis fulmen perculerat. Igitur postquam renouato AN. 1214.
fœdere vires maximas ab Angliæ Rege obtinuit, & nouas è Flandria copias contraxit: iis obnoxios Audomarensibus, Ariæ, Atrebatibus agros vastauit hostiliter. His exacerbatus Franciæ Rex cladibus, nouum extemplò in Flandriam exercitum duxit. ac tum funestissimâ Flandris pugnâ iuxta Bouinas in Gallo-flandria commissâ, grandibus admodum malis hæc regio cumulata est. Rem totam paullò latiùs hîc exsequar. Cùm delectus militum haberetur in Galliis, inter Othonem Innocentij Tertij Pontificis Maximi sententia Romano Imperio exutum, ac fidelium cœtu D
motum, Ioannem Angliæ Regem, Ferrandum Flandriæ Comitem, dicto sacramento conuenerat, vt iunctis copiis Franciæ Regem aggrederentur, bellóque superbos eius animos frangerent. Eò misit Angliæ Rex Guilelmum Salisbeniensem Comitem, & Hugonem Bouium Anglicanis subsidiis admodum instructos. Ferrandus ex tota Flandria & Hannonia multum militem conscripsit, ac præcipua viros nobilitate sub signis habuit. Ei se iunxerunt inter alios Reginaldus Bononiæ Comes, & Robertus Bethunæus. Aderant Othoni socer eius Louaniensium Comes, & Lotharingiæ Dux Henricus, Valeranus Limburgi Dux, Palatinus Rheni Comes Henricus, Otho Comes Tinquemburgi, Westfaliæ dominus, Conradus Cremonensis, Gerardus Randerodius, Bernardus Hostermalius, Philippus Namurcensis Comes, Bataurorum Comes Guilelmus, ac pletique alij magni nominis viri. Franciæ Regem sequebantur Comes Druidum Robertus, Odo Burgundiæ Dux, Stephanus Sacri-

Aduersus Francum nouas vires colligit Ferrandus, & in eum bellum renouat.

Othonē Imperatorem, Angliæ Regē, & alios sibi adiungit fœdere.

Describunt hoc bellū Rigordus, Andr. Marc. Chronic. Fland. ms. Vincent. Beluac. D. Antonin. Ægid. de Episcop. Leodd. vita S. Odilia Chronic. Belgic. magnū, Rener. S. Iacob. & alij à nobis superius citati, quos nolo hîc ad singula proferre. Vide G. de Flandr. l. 1. cap. 28.

Qui tunc Othoni adhæserint.

Qui Franciæ Regi

A cæſaris Comes, Walterus S. Pauli, & Ioannes Pontiuij Comites; ac multi alij tum nobiles viri, tum Epiſcopi. Igitur poſtquam Regi Franciæ, & Ferrando cognitum fuit, Othonem cum exercitu Valentianas perueniſſet inde quoſdam eius milites in Campaniam populabundos excurrere: in viam vterque ſe commiſit. Valentianas Ferrandus adiit, eóque copias ſuas deduxit. ibi Cæſarem omni officio proſecutus, aliquantum temporis de ratione belli conſultando extrahit. Philippus interim poſtquam è S. Dionyſio auream ab Antiſtite flammulam accepiſſet, Francos per Attebates in Gallo-flandriam celeriter adducit. Hic omnia per viam corrumpit, vaſtatque à Ponte Wendinio Peronam vſque. Eo de loco per pontem Bouinarum Tornacum intendit. Patebat tunc ea ciuitas, vt diximus, Ferrando. Verùm vbi ciues animaduertêre magnis cum viribus Regem ingruere. portas ei ſponte patefaciunt, & ſpreto Ferrandi (à cuius milite damnum nuper acceperant multis igne abſumptis ędibus, ſacriſque rebus expilatis) repudiatóque imperio, ei ſe ſubmittunt. Adhuc tum de bellicatione Otho, Ferrandus, ceterique fœderati Principes ad Valen-

Valentianas venit Otho.

Ad eum illuc cum copiis proficiſcitur Ferrandus.

In Gallo-flandriam cum exercitu venit Francus.

Ei Tornacum ſe dedit, eumque excipit.

B tianas agebant, ac tempus ducebat ſententiarum varietas. Vbi tamen de Philippo Rege à Tornacenſibus in vrbem recepto ſama percrebuit: ſigna ſubitò mouenda, & Tornacum verſus ducenda celeriter agmina communis vox Principum fuit, vt illic quàm citiſſimè is exercitu circumueniretur. Et indicta mox profectio eſt. Contrà, relicto intra muros Tornacenſes præſidio, Bouinas Philippus reuertitur, vt Inſulam petat, ibique nocturnam quietem capiat: poſtquam certis nuntiis cognouit Othonem cunctis viribus imminere. nam pleroſque ſuorum haud ſatis integræ fidei ſuſpectos habebat: ſatiúſque ducebat, domum tempeſtiuè dilabi ſtantibus adhuc rebus, quàm Franciæ florem prælio parum æquo, & in hoſtili agro committere. Centum & quinquaginta circiter peditum millia, equites magno numero, & in his mille quingentos nobiles viros equeſtri balteo virtutis ergô donatos Otho in pugnam trahebat. iámque Mauretaniam attigerat, cùm nuntius ad eum perfertur, digreſſum Tornaco Francum fugam Bouinas verſus arripere, ideóque cædi oppor-

Priuſquam eodem veniat Otho, ad Pótē Bouinarū ſe recipit.

Bouinas idem repetit, ne cogatur inire cum Othone prælium.

C tuniſſimum eſſe. Dum rogantur Principum ſententiæ, ſitne Rex Philippus totis agminibus petendus, & priuſquam elabatur, opprimēdus prælio: ibi mox exarſit omnibus deſiderio pugnæ animus: palámque pronuntiatum eſt, niſi maturaretur, haud facilè datum iri aliàs præliandi opportunitatem. Et quòd abſtinendum certamine indicaret, ac potiùs ſenſim carpendo, vel inſidiis excipiendo, atterēdas Franci vires arbitraretur Bononius: hoſti fauere credebatur, fuitque proditionis non leuiter ſuſpectus. Ergo ſublatis omnibus impedimentis, inde loci Bouinas tenditur Hugone Bouio Duce. Dies tunc erat Dominicus, ac Iulij menſis ſextus & vigeſimus: quo nec ſuſcipiendum prælium Philippus arbitrabatur, nec inire Cæſar audebat; verùm crudelis, & odio Francorum æſtuans, Bouius rapiendam pugnæ anſam fremebat. Sic iter ab Cæſarianis acceleratum inuenio, vt Campanos à tergo carpſerint, & ſecundo cis Tornacum lapide ad pugnam coëgerint Burgundum extremi agminis ductorem. Iam Philippus Bouinas peruenerat, magnámque partem exercitus trans pontem in

Otho ratus eum fugere, copias aduerſus ipſum ducit.

Non procul Bouinis extremum eius aciem aſſequitur.

D tutum duxerat: cùm Garinus Syluanectenſis electus Epiſcopus, vnáque Meloduni Procomes Adamus collem editum proſpiciendi cauſa conſcendunt; atque vbi hoſtes magnis properare copiis deprebēdêre, ad Regem ſub fraxino quieſcentem concitì pergunt, Cæſarémque in proximo eſſe nuntiant. His Intellectis Philippus in concilium Principes aduocat, paucíſque aſſerit, inuitum eo die ad pugnam ſe pertrahi, vel propter eius ſanctitatem, vel quòd impares haberet copias: nihilominus, ſi neceſſitas cogat confligere, haud ſubtracturum ſe vires & conſilia certamini. Ibi Petrus Altiſſiodorenſis, *Nulli ducendum religioni* audenter pronūtiat, *ſi feſto die ad ſui defenſionem prælium capeſſatur, quamuis aliàs impium videretur, ſacrum tempus effuſione ſanguinis polluere. qui verò ſe tueri vel negligit, vel formidat, cùm ab hoſte deprehenditur, aut victum ſe comprobare; aut ſtultitiam prodere.* Contrà, Dux Burgundiæ iam vires hoſtium expertus, Regem pugnæ ſubtrahere molitur, & calidè ſuadet, vti Lendium profectus, in tuto exitum belli præſtoletur. Sed alio Rex conſilio vtendum ratus, pontem opere ſublicio latiorem extemplò conficit, eáſque copias, quæ iam Bouinas tranſierant,

De pugna committenda conſiliū capit Francus.

Vbi pugnare conſtituit, ad prælium ſe comparat.

& ad

& ad iter Insulanum sese accinxerant, illac versus hostes regredi iubet: ac denique A
pontem totum rescindi imperat, ne quis suorum ea via fugam caperet, quam vtrim-
que palus, & intersecans amnis difficilem admodum faciebant. Ergo circumstan-
tibus copiis ligneam erigi aram repentè iubet, ibique detractum capiti diadema col-
locat. & mox animi plenus Principes alloquitur, *Vt regium id decus inde sublatum il-*
lius capiti imponant, quem se digniorem autumauerint. ei se libenter pariturum, dummodò
prœliantes ad fortiter agendum pristinæ Francorum virtutis memoria incendat. Qui-
dam addunt, ingentem cepisse Regem pateram, infusóque vino panis offulas impo-
suisse: ac postquam earum vnam sumpsisset, ceteras proceribus præbuisse hoc insuper
verbo stimulatis, *Qui benè ipsi cuperent, inde caperent cibum. haud enim se passurum eo die*
ab quoquam suam in prælio desiderari operam: vnà se vel victurum, vel occasurum gloriosè.
Et mox vacuefactam ab irruentibus pateram, promissámque ab omnibus Regi fi-
dem, & inconditis acclamatum vocibus, vti multos annos viueret. Ita comparatis
ad pugnam animis, vicinum S. Petri Rex templum iniit, fusísque feruidè ad Deum
precibus, & nuncupato D. Virgini voto templum Syluanecti exstruendi, suos exciuit B
grauiter, vti sordes animorum pœnitudinis sacramento abstergerent. Et plerique
confestim apud sacerdotes peccata per exhomologesim cum lachrymis deposuere.
Armis subinde contectus Rex copias omnes, quæ præsentes aderãt, cõuocat; Galoni
Montiniaco inter Veromanduos fortissimo vexillum regium aureis distinctum liliis
attribuit; in equum alacer leuísque, ceu nuptiale conuiuium peteret, insilit; ex eo
acies construit; & paucis has pro tempore verbis ad prælium hortatur. *Nihil est, com-*
militones, cur timidi certamen ineamus. Ij nobis hostes ingruunt, quos diris Romanus An-
tistes deuouit, ac piorum propter crimina mouit consortio; qui neque Dominicum diem vio-
lare cædibus verentur. Illis rarò victoria obtingit, quos Numinis contemptores sacris Pon-
tifices arcent. Contrà, religio, abstersíque animi ad victoriam valent plurimùm. Alacres
igitur estote, mactíque virtute. Solem à tergo, in oculis hostem habetis. Vt perstringent ad-
uersariorum oculos solis radij; sic eorum corporibus & animus scelera vires adiment. Quid
ijs diuini sperandum auxilij, à quibus templa violata sunt, Clerus vexatus, expilatæ pauperũ C
fortunæ? Vt varijs mentes peccatis infecerimus, at neque Clericos opprimimus, neque sacras
ædes contẽnimus; procúlq; à populi depradatione abhorrẽtes, cùm supremo Ecclesiæ Christianæ
capite obseruantia fidéque iungimur. Ferrum ergo stringamus intrepidi, ac in Numine spem
& fiduciam collocantes, de victoria nihil dubitemus. His incitati cùm animos omnes
collegissent, bonis à cælo Rex verbis palàm auxilium & fortitudinem precatus est.
Et statim qui aderant Sacerdotes quosdam elata voce psalmos Dauidis accinuerunt.
Interim Otho pugnę auidus, & quasi certus victoriæ, adcò castra promouet, vt tan-
dem in Francorum exercitus conspectum veniat. Illic tamen ingens eum turbatio
incessit, cùm in armis stantes aspiceret, quos effusè fugam inire arbitrabatur. Ac tum
ad Comitem Boloniæ conuersus, *Haccine*, inquit, *ea sunt, quæ de fugientibus Francis*
quorumdam sunt sermone iactata? Sed Comes breui respondit, ab se verè pronuntia-
tum: *Semper gloriæ cupidos esse Francos; ideóque malle mortem eos inter pugnandum oppe-*
tere, quàm dare fugæ terga. qui sine labore & sanguine vincere ipsos velit, vt ex occulto &
insidijs improuidos adoriatur, oportere. Et mox subiecit Bouium præstringẽdo, *Declara-* D
turum hunc diem, vtri plus animi fuerit, sibine post dissuasum prælium fortiter occumbendo,
an illi post iniectam pugnæ audaciam capiendo turpiter fugam. Ergo Cæsar facilè anim-
aduertit in paratos ad pugnam hostes impetum esse faciendum. itáque ordines stru-
xit, vt latissimè frontem aciei protenderit. Erat enim pugnæ locus in aperta latáque
planitie procursibus idoneus. Medium ipse tenuit Francorum Regi aduersus: ad
dexteram Ferrandum posuit: latus sinistrum Boloniæ Comiti permisit. Quò sui
omnes oculos intenderent pugnando, positam in sublimi trabe deauratam, & lon-
gissimè porrectis alis ingruentem draconi aquilam in medio curru vehi voluit, ei-
que præfecit Bernardum Ostermalium, attributis quinquaginta viris fortissimis, qui
protegerent. Ardentissimum tunc erat solis lumen: id tamen ipse vitare vel non po-
tuit, vel neglexit; vt totus in oculos eius ac suorum calor incommodo permaximo
incurreret. Neque quidquam in castris eius pium, & conciliando Numini opportunũ

Coronam in mensam deponit.

Offulas in patera suis offert.

Orat in templo, & suos hortatur, vt animos expient.

Acies disponit.

Militem alloquitur.

Otho miratur hostem se ad certamen paratum nancisci.

Suos in ternas acies distribuit.

à quo-

A [illegible]

B [illegible]

C [illegible]

D [illegible]

qui p[illegible] accè[illegible] erat [illegible]
[illegible] ato C[illegible]
[illegible] ssimo [illegible]

Prima deficit acies Ferrādi, ipso grauissimè vulnerato, captoque.

[illegible] os [illegible] o [illegible]
suo animos freg[illegible]
ter hostes pæne d[illegible] que [illegible]
di a[illegible]
m[illegible] Francorum [illegible] a p[illegible]

Dein Othonis.

uert[illegible] ac mox etiam H[illegible] Brabant[illegible]
que resp[illegible] cum vul[illegible] op[illegible]
equo seruauit. Ita[illegible]

Ac denique Bononij.

ferro perempt[illegible] p[illegible]
bem duplici de[illegible]
quo per apertam viam v[illegible]ens, c[illegible]
lio fat[illegible] B
edid[illegible], ac [illegible] per e[illegible] dem [illegible]
di. Postquam tamen viu[illegible] m[illegible]
tus est: omnis denique [illegible] a F[illegible] an[illegible]
plici corona eu[illegible] n [illegible]
intere[illegible] erat v[illegible]
fu[illegible] andan[illegible] Vbi [illegible]
ctoq[illegible] vehementer ab [illegible] in equi ventrem [illegible]
na [illegible] us est Comes [illegible] qua[illegible]
n[illegible] h[illegible] n[illegible] rè[illegible]

Q[illegible] nomina [illegible] pugna fuer[illegible] capti.

[illegible] s ab n[illegible] s man[illegible]
ctoribus referuntur. Ferr[illegible] Flandriæ [illegible]
naldus Comes, Bononiæ; Lusensis Comes H[illegible] C
nensis, Bernardus Host[illegible] malius, O[illegible] h[illegible] T[illegible]
rodius, Rob[illegible] s, ac p[illegible]
dunt q[illegible] d[illegible], ho[illegible] s ca[illegible] re[illegible]
bus coll[illegible] an[illegible] quasi d[illegible] ora[illegible] nt an[illegible]
po[illegible] us grauiter suis inhibuit, ne long[illegible]
tur, vt propter l[illegible] um ma[illegible] g[illegible] tate[illegible] ue[illegible] s n[illegible]
cum me[illegible] an[illegible] b[illegible] e q[illegible] s a[illegible] a[illegible]
& vi[illegible] e[illegible] o e[illegible] a[illegible]
in ca[illegible] a vndique miles pedem retu[illegible] e[illegible] m [illegible]
l[illegible] s in q[illegible] us quinque Comites c[illegible] an[illegible] in [illegible]
Post exprobrationem [illegible]
la r[illegible] tudun[illegible] r. I[illegible] pen[illegible] a[illegible] x[illegible] p[illegible]
bus. Quidam Cys[illegible] O[illegible] a[illegible]

Ad victoriam Regis Francorum [illegible] contulerit S. Lambertus. Vita S. [illegible]

vexillum, ign[illegible] tra[illegible] m, n[illegible] m
[illegible] s trad[illegible] re, [illegible] e- D
[illegible] us ac m[illegible] v[illegible]
[illegible] Leodi[illegible]
[illegible] mina [illegible] sse [illegible] c[illegible]
[illegible] es Francia[illegible] u L[illegible] m in[illegible]
[illegible] a[illegible]
[illegible]
[illegible]
Lam[illegible] c[illegible] a[illegible] au[illegible]
[illegible]
[illegible]
pr[illegible] n te[illegible]
[illegible] m v[illegible] ac [illegible]

A [illegible] cius tribuere cœpit. Franco victoriam, omnino Deum [illegible] exitu cumulatu[illegible] Franciæ demum Regem captiuis asseruisse, S. Lamberti meritis victoria se p[illegible]m. Curatis funeribus Ducum Rex abijt, vt copias in Franciam victor reduceret, & in varias captiuos custodias tribueret. Dum Bapalmis moratur, verônean falsò, nuntiatum ei fuit, Bononiæ Comitem per occultum indicem Othoni significasse, vt dispersas suorum copias colligeret, ijsque septus Gandauum reciperet sese. [illegible] non defuturas vires, quibus bellum redintegraret. Ea accendit ea res adeò vehementi animum iracundia, vt mox Bononium aggressus, multa exprobrauerit, & Peronæ in arctissimum carcerem catenis implicitum compegerit. Parisios inde ductus est Ferrandus, & in noua turri detentus. Turbatis igitur ob acceptam insignem eo prælio calamitatem in Flandria rebus omnibus, magnus vbique luctus ciebatur. Præter oppida vix quidquam integrum in Gallo flandria relictum. Vix e præteritis ruinis surgebat Insula. Monasteria, pagi, arces, rapinis nudata, flammis[illegible] corrupta. Et ab Oceano ingens eluuies aquarum inferiora Flandriæ corripuit vastauitque.

Rex in Franciam recedit.

Bononiæ Comitis Peronæ in custodiam tradit.

Ferrandum Parisiis.

Flandriæ desolatio.

Eluuies Oceani, & pestis.

B Erupit inde lues grauis, qua multi hominum tota Flandria consumpti. Inter tot mala Ioannam Flandriæ Principem animus non destituit. Primum enim Parisios ad Regem profecta nihil reliqui fecit, quo maritum è custodia educeret. Verùm ab irato præter vitam [illegible]pettratum nihil est. Permisit tamen Philippus, vt ipsa legibus antè constitutis Flandriam retineret: eisque Flandri comprehensi, quas in annos quinque Anglis inducias Rex concesserat. Et paullò pòst aduersus Burchardum Auesnium ingẽs eamdem ira magnum aliquid moliri impulit. Iam enim diu cæco rumore sparsum fuerat, dein etiam aperto, parta iam duplici prole, contractas inter Burchardum & Margaretam Flandricam nuptias illegitimas esse, quòd Burchardus in Hypodiaconum fuisset Aureliani consecratus. adeòque serpserat ea fama, vt Mathildis & Ioanna etiam ipsa demum imbuerentur, & attonitæ obrigescerent. Simul autem Burchardus deprehensum se animaduertit, in Italiam ad Summum Pontificem, qui tum Innocentius erat eius nominis tertius, iter arripuit. Ibi ad eius pedes

Iacob. Meier.

Ioãne frustra repetit ab Rege maritum.

Permittitur ipsi, vt Flandriæ imperet.

Io Burchardũ Auesnium ob deceptam sororem conurgit.

Iacob Guis. in Annal. Hann.

Chron. Fland.

Iacob. Meier.

C supplex factus, quod commiserat scelus enucleatim explicuit, multisque precibus & lachrymis flagitij veniam implorauit, concediique sacu[illegible]tatem sibi flagitauit in ijs, quas vitio contraxerat, perseuerandi nuptijs. Matrimonium omnino rescidit Pontifex, quòd id sacrilegum esset; ob militarem tamen virtutem vitæ pepercit; tantumque [illegible] ueie [illegible]unxit, vt per annum in Syria peregrinatus, [illegible]que Sina monte, & Hierosolymis, Margaretæ toro, & contubernio nuntium remitteret, vestémque rursus indueret Clericalem. Non fuit viro militari grauis ea peregrinatio: & cùm rangeret animum facti pœnitudo, etiam sanctè promisit Pontifici Burchardus ab sua se coniuge discessurum. Ardor igitur parendi trans mare in Palæstinam & Arabiam egit: ibique visendis locis sacrosanctis spatium anni transactum. Sed in Hannoniam ad Margaretam reduci grauis coorta est animi, sensuúmque contentio. Vix enim domum regressus coniugem bonis verbis salutauit, cùm ad eius proli sque conspectum derepentè ingemuit profundissimè, in eámque prorupit sententiam, Malle sibi viuo cor eum detrahi, quàm ab eiusmodi se vxore liberisque disiungi.

Burchardus Summũ adit Pontificem: sed nihil ab eo pro dispensatione impetrat.

Caesari ad Burcl.

Peractis ijs quæ Pontifex in pœnam iniunxerat, vxorẽ dimittere recusat.

D Quid eo vellet sermone, Margareta minimè comprehendit, vt quæ nondum quidquam de nuptiarum impedimento percepisset. ideóque securior eam apud se Burchardus retinuit. Abstinuit tamen is Flandriarum aditu, quietúsque Hannoniam intra sese continuit. Verùm postquam reditus eius nuntij Mathildem Ioannámque commouere, non cessauit vtraque frequentibus litteris nuntijsque hominem incessere, vt Margaretam, quam fœdis adeò nuptijs violauerat, ad se remitteret. Nihil tamen ab eo potuit impetrari. Ergo cum late percrebesceret, cogendum Romæ Concilium Generale, ad Pontificem Maximum eiúsque Synodi Patres eius aliquos de Burchardo Ioanna questum misit. Opportunè conuenerant Romæ in Lateranensi

Cùm ab eo sororem recipere nequit, ipsum Ioanna defert ad Generale Concilium.

A N. XII. ædẽ eum Innocentio vniuersi propè Europæ Pontifices ad Concilium euocati, cùm & legati Romam peruenere. Igitur acceptis per hos Ioannæ querimonijs, iam in[illegible] peruicacia Burchardi grauiter commotus est Innocentius, & mox [illegible] eius [illegible] [illegible]cipis precibus æqua concedens, igni, aqua, [illegible] Burchardo interdixit & [illegible] tali

Iacob Guis. in Annal. Hann.

Is ab Innocentio Papa excommunicatur.

tali alios scelere absterreret diris deuotum per totam Remensem diœcesim tamdiu quothebdomadis proclamari voluit, donec criminis tactus pœnitentia & sororem Ioannę restitueret, exutóque militari habitu Subdiaconum ageret. At ne sic quidem ad meliorem Burchardus mentem reuocatus est: vt retenta vi coniuge in miserrimum sese exitium præcipitauerit. Quod enim quidam litteris mandauere, rursus posteà ipsum Romam adiuisse, ibíque ab Summo Pontifice Honorio impetrasse, vt consueto Margaretæ thoro vteretur, ab omni sanè veritate discedit. Plus esset tribuendum ijs, qui memoriæ tradiderunt, per viam eum ab sicarijs capite truncatum. Malunt tamen alij in custodiam Ioannæ Principis iussu traditum, ac denique vitam Rupelemondæ ferro perdidisse.

Thessalonicensium Pontifex cœnobiu Phanopinensis curam habet.
Archiep. litter.

AN. 1226. Inter hæc cum ageret Atrebati G. Thessalonicensium Archiepiscopus, & totius Romaniæ Cancellarius, Phanopinensis monasterij Canonicis Regularibus dentem vnum S. Ioannis Baptistæ dono dedit. Eius muneris causam præbuit ingens cœnobij calamitas. Id enim proximo bello tam militum, quàm prædonum iniurijs patuerat, adeóque varijs fuerat cladibus vastatum, vt nullam ferè sacri speciem loci retineret. Igitur vti piorum opibus hominum in pristinum nitorem restitueretur: ijs omnibus idem Antistes participationem bonorum suæ prouinciæ operum benignus indulsit, qui dentem eum venerarentur, ac symbolas aliquas ad eius monasterij instaurationem tribuerent.

Ioanna Princeps fundat Nosocomiũ S. Saluatoris Insulæ.

Insulæ Ioanna Princeps multum operæ dabat, vt egenis aliquod strueret ædificium, vbi morbo vexati liberaliter haberentur. Erat illi constitutum ad S. Saluatoris ædem Nosocomium ægris quinquaginta moliri. Quia tamen nullus illac riuus aquarum tantæ familiæ necessarius defluit: maluit aliò id opus transferre: ac tantùm hic sex morbidis domicilium condidit, cui nunc à vicino templo S. Saluatoris, nunc à Patrono S. Ioannis Euangelistæ nomen attribuitur.

Ad bellum sacrum in Syriam Flandri proficiscũtur.
Iac. Meier lib. 8.
Ioanna pro Ferrando è custodia eximendo in vanum laborat.
Iac. Meier lib. 8.

AN. 1227. Anno sequenti aduersus barbaros sacrum in Syria bellum renouatum est, plerisque Christianorum Principum eò profectis. E Flandria & Hannonia manum aliquam duxit Galterus Auesnensis Burchardi frater natu maximus. Ceteris Flandrorum quies domi gratior fuit, quos iam multa exercuerant mala. Sed nullus ab Ioanna Principe labor præteritus, quo maritum e Lupara Parisiorum extraheret. Sollicitatus eius nomine per Cameracensem, Morinorum, & Neruiorum Episcopos, Honorium Tertium Pontificem Maximum Philippi Regis animus. Nihilo tamen ille mollior effectus, iuratúmque grauiter inuenio, nunquam se viuo e carcere missum iri.

Mathildis vidua Elsatij moritur.
Meier. Oudegh. Locr.
Burchardus Auesnius afficitur supplicio.
Meier. Chron. Fland.

AN. 1228. Aliquo interiecto tempore, Mathildis Philippi Elsatij vidua, quæ dotali iure Gallo-flandriam nostram tenebat, repentino casu essedi, quo vehebatur, mortem oppetijt Martio mense. Exinde ad Ioannam ditionis Gallo-flandricæ imperium censúsque rediere. At in Burchardum Auesnium huius Principis mandato grauiter animaduersum fuit Rupelemondæ. Is iam diu, vt veriora referunt Flandriæ Chronica, in custodia Gandaui tenebatur. Ne tamen citius iudicio perculsus vitam perderet, multa impediuerant. Circumlatum eius caput per omnes Flandriæ & Hannoniæ vrbes: vt qui priùs ob sapientiam & modestiam summoperè laudabatur, publico etiam ludibrio flagitium lueret.

Margareta Flãdrica Guilelmo Dampetræo nubit.
Chron. Fland. Meier.
Ioanna Siclinio dat ius ciuitatis.

Transactis aliquot mensibus, Guilelmo Dampetræo apud Burgundiones illustri genere nato, verùm opibus parum fulto, data est coniux Margareta Ioannæ soror. Subinde Ioanna Siclinienfibus ea iura, libertates, ac consuetudines impertijt, quibus tum temporis Insulenses fruebantur: eósque non aliter haberi ab suis voluit, quam Insulenses. Datum ab ea his de rebus diploma Insulæ, quæ tunc paullatim à præteritis cladibus respirabat, plerisque restitutis in melius ædificijs.

Gossuinus Episcopus Tornac obit. VVALTERVS Maruisius ei succedit.
Aegid. le Muisis ... M. ... Tabula Tornac. Eccl. Ioan. Cousin. lib. 4. de reb. Tornac.

Eodem prope tempore ad nonum & vigesimum diem Octobris vita defungitur Tornacensium Pontifex Gossuinus. Vnanimi postea consensu Canonicorum ad summum eius Ecclesiæ munus euectus est Walterus, cui cognomentum ad ... Maruisio. Ortus fuerat Tornaci patre admodum tenuis fortunæ, ac veteramentario, ceterum ad pietatem & religionem tenellis liberorum mentibus infundendam promptissimo. Dum puerilem Walterus ætatem ageret, ferunt a patre B. Virginis templo addictum, vt inter æui sui pueros illic quotidie cantaret: ac dum per ... que plurimum esset cælum, parentem ad eam ædem deduxisse di... ent... vt torre... s

imbrium

A imbrium aquas transmitteret. Die quadam inter eundum pistorem vnum ex eo loci gratia quæsiuisse, Cur tam frequẽs filiolum ad templum deduceret? vellétne aliquando Episcopum facere? annuentíque postea facere pronunciasse, quotquot ad pontificale ipsius epulum opus forent, perlubenter se panes cocturum, daturúmque. Cùm igitur eo tempore, quo Walterus per omnes officiorum Ecclesiæ Tornacensis gradus euectus, ad summum conscendit magistratum, is pistor senio confectus adhuc viueret, promissionis admonitus, haud illiberaliter ad pontificium eius conuiuium panes omnes obtulit. Ceterùm minimè leuem Tornacensibus, populísque diœcesi Tornacensi subditis voluptatem peperit Walteri consecratio. Quàm enim eatenus præclaris virtutum exemplis multos ad vitam rectè formandam impulerat, tam sperabatur nouis facinoribus religionem egregiè promoturus. Et sanè ab eo nihil omissum, quo se Pastorem suis vigilantissimum, ac liberalissimum præstaret. Nunc enim fines sibi præfixos obeundo, nunc ædificiis pauperibus excipiendis, curandisue moliendo, nunc ad vitæ morúmque mutationem plurima constituendo, Elus institutio puerilis. Qualem se præbuerit Episcopum.

B multum operæ consumpsit. Interim Duacum proximè magna capiebat incrementa Pratense monasterium. Id paruis non ita dudum initiis surrexerat. Originem eius à tribus puellis arcessunt, quæ natæ Duaci parentibus iisdem fuerant. Ruessella Fulcedis, & Sancta nominabantur. Ab Hala cognomen illis erat. In eo primùm loco, quem vetustas Campum Floridum vocitauit, sub angustum hæ sorores tectum coiuere; tum vt illic virgineo flore conseruato sese Numinis cultui consecrarent, ac virtutis studia complecterentur arctiùs: tum vt precibus, ac piis aliis exercitiis sensim eos stimularent ad voluptatis odium, qui Campi Floridi amœnitate ducti, deliciarum, & chorearum gratia eum fœminis eò frequentes itabant. Eam domum illis quorumdam ciuium liberalitas donauit. Quibus tenuiter corpus alerent ac tegerent, ea vel ab ipsis torta fuso fila, vel quorumdam munera suffecere. Beginarum more aliquamdiu traducta tunc vita est. Subiit posteà virginum animos cupido aliquas in societatem puellas cooptandi, & suam cuipiam Ordini Religioso inserendi Fundatio & prouectio Abbatiæ Pratensis. Ryhoman vol. & ms. eius Parri monast. Vide Gall. fl. l. 4. c. 29.

C familiam. Præ ceteris placuit ipsis Cistertiensium Virginum regula & habitus. Verùm vt suo desiderio facerent satis, multum sane laboris ac molestiarum per aliquot fuit exorbendum annos. Amatenses Canonici præcipuum sanctis conatibus obicem posuere. Quòd eorum iurisdictioni esset obnoxius is locus, in quo parthenonem erigere cupiebant, nullis precibus ab iis facultas impetrari capessendæ huius religionis poterat, per quam in Ordinis eius transirent. Obtentum tandem Romæ tandem est, vt eæ virgines monasterium molirentur, vbi nonnullorum opera sese frangi passi sunt Amatensis Ecclesiæ Canonici: ipsísque facta fuit potestas ex Beati Bernardi regula Numini vota nuncupandi. Qui præsertim opes ad tantum opus contribuerent, Hugonem Masuriers, Nicolaum Willekins, Willelmum & Werinum Mules impulsos diuinitus video. Igitur horum munere eum sacris culmen ædificiis hoc anno fuisset impositum, coalescere sub tutela nominéque B. Virginis Mariæ grex Monialium cœpit, & ad eum multæ virgines sæculi pompis nuntium remittentes aggregauere se. Et tunc è Braellensi, vel Anetensi Parthenone deducta

D est Elysendis, vt summum hic cunctis volentibus magistratum capesseret. Quod ea singulari prudentia, rerum spiritualium cognitione, rara morum modestia esset prædita: per sanctum eius regimen intra breue tempus & ad virtutis studium insigniter exarsere Moniales, & plurimùm prouecta est cœnobio. Inter hos felices successus monasterij Pratensis (à prato, vbi conditum fuit, id vocabulum fluxit) suus Atrebatibus ereptus est morbo Pontifex Radulphus. Qui pedum exciperet, maximè omnium placuit Pontius eiusdem Ecclesiæ Archidiaconus natu nobilis. Is enim vt multis aliis virtutibus admodum fulgebat, ita maximo in pauperes liberalitatis studio tenebatur.

AN. 1220. PONTIVS creatur Atrebatensis Episcopus. Tabula Atreb.

AN. 1221. Proximo pòst anno laboratum denuò est ab Ioanna Flandriæ Principe, vt Ferrandum è Gallicana custodia vel precibus, vel pretio reciperet. Et à quo ad id eò magna vis pecuniæ collata D. Petri Canonici Insulenses pro symbola sua trecentas monetæ Flandricæ libras sponte obtulerunt. Haud tamen Francorum Rex exorari Frustrà pro liberatione mariti laborat Ioanna Princeps. Iacob. ... Annal. Hann. l. 1. c. 40. Litter. ...

 se,

Patres Dominicani per eos Insulam venisse, ibique retinentur.

F. Hyac. Choq. lib. de Sanct. Belg. Ord. Prædic. ex Antonio Senēs. & Sampayo.

le, frangive passus est. Igitur aliò curas Ioanna conuertit. Persuaserat Ferrandus quibusdam Dominicanæ familiæ viris (quibus ad custodiæ solatium vtebatur) vt [illegible] citissimè in Flandriam aliquos mitterent, populo ad virtutis studium [illegible]ndo. Ea itaque cognita [illegible] religione, & voluntate, vt eorum aliqui G[illegible] proficiscerentur, Ioanna laborauit. Verùm ij dum Lutetia Parisi[illegible] viam maturant Gandauum, Insulam, qua via ferebat, diuertunt. Hîc dum [illegible] apud primores, nunc apud ciues commorantur. vt erant insigni [illegible], & multa virtute præditi; sic omnium, quibuscum egerunt, in se oculos & animos conuertêre vilis habitus paupertie, corporis modestia, sanctis moribus, & sa[illegible]bus colloquijs: vti sensim Guilelmum S. Petri Præpositum, & Canonicos ince[illegible] cupido eos retinendi, & media comparandi, quibus cœnobij fundamenta [illegible]nt. Ne quam tamen Ioannæ Principis reprehensionem incurrerent, [illegible] eos v[illegible]à progredi vetuissent, per litteras eam docuere, ac retinendi flagitauere potestatem. Et perlubenter sanè factum istud accepit Ioanna, cui gratissimum erat sanctas latius propagari religiones, plurimúmque laboribus populum ad virtutem fin[illegible] B Insulæ relictis, alios è Francia hæc Gandauum euocauit. Intra breue spatium temporis tam Gandaui, quàm Insulæ visa est ingens morum mutatio, dum eiusmodi homines plurimum operæ concionando publicè ad populum, & priuatim pijs alloquijs incitando collocant. Manauit quoque non paruus ab his fructus, dum vicinas vrbes adeunt, & positos circùm pagos. Ab vitijs enim ad virtutes multi sunt traducti, dum illic vel è pulpito incolas adhortantur, vel euomentibus per confessionem virus peccatorum aures præbent. Pergebat interim Esquelmiam iuxta Insulam D. Virgo & sanctissima Christi parens mirandis rebus illustriorem reddere. Ab aliquot iam annis Icon eius illic insignem sibi cultum à mortalibus comparauerat, postquàm eius vis præclara miseris opitulandi gregem ouium circà pascenti viro innotuisset diuinitus; ac nonnullos à præsenti vitæ periculo liberasset. Præ ceteris famam ei & venerationem conciliauerat è Comitibus Flandriæ quidam Balduinus nomine (cognomen eius nusquam exprimitur, ideóque incertum est, ad quem è Principibus C Flandris huius nominis hoc sit referendum.) vbi voto ad eam imaginem nuncupato, inueteratum & molestissimum dysenteriæ fluxum reprimi sensit repentè, quem nulla medici arte potuerant sistere; & pulcherrimum ei sacellum è candido lapide

Guil. Lemer.

strui iussit. Iámque ædiculæ sacer vir impositus fuerat, qui percepto censu annuo curam eius susciperet. Et crescebat illic in dies piorum hominum frequentia, qui Matrem misericordiæ precibus in auxilium vocabant, votísque. His ergo animaduersis AN. 1222. Guilelmus Ecclesiæ S. Petri Insulæ Præpositus, idémque Castellanus Insulensis, assentientibus eius Collegij Canonicis constituit, vt quicumque loci eius beneficium Ecclesiasticum adipiscetur, aut sacerdotali ordine fulgeat, aut proximè ad eum gradum euehatur. neque priùs altaris fructibus gaudeat, quàm ad aram sacra operetur. dein tertiò quotehebdomadis teneat[illegible]dem loci sacrosancta peragere mysteria; diebus sabbatinis ac solem[illegible] vespertinas horas moduletur, maiori cienda mortalium erga Virginem matrem religione.

LVDOVICVS Octauus in Franciæ regnum patri succedit.

Paul. Æmyl. Meff. Merr. Tillet. Papon. alq. Lucer. Ludou.

Anno sequenti vitis eripitur Franciæ Rex Philippus Augustus. Filiorum eius natu maximus nomine Ludouicus in opes, regnúmque succedit. Is non mitior in Fer- D AN. 1223. randum Comitem, etiam Ioannæ libertatem ei postulantis curam precésque contempsit. Cùm Nouembri mense (incertum qua de causa) in Gallo-flandriam hic venisset, ea Duaci confirmauit, quæ Duacensibus promiserat vnà cum patre Insulam obsidens anno [illegible]motertio supra millesimum & ducentesimum. Succedebant AN. 1224. interim non male res sacræ per Gallo-flandriam. Guilelmus Ecclesiæ D. Petri Insulensis Præpositus cum animaduerteret, quantum fructus fecissent ij Patres Dominicani, de quibus antè narrauimus, longè maiori erga ipsos impulsus affectu est. Hactenus ipsi alienis vtebantur ædibus. nondum perpetuam Insulæ sedem [illegible]

Guilelmus Insulensis S. Petri Præpositus pro fun-

ac domum ædificandi ab Generali Ordinis Magistro veniam impetrauerant. I[illegible] Guilelmus cùm cuperet eorum res promouere, ab Sancto Dominico per litteras fla[gitau]it, vti liceret suæ familiæ Religiosis Insulæ perpetuum sedem figere, ibique ab

funda-

A [illegible] um [illegible] is accete [illegible] a. N [illegible] ius est [illegible] untus ad aures Præpositi [illegible] Præfectura cum que ad- [illegible] e, vt [illegible] Do [illegible] aret. Lau [illegible] viri [illegible] Insulenses [illegible] e. V [illegible] angu [illegible] atem [illegible] um [illegible] ca [illegible]

B [illegible]

[illegible] antea, huius [illegible] sacerdotes ad in [illegible] lutem.

Iam [illegible] Sanctimonialium Patr [illegible] opera. [illegible] Sacerd [illegible] Decanum S. N [illegible] hoc [illegible] Deeyen [illegible] leucam vnam ab Duacen [illegible] Virgines aliquæ ex placitis [illegible] Augu [illegible] vitam m [illegible] de [illegible] tes, pau [illegible] agent [illegible] que [illegible] Quod [illegible] pe [illegible] piceren [illegible] ab varijs [illegible] s, quorum [illegible] laborabat, d [illegible] nis impe [illegible], ac vix aliquod sibi tempus s [illegible] petere, quod suar [illegible] m cultui animarum impenderetur, attenderent de sedis mutatione, ac nouo viuendi instituto consilia cepere. P [illegible] acuit igitur ijs dep [illegible] a va-

C [illegible] x nodo [illegible] ne [illegible] al [illegible] uod do [illegible] um [illegible] eced [illegible] vitam ad [illegible] las ar [illegible] è q [illegible] etéque d [illegible] Ea [illegible] tem cum Honorio Tertio [illegible] Maximo per literas aperuissen [illegible] haud diffi [illegible] er is potestatem [illegible] s f [illegible] t, vt ad [illegible] c [illegible] ul [illegible] ale g [illegible] adum [illegible] ad Victorinæ Con [illegible] m ex Beat [illegible] s Augustini v [illegible] e c [illegible] mponere [illegible] A [illegible], cui subderentur, [illegible] e [illegible] ent. Sed qua [illegible] magna [illegible] Pontificis c [illegible] ne [illegible] v [illegible] ate Virgines [illegible] feci [illegible] grauis ipsas aliunde in [illegible] Vix en [illegible] Pon [illegible] A [illegible] s Ecclesiæ tue [illegible] is ornat [illegible] c [illegible] pr [illegible] har [illegible] conatu [illegible] s ve [illegible] o posuit. Sauciabar [illegible] licet data Vi [illegible] is Pa [illegible] c [illegible] as. ac prorsus eas sibi sub [illegible] ere, & tum circa electionem Antistitæ tum circa rerum mutation [illegible] ius omne sibi vendicare nitebatur. Verùm Honorij Pontificis M [illegible] paterna [illegible] cludo br [illegible] oppressit difficultatem. Quippe Pon [illegible] ium per C [illegible] e [illegible] acensem Sancti Autberti Præsulem & alios com [illegible] onefecit, ab eáque [illegible] um mente recuo aut: dein suum [illegible] is diplomate patrocinium impertijt. At vix ali [illegible] u [illegible] tieẞo te [illegible] re

D noua domi suborta est [illegible] usa mœstitiæ. V [illegible] námq [illegible] ari [illegible] cent bus agi [illegible] œptum e [illegible] Sac [illegible] ing [illegible] in [illegible] v [illegible] tentios ne [illegible] e p [illegible] ra fine [illegible] c [illegible] pit [illegible] q [illegible] a [illegible] Decanus & C [illegible] pitulum S. P [illegible] Duacensis de [illegible] idendæ co [illegible] ar [illegible] tri legerentur. Cum igitur in prima v [illegible] Virgin [illegible] per sisterent, vt ex Summi [illegible] ificis facultate à Presbyteris seiun [illegible] ian [illegible] mo [illegible] & Canonici, [illegible] ne [illegible] cum Sacerdotibus age [illegible] au [illegible] m (n [illegible] pri [illegible] s daretur opportunita [illegible] m grandi [illegible] ex [illegible] haud enim fas Deum neglectu habitatum, omnin [illegible], v [illegible] piorum h [illegible] mi [illegible] um libera [illegible] as o [illegible] e [illegible] uf- ficiat, qu [illegible] æ [illegible] tum in e [illegible] m p [illegible] ne [illegible] fundi [illegible] en [illegible] u [illegible] que ve [illegible] H [illegible] Virgines [illegible] tant [illegible] per sub tectis xenodochij con [illegible] ere, d [illegible] m se n [illegible] uam [illegible] atan [illegible] sede [illegible] præberet [illegible]

V [illegible] Insulam reuisamus [illegible] e [illegible] am fama penetrauerat eorum labor [illegible] s vt liter

S. Fran-

Left margin: AN. 1225.

Right margin notes: [illegible] Fratribus [illegible] locat. · Littera Gualt. [illegible] · Vide Gal. [illegible] l. 2. c. 32. · [illegible] confirmata. · Vide G. Bl. [illegible] l. 2. c. 18. · Finis inchoandæ [illegible] m [illegible] Pontifex [illegible] Honorij [illegible] · Qui se opposuerit Episcopus Atrebatensis [illegible] · Mem. MSS. [illegible] litteræ Honorij. · [illegible] Decano [illegible] cum [illegible] Sacerdotibus [illegible] qui fuerit [illegible] · Lit. Decani & Capituli S. Pet. · Initia familiæ Franciscanæ Insulis · Vide G. Bl. [illegible]

S. F[illegible]

[illegible]

E[illegible] mariti [illegible] D[illegible] Ea[illegible]

[illegible] D. B[illegible]

[illegible] Q[illegible]

[illegible] E[illegible]

[illegible] Imperat[illegible] uerat [illegible]

[illegible] Ioannæ parent[illegible] B[illegible]an[illegible]

[illegible] No[illegible] fa[illegible]

[illegible] nactus opportunitatem, B[illegible]du[illegible] e[illegible] pro[illegible] cessus est H[illegible]

[illegible]niæ Comitem, itémque Constantin[illegible] Imperatorem. A[illegible] R[illegible]

[illegible] in libertatem assertum, vbi q[illegible] res magnam ei pec[illegible]

[illegible] Noluisse [illegible]

[illegible] aliquot annis inter opaca, & deserta [illegible] crimina sua el[illegible]

[illegible]dia, corpore ve[illegible]us. Huc pœnit[illegible] tempus exp[illegible]

[illegible] quoniam sat[illegible] pe[illegible] ceret, ad [illegible]

[illegible]

[illegible] D

[illegible] Flandria, & Hannonia [illegible]

[illegible] Nobiles, & [illegible]

[illegible]

[illegible] Cortraci, Bruges, Gandau[illegible]

[illegible] Cumque maioribus in dies op[illegible]

A lam, vbi maiorem temporis partem Ioanna consistere solebat, pulcherrimo apparatu ingressus est. Lectica insigniter instructa vehebatur purpureo amictus pallio, & longam manu virgam ostentans. Nullus in eum cultus ab ciuibus desideratus, nulla pecuniæ profusio: quòd eum pro vero (quamquam aliorum artibus decepti) Comite exciperent. Interim Ioanna rem omnem Ludouico Franciæ Regi per fidos nuntios explicuit: eúmque magnoperè rogauit, ne se per eiusmodi impostorem ditionibus exui pateretur. Miratus hominis audaciam, & populi leuitatem Ludouicus, Ioannę causam suscepit: & paucis pòst diebus, sapienter dissimulans Pseudo-balduinum per speciem ei felici reuersioni gratulandi, & vetus sacramentum renouādi, data fide publica, Peronam, aut Compendium (quidam enim auctorum hūc locum, alij alium nominant) inuitat. Neque cunctatur eò viam capere nouus Augustus, ibíque maximo quà suo, quà comitum apparatu Regi se sistit. Post festiuas epulas, ad explorādam veritatem variis tum ab Rege, tum ab Franciæ Principibus de veri Balduini rebus incessitur quęstionibus. Ad eas ipse tamdiu bellè, ac expeditè respondet, B donec Bellouacorū Episcopus laruā detegit. Is enim cùm tria, quæ ignorari ab vero Balduino nefas erat, quæreret, vbi scilicet locorum iureiurando se Philippo Regi obstrinxisset; quis eum militari balteo donâsset; quo die, quóue loco Mariam Campanam sibi despondisset: paullulùm hærere, ac tergiuersari occepit, tandémque ampliari tempus petiit, vti secum ea reputaret animo. Verùm Ludouicus facilè deprehendens suis hominem imposturis teneri, tantúmque tempus extrahi cupere, vt malum nouis artibus dolum contegeret: grauissimis eum verbis increpuit, iámque satis fallaciæ compertum, ab se facessere iussit, ac tres intra dies regni finibus excedere. Eo Regis iudicio per aulam vrbémque disperso, statim Flandri & Hannonij, quos in Franciam vel studium comitandi, vel Ioannæ odium, vel animi simplicitas pertraxerat, magno pudore suffundi, ac simulato Cæsare relicto, res suas conuasare, ac furtim domum diffugere. Igitur Bertrandus cùm videret detractam sibi personam, relictis ferè omnibus impedimentis, ac duobus tantùm viris comitantibus, C viam præcipitauit, ac breui Valentianas peruenit. Ibi deposito cultu, institoris vestem induit, & occultis itineribus in Burgundiam abiit. Sed non multò pòst cùm Ioanna vehementer eius capiendi desiderio æstuans vbique peruestigari mandâsset, ipsum famulus Erardi Chastenaij nobilis admodum viri deprehendit. Ita vinculis oneratus ad Ioannam Insulam pertrahitur, quæ mox Chastenaijo pretium laboris, & fidei ducentas argenti libras numerauit. Habito deinceps ibidem loci Nobilium Flandriæ Conuentu causam impostoris ventilari placuit. Ante omnia is confessus est, Bertrandum Raynsium se vocari. in Belgium ex Campania se venisse. allectum dulcedine regnandi, tam splendidam exorsum fabulam, multis Flandrorum & Hannonum opes sibi ad eam peragendam suppeditantibus. Dein vti pro meritis secum ageretur, flagitauit. Ea perculsus est denique sententia, vt in equo per totam circumduceretur vrbem, eòque præbito ciuibus spectaculo, extra muros è sublimi trabe suspensus vitam perderet. Hæc sunt, quæ propiùs ad veritatem huius historiæ videntur accedere. Nam quæ nonnulli chartis illeuere, Ioannam tametsi D parentem suum agnouisset, eum nihilominus tamen è furca suspendi iussisse, Ferrandi coniugis amore, & regnandi cupidine; Laudensis monasterij Antistitem eius veritatis conscium noctu corpus è trabe deposuisse, humóque mandâsse; falsitatis omnino comperta sunt. Primùm enim ab Ioanna in Gręciam missi Ioannes Mutelanensis Pontifex, & Benedictini Ordinis Theologus Albertus, Hadrianopolim iuxta Balduinum inter pugnandum ab Rege Valachrorum Ioanne captum, & posteà in frusta concisum certò retulere. Neque desunt, qui litteris mandârint, plerosque Balduini comites, qui sanctum religionis D. Francisci habitum posteà in Lusitania induerunt, ac inde has in partes dimissi partim Attrebati, partim Valentianis & Lendij consedere: tum in Belgio, tum in Francia Syluanectensi Episcopo & Regi Ludouico sanctissimè affirmâsse, visum ab se mortuum Cæsarem; ideoque prętertim tactos sibi animos vitam ab sæculo, & sceleribus remotam traducendi cupidine. hos cùm percepisset Eremita conuocatos ab Rege, vt cæsi Balduini fidem

Pseudo-balduinus detegitur; & supplicio afficitur Insulæ.

face-

facerent: admodum sibi timuisse, ac noua omnibus fallacia delusis, occultis ex Francia itineribus fecessisse. His ergo Ioanna difficultatibus expedita, vehementiùs, A quàm anteà, ad mariti libertatem impetrandam animum intendit. Et aderat eius conatibus Blancha Regis coniux, & Lusitanici sanguinis fœmina. Ac tunc eò Rex deductus, vti certis conditionibus iureiurando confirmatis, è custodia Comitem extrahi pateretur. Hæc inter eas leges proposita fuerunt: Si rursus ab Rege deficeret Ferrandus, sacris eum Pontifex Romanus arceret: totis ipse regni finibus excluderetur: per Flandriam Laudunensis, & Syluanectensis Episcopi sacrificia interdicerent: aliquot deinceps annos Regi Duacum subesset. Sed hunc preces adhibendi, legésque dicendi laborem frustrà susceptum video, quòd Flandri conditionibus illis adstringi abnuerint.

De mittendo ex custodia Ferrando agitur: at frustrà.
Iac. Meier. lib. 5.

Interim Rogerius Insulensis Castellanus fundum attribuit erigendo intra vrbis Insulanæ mœnia Nosocomio S. Iacobi. Destinatus is locus puerperis egentibus, vt ibi tamdiu curentur, donec dies purgationis expleuerint; aut si fors morbum ibi contrahant, ex eo conualuerint. Et Gulielmus Dampetra, eiúsque coniux Margareta B Ioannæ Principis soror, dum Orchiaci morantur, datum eius vrbis ciuibus ab Philippo Elsatio priuilegium, cuius anteà meminimus, nouis confirmarunt litteris. Apud Ioannam cùm diu Insulenses ob admissum culsúmque Bertrandum magna ducti pœnitentia egissent, vt omnem in ipsos ea detergeret ex animo iracundiam: totius facinoris veniam per litteras impetrauere.

Nosocomiū S. Iacobi Insulæ fūdatur.
Francisc. Pietin. & Flor. Vander. har. de Ca. & Insulens.
Orchiacense priuilegium roboratur.

Qui secutus est annus Ludouicum Regem Francorum è medio viuorum tolli AN. 1226. sensit, ac Ludouicum eius liberorum natu maximum, qui Sanctis adscriptus colitur, regio perungi oleo, & diademate ornari vidit extremo Nouembri. Et mox hic maternis admodum flagitationibus impulsus est, vt Ferrandum Flandriæ Comitem in pristinam assereret libertatem. Ægrè tamen istud impetratum, ac non nisi postquam Comes, eiúsque coniux in eas pacis leges fidem obligauere, quarum antè mentionem fecimus. Igitur postquam in Flandriam reductus est Ferrandus eò curas conuertit, vt Flandros ad firmanda iuramento initæ cum Rege pacis capita impelleret, C nunquam tamen perficere potuit, illas vt leges ij subirent. Interim ipse, & Ioanna coniux mense Decembri diplomate suo id omne crimen Duacensibus condonauere, quo bellis vltimis Francorum Regem admiserant, eíque arma sociauerant. Et AN. 1227. cùm repens inter Francici regni proceres dissensio sæuiret, alijs Blanchæ matris regiæ imperium aspernantibus, alijs idem tolerantibus, in Flandria Comes delectum habuit. Contractis inde copijs castigatus Bononiæ Comes Reginæ grauiter aduersus, eiúsque ditio fœdè vastata est rapinis, & incendio. Et translato posteà in Brabantiam bello, Henricum Ducem prælio vicit Aschamiuxta, captúmque in Flandriam adduxit. Insignem ea se pugna præbuisse Castellanum Insulensem Rogerium inuenio. Sacris etiam locis hoc tempore nonnihil impensum est. Decyensis xenodochij Virgines à Præposito & Capitulo S. Petri Duacensis locum impetrauere Sini, vti monasterij struerent ædificia. quòd is amœnitate præstaret, Belli cognomen accepit. Illic igitur cœpta condi domicilia. & in huius parthenonis patronam electa Christi parens. Gregorius Nonus Pontifex Maximus potestatem fecit eius cœnobij Monialibus, vt Antistitam sibi deligerent; in cœtum suum Virgines admitterent; D ab Episcopi Atrebatensis iurisdictione essent liberæ; S. Victoris Parisiensi Capitulo sese subijcerent. dein ipsas, monasterium, bonáque omnia sub Sedis Apostolicæ patrocinium recepit. Eius tamen diplomatis priuilegio quoad electionem Antistitæ priùs vti noluere, quàm Pontius Atrebatium Pontifex grauiter adhuc ipsis infestus, è viuis excederet. At Ioanna Flandriæ Princeps vnà cum marito ad promouendum Reclinatorij B. Virginis monasterium animum, opésque appulit. Id iam, vt memorauimus, in Marquæ finibus cœptum erat, ac non paucas Virgines claudebat, quibus Bertha præerat tum genere, tum virtutibus nobilissima mulier. huius arte monitisque insigne religio capiebat incrementum, incensis admodum studio virtutum Monialibus. Verùm locus parum erat ob situm religiosi cœtus quieti opportunus. Quòd enim publicæ Cortracensi viæ adiaceret, vario erat aduenantium tumultui

S. LVDOVICVS patre mortuo Rex Francorum vngitur.
Annal. Franc. Anyl. Gaguin. al.
Vt certis conditionibus in libertatem Ferrandus asseratur, permittit.
Iac. Meier. lib. 8. al.
Ferrādus pro matre S. Ludouici arma capit.
Iac. Meier. lib. 8.
Brabantiæ Ducem pugnando capit.
Iac. Meier. lib. 8.
Diploma Greg. Mon. MSS. Beauensis.
Marquettēse monasterium struitur.
Litteræ Ioan. Mon. Marq.

[illegible] veniam [illegible]

[illegible] Lau[illegible] D. [illegible] Deca[illegible]

[illegible] vas aureum [illegible] Ad eamdem Ecc[illegible] S. [illegible] & B. M[illegible] Hu[illegible] C[illegible]legi[illegible] pecunias a[illegible] per hyem[illegible], vel [illegible] ad [illegible]lem ce[illegible]

E[illegible] in pias an[illegible] ext[illegible] palat[illegible] par[illegible] D[illegible] Co[illegible]

[illegible] Pater Ze[illegible]

A ſubditi nullis laicorum prehenſionibus, & iudicijs ſubiacerent. Et coactus eſt Petrus Epiſcopi ſententia, quam de Gilla pecuniam acceperat Tornacum ad Canonicos per Inſulenſem Chriſtianitatis Decanum mittere. In hæreticos Duaci eodem anno iuſtiſſimè, grauiſſiméque ſæuitum eſt. Decem viri eo veneno imbuti fuerant reperti: fruſtráque laborauerant quidam, vt ab inſana mente ad rectam eos reducerent. Igitur cùm placuiſſet eos pro meritis inſigni ſupplicio plectere, nihil ad iudicij pœnarúmque celebritatem defuit. Opportunè tunc has in partes venerat Henricus Remenſis Archiepiſcopus: aderátque P. Robertus ex Ordine Dominicanorum ab Summo Pontifice capiendorum, & puniendorum hæreticorum poteſtate præditus. Neque ſuam paſſi ſunt præſentiam deſiderari Godefridus Cameracenſis Pontifex, Aſſo Atrebatenſis Epiſcopus, & Tornacenſis Walterus. Iunxit etiam ijs ſeſe Ioanna Flandriæ Princeps multa ditionum ſuarum ſepta nobilitate. Quóue plus terroris hominum multitudini incuteretur, delectus eſt ſupplicio dies Dominicus Maio menſe, vti ciues omnes, ac vicinorum incolæ locorum ab operibus feriati ſpectaculum vſur-

Hæretici iuxta Duacum exuruntur.

Lib. argent. D. Aman.

B parent. Ergo tot viris nobiliſſimis, & innumeris hominum turbis adſtantibus, & videntibus, extra portam Oliueti, qua Lambras tendebatur, illi flammis iniecti, abſumptíque ſunt.

AN. 1235. Exactis inde menſibus fermè duodecim; eadem Flandriæ Comes Ioanna litteras conſcripſit de legendis Inſulæ Magiſtratibus ipſo die Sanctorum omnium annis ſingulis recurrente. Ac tum Fulco D. Petri Inſulenſis Canonicus ad ſuperos feliciter euolauit. Is iam annos quinque ac viginti grauibus morbi cruciatibus peruicacis animi noxam eluerat, qua toties ab ſe repulerat aduerſus hæreticos prædicandæ Crucis munus: cùm eius patientia delectatus Saluator noſter ei videndum ſeſe præbuit ea ſpecie, qua ſuffixus in Crucem vitam poſuit, ac quo die corpus exueret, indicauit. Supereſt præclarum eius in egenos, morbidóſque munificentiæ monumentum, quod Gandaui Noſocomium erexit, dotauítque Bilokam nomine. ac diu memoriam eius Canonicis Inſulenſibus ingeſſerunt domus duæ, quas ipſis Inſulæ dono

Poteſtas legendi Senatum Inſulenſem.

Vide Gallo-fl. l. 1. c. 21.

Fulco Canonicus Inſulēſis moritur.

Thom. Cantip. lib. 1. ap. cap. 32.

Iacob Meyer l. 8.

Eius opera & munificentia.

Iac. Meyer. lib. 8.

C dedit. Pergebat interim B. Zegherus Inſulam, Ipras, alióſue locos ſuis è ſacro ſuggeſtu concionibus excolere, & non leui meſſe Dominicum implebat horreum: adeóque virtus eius chara omnibus erat, vt hominis conſpectus ſermóque paſſim etiam ab ſummis ordinibus expeteretur. Gaudebat eius præſentia magnoperè Flandrorum Princeps Ioanna: ideóque frequenter ad ſe tum videndi alloquendíue cupidine, tum negotiorum animi expediendorum gratia, vocabat. Inerat idem ardor Epiſcopo Cameracenſi, ac nonnullis magni generis viris. Emicabat ſcilicet eius è vultu inſignis quædam imago virtutis, quæ non leuiter intuentes afficeret, ádque recti cultum incenderet. quæque ex eius ore verba promebantur, vim iaculorum habebāt configendis amore cæleſtium rerum cordibus. Ergo dum piis laboribus intentus nihil reliqui facit, vt plurimos Deo mortales adiungat: Iprenſis illa Margareta, quam ab ipſo è mundi cœno extractam, & virtutibus exornatam fuiſſe docui-

Varijs in locis B. Zegherus laborat, & multis charus eſt.

Hyac. Choquet.

Margareta Iprēſis in cælos migrat.

AN. 1237. mus, inſignem meritis, ac multo illuſtrem decore ſpiritum efflauit. Paucis inde diebus, ad eum mulier quædam accurrit opem flagitabunda. Brachium eius admo-

D dum vi doloris intumuerat, iámque id ardor quidam inflammauerat vehementer. Adhibiti fuerant fruſtrà Medici, tum vt ignem extinguerent, tum vt omnem abſtergerent tumorem. Cùm igitur à pleriſque didiciſſet, non leuibus malis permultos à B. Zeghero leuatos fuiſſe, ad eum fidenter acceſſit, opémque petiit ſanando prorſus brachio. Hîc primò mulierem Zegherus admirari, dein ſuffundi rubore. Vt opem miſeræ ferret, charitas impellebat; eam ab ſe profectam videri, vetabat ingens animi depreſſio. Itaque tam vt mulierem malo brachij liberaret, quàm vt ſibi adſcriberetur nihil: illam callidè, & prudenter hortatur, vt Margaretæ iam nominatæ tumulum adeat: illic eam alloquatur, aſſerátue, imperatum ipſi ab eo, cui viuens ſemper obediuerat, vt nunc eadem parendi promptitudine Deum ardenter precetur, & brachij ſanitatem impetret. Fecit fœmina quod ſuadebat Zegherus. Et vix ad ſepulchrum virginis peruenerat, eámque ex ſententia viri ſancti interpellauerat, cùm multis, qui aderant, videntibus, ſanitatem extemplò recipit. Dolebat interim Flan-

Quî ad eius ſepulchrum Zeghero iubente mulier ſanata fuerit.

Thom. Cantip. in vita Margar.

A

Ioanna Thomæ Sabaudo nubit. *Iac. Meier. lib. 8. aug.*

Leprodochiũ fundat soror eius Margareta. *Litt. Margar. Bapt. Gramay.*

driæ Princeps Ioanna, nullam sibi ex Ferrando sobolem suppetere, cui Flandricam ditionem Hannonicámque moriens relinqueret. ideóque Francorum Regis consilio vsa, Thomam Sabaudiæ Comitis fratrem, & Reginæ Franciæ auunculum, matrimonio sibi copulauit. Contrà, soror eius Margareta Guilelmi Dampetræi vxor locum insignem in Orcbiensi suburbio condidit alendis illic, fouendísque hominibus lepra contactis; & congruentem eorum necessitatibus censum attribuit. Inhærebat scilicet huius fœminæ pectori præclarus tum augẽdæ religionis, tum iuuandorum egentium ardor: vt quamuis neque multus tunc opibus polleret, neque modica sobole grauaretur, haud sibi tamen arbitraretur ab aliquo pietatis opere cessandum.

Flandriæ Comes copias ducit aduersus Lemburgi Ducem. *Iacob. Meier. l. 8.*

AN. 1238. Erat verò Thomæ Ioannæ marito frater Guilelmus, quem Leodienses nuper in Pontificem suum receperant. Ne quam tamen in Episcopatu quietem is caperet, Valeranus Lemburgius effecit. Hic enim ob causam nondum mihi compertam, armis eum prosequutus est, eiúsque ditionem deprædationibus infestauit grauiter. Ergo Thomas vt fratri suppetias iret, non paruum in Flandria, & Hannonia exercitum collegit, eúmque in Leodiensium regionem deduxit, vt bello Lemburgium appeteret. ac tantum iis terrorem copiis inuexit, vt ad primum aduentus eius nuncium fugam hostis capessiuerit. Obibat intereà diœcesim suam Walterus Tornacensium

B

Leprosariæ domui Insulensi leges Episcopus præscribit. *VValt. diplom.*

Pontifex, multáque variis in locis ad morum mutationem instituebat feliciter. Cùm esset Insulæ, plurima deprehendit perperam ab Fratribus, & Sororibus agitari, quibus Insulensis Leprodochij cura committebatur. Ergo non minùs in eos animaduertendum esse ratus est, ac paullò antè fecerat in Orquensi leprosorum domo iuxta Tornacum. AN. 1239. Et mox ad quas vitam exigerent, leges præscripsit. Harum aliis de fratrum ac Sororum separatione sancitum fuit: vt illi seiunctis in locis & habitarent, & viris lepra infectis operam darent; hæ diuersis in sedibus sui sexus ægris seruirent, ibíque morarentur. Et nonnullis capitibus aduersum vitia pugnabatur, multáque sunt instituta, tum vt ea extirparentur, tum vt rei congruentibus pœnis commissa luerent. Qui rixas alerent, & pudicitiam aliquo modo violarent, ij præsertim coërciti; vt ne quidem interdiu viro & fœminæ colloquia sine arbitro habere licitum fuerit.

C

Flandriæ Comites Nosocomio Insulensi dant leges. *Horũ diploma.*

Ac tum quoque Thomas & Ioanna Flandriæ Comites litteris publicis tradidere, quas leges in Nosocomio D. Virginis Insulæ obseruari magnopere cupiebant: quarum hæc præsertim capita. Ante festum S. Ioannis Baptistæ viri duo Ecclesiastici dicantur, qui magistratu annuo fungentes rebus ad optimam gubernationem necessarius prouideant. horum alterum legat Flandriæ Comes, alterum D. Petri Collegium è Canonicis presbyteris sufficiat. Hi de Laudensis Antistitis sententia Magistrum eligant, magna virum prudentia, & virtute, in quem totius Nosocomij onus recumbat: eumdem magistratu arceant, vbi perspexerint prauis artibus, aut moribus transuersum. Magister nihil magnum moliatur inconsultis Prouisoribus, aut in consultationem non euocatis Fratribus, & Sororibus, horúmque parte maxima non consentiente. idem sacerdotij dignitatem sit adeptus: in Sororum & Fratrum consortium ad cœtum haud plures admittat, quàm necessitas patiatur: nullique ad capiendum religionis habitum viam patefaciat, nisi horum omnium perrogatis sententiis: absque horum consensu neque Sacerdotes, neque Clericos in sacrum domus vsum recipiat: vltra triduum absque Prouisorum sententia septis Nosocomij non emaneat. Tam ipse, quàm Fratres, ac Sorores, & Capellani ex præscripto Episcopi vitam degant, moresque componant. Quotidie sacrum, & officium diuinum ab Sacerdotibus, & Clericis ad ægrorum consolationem loco patenti concinantur. omnibus tam infirmis, quàm Valentibus intra fines Valetudinarij commorantibus, quoad viuunt, iura Christianitatis Capellani impertiant. ægroti frequenter Sacramentis Ecclesiæ reficiantur, & piis alloquiis animentur.

D

Solis eclipsis. *Iac. Meier. lib. 8.*

Guilelmus Dampetræus obit. *Iac. Meier. lib. 8. Diplom. Marg.*

AN. 1241. Annum Christi millesimum ducentesimum & quadragesimum primum valdè mœstum reddidit ingens solis deliquium pridie nonas Octobris, ab sexta in horam fere nonam languenti, & obscuro lumine. Et circa hoc tempus supremum diem expleuit Guilelmus Dampetræus Margaretæ Flandricæ maritus. In eum parthenonem, quem erexerat eadem Margareta Orciaci iuxta, corpus illatum. ac noui tunc

factis

A facris D. Bernardi Virginibus illic degentibus attributi census sunt eius Principis dono.

AN. 1243. Exacto inde biennio grauiter tulit Senatus Insulensis, à quibusdam hominibus villaticis vnum è ciuibus suis luculentis affectum vulneribus. Et quoniam certò compererat, Thomam Aschemium Flersij commorantem eius facinoris reum fuisse, consuetis eum pœnis mulctari voluit. Ergo vexillis in medium prolatis, magno tumultu ciues pro vetere vrbis more in cuneum coacti sunt, ac mox Flersium ab Castellano deducti. Illic Thomæ ad iudicium sese minimè sistentis, eòque profitentis se reum, tectis iniectæ flammæ: neque priùs inde discessum, quàm incendium totam eius domum ac supellectilem hauserit. Sed quoniam Thomas D. Petri Insulensis Canonicis obnoxius erat, ideòque incendiariæ legis, ac pœnæ immunis, id omne damnum pretio luere Senatum Insulensem oportuit. *Ciuem suum Insulenses incendio vindicant. Lib. S. Petr. lib. Rosfin.*

Sub hoc tempus Brabantiæ Dux Henricus pacti cum Ferrando Comite fœdetis leges infregit. Ea res Thomæ Sabaudo belli aduersus eum suscipiendi causam subministrauit. tantòque hic Flandrorum ardore Brabantiam aggressus est, vt obuia B quæque vastando etiam Bruxellas vi ceperit, indéque Ducem, ac fratrem eius Go- AN. 1244. defridum in Flandriam adduxerit. Et non multò pòst aliud eumdem Principem bellum in Namurcensium traxit ditionem: quo dum grauiter distinetur, ibique rem fortiter agit: Ioanna coniux eius in lethalem morbum incidit, ac paucis inde diebus vitam exuit. Præclarum illud facinus, quo se ad mortem feliciter obeundam comparauit. Intra muros Marquettensis cœnobij domum exstruxerat, quò se reciperet, quoties desiderio ab turbis semotæ, & quietæ vitæ caperetur. Ergo cùm facilè perciperet, extremo se morbo tentari, illuc deferri voluit. Ibi degentem magna mox inuasit cupido reliquum vitæ tempus æterno Numini consecrandi virgineos inter cœtus. Et quoniam iudicio Medicorum nulla spes erat longè vitam producendi, ab marito sibi potestatem fieri flagitauit capessendæ religionis. Vt eam magno Thomas cultu, & amore prosequebatur, explendi tam sancti desiderij veniam libens impertiit. Igitur Bertha eius loci Antistita inter Moniales receptam sacro amictu induit. ac C non iam eam, vt monasterij parentem, verùm vt filiam, arctissimè visceribus charitatis complexa est; omnéque studium adhibuit, tum vt eò, quod reliquum erat, tempore animum eius religiosè instrueret, tum vt corpori necessitates alacriter impertiretur. Sed paucis diebus exactis, ingrauescente morbo, Ioanna mœstissimo cœtu Virginum septa, inter summas vitæ nouæ voluptates placidissimè animam egit. Superest etiam hodie domus illa, vbi nouum cœpit vitæ genus, & diem supremum obiit. Iuxta Ferrandum in separato mausoleo sepulturæ tradita est. Luxit aliquamdiu tam nobilem matronam Flandria omnis Hannoniáque. Plus tamen lachrymarum mors eius apud Gallo-flandros, quàm vspiam alibi, expressit. Nusquam ea scilicet frequentius commorata; nusquam maioribus virtutum facibus illuxit; nusquam plus religiosi piique reliquit operis. Ab ea condita ægrorum commodis duo Insulenses valetudinaria ostentant. Apud eosdem Dominicanorum & Franciscanorum familiæ huius eleemosynis creuere. Ex eius constitutione Insulensis Senatus legitur. *Itemque Namurcensem ditionem. Iac. Meier. lib. 8. Ioanna vxor eius in lethalem morbum incidit. Mon. MSS. Marquett. Priusquam moreretur, in Marquettensi monasterium delata est, ibique religiosũ sumpsit habitum.* *Thomas Brabantiam inuadit, & vastat. Iac. Meier. lib. 8.*

D Marquettensis Parthenon eius liberalitatis, ac ductæ religiosè vitæ testis est. Actis subinde Comiti Thomæ gratiis, multísque donatis muneribus pretiosis, quòd nullam ei prolem dedisset Ioanna: huius soror Margareta Flandriæ, & Hannoniæ Principatus adiit. Haud priùs tamen Ludouicus Franciæ Rex in fidem eam recepit, quàm iurata promisit, iis se legibus statutam, quas Ferrandus in libertatem asserendus inita pace subiuerat. Iam diu hanc ad regimen idoneam multa promiserant: pássimque animos deuinxerat studio religionis, & in pauperes profusa liberalitate, nonnullis iam conditis quà Virginum sacrarum, quà cum morbo conflictantium, inopúmque hominum domiciliis. Et sub ea metum omnem abstersura videbatur insignis illa, qua plurimùm pollebat, in aduersis animi magnitudo, & constantia. *MARGARETA soror eius Flandris imperat. Iacob. Meier. l. 8.*

AN. 1245. Nec periculum erat deuoluendi aliò imperij, cùm multa soboles ei suppeditaret. Grata regiminis eius initia Insulensibus fuere. hos enim ab omnibus vectigalibus Comiti Flandriæ pendi solitis perpetuùm immunes esse voluit. Magno subin- *Priuilegium impertit Insulensibus. Marq. diplom. Iac. Meier. lib. 9.*

Legati Franciæ Regis Insulá veniunt. *Lib. Reisin.*

A

decomitatu Insulam venere Francorũ Regis legati Guilelmus Clericus, & Amauricus Mendonius Eques. Legationis caput erat, vt Insulenses sacramento se constringerent nunquam adhærendi Margaretæ Principi, postquam ea pactas cum Rege leges rescidcrit. Mandauítque Margareta, vt hunc in modum sese iureiurando ciues obligarent: *Neque opibus, neque consilio ipsi subuenturos sese, si fortè à pactis legibus resiliat aduersus eam Regi, ac eius liberis auxilio tunc futuros.* At cùm ex vtroque toro liberos haberet Margareta, magnúmque periculum ingrueret factionum, & varij tumultus, nisi maturè obuiàm iretur eorum cupidini, quos arripiendæ ditionis Flandricæ ardor incenderet: Ludouico Regi Franciæ, Odoníque Cardinali Tusculano, & Romanæ Sedis Legato, rem omnem ipsa commisit. Priusquam ij decidcrent controuersiam, vbique per Flandriam Magistratibus, & multitudini mandatum fuit, vti fidem iurando facerent, eum se de liberis Margaretæ pro Comite recepturos, in quem Ludouicus Rex, Odo Cardinalis, & Margareta imperium contulerint. Martio mense Insulani, & Duacenses eo fidem alligauere iurando. Neque tunc vtrisque Principis liberis hoc sacramentum displicuit: cùm id suis quisque litteris comprobauerint. Verùm ipsi posteà Peronæ fœdissimis omnia conuitijs, & altercationibus turbauere. Ierant quippe hinc ad Regem Guilelmus, Guido, Ioannes posterioribus orti Margaretæ nuptijs; illinc Ioannes & Balduinus ex Burchardo Auesnio procreati. Et cùm de natalibus coram eo disceptaretur ardentiùs: hos illi ex matre nothos appellauere, irroganda turpiter ignominia. Ægerrimè id ferebat Ioannes Auesnius: & cùm acerrimo esset ingenio, natales suos Pontificis Maximi effato tuebatur, qui legitimos, saltem propter contractum ritè ac publicè matrimonium, pronunciauerat. Dein vetus Flandriæ scitum proferebat, quo nulli maternum stuprum fœditatem natalium parit: ideóque obstinatè affirmabat, Flandriæ sibi, & Hannoniæ Comitatus deberi. Nihilominùs tamen qui Margaretæ vita defunctæ in Flandricum Principatum succederet, à S. Ludouico ac Odone Romani Pontificis Legato Guilelmus genitorum è Dampetra liberorum maximus, designatur: solúmque Ioanni Auesnio attributa est Hannonia. Ea res igitur Auesnio ingens matris, fratrísque odium intendit. Et quoniam partim Hollandiæ Comes Guilelmus, partim pleraque tum Flandriæ, tum Hannoniæ nobilitas animos ipsi faciebant, matri bellum indicit. Nihil tamen hostilius hoc anno susceptum: quòd nondum ad sacram expeditionem Ludouicus Rex è regno discederet. Interim ab Margareta Comitissa xenodochium Siclíniense conditur. Ibi Moniales D. Augustini regulam professæ ab eadem collocantur, vt ægros, aduenásque excipiant, ac foueant. Adduntur aliquot viri religione obstricti, qui rem domesticam curent, ac Virginibus, & pauperibus sub tectum receptis sacra impertiant. Atrebati Furseus Pontifex, qui præterito anno in demortui Affonis locum fuerat suffectus ob insignes animi virtutes, morbo exstinguitur, eíque successor datur Iacobus Dinantius. Et iuxta Insulam Marquettanis Virginibus adempta est prima per mortẽ Antistita. Ea fuit Bertha de Marbais tam genere, quàm virtute nobilis. Ioannam Flandriæ Principem, eiúsque cœnobij authorem, magna necessitate sanguinis tangebat. Priusquam religiosum arriperet institutum, annis erat grandior, & coniugij vinculum subiuerat accepto in maritum Moulembaisij toparcha. Vbi se sensit eo fatis functo nuptiarum molestia, & onere liberatam, ideóque suæ spontis redditam, ad monasticæ vitæ dulcedinem animum vertit. Igitur spretis mundi delicijs, tótque fortunis, quibus amplissimis pollebat, in quoddam se Brabantiæ monasterium abdidit, vbi Cistertiensis Ordinis hauriret auidè disciplinam. Ibi socias instituti adeò celeriter bonis artibus, & factis æquauit, vt magnæ omnibus esset voluptati. Iámque primum post Antistitam gradum obtinebat regendis aliarum mentibus idonea, cum Marquettense Phrontisterium Ioanna moliretur. Ergo surgẽtibus ędificijs, & multo iam domicilio habitationi opportuno, cùm quæreretur aliqua prouectæ virtutis, & ætatis fœmina, quæ cœtus coalescentis regimen capesseret: in eam cum primis oculos Ioanna coniecit, non tam naturæ necessitudine, quàm virtutum excellentia stimulante. Neque tantam Bertha spem Principis fefellir. Postquam enim sese rebus agendis, & imbuendis vera religione

Quo se iuramento his adstrinxerint Insulenses.

De liberorum Margaretæ successione quid fuerit statutum. *Lib. Reisin. Regist. Duac. Iacob. Meier l. 9.*

B

Adeunt Regẽ Franciæ filij Margaretæ. *Iac Meier. lib 9.*

Corã eo turpiter altercantur de natalibus.

Guilelmo Rex Flandriæ soccessionem adscribit.

AN. 1246.

C

Hospitale Siclinij struitur. *Littera Marg. Prstam in lib. de Castell. Insul.*

AN. 1247.

FVRSEVS Episc. Atreb. moritur.

IACOBVS succedit. *Tabb. Atrebb. Locr. in Chron.*

Bertha Marquettẽsis Abbatissa vita defungitur. *Monum. Marq.*

Laudes eius.

D

A comonasterium suæ curæ Virginum animis applicuit: ingens sanè operæ pretium cepit, iis omnibus ad virtutem, & cælestium mentium imitationem vehementer accensis; cùm plus ipsa magnis sanctisque facinoribus, quàm monitis, impelleret. Annos viginti clauum tenuerat, neque tempestatibus, neque periculis ab recto deterrita virtutum itinere, cùm iuxta Brugas ad Spermaliense monasterium profectam morbus corripuit, & paucos intra dies abstulit. Relatum inde corpus Marquettam est, ac in Parthenonis templo insigni cum luctu Virginum omnium humo mandatum. Aquiriensis Parthenonis, vbi primùm religionem coluit, Sanctimoniales haud minùs, quàm Marquettenses, eius memoriam venerantur: locúmque nomen eius inter laudabiles fœminas in Sanctorum Episcopatus Namurcensis Indice obtinet. Transacto mense vno Maria Raissia Berthæ sufficitur ipso Assumptæ Deiparæ Virginis die. Duo ipsam præsertim commendauerant, generis magnitudo, & mentis excultæ virtutibus splendor. Non priùs ad induendum Religionis habitum sese huius Asceterij Virginibus adiecerat, quàm nuptiarum pondus sustinuisset. Thomas Lampre-B nessius ei coniux obuenerat, magno vir loco natus, & Equestri præditus dignitate. Hoc è viuis abeunte, muliebrem mundum exuit, atque in hoc cœnobio & habitum & regulam D. Bernardi arripuit, tantò ceteris maior futura, quantò plus ad virtutem ardoris deliciarum & vitiorum odia excieuerant. Iam præclara virtutum exempla regendis aptam animis, & rebus fecerant, cùm viuis fata Bertham eripuere. Igitur votis omnium ardentibus ad summum ipsa gradum euecta est, vt commissas

AN. 1248. sibi Virgines ad virtutem exemplo, & imperio cieret. Dum igitur ea moderante Marquettensis floret Abbatia, B. Ludouicus Francos sacram militiam secum professos Massiliæ nauibus imponit Kalendis Septembris. Inter præcipuos eius comites cernebatur Guilelmus Dampetræus Margaretæ Flandrorum Principis filius, magna septus Flandricæ nobilitatis copia. Exinde Ioannes Auesnius magno sanè iuuenis animo, & bellicis artibus florens, occasionem arripuit aperto matrem bello impetendi. Adiuuabat eum Hollandiæ Comes, & designatus Imperator, Guilelmus. In-C uasa primùm Hannonia: & eius causa dictum Henrico Leodiensium Episcopo sacramentum. Correpti mox fines Imperialis Flandriæ, ibique multa ferro, & incendio vastata. Frustráque à Principe Margareta Flandricus miles oppositus. Cæsis quippe non paucis, Rupelemondam artissimè Ioannes cum Cæsare obsedit. Vt igitur maiorem ab Flandria calamitatem mater auerteret, sexaginta aureorum millia filio numerauit, eóque pretio pacem redemit. Sed quamuis auro placatus, arma in præsens Ioannes posuerit; natalium tamen controuersiam aluit, odiúmque maternum. Et missi propterea, qui grauiter apud Innocentium Quartum Pontificem Maximum quererentur. Is per Petrum Catalaunensem Episcopum, & Cameracensem S. Sepulchri Antistitem, de ortu Ioannis, eiúsque fratris Balduini, diligenter inquiri mandauit. Quòd aliis rebus distineretur, partes suas Cameracensis Abbas Hugoni

AN. 1249. Liesseiano Præsuli tradidit. Itaque rebus omnibus accuratissimè exploratis, perpensisque, ab hoc & Catalaunensi Pontifice pronunciatum Remis fuit, eos iuuenes legitimo toro procreatos fuisse, quòd nuptias parentes palàm, & adhibitis Ecclesiæ cæ-D remoniis contraxerint. Et paullò pòst secundùm eosdem Innocentius sententiam tulit Lugduni. Nihil tamen his omnibus fracta est Margareta: eóque ad religionem colendam vehementiùs exarsit, quò plus ab liberis molestiarum patiebatur, vt ani-

AN. 1250. mum virtute, & constantia firmaret. Suis iam numeris erat absolutum Sichlinij Nosocomium, quod ipsa nuper recipiendis tractandísque pauperibus ægritudine corporũ affectis, ac peregrinis exexerat. Vt igitur his simul ac Sacerdotibus & Monialibus curam eorum habentibus vitæ necessitates abundè suppeterent, hoc anno Margareta publicis ea litteris mandauit, quæ liberaliter huic loco impertiebatur in perpetuum quotannis percipienda. Laborauerant diu Patres S. Francisci regulam profitẽtes, vt intra muros Insulenses domicilium ponerent. Iámque illic in fundo ab Senatu concesso varia struxerant ædificia eo in vico, qui tunc à Fullonibus nomen acceperat. Huc cùm vellent hoc anno è suburbanis ædibus migrare: id agendi veniam à Præposito & Capitulo S. Petri certis conditionibus impetrarunt, quòd is locus

Maria de Raisse Berthæ succedit.
Mon. Marquett.
Encomium eius.
Guilelmus Dampetræus cum Flandris ad sacrum it bellum.
Iacob Meier l. 9.
Ioãnes Auesnius matrem bello infestat.
Iac Meier. alij.
Margareta pacem auro emit.
Apud P. Orisc.
Max. Ioannes de natalibus suis mouet quæstionem.
Litter. Innoc.
Ij indicantur legitimi.
Princeps Margareta Nosocomio Sichlinẽsi dotem attribuit.
Minoritis Insulensibus dat libertatem.

 horum

A

horum esset iuri obnoxius, pactásque leges confirmauit Walterus Maruisius Tornacensis Pontifex. Hæc animaduertens Margareta, sui muneris esse putauit non modò huic familiæ per eleemosynas subuenire, verùm etiã maximas ei publico diplomate libertates concedere. At enim graue visum est Innocentio Pontifici Romano subiectos D. Petri Insulensis Ecclesiæ vicos ab Insulensi Senatu hostiliter inuadi, eóque loci domos igne corrumpi, mulctando vel cæsi, vel necati ciuis reo. Apud eum scilicet non leuiter questi fuerant eius nobilissimi Collegij Canonici, nuperrimo præsertim stimulante huiusmodi facinoris exemplo. Quippe Iacobus vrbis Insulensis Præpositus armatam ciuium multitudinem portis eduxerat, eámque tumultuosè Quercetum ad Deullam pertraxerat. ibi flammas ædibus Aelidis de la Houssiere, eiusque filij Ioannis iniecerat, vtiis igni consumptis de Ioanne vindictam pro more sumeret, qui ciuem Insulensem fœdè vulnerauerat. Et quamuis Margareta Flandriæ Princeps ære suo damnum illud reparâsset, quòd is locus D. Petri Canonicis subesset: arsere nihilominùs tamen horum animi eius grauissimæ consuetudinis abolendæ desiderio. Eorum igitur Pontifex Innocentius æquis flagitationibus impulsus, cùm Lugduni ageret, Waltero Tornacensi Episcopo per litteras mandauit, vti cum Magistratibus Insulensis vrbis ageret: eos ab tali consuetudine blandis primùm verbis reuocaret. si hoc modo nihil proficeret, tum denique Ecclesiasticis eos censuris percelleret. Et quò maturiùs, atque faciliùs id negotium conficeretur, idem Pontifex Maximus, & Walterus apud Margaretam Principem multis egere. Tot tamen adhibitos fuisse frustrà conatus, ea patefacient, quę paullò pòst afferam. Feliciùs eidem Waltero Tornacensium Episcopo negotium successit, quod aduersus Cominiensem Regulum susceperat. Diu inter vtrumque de parochiali Ecclesia & Canonicorum beneficiis agitabatur controuersia. Hic more maiorum sese tam Ecclesiæ patronum, quàm sacerdotiorum collatorem venditabat: quòd Harduinus olim Tornacensis & Nouiomensis Episcopus eius loci patronatum Flandriæ Comiti donâsset, ab hoc maiores sui eumdem accepissent. Ex aduerso Walterus asserebat, iam diu tempus effluxisse, quo licuit Comiti ex munere Harduini, eiúsque successoribus, eo frui iure: iam non posse ipsum iusto titulo, ac sine crimine retinere, quod nequibant Comites vltra quartam generationem vel possidere, vel vtendum aliis permittere. Vt igitur Walterum ius aspiciebat, ita vis eius dicendi apud Cominiensem plurimùm valuit. Exorari enim hic sese tandem passus est, vti Pontifex Tornacensis illius Ecclesiæ semper existat patronus, &, quæ sunt in ea, Canonicorum conferat beneficia. At in Laudensi Phrontisterio mortalitatem exuit Guilelmus eius loci Antistes, postquam annos permultos Cistertiensis illic Ordinis cœtum fuisset moderatus. E Carniniorum nobili prosapia genus ducebat: ideóque plus animi ad comparandam virtutem, & tolerandos labores, traxerat. Sapienter, ac prouidè tam bona temporalia administrâsse, quàm Monachos rexisse, comperio. Magna templi pars & pleraque alia ædificia eius operâ surrexere. Census varij, ac decimæ per ipsum monasterij rebus adiuncta. In eius locum qui succederet, electus est præcipuè Laurentius. Hunc par virtus, & architectonica scientia commendabant, vt, quæ cœperat præcessor construere, ad fastigium ipse perduceret.

Loboratur, vt Insulenses ab incendiaria cessent vindicta.

Lib. S. Petri.

Nihil tamen obtinetur.

B

Patronatum Ecclesiæ Cominiensis & beneficia impetrat Episc. Tornacensis.

Littera Margar. Litt. Cominiensis toparcha, littera Episc. VValteri, Epitaph VValt. Ioan. Cousin. l. 4. c. 11. de reb. Tornac. Vide Gallo fl. l. 2. c. 18.

Guilelmus Abbas Laudensis moritur.

Mem. MSS. Laudens.

Quid is fecerit.

Et succedit Laurentius.

C

D

AN. 1251. Annus à Christi natalibus supra millesimum & ducentesimum primus & quinquagesimus ingentem duplici funere luctum Gallo-flandris attulit. Prior mœstitia fluxit è Tornacensis Pontificis Walteri Maruisij morte: quem morbo sublatum inuenio decimo septimo Kal. Februarij. Lachrymandi, lugendiue causam viri virtus præbebat, qua se omnes priuati tolerabant ægerrimè. Qui enim Tornacensium Episcoporum ad eos propiùs accederet vitæ sanctimonia, ingenuibúsque factis, quos in cælum receptos hæc diœcesis palàm veneratur, colitque, haud facile est alium nominare. Apostolicam ipse vitam ducebat, totúsque illuc rapiebatur, vt parum sibi concederet, plurimum alijs tribueret: ab cultu commissarum sibi ouium nunquam laxaret animum. Admirandáque prorsus, & innumera propè sunt, quæ vel Religiosis, vel egentibus ædificia construxit. Mitigârunt tamen paullò pòst dolorem suum Gallo-flandri, cùm pari clarum virtute, & in Gallo-flandria natum suc-

VValterus Maruisius Tornac. Episcop. vita defungitur.

Tabull. Tornac. Ecclef.

Laudes eius.

Thom. Cantiprat. lib 1. c. 11. Bom. Vauwerf. Ægid. le Muisis in Chron. Tornac.

A cessorem ei datum didicere. Is Walterus fuit Crucij cognomento nobilis. Ortum
ferunt Cruce, non procul Insula vico pingui clatóque: Eustachium Mandrium pa-
trem habuisse, matrem verò Mathildem Cruciam: vt vero simile sit, cognomen
eum duplex traxisse, ab loco natiuitatis Crucij, à patre Mandrij. nisi malimus in na-
tu minores filios maternum fluxisse cognomen, ob tractum in dotem datúmque Eu-
stachio Crucis pagum. Insistentem Maruisii vestigijs, seu virtutis exempla proderet,
seu plebis animos Christiana excoleret doctrina, non modò Gallo-flandri, verùm
etiam Tornacenses iucundissimè viderunt. Alter mœror è Margaretæ primogeniti
filij morte prouenit. Guilelmus is vocabatur. Vix reuersum ab Ægypto, vbi ca-
ptiuus incommoda carceris, & è vulnere dolorem aliquamdiu tolerauerat, multa
omnes per Flandriam voluptate lætitiáque exceperant: cùm magno apparatu ad ce-
lebrandos equestres ludos Trasignias in Hannoniam abijt. Verùm ibi dum strennè
procursibus varijs corpus exercet, virtúsque gnauus ostentat, ex equo deturbatur, ac
repentè pedibus eius obtritus animam miserrimè efflat. In fratres eius inuidiam ne-
B cis apud multos fama sinistrè contorsit, ipso maximè odio suspicionem præbente,
quo vehementer in eum, matrémque exarserant. Exinde summo in luctu parens
aliquamdiu iacuit, vt quæ supra ceteros eum liberos amore prosequebatur. Et corri-
puit vnà Flandros omnes ingens dolor ob præcisam præclari spem imperij, quam
mores eius egregij promittebant. Curatum est insigni pompa funus, illatúmque
Principali apparatu corpus in Marquettensis monasterij templum, vbi hodiéque
marmoreus eius tumulus conspicitur. Interim quas diximus non procul suburbijs
Orchienfibus in condito ab se Parthenone Cistertiensis Ordinis Margaretam Gui-
lelmi matrem Virgines collocasse, multus, grauísque labor exercuit, ipsis præsertim
quà Episcopo, quà Canonicis Tornacensis Ecclesiæ varias ob causas incessentibus.
Verùm id molestè sustinens ea nobilissima mulier cum Episcopo, & Canonicis
Atrebatensibus transegit, vti sedem ei Monialium cœtui transferendo intra fines
eorum diœcesis deligere sibi liceret. Placuítque post eam obtentam facultatem vi-
C cus Flinensis, quà Scarpus flumen prata irrigat, & varijs incilibus deducitur. Illic er-
go diligenter laborari cœptum est, necessarijs ad commorationem ædificijs exstruen-
AN. 1252. dis materiam nummósque Margareta præbente. Et iucundum fuit eidem Principi
seruos, & ancillas tota Flandria onere grauissimo liberare, quo morientes obstrin-
gebantur dimidiam fortunarum partem Comiti suo relinquere. At enim huic illu-
strissimæ mulieri non parum laboris, & mœstitudinis peperit Cæsar Guilelmus, qui
fororem Ioanni Auetnio copulauerat matrimonio. Scriptum ab eo primum diplo-
ma, quo Namurcensi territorio, totáque Imperiali Flandria eam exugbat; contrà,
hæc Ioanni tradebat perpetuùm possidenda. Suffecta deinde tum ab eo, tum ab Leo-
diensium Pontifice Henrico subsidia, quibus Ioannes tumidus in Hannoniam pe-
netrauit, ibique matri admodum infestus, rapinis, cædibus, incendijs populum vr-
bésque in potestatem redigere molitus est. Generosæ mulieris animum hæc pupu-
gere vehementiùs. Et quò filij conatus opprimeret, delectos ex vtraque Flandria
viros tum genere, tum factis, & virtute militari nobiles in Hannoniam misit, vti
D præcipuos magistratus vrbium, oppidorum, & arcium inirent, omniáque ex eius
sententia moderarentur. Quòd enim parum fideret Hannoniæ Nobilibus, qui fe-
rè omnes in Ioannis Auesnij partibus clàm erant, suis eos officijs nudauerat. Sed ea
res ipsi admodum infeliciter cessit. Quippe Flandris illic asperè, & grauiter impe-
rantibus, magnum repentè motum lanius quidam (Gerardus Rotundus vocaba-
tur) exciuit: eóque plerique viri magni plurimo Flandricæ gentis ardentes odio, in
Præfectos illos ferrum strinxere. Horum ferè octoginta cædibus imbutæ manus. ne-
que parsum est vxoribus eorum, quæ decisis auribus, & nasis, in Flandriam remissæ
sunt, vt eo tristi spectaculo fidem facerent Rotundæ factionis. Non fuit tamen eo
malo fractus Margaretæ animus. Nam cùm eas humaniter fœminas recepisset, cu-
raríque iussisset diligenter: quæ religionis erant, ac reipublicæ, nusquam omisit. Da-
bat ei frequens turbatis rebus perfugium Marquettensis Parthenon: ibique vires
ipsa poscebat ab Numine, & animum colligebat attentiùs eo in ædificio, quod ipsa
sibi

Successorem accipit VValterum Crucium.
Iacob. Meier. Ioan. Co. fin. Guilelm. G. e. Vide G. Ho. fl. l. 1. c. 15.

Viuis eripitur Guilelmus Damperræus Margaretæ filius.
Monum. MSS. Marq. Iacob. Meier. l. 9.

Monasterium honoris B. Virginis Flinas transfertur.
Litt. Episc. & Capit. Atreb. Litt. Margar. Mon. Flinens.

Margareta graui onere seruos liberat.
Litt. Margar. Iac. Meier. lib. 9.
In Margaretam Cæsar Guilelmus, & Ioánes Auesnius consurguot.
Iacob. Guisian. Iac. Meier. lib. 9. aly.
Ab Ioanne Hannonia vastatur.
Flaodri in Hannonia vrbibus præfecti ob asperitatem malè tractantur.

In Marquettensi Parthenone precibus & quieti dat operam Margareta.
Monum. Marq.

Trinitarij in vrbem Duacensem recipiuntur. *Franc. Bar.*

sibi tales in vsus prope templum exstruxerat. Eo tempore intra muros Duacenses admissi sunt Sanctissimæ Trinitatis Religiosi, qui redimendis ab hostibus Fidei captiuis operam nauant, vti sedem illic figerent. Domum ijs, censúsque aliquos attribuit Eucardus à S. Venantio, vir nobilis, & Equestri dignitate conspicuus. A

Dum pergit Ioannes matrē infestare, in Zelandiam ab hac copiæ mittuntur. *Iac. Guisian in Annal. Hann. Iacob Meyer l. 9. Petr. Oudegh. c. 115.*

His cæsis Guido & Ioannes Margaretæ filij capiuntur.

AN. 1253. At in Hannonia omnibus ferè locis potitus est Ioannes Auesnius: & iam multo fretus Cæsaris auxilio matrem ceteris ditionibus extrudere nitebatur. Vt his eius conatibus iretur obuiàm, in Atrebatibus, totáque Flandria iussu Margaretæ habitus est militum delectus. & confestim ex copiæ rebus omnibus instructæ aduersus Guilelmi Cæsaris Duces Florentium Hollandum, & Lupum Cliuium, in Zelandiam missę, vt inopinantes opprimerent. Aliorsum tamen res cecidit, quàm sperabatur. Cùm enim ex insidijs Flandros adorirentur Hollandi, grauissima statim pugna co- orta est: aduersáque fuere omnia in hostico pugnantibus. Cęsorum ingens numerus fuit. Inter captiuos eminebant Guido, & Ioannes Dampetrei Margaretę liberi, Thcobaldus Comes Barrensis, Godefridus Gisnensis Comes, ducenti ac triginta viri nobiles Equestri balteo donati: vt maximam eo prælio Flandria omnis cladem senserit, ipsa etiam classe, & omni apparatu bellico potitis hostibus. Et cùm ad Cęsarem Walterum & Rodulphum, hunc Morinorum, illum Tornacensem Episcopos Margareta pro filiorum redemptione misisset, superba hominis priùs ab ea satisfactionem flagitantis responsio altiùs animum verberauit. Ad nihil tamen ea mulier humile, & abiectum tot malis oppressa descendit. Quòd spes esset D. Ludouicum, qui breui ex Ægypto affuturus nuntiabatur, socias vires iuncturum, ad belli cogitationes tota sese acuit erexitque. Interim cùm fecundissima pij fama labores vulgarentur, quos D. Francisci asseclæ Valentianis, Atrebati, Lendij (quibus in locis B. Pacificus Ordinis sui phrontisteria erexerat) & Insulæ ad informandos virtutibus animos hominum lætissimè tolerabant: cupido Duacenses inuasit eorum aliquos aduocandi, vt pares apud eos fructus facerent. Móxque cœptum est ipsis à fundamentis ædificium strui extra vrbem muros proximè, nonnullis ciuibus opes conferentibus. Quibusdam igitur paratis domicilij membris, illic exciti varijs è locis viri aliquot & doctrina, & virtutibus affatim instructi, ad docendum è sacro pulpito populum, ministrandáque Pœnitentiæ & Christi Corporis Sacramenta constituuntur: & mox fructus in ciues non leuis dimanat. Parata tunc erant, quæ Flinis Flandriæ Princeps Margareta condiderat ædificia collocandis illic Cistertiensis Ordinis Virginibus, quas priùs B. Virginis Honoris monasterio ab se Orciam iuxta constructo imposuerat. & iam illuc migrandi Claræ-vallensis Archimandrita Ioannes potestatem fecerat. Igitur Oda cœtus eius Antistita, plurimùm annitente Margareta, omnibus Flinas rebus deportatis, magna tum sua, tum Sanctimonialium voluptate, è veteri sede discedit, nouámque ingreditur. Vt plurimum ea migratione Flinis accesserit gloriæ, commodique: haud tamen placuit Margaretæ quidquam vtilitatis Orchiensibus detrahere. Etenim locum omnem ab dictis iam Virginibus eorum in suburbio infessum, in Nosocomij ad pauperum Orchiensis opidi commodum & vsum erigendi ius transcripsit. Et mox paratis ad ægrorum necessitates pertinentibus rebus, eius valetudinarij curа viris religiosis, ac professis D. Augustini regulam Virginibus cōmissa est: datúsque census perpetui sunt, vnde tam Fratres & Moniales, quàm ægroti alerentur. B C D

Honoris B. Virginis Moniales Flinas migrant. *Mon. Flinens.*

Incassùm denuo de redēptione liberorum Margaretæ agitur. *Iacob. Meier.*

S. Ludouicū adit Margareta, & ab eo belli subsidia impetrat. *Iacob. Meier. B. Hisforesb.*

AN. 1254. Anno sequenti rursus actum est Francorum Regis nomine apud Cæsarem de liberorum Margaretæ Principis redemptione. idémque negotium vrsere Gandensium, Brugensium, Iprensium, Insulensium, Duacensium primores. Videbatur Cæsar non alienus ab restituendis matri captiuis. sed eas Margaretæ leges præscripsit, quas superbia, iráque tumidus animus expresserat: ideóque palàm ipsas in procerum Conuentu nobilissima respuit fœmina. Et mox Guidone Imperij Flandrici successore designato, ac proceribus commendato, in Franciam ad Regem abijt auxilia postulatum. Initio frustrà diu preces adhibuit obtinendis ab Rege copijs: quòd iuratam ab Ferrando pacem violasse crederetur. Vbi tamen sese purgauit, ampla sanè promissa sunt subsidia; datúsque Regis frater Carolus, qui summum belli imperium

[illegible]

Mariæ Virgini [illegible]

[illegible] ferme anno [illegible] tam [illegible]

[illegible]

trona [illegible] Deipara [illegible] Petri Canisii [illegible]

[illegible] & [illegible] Pontificem Maximum [illegible]

[illegible]

A *cipiente, filiorum Guidonis vnus Mathildem Cæsaris filiam matrimonio sibi iungeret: quo quo modo inter eas personas nuptiæ contraherentur, dos esset Zelandia in fide ac clientela Flandrorum Comitis.* Non renuit Florentius Guilelmi filius dicta conditione Beatricem in vxorem ducere, obtentisque omnibus Zelandicis insulis, primus est nuncupatus Zelandiæ Comes. His igitur ita feliciter transactis, ad cedendum Margaretæ ius Hanoonia fruendi fratrem Carolum Beatus Ludouicus impulit, ideóque vis ingens pecuniæ ab eadem ipsi promissa, quæ, Flandris licet frementibus, annorum quinque spatio penderetur. Dum in omni Flandria silent arma, & pacis omnes commodis fruuntur, ad pietatis, & religionis officia feruentiùs, quàm antcà, sese incitat Princeps Margareta. Nihil horum oûc Insulæ, nunc Duaci, nunc alibi omittit. Cùm degit Duaci, Insulani ciues domū cuiusdam mulieris Watignij consumūt incendio, quòd eius filius aliquem eorum vulnerasset grauiter. Is locus ad D. Petri Canonicos spectabat, ideóque minimè incendiariæ eorum vindictæ subiiciebatur. parui tamen Ipsi minas Pontificis Maximi duxere, qui iam antè flammas eiusmodi ædibus inijci

B vetuerat. Verùm Margareta eo cognito facinore Scabinis Insulensibus mandauit, vt illatum mulieri damnum numerata pecunia rependerent, eámque sarcirent factam

AN. 1257. Canonicis iniuriam. Oda iam Flinis res composuerat, eáque laborante admodum religio promouebatur insigni tum Margaretæ Principis, tum Mariæ eius filiæ sacras inter Virgines degentis lætitia. Verùm inter eos felices successus dum ad maiora se accingit, Marquettam ad moderandas Virgines euocatur. Istic Maria Raissia sacro potiebatur magistratu magna omnium voluptate: nihil ab ea duriter, nihil molestè iubebatur. Cùm enim animo leni vteretur, mansuetudine, & modestia censeri malebat, quàm iussis vel asperis, vel difficilibus. Ita sibi omnium mentes Virginum deuinxerat annos decem, & menses quatuor: cùm repentè maximum suis mœrorem attulit. Quippe fatis experta multum inesse dulcedinis & securitatis parentibus, contrà imperantibus multum amaritudinis, & periculi: suscepto se monasterium regendi munere abdicare statuit. Neque luctus, & lachrymæ Sanctimonialium obstitere, quò minùs in profesto D. Thomæ omni se dignitate, & imperio exueret. Ergo

C sacer eius cœnobij cœtus dum ea tristis abdicatione nouam quærit Antistitam, dulcis eum tangit Odæ Flinensis Abbatissæ recordatio, eiúsque imperia deposcit: & suo quasi iure ad eam sibi impetrandam nititur. Prima scilicet Oda religionis rudimenta hîc posuerat. Atque vbi paullùm bonis moribus & annis adoleuit, iam tum quædam specimina sese prodebant opportuni ad regendum animi. Ergo primis secundùm Antistitam muneribus ádmota non modò socias, verùm etiam Honoris B. Virginis Moniales multa perculit admiratione virtutum: ideóque factum aliquando, vt exstincta morbo prima eius loci Abbatissa, in eam illico vota conuerterint. Postquam illis fuit concessa, longè magis innatam gubernandi gratiam patefecit; summéque iucunda subditis eius imperia fuere. Igitur his cognitis, Marquettenses post Mariæ abdicationem calidis in eam votis omnes ferebantur; solúsque pulsabat animos metus Principis Margaretæ, quam opinabantur petitioni obrogaturam. Fa-

D uit nihilominus earum desiderijs Margareta, quamquam magno Flinensium Sanctimonialium amore duceretur: Odæque fecit optionem Marquettas Flinis transmigrandi, vel istic remanendi. Pugnauit aliquamdiu secum Oda, locúmne mutaret, an Flinis inhæresceret: retinente hinc dulcissima Virginum, quas aluerat, & coluerat, consuetudine; illinc Parthenone pelliciente, vbi gratissimum hauserat religionis spiritum. Sed enim præualuerunt denique virtutum & monasticę vitæ cunabula, vbi primos vitæ religiosæ suderat fructus. Igitur Odâ Marquettam profectâ, Flinenses Aleydem Brunam claris ortam natalibus suffragiis suis Antistitam legêre. Dum ea gubernat sapienter, & domesticas adornat officinas: nihil reliqui facit Margareta eius Parthenonis patens, vt sumptibus eius paria fuigant animisque omnia: ipsáque

AN. 1260. frequenter illic considet, vt opera promoueat. Venit interim Cameracum Richardus Imperator. Illic dum agit, nihil cunctata est eum adire Margareta eius animi conciliandi gratia. Et magnum ea profectio pretium operæ fecit. Quippe Richardus quidquid in Flandria obnoxium est Imperio, id omne confestim Margaretæ restituit.

Iidem auctores.

Accepta pecunia Margaretæ Hannoniam restituit Carolus.
Iidem auctores.

In pace pijs operibus insudat Margareta.

Incensam ab Insulensibus obnoxiam S. Petro domū iubet restitui.
Lib. S. Pet. Ins.

Maria Raissia pedum Marquettense deponit.
Monum. MSS. Marq.

Ad regendas Moniales Marquettēses Flinis euocatur Oda.

Huic successit Flinis Aleydis.
Arch. MSS. Flin.

Richardus Imper. omnia reddit Margaretæ in Flādria Imperiali.
Iac. Meier l. 9.

Tributū graue Flandris remittit Margareta.
Iac. Meier lib. 9.
PETRVS creatur Pontifex Atrebat.
Tabb. Atrebat. Eccles.
VValterus Crucius Episcop. Tornac. moritur.
Monum. MSS. Tornacens. Eccl. Ioan. Cousin. l. 4. c. 12.
Successorem habet IOANNEM Buchiauum.
Encomium eius.
Monum. MSS. Tornac. Cousin. d. l.
Humana creatur Abbatissa Flinensis.
Tabb. Flin.
Ad eam multas mittit frater Reliquias Virginū Coloniensium.
Thom. le Roy in Commes. Marianaeo. Iacob. Meier.
Ex his quædā alijs donātur Ecclesijs.
Mon. Mareol.
Mon. Eccles. S. Pet.

stituit. Ac tunc ab hac principe fœmina per omnem Flandriam id tributi genus abolitum, quod Haluchauium vocabant, quóue tenebantur Flandri omnes dimidiam bonorum mobilium partem Comiti suo tribuere. indéque plurima tum Nobiles, tum alios incessit voluptas. Sub id tempus Iacobum Dinantium Atrebatensem Episcopum mors abstulit. Ad Petrum eius nominis secundum Nouiomi ortum delatæ sunt infulæ, quem Atrebatenses in pauperes munificum fuisse, ac diligentem muneris, memorant. Et paucis inde mensibus Tornacensium Pontifex Walterus Crucius vltimum clausit vitæ diem, maximo sui relicto passim desiderio. Quibus animum eius liberalem assererent Canonici Tornacenses, sacras aliquot magni pretij vestes, infulas binas, pedum vnum, vásque argenteum & auro inductū seruandis sacrosanctis hostijs, eorum Ecclesiæ donauit. Qui magistratum eius obtineret, Ioannes Buchiauus præsertim electus est, patria Tornacensis, domo ignobilis, virtute conspicuus. Ludimagistrum principiò egerat. Commissa pòst ei S. Quintini Parochię cura. Ab eo labore ad quietem inter Canonicos Tornacenses translatus est. Vt Decanus ab his legeretur, ac demum Episcopus renunciaretur, probi mores fecere. Insigne factum eius prędicant, quo iam adeptis infulis parentem suum Gossuinum vrbis Tornacensis Prępositum cœtu piorum, sacrisque arcuit, ob violata Ecclesię iura. E viuis interim Aleydem subduxerat morbus tertiam Virginum Flinis degentium Antistitam; eíque Humanam, vel Imaniam Moniales surrogauerant. Lętus hoc nuncio frater huius Conradus Coluniensium Archiepiscopus haud distulit ipsius, & Margaretę Principis desiderio satisfacere. Cùm enim vtraque per litteras flagitasset, vt nonnulla è sanctarum Virginum Coloniensium corporibus mitteret exurnanda æde sacra, quam in Flinensi Parthenone amplissimam moliebantur: eorum affatim dedit lipsanorum. Quæ cùm Flinas perlata fuissent honorificè, à multis Ecclesiarum, & monasteriorum Præsulibus certatim pars eorum postulata est. Maluisset Humana multiplex hoc decus templo suo reseruari, quàm in varia distrahi loca. Quia tamen satius Margareta fore iudicauit, vt nonnullis earum Reliquiarum variæ ornarentur ædes, multis eas communicari sustinuit. Ergo Tornacensi D. Martini cœnobio duarum Virginum sanctarum data corpora, quibus Honoratæ, & Florinæ nomina erant. Vnum Mareolenses Canonici Regulares Atrebatum iuxta confidentes accepere. Quædam capita & ossa Canonicorum Duacensium D. Petri Ecclesiæ concessa: alijs alia templis donata. Tantam nihilominus copiam Margareta, & Humana Flinis retinuerunt, vt præter aliqua corpora, ossáque varia, etiam hodie octoginta circiter illic capita visantur.

A

AN. 1261.

B

C

Difficultas inter Insulenses & alios orta, sopitaque.
Iac. Meier lib. 9. Liber Rossin.

Flādri ad bellum Namurcense mittuntur.
Iac. Meier lib. 9.

Grauis postcà exorta est contentio inter Dammenses, Municheridanos, & Insulenses. Huius causas attulit ingens ille bellicus, & naualis apparatus, quo cum liberi Margaretæ in Zelandiam copias transportauerant. Cùm enim adeò infeliciter, vt diximus, bellum illic cessisset, vt cum multa nobilitate in hostium manus duces viui venerint, omnisque classis, commeatus, nauticum instrumentum, & machinæ perierint: ab Insulensibus Dammenses, & Municheridani pro sumptibus in apparatum illum præbitis plurima repetebant. Sed Margaretæ tum labore, tum prudentia perfectum est, vt ęquis pax conditionibus iniretur, neque vltra modum grauarentur Insula. Vix ea lis domestica fuit sopita, cùm extra Flandriam, & Hannoniam arma portari oportuit. Ortum erat inter Henricum Luxemburgensium Principem, & Martham Balduini posterioris Gręcorum Augusti coniugem bellum. Ille Namurcum pretento iure quodam aggressus iam fuerat, ceperátque. Hęc sibi à Blancha D. Ludouici matre donatum nuper reperebat. Verùm Martham ad frangendas Henrici vires idonea destituebant auxilia. Igitur fortem eius miserata Flandriæ Comes Margareta non leues ipsi ex Flandria & Hannonia copias submittit. Aderat etiam è Campania miles non modicus. Eo freta exercitu Martha Namurcum valido cingit obsidio. Verùm eam dum arctiùs vrbem premit Augusta, Balduinus Auesnius, quem Hannonicis copijs mater præfecerat, cum Luxemburgio quindecim dierum inducias paciscitur. Sed quamuis ideò Martha vehementer irata, & Campanis domum abeuntibus, soluta fuerit obsidio, & Namurcum Henricus retinuerit: per nu-

AN. 1262.

D

A piias tamen cum Isabella huius filia contractas, Guido Margaretæ filius eam vrbem recepit, & Namurcensium Marchio vel Augusta volente dictus est; cúmque in fidem receptum Richardus Imperator Imperij Principem nuncupauit.

Guido Margaretæ filius per nuptias fit Marchio Namurcensium.

AN. 1263. Secuto pòst anno Insulæ pons Deullæ fluuio impositus, cui ab Phinartio indutum nomen, ob veterem famam ad eum locum cæsi ab Liderico Phinartij Buccensis arcis immanissimi tyranni. Is adeò longus, & ædibus vtrimque septus, vt latentibus aquis & plateæ speciem transeuntibus, & forum mercantibus dorso præbeat.

Pons Phinartius Insulæ struitur. *Franc. Pretm. in lib. de Castell. insul.*

AN. 1264. Annum post millesimum & ducentesimum sexagesimum quartum formidabilem fecit, qui tres menses colluxit, ingens Cometa. Duxit tunc coniugem Blancham Caroli Siciliæ Regis à Pontifice Maximo nuncupati filiam, Diuique neptem

Cometa. *Palm. in Chron.* *Iac. Meier. lib. 9.*

AN. 1265. Ludouici, Rubertus Guidonis Dampetræi filius, & Margaretæ nepos. Eam ob rem socero in Siciliam cum armis profecto collectas è Flandria vires coniunxit: & quamuis octauum modò supra decimum ætatis annum ageret, è tribus tamen aciebus illic aduersus Manfredum Ecclesiæ hostem compositis vni præfectus est. Commisso B deinde prælio eùm atrociter pugnaretur, Flandrorum ferro Manfredus interijt: datúmque Roberto est, vt tam iuuenis triumphi speciem duceret. Verum breui temperauit eius voluptatem mœstitiai cùm Blancha vxor Carolum, qui paucis vixit diebus, enixa, mortem oppetijt. In ædem Flinensis monasterij corpus eius illatum, ibíque terræ mandatum est. Intereà loci Theodoricus D. Nicolai Pratensis iuxta Tornacum Antistes, qui prius annos aliquot ex eodem accitus monasterio Regularibus Phanopini Canonicis Abbas præfuerat, his legibus eum iisdem Phanopinensibus Canonicis, eorúmque Præsule alendi mutui amoris gratia, societatem inijt: Apud se nimirum dies quadraginta retinendum, qui de Phanopinensi cœnobio vi tentationis impulsus cum veste regulari excesserit, & ad eùm confugerit locum. intercà temporis neque aditu Ecclesiæ, & claustri prohibendum, neque dormitorio ædificij membro ad quietem carpendam arcendum, neque conuictu Fratrum in cœnaculo. per suos, aliósue pacem ei se conciliaturum. vbi quempiam de suis Abbas Phanopinensis ad eluendam pœnis noxam transmiserit, vel toto anni circulo, vel tamdiu donec generalia Ordinis habeantur comitia, intra septa monasterij attinendum. si Phanopinenses adeò vel nominibus obligentur, vel bellorum, aut ignis iniuriâ damnis afficiantur, vt minimè sint soluendo, vel ægrè sumptu ad sarta tecta necessarios tolerare possint, nisi Fratrum aliquotum ad tempus onere liberentur: vnum se domum Abbate poscente recepturum. ei tantisper omnia, vt suis, liberaliter præbiturum, quamdiu reliqui per alia monasteria distributi, pro more Ordinis, extra cœnobium alentur. vbi cuiusquam obitus per Abbatem significabitur, ad eius animæ liberationem, canendum ab toto cœtu id officium, quod Ecclesia iuuandis mortuis præscripsit: peragendum etiam solemniter Missæ sacrificium: ad dies triginta tribuendam in pauperes sportulam: sacra nonnulla dicenda, & pensa quædam orationum à singulis Religiosis persoluenda: in catalogo mortuorum nomen eius scribendum. Has vbi leges accepit, & in Conuentu suis legit Nicolaus Hustinus, qui Phanopini ea tempestate supremum tenebat Magistratum; ijsdem se ac suos condi-

Robertus Margaretæ nepos Blancham ducit vxorem. *Iacob. Meier.* *In Siciliam Flandros defert & victor euadit.* *Idem.* *Ferr. p. Blanc.* *Theodoricus Abbas Pratensis cum Phanopinensi Abbatia init societatem.* *Litt. Theodor.* *Franc. Pretm. in Coron. Phanop.*

C

D tionibus Theodorico, & Canonicis Pratensibus obligauit. Paribus ferè legum capitibus inter Religiosos Hymniacenses & Phanopinenses sub id tempus amicitiam arctiùs coaluisse reperio. Causamne dederit vtrisque illis coëundæ sanctioris eum Phanopinensibus societatis, sparsus eo de cœnobio fecundissimus odor virtutis, equidem nescio: saltem ea tempestate multo florebat is cœtus bonarum artium, sanctique operis studio. Erat enim Nicolaus eius moderator insigni præditus religione, & sapientia; ideóque cùm hoc tempore Conuentus generalis Antistitum Aroasianæ Congregationis perageretur, inter Ordinis Definitores, vt vocant, suffragijs omnium delectus est.

Itéque Hymniacensis Abbatia. *Francisc. Pretm.*

Placuit subinde Margaretæ Principi, eiúsque filio Guidoni, Duacenses aliquo munere prosequi. Nundinas ij rogabant. Has igitur ipsi eum in modum indulsere, vt singulis annis ipso die Dominico celebritatem Ascensionis præcedente inchoentur, pridie verò Pentecostes finiantur sub vesperum: omnibus eo tempore vrbem

Nůdinæ Duacensibus conceduntur. *Litter. Marg. & Guid.*

A AN. 1267.

Inter Canonicos & Senatores Insulenses controuersia sopitur. *Litt. Marg. & Guidenn.*

adeuntibus publica detur fides. Ab ijsdem Insulæ quorumdam animi ad pacem inducti. Inter Canonicos D. Petri, & Senatum diu, grauitérque de magistratibus disceptatum fuerat. Multum auctoritatis in sacri eius Collegij Scabinos, eorumque accensos Senatores vrbici arrogauerant sibi: contrà, illi aduersus hos quantùm poterant nitebantur antiquis iuribus. Igitur vtrosque vt conciliarent Principes, hæc capita pacis scripsere: *Quos legerit Comes Flandriæ Vrbis Insulensis Scabinos, ij simul D. Petri intra fines præscriptos Scabini sunto. hi magistratus quotannis à Comite dicti iuramento se constringunto, haud minùs se iura D. Petri seruaturos, quàm Insulæ: idque sacramentum dicunto vel Decano, vel duobus Canonicis Collegij nomine legatis, quoties nouus D. Petri Decanus creabitur, is Insulensi Senatui, vel duo Canonici nomine Capituli fidem iureiurando faciunto. Præpositus D. Petri, Decanus, & Collegium Canonicorum apparitores è ciuibus sibi legunto.*

IOANNES Enghianus Tornac. Episcopus qualis fuerit. *Tabb. Eccles. Tornac.* *De Episc. Leod. cap. 10.* *Lib. 9. Annal.*

Iniuerat tum recenter diœcesim Tornacensem Ioannes Enghianus, qui Ioanni Buchiauo præcedenti anno vita functo successerat. Parem præcessoribus laudatis vitæ moribus, multa virtute, & magistratum gnauiter obeundi studio fuisse reperio: at generis claritudine longè maiorem: Ioannes Hocsemius insignem ei nobilitatem, & corporis dignitatem asserit. Franciæ Regis nepotem fuisse, vult Meierus, & summum Theologiæ apicem adeptum. B

Pacificatores Duaci instituuntur opprimendis discordijs. *Litt. Marg.*

Sed Duaci graues sæpè rixæ interim oriebantur, ac ciuium pleræque familiæ, cùm odijs dissiderent, etiam multis vulneribus, ac interdum cædibus mutuis grassabantur. Quæ poterat Senatus ad opprimendas eas discordias, impediendásque neces, adhibebat sedulò remedia. AN. 1268. Parum tamen is proficiebat, quòd rebus alijs multùm impediretur, & continuam illis operam dare nequiret. Ergo Flandriæ Comes Margareta, ne malum id vires caperet, eius vrbis Scabinis potestatem fecit Viros septem probis moribus præditos, tertio die, postquam magistratum iniuerint, deligendi, qui Pacificatorum nomine operam nauent coërcendis ciuium rixis, discordes concilient, compositæ pacis violatores, aut peruicaces pœnis afficiant. Et tantum his tributum auctoritatis, vt solemnibus cæremonijs, explicatísque, & è fenestra propositis sui magistratus vexillis, quam firmauerant, pacem, aut quas pacti fuerant, inducias si qui violarent, eos pro rei grauitate capitis etiam reos constituerent, vitáque exuerent. C Fuit igitur non parum repressa quorumdam licentia, & multorum exstinctum odium, vbi septem eorum Virorum nonnulli sententia plexi sunt grauiter.

Robertus iterum ad bellū adit Siciliam. *Iac. Meier. l. 9.*

Iuit autem eodem anno rursus in Siciliam citeriorem socero suppetias Robertus Guidonis Flandrici filius, & Margaretæ nepos: magnóque is fuit cum Flandris, quos duxerat, adiumento ad præclaram de Conradino, & Austriæ Duce Frederico victoriam iuxta lacum Fuscinum reportandam, cùm ille armis, & hæreditario iure Siciliam repeteret.

Crescit erga B. Virginem Cancellatam veneratio Insulæ. *Epist. Rodolph. Episc. Alban.*

At Insulæ gnauiter ab D. Petri Canonicis in educenda templi sui mole laboratum est. Eodémque tempore creuit vehementer aduersus Cancellatam D. Virginis Mariæ statuam illic conspicuam religio, & veneratio. Multiplicabantur in dies scilicet, quæ per eam mira in homines fluebant beneficia; nouúsque semper ad Sodalitium eiusdem Virginis accedebat ciuium, exterorúmque numerus. Quæ omnia vt summæ voluptati erant Margaretæ Principi admodum res sacras colenti & promouenti: ita nouum eius animo studium, ardorémque præclarum aliquid instituendi subministrarunt.

Eius gratia Supplicatio Amburbalis instituitur, ac Indulgentiæ obtinentur. *Diplom. Marg.*

D AN. 1269. Quòd igitur & maximæ Matri venerationis plurimum ciere cuperet, & Canonicis ob graues impensas templi ergô toleratas non parum pressis subuenire: publicam quotannis supplicandi pompam Insulensibus indulsit; in quam Clerus omnis, Religiosorum familiæ, Magistratus omnes, armis ciues conspicui, sacræ vrbis hetæriæ, opificum collegia, B. Virginis aliorúmque Diuorum Reliquiæ prodirent; quæúe de templo D. Petri procederet, ac intra vrbem, extráque muros per vias à Senatu præscriptas progrederetur, ac demum ad eamdem ædem rediret. Quóue plures ad eam celebrandam è locis vicinis, ac remotis mortales in vrbem pertraheret, ab Summo Pontifice peccatorum & pœnarum veniam ijs impetrauit, qui templum S. Petri adirent; illic orabundi eleemosynam largirentur; dein aliquo nouem dierum huic obsequio sanctissimæ Virginis præfixorum, assignatam Supplicationi viam obirent. Et voluit data fide publica liberum omnibus in vrbem aditum patere, vel qui nomi-

A [illegible] Canon [illegible]

An. 1370 [illegible]

B [illegible]

Ex [illegible] menis Flinensis monast[illegible] [illegible] pro donatis inter [illegible] Mariæ [illegible] a[illegible] Dominican[illegible] Hæc [illegible] fluxerunt [illegible] Rege [illegible] in [illegible] venit, vt anteà fuit [illegible] commemoratum. Natu maximus [illegible] in regnum [illegible]. Stati[illegible]

C [illegible] & v[illegible] V[illegible]um [illegible]

An. 1372. [illegible]

D [illegible]

A AN. 1273.

[illegible] um Franciæ [illegible] ex- temens. [illegible] teras con[illegible] us [illegible] nat li- [illegible] tate.

PHILIPPVS Meus re[illegible] Epi[illegible] Tornac[illegible]. *Ioan. Mey[illegible]. Ægid. le Muisi* [illegible] mus pro [illegible] Duaci [illegible]. *[illegible] Duac.* [illegible] iola B. Virginis fundatur Insulæ

AN. 1274. Non [illegible] voluntate ad summum [illegible] Tornac [illegible] Meu[illegible] um in[illegible] ca [illegible] emus [illegible] uc pu[illegible] Werno[illegible] do- mo ex[illegible] at. A [illegible] d Princeps Margareta [illegible] V[illegible] es [illegible] a [illegible] nia [illegible] æ rogatu Gregorius Pontifex [illegible] Germaniæ [illegible] B Virginibus ciusdem Ordinis [illegible] legentibus aliquam [illegible] totius parthenonis on[illegible] gnem se ducere ad cape[illegible] a [illegible] Margareta [illegible] Guidona D'Antoin, quam singular[illegible] Margareta suscepit affectu, & surge[illegible] pro- [illegible].

Franciæ Rex Guidoně cogit in conditiones Fer[illegible] *Iac.* [illegible]

AN. 1275. S[illegible] & septuage[illegible] h[illegible] pus Franciæ Rex Gi[illegible] Margaretæ fi[illegible] mandauit, ut Comitem [illegible] Flandriæ post matris mortem [illegible] cepturum, nisi prius sacramento fidem obliga- ret, [illegible] se condi[illegible] nibus [illegible], qu[illegible] Ferrando Comiti concessa fuerat libertas anno [illegible] & vigesimo [illegible] Guidoni, tamen qu[illegible] a[illegible] v[illegible] [illegible] cutus est, iuran[illegible] idem fecit V[illegible] ianis, [illegible] s a[illegible] rum Flan- C [illegible] Comitum. [illegible] tum nobil[illegible] us [illegible] s Flandriæ co- [illegible] a [illegible] &iam qu[illegible] a[illegible]. Verum Philippus Rex, Margareta & Guidone volentibus, [illegible] ciuitates [illegible] gerent, ab [illegible] [illegible] iuramentum in verba [illegible] a exigerent, viros a[illegible]. Insulam abeo legati ve[illegible] ister Guil[illegible] S. Ania[illegible] A[illegible] & [illegible] dus de [illegible] la[illegible] s E[illegible] A[illegible] litteris eos suis Margareta [illegible] m impulit. [illegible] & [illegible] vrbem ingressi primùm Regi[illegible] mand[illegible] Sena[illegible] & c[illegible] Rex [illegible] [illegible] ges c[illegible] Guidone dix[illegible] t, ex[illegible] nt D[illegible] s [illegible] fi[illegible] con[illegible] t [illegible] m, fi [illegible] s à sta[illegible] æ p[illegible] s c[illegible] t, [illegible] lam cum c[illegible] se [illegible] atem habi[illegible] s [illegible] c[illegible] aix [illegible] a n[illegible] a[illegible] c[illegible] turos ha[illegible] mnia p[illegible] s a[illegible] s cum co[illegible] s. [illegible] erris, [illegible] um [illegible] p[illegible] præiudicium trahendos.

Il agrée [illegible] Flan[illegible]. Ad eos mitigandos, & ad exigendum iuramentum Rex aliquos mittit. Qui cum venerunt Insulá, & quid eis sugatum sit. *Litter. Reg. Litter. Margar. Litter. Insul.*

D Qu[illegible] in[illegible] c[illegible] e[illegible] Duacen[illegible] s [illegible] c[illegible] urum, & co[illegible] tere- tur [illegible] a [illegible] ct [illegible] ræ[illegible] icationum ex[illegible] el[illegible] n[illegible], [illegible] a [illegible] a[illegible] orum consor- [illegible] cu[illegible] o re[illegible] a n[illegible] æ [illegible] a [illegible] Qua ta[illegible] fa[illegible] in vrbem [illegible] æ P[illegible] e[illegible] uxerat; fundum ei[illegible] mum [illegible] att[illegible] uc r[illegible] nihil v[illegible] au[illegible] unt Duacen[illegible] es. V[illegible] m[illegible] que- [illegible] t ij Patres sponte Se[illegible] a [illegible] c, [illegible] e [illegible] fa[illegible] off[illegible] s [illegible] ac æ[illegible] s [illegible] ra [illegible] ac[illegible] s [illegible] um oppidaris ven[illegible] endi. E[illegible] mox [illegible] per Marga- re[illegible] Franciæ Pr[illegible], id

D[illegible] mihicanis m[illegible] d[illegible] tur D[illegible] id[illegible] m[illegible] ant *Litt. Dua[illegible]*

V[illegible] s f[illegible] iant [illegible] d[illegible] p

A [illegible] F[illegible] Ab [illegible] de [illegible] & [illegible] Th[illegible] [illegible] per[illegible]as [illegible], & quod reliquum [illegible] pa.

At Le[illegible] [illegible] e Tornacensi [illegible] translat[illegible] & a[illegible] [illegible] se [illegible] Ægyp-ti[illegible] [illegible] qui al[illegible] auitar-

AN. 1276. m[illegible] [illegible] Brabantiæ Dux & Luxembur[illegible] [illegible] p[illegible] bel[illegible] inuexere, [illegible] copi[illegible] [illegible]anus [illegible]

B duos Eq[illegible] [illegible] o fæuitum est, d[illegible] [illegible] A[illegible] ha-beo, qui referat, [illegible] [illegible] Enghianum arma [illegible] L[illegible]burgium in Germania [illegible] abant [illegible] custodiam ab Rege Franciæ traditum Gu[illegible]. [illegible] vltimum vitæ diem ex-pleuit Castellanus In[illegible] [illegible] a p[illegible]les, recti studium, a[illegible]us f[illegible] [illegible] [illegible]ra [illegible] aderant. Iacet

AN. 1278. in Laudensi monast[illegible] iuxta pa[illegible] [illegible] si [illegible] é vi-uis biennio pòst ex[illegible] Maria Ra[illegible] Monialium A[illegible] [illegible] se charam fe-cerat imperio leni, c[illegible]tate, fa[illegible] [illegible]. P[illegible] m[illegible]eris in-[illegible]m agitabat, [illegible] mors eam abr[illegible] t[illegible] quanto pl[illegible] [illegible]ptati adim[illegible]. In Eustachiam Pratensem con[illegible] [illegible] um o[illegible] ea

C vo[illegible] ar[illegible]us in A[illegible] fla[illegible]ata [illegible]. Ta[illegible] [illegible]e [illegible] F[illegible] C[illegible], v[illegible] [illegible] [illegible]lendor[illegible] v[illegible]-

AN. 1279. tut[illegible] E[illegible] [illegible]bus, max[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] impen[illegible]s Margaretæ [illegible] Wa[illegible]s [illegible] A[illegible] [illegible]at. Q[illegible] [illegible], ad[illegible] Petr[illegible] Arch[illegible]ep[illegible] [illegible] Tornacen[illegible] P[illegible] ex, o[illegible]que altaria [illegible] e[illegible] ædem cum relig[illegible], [illegible] p[illegible]m[illegible]æ gra[illegible] [illegible] p[illegible]-rens Margareta, [illegible] fi[illegible]s [illegible] Margareta Guidonis filia & Ducis Brabantiæ coniux [illegible] A[illegible] O[illegible]num S. Benedicti, C[illegible]ertien[illegible]s, D. Aug[illegible], & Præ[illegible] ce[illegible]. Habita sunt subinde [illegible] Flan[illegible]æ [illegible]atis Com[illegible] [illegible] Mar[illegible] G[illegible] filium Flandriæ Comitem dix[illegible] [illegible] om[illegible]um [illegible] vn[illegible] Sep-tembris. Eo de loco Brugas du[illegible]us e[illegible] C[illegible]mes celeb[illegible]a pompa, & pa[illegible] p[illegible]st

D Gandauum, aliasque Fla[illegible]d[illegible] v[illegible]bes [illegible] a[illegible]. A[illegible]

AN. 1280. die Februar[illegible] ex[illegible] vitæ [illegible] [illegible]a-tu mulier, & p[illegible] [illegible]ara [illegible] tel [illegible] & ma[illegible] [illegible]lau[illegible]e. [illegible] plurima per Ga[illegible] fla[illegible]d[illegible] & a[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]numenta. F[illegible] [illegible], & B[illegible] [illegible] beri excita[illegible] [illegible] H[illegible] [illegible] im-posuit Eng[illegible] Ca[illegible] opus.

[illegible] Epitaph.

[illegible] Meier l. 9. [illegible] de Reb. Tor-nac.

[illegible]ndo pro [illegible] Liber Rosin.

Chronicon Ma-gnum.

Ioannes Insu-lensis Castel-lanus moritur.

[illegible] Epitaph. [illegible] Castell.

Maria Raisia Mar[illegible] [illegible] Minnum Marg.

[illegible] Fl[illegible]nensis mo-nasterij dedi-catur. Tabb. Flin.

GVIDO Co-mes Flandriæ renuntiatur. Iacob Meier l. 9. alij.

Margareta [illegible] moritur.

Epitaph. [illegible] Mon. Flinen. Iacob Meier l. 9. Oudegh. [illegible]

ANNALIVM

GALLOFLANDRIÆ

LIBER SEPTIMVS.

[illegible]

Iac. Meier. l. 10

Et quædam imperator eripit.

Iac. Meier. l. 10.

[illegible]

Quædam ... donat

Ioh. Guidon. Meier. l. 10.

Lib. ... Duac.

[illegible]

Sed ... multantur.

[illegible]

Ferreol. Locr.

[illegible]

A strâ fuæ ius electionis prosequentibus tempus extrahitur: Guido Comes omnem adhibuit operam, vt Ioanni filio suo Leodiensem Episcopatum impetraret. Postquam igitur Romanus Pontifex Burchardi, & Guilelmi rescidit electionem, in Ioannem lata sunt suffragia; tum quòd eius meritis ea dignitas congrueret; tum quòd Namurcensis Comitatus, patris eius ditio, Leodiensis Principatus finibus iungeretur, indéque spes opportuni aduersus hostes auxilij surgeret. Haud priùs tamen is Leodium iniit, quàm in profestam omnium Sanctorum lucem cuncta comparâsset. Ibi dum publicis sese curis implicuit, nihil antiquius habuit, quàm Leodiensium animos conciliare, vt faciliùs ad morum correctionem suos vtiliter labores conuerteret. Hæc dum fiunt apud Leodienses, vitam Tornaci exuit Philippus vrbis eius Pontifex. De successore diu certatum est, Canonicorum Collegio tres in factiones abeunte, quarum prima Nobiles, altera viros litteris tinctos, tertia ceteros complectebatur. Cùm enim earum quæque partium aliquem suo de numero Episcopum nominarent, in tres collata sunt suffragia. Erat tunc inter Canonicos, &

Philippus Torn. Episc. moritur.
Chronic. ms. Aegid. le Muysis.

B Scholarcham agebat Michaël de Warenghien, domo Insulanus, parum, vt videbatur, ad negotia conficienda idoneus, haud leuiter tamen litteris cultus, & multa præditus virtute. Is cùm videret tot factionibus Canonicos distrahi, multum sanè dolorem capiebat, omnémque mouebat lapidem, vt Canonici omnes ad arbitrum electionem reuocarent. Et tandem ab omnibus compromissum est, & delatum ad Michaëlem arbitrium. Hic, quoties dicendus aliquis fuit Pontifex, eumdem tertiò nuncupauit. Parum id placuit Canonicis aliis, ideóque quartùm compromisere. Verùm ab Michaële nunquam exprimi potuit, vt alium aliquem Episcopum nominaret præter eum, quem anteà legerat: quòd is omninò sibi videretur ad eam dignitatem sustinendam idoneus. Et cùm acriter collegas ob dissidia reprehendisset, subiecit, eo se die ad aram fecisse, vt diuinam exploraret sententiam, ac, peracto missæ sacrificio, nulla se ratione à priori reuocatum instituto. Et statim è medio se Conuentu proripuit, domúmque discessit. Perrexere nihilominùs ceteri Canonici ad ele-

Post longam disceptationem,

C ctionem incumbere. Ac tunc horum quidam his omnes verbis aggressus, *Considetis, inquit, venerabiles viri, vt Episcopum aliquem nuncupetis: in nullum tamen omnium vota congeruntur, ob varia factionum studia. Equidem minimè vereor asserere, multùm hæc partium dissidia æterno Numini displicere. Quid si Michaelem, qui factiones auersatus domum se recepit, Episcopum dicamus?* Vix ea fuerant, Sancti Spiritus, vt facile est credere, impulsu pronuntiata, cùm nobili genere orti Canonici placere sibi responderunt, vt is Pontifex nominaretur, dummodo in ipsum suffragia omnium conspirauerint. Ac nulla interposita mora sic omnes ad eum animos vertêre, vt & Pontificem appellauerint, & domo acciri iusserint. Verùm euocantibus minimè paruit Michaël, neque priùs ex ædibus pedem extulit, & ad Conuentum accessit, quàm totius Collegij mandatis vrgeretur. Postquam ergo locum ingressus est, vbi Comitia habebantur, & cum aliis consedit: exsurgens Decanus eum totius nomine confessus Episcopum dixit. Ibi Michaël magno stupore defixus, cùm vellet omnium votis obsistere, à quibusdam comprehenditur, ac in templi odeum delatus, ceteris hymnum

Michael VVarenghienus Episcopus Tornace. renuntiatur:

& inuitus throno imponitur.

D *Te Deum laudamus* concinentibus, propter aram throno imponitur. Sed non priùs is

AN. 1283. ab Remensi Pontifice sacro ritu fuit initiatus, quàm Christi annus millesimus ducentesimus & octogesimus quartus volueretur. Hæc inter Atrebatensis Ecclesiæ Pontificia decora in Guilelmum ab Isiaco votis communibus collata sunt. Petrus Remensis Archiepiscopus in Flandriam venit. Ab eo varia hic loca visitata. Cysonij dum esset, quarto ante Pascha die S. Euerardi corpus in nouam ex veteri thecam transposuit. Ei tunc aderant Ioannes S. Theodorici Remensis Antistes, aliįque non pauci viri magni augendæ pompæ gratia. Cysonio cùm Duacum adijsset, illic sacros ordines in têplo D. Amati côtulit pridie Paschatis. Et post aliquot menses inter Guidonem Flandris imperantem, & Ioannem Auesnium eius nepotem & Principem Hannoniæ, bellum subitò exortum est. Eius causam struxit de Alostensi Comitatu, aliísque ditionibus, quas antè memorauimus, altercatio, cùm hic ea omnia repeteret, ille admodum retinere moliretur. Prior Ioannes copias instruxit, eduxitque.

GVILEL. AB ISIACO fit Atreb. Episc.
Tabb. Atreb. Eccles.
Petrus Remens. Archiep. in Flandriam venit.
Iac. Meier. l. 10. Lib. argent. Amst. Eccles.
Inter Flandrũ & Hannoné bellum oritur sopiturque.
Iac. Meier. l. 10.

Verum

A Vetùm tametsi tardiùs Guido mouerit, insignem tamen exercitum in Gallo-flandria paratum habuit. Iuxta Duacum in mutuum venere conspectum: ibique aliquamdiu acies steterunt imperia ducum præstolantes. Sed mutua cæde manus abstentæ, quibusdam vtrumque Principem ad pacem inclinantibus, quæ saltem in aliquod tempus composita. (*Rex Franciæ aduersus Insulenses incandescit.*) Philippus Franciæ Rex aduersus Insulenses grauiter exarsit. Hæc bilem ei præsertim mouere. Spretis pactæ & iuramento confirmatæ pacis legibus Insulenses vetera murorum propugnacula instaurauerant, nouáque construxerant: Regis edictum de monetis spreuerant: in plerisque alijs eius voluntati obrogauerant: eius Bailliuos & ministros malè acceperant. (*Liber Rosin.*) Ergo hæc omnia vti luerent, litem ijs Philippus indixit. (*Sed pecunia pacatur.*) Verùm Insulenses Regis misericordiæ, quàm iudicum sententiæ, sese submittere maluerunt: ideóque statim ei quatuor & viginti librarum Parisiensium millia promisere intra breue tempus persoluenda. Fregit itam Regis ea spontanea satisfactio, adeoque animum inflexit, vt non modò noxam omnem remiserit, verùm etiam diplomate suo potestatem Insulensibus fecerit ea propugnacula perficiendi, nouisque vrbem muniendi muris ac turribus. Interim Martini Papæ Quarti voluntate Siciliam obtinebat Carolus Valesius D. Ludouici Franciæ Regis frater, qui primùm id regnum Clementis item Quarti Pontificis Maximi iussu inuaserat. B (*In Petrum Aragonem sacrum bellū indicit Pōtif. Max.*) Id permolestum erat grauéque Regi Aragonum Petro, quem cupiditas eius regni vehementer incenderat. Et iam aduersus Carolum copijs ingentibus bellum ferociter agitabat. Ergò Martinus Pontifex eo facinore admodum sauciatus in Petrum exarsit, cúmque cœtu piorum amouit, & diris constrinxit. (*Ioan. Hocsem. Paul. Æmyl. alij.*) Quóue tutiùs Carolo sua tueri liceat, sacram idem in eum expeditionem decernit: in Aragonia regnandi Carolō Valesij Comiti ius ascribit. Et mox in Gallijs Ioannes Pontificis Maximi Legatus Regem Philippum ac Principes varios ad sacrum id bellum stimulat; & Crucibus insignit. Multi per vtramque Flandriam alacres huic militiæ nomina dedere, & suscepta Cruce ad tolerandum belli laborem ingentes sumpsere animos. (*Crucem eius gratia prædicantes, aut suscipientes Insulæ violantur.*) Verùm Insulæ tum temporis ea res omnis à quibusdam ludibrio habita: & quosdam vel petulantia, vel maleuolentia ad impium facinus audendum turpiter C proiecit. Violati partim atrocibus iniurijs, partim scelestis manibus tam ij, qui ciues Legati nomine ad Crucem capessendam è suggestis hortabantur, quàm sacra Cruce consignati. (*Liber Rosin.*) Et quò plus impietatis argueretur, his polluta sceleribus D. Stephani templum ac cœmeterium. (*Sacrilegos punit Legatus Pontif.*) Neque Senatoribus curæ fuit in eos animaduertere, à quibus ea patrabantur. Ergo Ioannes Pontificis Legatus his de rebus acceptis nuntijs, Insulam iratus aduolat: in criminis reos vehementer inquirit: vrbis Respectorem & Scabinos in iudicium præsertim adducit, iisque grauiter minatur pares toleratis sceleribus pœnas. Stitere se magno numero Cardinali Respector, & alij magistratus, ac protinus ad pedes eius abiecti primùm iudicio se sponte, ceu reos, submisere: dein sibi, ciuibúsque misericordiam flagitauere suppliciter. Placuit Legato ea criminum confessio, & procliuis ad iudicium subeundum animus; ideóque mitiùs agendum censuit. Igitur quaternis librarum Parisiensium millibus ciuitas damnata, quæ Parisiis in subsidium Aragonici belli penderentur. Eam satisfactionem Guido Comes ratam habuit. D Sed non leuis paullò pòst inter Duacenses ac Insulenses ideò coorta dissensio. (*Galterus Castellio Insulens. floret multiplici doctrina.*) Plurimum intereà laudis pariebat Insulæ Galterus Castellio. Vitam ei parentes Insulæ dederant. ad summa variarum disciplinarum capessenda mentem finxerat Numen. (*Ioan. Trithem. in cat. illust. vir. Ger.*) Igitur ad multimoda incumbens studia, plerisque scientia, eruditione, & facundia miraculo fuit. Cùm Rhetoricæ & Poëticæ facultatis plurimum bibisset, ad Philosophiam & Theologiam se contulit: adeóque his in studiis emicuit, vt palmam referret subtilis æquè ac disertus. Plurima eius operum vel liuor, vel tempus oppressit. Quod panxit elegantissimum de gestis Alexandri Magni poëma, id iuuenum manibus diu tritum in scholis est; & quādoque Virgilio, aliísque vatibus classicis inuidiam mouit, nunc etiam laudem meretur typis excusum.

(*Ioannes Guidonis filius Hoium migrat. Iac. Meier. l. 10. Ioan. Hocsem. Ioan. Presbyter.*) Dum flueret annus Domini post millesimum & ducentesimum quintus & octogesimus, Flandriæ Comes Guido Rempublicam Insulæ composuit. (AN. 1285.) Huius filius Ioannes Leodiensium Pontifex, ægerrimè tum tulit, nobiles viros Leodij venalibus

A rebus vectigal imposuisse, Clero populóque repugnantibus. Eam ob rem suam Huum familiam transtulit, eodémque Clerum omnem suo traxit exemplo. An, dum illic moratur, circa Huensis arcis molitionem aliquid operæ contulerit, incertum habeo. Saltem id quorumdam scripta memorant, insignem illic aulam ab eo conditam, cui Flandricæ cognomen fuerit impositum; ac pleraque mutata in melius ædificia.

Ibi quædam struit.
Iplem.

Ea tempestate inter sacros Curiones, familiásque Dominicanorum & Minoritarum exarsere contentiones grauissimæ: actúmque vtrimque animosiùs, & interdum etiam atrocioribus quà libris, quà contumelijs, quàm patiatur charitas Christiana. Rixarum origo fuit, quòd Pastoribus inconsultis Mendicantium familiarum alumni laicos apud se peccatorum sarcinas deponentes liberè absoluerent suis nixi priuilegijs.

Pastores, Dominicani, & Minoritæ de cõfessionibus contendunt.
Iac. Meier. l. 10.

Interea Philippus Tertius Franciæ Rex, ac D. Ludouici filius hominem exuit. Regnum eius adijt eiusdem nominis filius, cui ab corporis dignitate cognomen
B
AN. 1286. Pulchro inditum. Vix sceptro manus is admouerat, cùm aliquam Guidoni Comiti bellum parandi occasionem infensus quæsiuit. Eò primùm hunc adegit, vt Flandriæ omnis nobilitatem, & vrbium magistratus ad iurandas eius pacis leges, quas Ferrandus admiserat anno quinto & decimo supra millesimum & ducentesimum impelleret. Haud enim arbitrabatur Flandros id facturos, qui peruicaces hactenus iuramento se obstringere abnuerant. Sed longè aliter euenit ac sperauerat. Quippe multo Guidonis hortatu incitati, dein bellorum metu pauidi, eas pacis leges iureiurando condito subiuere. Igitur ea spe belli concitandi deiectus, triginta nouem Viros Gandaui aduersus Comitem diffidentes in suam Philippus fidem recepit, multóque fauore prosecutus est. Sed quamuis id gratissimum esset Gandauensibus contrà, Comes ægerrimo ferret animo: tamen nondum in bellum contentio erupit.

Philippus Franciæ Rex moritur.
PHILIPPVS PVLCHER ei succedit.
Frustrà hic occasionem belli Flandriæ Comiti inferendi quærit.
Iac. Meier. l. 10.

Guidonis filius Ioannes præclarè suo munere tunc fungebatur, seu res sacræ, seu prophanæ per Leodiensem Episcopatum eius labores curásque deposcerent. Apud
C eum sæpe iam fuerat actum, vt sedem Huo Leodium referret, ibique solito more cum Clero consisteret. Quòd igitur mitissimo esset animo, exorari sese precibus tandem passus est, dummodò certis legibus iniretur concordia. Pepigere cum eo Nobiles, ad octodecim tantùm annos è ceruisia collecturos se vectigal; id in pontes, muros, aliáque similia vrbis opera consumpturos. Hæc vbi iureiurando firmata, litterísque tradita fuere, non multò post S. Laurentij festum ad Leodiensem se ciuitatem retulit. Laborabant tum Clerus ac populus Leodiensis graui admodum discordia. Id cùm Ioannes animaduerteret non parum incommodi damníque in vrbem inuehere, omnem adhibuit operam, vt sopitis odijs, omnibúsque sublatis difficultatibus, in mutuam redirent amicitiam. Quòd solus tanto negotio feliciter expediendo non sufficeret, Lotharingiæ Ducis consilia, & socium laborem expetijt. Ergo dum vterque nihil reliqui facit, vt Clerici ac ciues in stabilem coëant concordiam: ea pax composita, & in tabulas relata, quam Clerquiensem nominant. Erat ipsi quoque Ioanni non leuis cum Brabantiæ Duce contentio. Eam cùm cuperet et-
D iam pactis concordiæ legibus obiui, cum eo Principe non renuit certis conditionibus pacem conficere. Idem cùm Bullionem adiuisset, aliquanto se tempore in vicinis nemoribus oblectauit venatione. Id dum animaduerterent nonnulli, quos cupido aliquam ex eo pecuniam exprimendi inuaserat: vbi solum inter opaca siluarum opportuno nacti sunt loco, in eum manus iniecere protinus, & in occultas ipsum abdidere latebras. Dum ab suis subinde quæritur, ac nusquam compâret Pontifex; ibi magna omnes primùm subit admiratio, dein dolor grauissimus. Et sparsi mox hac de re nuntij apud parentem, amicos, Clerum Leodiensem, bonósque omnes, ingentem concitarunt vbique luctum. Varij varia de tanto Ioannis infortunio voluebant animis. Fuere, qui crederent, à Luxemburgensi Comite, & fratribus eius abductum in custodiam, Flandrorum Comitis coniuge, ac Pontificis nouerca (illorum ea soror erat) hoc vt sacrilegium committerent, vel adhortante vel querelis exciente, dum ijs cum gemitu aperuisset, cuiusdam se ab Ioanne priuatim criminis redar-

Ioannes Leodiẽsis Episcopus Leodium redit.
Ioan. Hocsem. c. 15.
Pacem inter Clerum & populũ Leodiensem conciliat.
Chappeau. in notis ad Hocsem.
Cum Duce Brabantiæ redit in concordiam.
Idem.
Inter venandum capitur, & carceri mancipatur.
Hocsem. c. 15.
Ioan. Presbyter.

redargutam fuisse. De causa quidquid fuerit, & sceleris auctoribus, detentum in tenebris ad quinque menses inuenio; ac non priùs in libertatem dimissum, quàm pecuniæ multum traderet, ac iureiurando sese obstringeret nunquam eos prodendi, à quibus in custodiam fuerat abductus. Vbi domum rediit, insigni omnes eum excepere gaudio. A

Harnieosis Reguli in ciues Insulenses liberalitas. Litter. Guid. & Ioan.

Adulterinam pecuniam cudentes Insulæ puniuntur. Lib Rosin. Litt Guid

Nulle Insulæ confiscatio.

Canonici & Senatus Insulenses de Parochia S. Mauritij contendunt.

Sub hæc Ioannes Harnij toparcha, eiúsque coniux Maria Mauretaniæ domina, ciuium Insulensium varijs officijs deliniti, perpetuam ijs facultatem fecere per vicum Harniensem, Pontémque Wendinium merces deportandi nullo soluto vectigali portorióue: eamque libertatem Guido Comes ratam habuit. At quidam Insulæ comperti sunt adulterinam pecuniam cudisse: idcóque pœna capitis in eos grauiter animaduersum est, bonáque eorum in fiscum Principis illata iubente Bailliuo. Verùm Guido Comes extemplò præcepit Bailliuo, vt omnia restitueret, quæ confiscauerat, quòd Insulæ nihil obnoxium fisco esse cognosceret. Et ibidem D. Petri Canonici, vrbísque Magistratus admodum animis dissidebant, eiúsque discordiæ causa fines erant intra muros vtrísque adscripti. Cùm enim multa pars Mauritianæ Parochiæ Canonicis ab olim subesset, in eam illi ius suum retinere conabantur. contrà, Senatores id ægrè tolerabant, sempérque aliquid moliebantur, vt eam vrbis portionem sibi subijcerent. Igitur inde multa quotidie perperam gerebantur: adeóque graues in contentiones ea res erupit, vt omnia per vrbem magna populi offensione perturbata fuerint. Conatus est sæpè Flandriæ Comes vtrosque verbis conciliare, & maturanda faciliùs concordia, quædam alia Canonicis sponte obtulit possidenda, si ius eam in Parochiam Senatui cedere optarent. In multum tempus id negotium ducebatur: neque priùs finem accepit, quàm Honorius Quartus Pontifex Maximus operam adhibuit. Is enim gnarus partim rixarum, & subortorum inde scandalorum, partim oblati ab Comite fundi, in abrumpendas contentiones studium contulit. Eò litteras scripsit ad Michaëlem Episcopum Tornacensem, & ad Priorem Dominicanorum, Fratrúmque Minorum Gardianum Insulæ degentes: ac tribus ijs mandauit, vt, habita quæstione, in commodum & vtilitatem Ecclesiæ permutationem facerent: quandoquidem id fieri tandem ab ipso Canonici flagitassent exstinguenda omni discordiæ causa. Et rebus omnibus per hos diligenter expensis, non multò pòst Flandriç Comes facta sibi potestare vtens, per eosdem Summi Pontificis arbitros ius omne Canonicorum in Parochiam S. Mauritij Senatoribus attribuit; illísque ex eorumdem arbitrorum sententia possessiones alias concessit. Interim ab Senatoribus & Pacificatoribus oppidi Duacensis conscriptum est edictum, quod perpetuùm quotannis populo proponeretur creatis recenter Magistratibus. Eo Pacificatoribus potestas concessa est ciues inter se rixantes, aut inimicitijs grauibus dissidentes ad tribunal euocandi suum; pacem inter eos conciliandi; amicitiam pacémue respuentes pecunia, vel exilio mulctandi; vbi semel aliqui positis odijs in concordiam coaluerint, vel contentionum inducias pacti fuerint, in pacis aut induciarum violatores lege agendi, & si opus fuerit, animaduertendi capitis supplicio. AN. 1287. B C AN. 1288.

Pro pace inter eos conciliandа laborant Pontifex Maximus, arbitri, & Comes Flãdriæ.

Litter. Comitis. Liber Rosin.

Edictum Senatorum & Pacificatorũ Duacensium. Regist. Duac.

Dux Brabantiæ & Ioãnes Leodiensis Pontifex bellũ in Geldriæ Comité suscipiunt, eumque prælio superant ad VVaroncam. Ioan. Hocsem. cap. 16. Iacob. Meier. l. 10.

Iam tum in libertatem fuerat è carcere missus Ioannes Guidonis filius, ac Leodiensium Pontifex, & moderandæ rursus Ecclesiæ diligentem dabat operam. Verùm minimè diu quietem illi capere licuit, ad arma nouis difficultatibus eum impellentibus. Ioannes Brabantiæ Dux Guidonis Flandriæ Comitis gener, de Comite Montensi in Limburgensem Ducatum multa ius emit pecunia. Eam regionem, Henrico Limburgico ante paucos dies viuis subtracto, Geldriç Comes Reginaldus ob Irmingardim coniugem, Henrici sororem, inuaserat, occupaueràtque. Ab eodem castrum Rodiense tenebatur, quod hinc Episcopus Ioannes, illinc Brabantus sui esse iuris asserebant. Igitur cùm vellet Limburgensem Ducatum Brabantiæ Dux armis repetere, quàm ab alijs, tam à Leodiensi Pontifice supplex auxilia poposcit. Ea lege hic copias promisit, vt subacto Ducatu arcem Rodiensem reciperet: ac postquam se Dux ad eam restituendam obligauit iuramento, Leodiensis ditionis nobilitatem in armis eum sequi iussit. Et sua S. Pauli Comes, ac nonnulli Ducis consan- D

guinei

A guinei e Francia duxere subsidia. Aliunde Gelder amicitia Principes sibi adiunxerat, eumque secuti sunt Sifridus Coloniensis Episcopus, Comes Luxemburgensis Hēricus, ac fratres eius Valerannus & Balduinus. Armauit quoque Flādros aliquor Guido Comes: cui tamen hos miserit suppetias, incertum est. Illinc filius ac gener haud dubiè subsidia flagitarunt: vt Geldro ferret opem, cuius signa fratres sui sequebantur, hinc vxorē Luxemburgensi familia stimulabat. Et sunt, qui missas ad Geldrum copias potiùs autument. Ceterùm ad Waroncam intra fines Coloniensis dioecesos aduersæ acies constitere, numero impari, variàque ad pugnam comparatione. Gelder plus hominum sub signis habebat, adeóque certus videbatur victoriæ, vt magis de spolijs detrahendis, & vinciendis hostibus, quàm de conserendis manibus cogitaret; eóque plurimas ferri catenas iusserat. Quòd paucioribus Dux copijs cingeretur, ad flumen pugnæ locum delegit: itáque aciem constituit, vt à tergo fluuius suorum fugam interciperet, à fronte cędendum hostem tellus obijceret. Aut igitur ipsis occumbendum erat, si timidi essent; aut ingentibus animis & viribus

B impetenda rumpendáque hostilis acies, si vellent incolumes victoria potiri. Inito ad tertiam horam certamine, Geldri numero superiores hostem contemptui habuere. Horum pars Ducem eiúsque copias fortiter sustinere: pars victores se rati ad rapienda spolia hostiles petere papiliones. Contrà, suos Brabantus in ordine continere; ad pugnandum ijs animos facere; vt ferro victoriam parent, hortari. In nonam prælium horam productum est, neutrò adhuc inclinante victoria. Vix tum aduenere Colonienses, qui Duci subsidia promiserant, cùm nouis horum accedentibus viribus, ingens in Geldros factus est impetus, eorúmque perruptis ordinibus, insignis edi cœpta cædes. Illic ad duo millia & quingentos à parte Comitis ferro perempti milites cecidere. E principibus viris frater Archiepiscopi Coloniensis, Luxemburgicus Comes, eorúmque fratres duo inter cæsos numerati. Captiuorum præcipui fuere Coloniensis Pontifex, & Geldriæ Comes: quos catenis, quas in hostes ipsi parauerant, onustos Brabantus deduxit.

C Eo, qui secutus est, anno Hellinus Armenteriæ toparcha Tornacensem adeptus Defensionem (Aduocatiam nostrates appellant) non modica Tornacum pompa inijt, & ab ciuibus exceptus est honorificè. Eadem in vrbe non leui affectus est iniuria Michaël Episcopus. Is pro temporali potestate, qua pollebat, virum quemdam fœdi criminis conuictum attinebat in palatij sui custodia: quem dum ab Iudice suspendio addictum vrbem extra lictor & satellites ad supplicium è carcere producunt, per plateas vrbis ciues trahi vetuere. Adductus in magnam Episcopus necessitatem, in altissimo palatij sui muro trabem erigi iussit, vt ex ea reus suspenderetur. Ac ne quid in posterum eiusmodi ab ciuibus pateretur, ad Regem scripsit in Franciam. Hic iusta Pontificis aduersus Tornacenses querimonia permotus, extemplò Magistratibus vrbis eius mandauit, vt liberum semper iter præberent Episcopi apparitoribus noxios ad furcam ducentibus. Et tunc intra fines septáue Cysoniensis monasterij exorta fortè rixa quidam Guilelmum Tonetum cultro in pectus grauiter percussit. Ac mox in eum Hellini toparchæ Cysoniensis apparitores inuolauere, vique

D sacro de loco extractum in carcerem compegere. Minimè tamen id suorum facinus gratum habuit Hellinus, captiuúmque ab Cysoniensi Antistite postulatus eum in locum, vnde per iniuriam abductus fuerat, restituit. ac ne quis posterorum tale quidpiam auderet, litteris suis testatus est, illum sibi minimè licuisse vel prehendere, vel in carcerem mittere, & supplicio addicere. In Laudensi monasterio exutus est mortalitate Nicolaus loci eius Antistes clarissimus. Supersunt etiam hodie nonnulla, quæ magnis impendijs ad templi decus perfectionémque condidit. Eiúsque laudi tribuunt, quòd iam inde ab incunabulis cœnobij res omnes, quæ sub singulis Abbatibus euenere, litteris mandari curauerit.

Post biennium ferè ad superos abijt Michaël Tornacensium Episcopus, magno sui relicto apud omnes desiderio. In more habebat, dum viueret, per Domini Aduentum & quadraginta dierum ieiunia intra muros Tornacenses, forisque populum concionibus ad vitam rectè traducendam percolere. Ad Scaldim Helchinij Tornacensium

AN. 1289.

Chron. Ægid. le Muisit.

Tornacenses in Episcopū iniuriosi cōpescuntur.

Monum. MSS. Tornac.

Reus è monasterio Cysoniensi extractus, restituitur.

Litter. Hell.

Nicolaus Abbas Laudensis moritur.

Monum. MSS. Laud.

Michael Episcop. Tornac. vita defungitur.

Ægid le Muisit.

Eius laus facta, táque.

A

censium Episcoporum prædio arcem exstruxit munijtque. Nullus ad retinenda eius Ecclesiæ iura magis exarsit. Ad Ioannem Wasonium, qui priùs Aduocatum regium, dein Franciæ Cancellarium egerat, Episcopalis dignitas translata. Mouit posteà in Hannoniam copias Guido Comes aduersus ditionis eius Comitem Alostanum repetentem Comitatum, Flandrósque infestantem. Vtrique Flandri præcipuum erant exercitus robur. Itum Duaco Valentianas: ac tum Insulenses duxit Ioannes Hayus Eques auratus, & Castellani vicarius. Tractus inde Querceetum exercitus, ac deinceps Thomas Castellani frater, Ioanne Hayo flagitante, Insulensibus copijs præfuit. Quem exitum ea fuerit sortita expeditio, non inuenio. Hæc inter Ioannem Guidonis filium Leodiensem Episcopum, & Flandriæ Cancellarium ac D. Petri Insulæ Præpositum, exstinxere grauissimi dolores calculi. Eius funeri Flinis curando magnam pater pompam adhibuit. Post breue tempus viuis etiam ereptus est Guilelmus Attrebatium Episcopus, eiúsque loco sacrum munus capessiuit Gerardus Pigaloti apud Italos nobili genere ortus. Audomaropoli ex hac vita sublato D. Bertini Abbate Galtero, Eustathius è Gomerorum familia Insulæ natus eius cœnobij infulis ornatus est.

AN. 1292.

AN. 1293.

AN. 1294.

B

IOANNES VVASONIVS ei succedit. Bellum inter Flandriæ & Hannon. Comites. *Lib. Rosin. Iac. Meier. l. 10.* Ioannes D. Petri Præposit. moritur & Flinis sepelitur. *Tumul. eius. Iac. Meier l. 10.* Guilelmus Atreb. Episc. decedit. *Tabb. Atrebat. Excerp.* Succedit GERARDVS. *Ioan. Iper.* Alanus Insulēsis moritur Cistertij. *Epitaph.* Laudes eius. *Ioan. Trithem. Epitaph. Comment. in eius Parabolas.*

Contrà, è liberis Insulanę vrbis Alanum exstingui Cistertiensis Ordo gemuit, postquam insigni fama floruisset ob varia disciplinarum genera. Tanto ad omnia studia ingenio præditum fuisse aliqui memorant, vt eloquendi promptissimus & prosam conderet orationem, & versus pangeret eleganter: de Philosophicis & Theologicis rebus acutissimè dissereret: nullum eius animum disciplinæ genus effugerit, indéque sibi Doctoris Vniuersalis pepererit cognomen. Sanctas litteras, déque Deo quęstiones diu Parisiis explicuit, vbi supremam sacri studij lauream fuit adeptus: multa tum vincta, tum soluta oratione complexus, varios in lucem libros edidit. Vt in Cistertiensem se domum abderet, hâc rationem produci video. Statuerat Alanus vnica concione totam de Sanctissimæ Trinitatis mysterio Theologorum doctrinam circumscribere, ac dilucidis eam ita verbis explicare, vt à quolibet facilè comprehenderetur. Pridie quàm id faceret, secundùm amnem solus deambulauit vesperi, vt secum rationem iniret, qua feliciter id præstaret, quod voluebat animo. Ibi puerulum nactus est è flumine aquam cocleari sumentē, & in fossulam, quam fecerat, proijcientem. Ab eo, dum subridens quæsiuisset, Ecquid facere proponeret; ac postquam didicit, eum amnem totum velle fossulæ angustijs comprehendere, id fieri non posse subdidisset; increpitus doctúsque, multò minùs id posse præstari, quod crastina luce agere intenderet: in magnum illico stuporem cogi se sensit; ac seipsum acriter castigans, & nimiæ damnans arrogantiæ, in multas fluxit lachrymas. Ergo die subsecuto cùm suggestum tamquam ad populum, qui frequentissimus erat, verba facturus ascendisset: tantùm hæc effatus, *Alanum vobis vidisse sufficiat*, è medio circumfusæ admirantísque multitudinis sese proripuit, & magnis itineribus Cistertium contulit. Illic inter Conuersos, vt nominant, cùm recipi flagitasset, pascendarum ipsi cura commissa est ouium. Eo cùm aliquamdiu munere incognitus patienter ac submissè functus fuisset, sitne postmodum Romam vsque curandorum equorum gratia Cistertiensem Antistitem comitatus, dum illuc Pontifex Maximus Præsules omnes euocauit comprimenda per disputationes quorumdam hæreticorum arrogantia: & cùm occlusa sectariorum fallacijs & vaniloquentia Catholicorum Doctorum ora cerneret, ægréque admodum id ferret, obtenta priùs venia, ita disputando ex ijs hęreticis vnum constrinxerit, vt is palàm exclamaret, Aut diabolum, aut Alanum secum verbis contendere, indéque fuerit detectus, nolim asserere. Id saltem in confesso est, ipsum Cistertij denique in cognitionem Abbati & Monachis venisse, ac reliquum posteà tempus vel scriptioni librorum, vel pietati diligenter impendisse; mortuum insigni decoratum fuisse tumulo, & memoria.

C

D

Quinquagesima rerũ pars ab Flandris exigitur. *Lib. Rosin. Regist. Duac. Litt. Regia.*

At enim Philippus Franciæ Rex pecuniæ auidus, & Flandrorum opibus inhians, magnum ab ijs subsidium postulauit belli aduersus Anglos moti occasione. Nihil ausus ei obrogare Guido Comes, quinquagesimam rerum omnium tam mobilium, quàm immobilium partem suis per Flandriæ Comitatum imperauit: ea tamen lege, vt di-

A vt dimidium modò Rex acciperet, dimidium ipse sibi reseruaret. Sed dum ea cogitur Insulæ, Duaciue quinquagesima, quam malatestam vocabant, ingens tumultus exortus est. Vtrobique ciuium plerique palàm professi sunt; *Per summam iniuriam eam vim auri ab Comite imperari, has vrbes liberas esse, ac nonnullis donatas nihil tale pendendi priuilegijs, ea propter ab se frustra exigi, quod neque tenerentur, neque vellent tribuere.* Incendit grauiter Guidonem ea tumultuantium oratio & peruicacia Statimque satellites in præcipuos auctores emisit, vt prehensos in custodiam conijcerent, atque ita libertiùs ab alijs pecunia exigeretur. Parum tamen ea ratione compressi motus. Habiti contrà occultè Scabinorum conuentus & primorum ciuium. Ibi communi sententia decretum est, vt aliqui ad Regem questum mitterentur: pecuniam ipsi publico nomine Regi sponte promitterent: vt priuilegijs & immunitatibus antiquis vti sibi liceret, ab eodem peterent. Itum igitur ab vtrisque Parisios. Insulenses librarum sex millia obtulere, septem Duacenses. Neque Regi displicuit ea legatio. Sua vrbibus seruata priuilegia. Et Comiti mandatum est ab Rege, vlteriùs

Ob eamque motus oritur Duaci & Insulæ.

A quinquagesimæ solutione Insulenses & Duacenses Rex absoluit, eosque defendit.

AN. 1296.

B Gallo-flandros ne concuteret: è custodijs mitteret captiuos. Videbatur Comes haud æquo legationem Insulensium & Duacensium, Regisque mandatum animo tulisse. iamque aliquid occultè moliri credebatur quo vindictam his de ciuibus caperet. Igitur maturè alios ad Regem legauere, qui supplices orarent, ne quid ab Comite grauius in se designari permitteret: aduersus eum se suáque defenderet. Animaduersa Philippus horum hominum fide, quam sibi maioribúsque suis præstiterant, postulationibus eorum libenter annuit: ac non modò litteris eos erexit, verùm etiam ad eos Ioannem Tassium montis desiderij toparcham misit, qui rursus eis animos faceret, ac Guidoni Regis mandata exponeret, ne quem Insulensium & Duacensium is afficeret molestia, nisi mallet iram Regis accendere. Sub hæc ab eodem Rege Insulensibus & Duacensibus ceterísque Gallo-flandris inhibitum fuit, ne quis eorum ad militiam capessendam vel Cæsari, vel alteri extra regni fines bellum facienti nomen daret. Huius edicti auctores fuere Trigintanouemuiri Gandenses.

Lib. Rosin. Regist. Duac. Reg litt.

Gallo-flandris militiam Rex interdicit, eosque aduersus Flád. Comit. tuetur.

C Ij námque vti de Comite Guidone vindictam sumerent, qui multis eos molestijs affecerat, cùm satis perspicerent, necessariò conscribendos in Flandriæ Comitatu nouos milites, vt bellum aduersus Hannonem gereretur: apud Regem effecere, vt edicto caueret, ne Gandenses, Brugenses, Ipcrani, Insulenses, & Duacenses, hísque obnoxij populi Augusto, vel alteri cuipiam extra regnum militarent, nisi veniam ipse concederet. Igitur Guidoni bellum in Hannoniam portanti, suísque omnibus, vt arma caperent, imperanti ab ijs quinque ciuitatibus palàm obrogatum est. Saueiauit ea res grauiter Guidonem, & eùm victor ab Hannoniæ finibus rediret, animum vindicandi cupidine succendit. Verùm Gandauenses illi, quos diximus edicti Regij auctores fuisse, intereà loci Regis animum occupauerant, ab eóque facilè impetrauerant, vt quinque ciuitates in fidem suam reciperet, càsque aduersus Comitis iram & conatus protegeret. Exstant Insulæ Duacíque Regis diplomata, quibus partim vtriusque populi fidem laudat, partim patrocinium suscipit: leges ac consuetudines eorum approbat: & ne quid in eos Comes moliatur, prohibet. Quinetiam

Litt. Phil Reg. Petr. Oudegh. cap. 131.

D hoc anno Insulensibus ab Rege concessum inuenio, vt qui nundinas celebrandi causa Insulam aduenirent, toto tempore nundinarum, ac diebus octo priusquàm initium eæ caperent, & totidem vbi desierint, accepta fide publica res suas inferendi efferendiue liberam habeant potestatem, ac nullam pro debitis molestiam patiantur. Idémque Rex Insulam misit Adamum Cardoneium Iunio mense, eumque sic oppido præfecit, vt Baillivum aliósque ministros ciuibus regios admoueret; ex huius sententia Insulani cuncta moderarentur; ipse munitionibus vrbis præesset.

Priuilegium Reg. Franc. pro nundinis Insulens.

Reg. litt.

Adamus Cardoneius Insulæ præficitur.

Litt. Reg.

At sub finem huius anni vehemens dolor Guidonem ad cogendum Gerardimonte Conuentum Flandricæ nobilitatis, ac Principum exterorum impulit. Is animo minimè maligno Philippam filiam suam Regis Anglorum Eduardi filio desponderat insigni ad eas nuptias legatione Regis sollicitatus, & promissis tantæ affinitatis opibus fretus. Verùm Philippus Rex Francorum facilè animaduertens eo mairi-

Guido Comes Flandriæ Gerardimōtię Conuentum generalem habet pro bello Franciæ Regi indicendo.

Chron. Flād. ms. Chron. Fland. à Sauuag. edit. c. 14. Nicol. Gill. Paul. Aemyl. l. 8. Gaguin lib. 7. Aegid. le Muysis in Chron. Torn. Iac. Meier. l. 10. Petr. Oudegh. c. 130. & seqq. Paper. Masson. l. 3 Bellefor. l. 4. hanc rem, & secutum inde bellum latius explicant: ex quibus nos praesertim ea, quae narrabimus, accepimus.

matrimonio magnam factum iri Flandrorum viribus accessionem: illud omni ratione disturbandum ratus est. Igitur siue per speciem amicitiae Philippam in Franciam à parentibus adduci mandauerit, priusquam ad sponsum in Angliam portaretur; siue Guidone eiusque coniuge in custodiam coniectis (nam vtroque trahunt auctores) in Franciam deferri curauerit: saltem apud se, liberato parente vtroque, detinuit. Id cùm grauissimè ferret, nihil reliqui fecit Guido, vt eam in libertatem assereret. Oratum suppliciter frequentissimè, & Principum adhibitae suni flagitationes: ad Summum etiam Pontificem appellatum: & missus in Franciam Româ legatus, qui Regis animum vel molliret alloquijs, vel minis frangeret. Irrisit tamen Philippus omnium preces. fuerúntque ipsi ludibrio Pontificis Maximi diras etiam grauissimas intentantis, nisi filiam Guidoni restitueret, comminationes. Solùm arma, opes, ac foedera Regum ac Principum supererant incutiendo terrore. Igitur cùm eo quem diximus, loco fuisset conuentum, Adolphus Caesar, Eduardus Anglorum Rex, Albertus Austriae Dux. Ioannes Dux Brabantiae, Ambarıorum Comes Henricus, Guidoni auxilia pollicentur, bellum inferendi Philippo Franciae Regi, ac Ioanni Hannoniae Comiti partes eius tutanti pacto foedere. Neque segnius ab his omnibus ea comparata, quae gerendo idonea bello erant. Cùm ijs ergo fultum se sentiret Guido Comes, Francorum Regi bellum indixit anno proximo incunte.

Idem cū multis Principibus belli societatem init: Chron. Flād. ms. Chron. Fland. à Sauuag. edit. c. 14. Meier. l. 10. Oudegh. c. 132.

Regē ad bellū prouocat. Chron. Flād. ms. Chron. Fland. à Sauuag. edit. c. 35. Meier. l. 10. Oudegh. c. 133.

AN. 1297. Vt iusta fuerit causa prouocandi, multum insolentiae modo inerat. Litteris ad Regem scriptis, solutum se omni sacramento ac legibus ipsi obsequendi, propter eius in se filiámque maleficia dolósue, mandauit: ideóque sibi decretum, quod nequeat per ius obtinere, id armis repetere. Qui litteras in Franciam deferrent, ac fecialium loco sinu bellum effunderent, Abbates duo trésue delecti, Floreffiensis, Gemblacensis, Bauonicus, aut Gerardimontanus. His officio perfunctis vehementer Philippus in Guidonem Flandrósque partes eius admodum sustinentes excanduit, bellóque eos aggredi constituit. Sed priusquam copias Flandriae inferret, Remensium Pontificem, ac Siluanectensem Episcopum ad Comitem misit, qui nomine suo quaererent, Eásne litteras scripsisset, quas ipsi Abbates tradiderant? iisne Praesulibus indicendi belli potestatem fecisset? vbi Guido professus est, vtrumque ab se profectum fuisse, tum denique Philippus exercitum conscripsit armis Flandriam petiturus. Cùm is staret in procinctu, Remensis Archiepiscopus & Pontifex Syluanectensis Taruannae Guidoni, ac Flandris omnibus, sacris interdicunt. Et cùm Robertus Guidonis filius, ijs spretis terroribus, ad Romanum Pontificem prouocasset; itáque sacer ille conatus ad irritum cecidisset: magnis itineribus copias Philippus in Gallo-flandriam traxit. Equitum millia decem numerabantur, peditum ferè sexaginta. Praeter Comites duos & triginta, Burgundiae, Britanniae, Lotharingiae Duces in exercitu spectabantur. Ex quo plus animi omnes capesserent, centum & viginti donati sunt Equestri balteo: permissúmque ab ductoribus est, vt in sacra propbanáque passim milites saeuirent, vbi Gallo-flandriae fines attigissent. Contrà, Guido nihil dubitans Gallo-flandriae vrbes obsidio circumueniendas, hunc in modum ijs prouidit. Rufum Falcobergensem, Comitésque Cukium & Spanensem, aliósque non paucos Germaniae proceres ab Caesare missos auxilio cum lectissima Germanorum militum copia Roberto filiorum maximo attribuit, eósque tutari Insulam iubet. Henricum Nassouium Guilelmo filio iungit, eósque cum magna militum manu Duaco imponit. Cortraci alium è liberis suis Ioannem firmúmque praesidium collocat. Ipras sibi reseruat, ibíque multum militem, & plurimos Nobiles in promptu habet, vt suis auxilio esse possit, quà vis maior ingruet. Alijs alibi sedem imperat. Igitur rebus ita comparatis, secundo & vigisimo die Iunij Gallo-flandriam Philippus Rex ingreditur capto iuxta Duacum itinere. Quòd validè munita esset ea vrbs, ipsam tentare minimè placuit. Gallo-flandriae caput primò petendum Rex statuit: vt eo in potestatem redacto, cetera opportunius aggrederetur. Per viam tamen vbique miles in omnia bacchatus est: ac praesertim manus populantium sensit Flinense monasterium; eiúsque pars aliqua post direptionem arsit incendio. Plus damni passum id fuisset, nisi tempestiuè sacris rebus cauisset Antistita. Phalempinum ac

Guidoni Comiti & Flandris sacris interdicitur. Iac Meier. l. 10. Oudegh. c. 134.

Exercitū Rex Franciae in Flandriam ducit.

Gallo-flandriae vrbes munit Guido Comes. Chron Flād. ms. Chron Fland. à Sauuag edit. c. 36. Meier. l. 10.

Gallo-flandriam Rex cum exercitu ingreditur via Duacensi.

Flinense monasterium diripitur.

Sici-

A Siclinium vsque penetratum postridie; isque locus vterque incendio consumptus est, postquam sacra prophanáque miles abstulit. Soli ferè prospectum fuit D. Piatonis corpori, quod maturè theca eductum Canonici Siclinienses absconderant: cùm ne quidem capiti eius hostis pepercerit. Sub vesperum eius diei diffundi circum Insulam copias iubet Philippus, quosdámque locos castris metandis, & obsidio vrbis eius faciendo idoneos intercipit. Sequentibus diebus opera promouentur: nihilque tum ab obsidentibus, tum ab obsessis intentatum relinquitur. Intra muros ingentes suis animos faciebat Robertus æquitatem causæ paternæ proponens, eásque omnes iniurias enumerans, quibus patrem ac sororem Franciæ Rex affecerat. Dein ipse nihil subterfugiebat laboris, qui ducem decet militémque: vt vnà prouideret vigilando, & militis munia obiret. Eius igitur exemplo ceteri plurima intus virtute niti, ne propiùs hostis accederet; eum tormentis submouere; nunc apertis eruptionibus, nunc occultis aggredi. Contrà, hostes vineas ducere, vallúmque; machinis muros quatere; pro corona murorum stantes telis incessere; missis tormento pilis ingentibus ædes confringere; quantis possunt, in vrbem, agrósque maleficijs grassari. Ac

Phalempinū & Siclinium incenduntur.

Insula obsidione cingitur.

Chron. Fland. ms Chronic. Ægid le Muisis.

Eam fortiter defendit Robertus Comitis filius.

B tunc suburbia omnia flammis exusta. neque parsum est monasterio quà virorum, quà virginum Dominicani Ordinis extra muros magnificè constructo. Prorupit etiam latiùs militaris licentia & rabies. Intra Scarpum Lisámque nihil reliqui factum. Direpta vbique monasteria, & incendio corrupta. iniectæ templis vicorum manus flammæque. Et quidam eò scelerum & libidinis effusi, vt aliquas sacrarum Virginum vi compressas in ludibrium per castra circumduxerint, támque fœdo facinore Philippi Regis ac Principum calculis vitæ supplicium sibi accersiuerint. Interim Regi subsidio venêre Tornaco ciues trecenti armis egregiè instructi, & rubris vestibus insignes. Ac paullò pòst Ioannes Hannoniæ Comes vnà cum filio natu maximo, & Ioanne Suessionum Comite, ac centum & viginti nobilibus viris, copias in Hannonia delectas in castra perduxit. Venerat is Tornacum pridie S. Ioannis Baptistæ, ibíque plusculum temporis in cœnobio D. Martini transegerat. Vbi verò sensit im-

Insulēsia suburbia incēdio consumpta.

Chron. Ægid le Muisis.

Gallo-flādria diripitur.

Lib. vet. ms. Chron. Ægid le Muisis

Tornacenses & Hannones subsidio Regi veniunt.

Lib. vet. ms. Ægid le Muisis.

C positum ab Flandro arci Dossemereæ præsidium Francis nocere, cum ea militum manu, quam duxerat, eò festinauit, fixísque circùm tentorijs ad expugnationem animum appulit. Verum ei omnia illic aduersa fuere: cúmque nihil promoueret, ad Regem in castra peruenit, ibíque magna cum voluptate susceptus est. Paruo interiecto temporis spatio, venit eodem Ioanna Regis vxor, postquam hostes in Campania fregisset: ac mox etiam Carolus Regis frater, & Robertus Atrebas, obtenta de Vasconibus & Anglis victoria tumidi. Parùm eatenus Rex profecerat Insulam premendō, neque spes affulgebat eo potiundi per vim oppido. Igitur Atrebas ratus se posse Robertum Guidonis filium ad æquas conditiones deditionis adducere, si per Regem sibi liceret alloqui: veniam ab Rege petijt propiùs vrbem adeundi, & data fide publica eum Flandro colloquendi. Eáque facilè impetrata, solus & inermis dato signo portæ adequitauit. Sed cùm intra pontes aliquamdiu sermonem cum Roberto seuisset, frustráque magnum eius animum pollicitationibus frangere tentâsset: infectis rebus tristis ad Regem redijt: dein ab eo potestatem obtinuit partem copia-

Arx Dossemerea frustrà à Comite Hannoniæ oppugnatur.

Ægid le Muisis.

Frustrà Robertus connenitur, vt Insulam dedat.

Chron. Fland. à Sanmeg edit. cap. 36.

D rum abducendi, & per fines Artesiæ ad Fossam Nouam in Flandriæ Teutonicæ viscera penetrandi; vt parta illic victoria obsessis animos adimeret. Paucis inde diebus Guido S. Pauli Comes, & Rodulphus Nigellanus cum aliqua militum manu ad Lisam fluuium è castris iuere. Illic Germanos Flandrosque Iprensis viæ tutandæ ergo mu[illegible]tioni ab Flandro impositos vigilias negligentiùs agere gnari, magno in eos impetu feruntur: & quamuis ipsi obrui numero possent, ad quingentos tamen interimunt: plerosque alios vinculis constrictos ad Regem eo loco potiti deducunt. In Artesia deditionē Regi fecit Bethunia. Et malè res ab Flandris gerebātur Oceanum iuxta: illicque redactis in potestatē Audomaropoli & Caleto, nobilissimam de ipsis Atrebas victoriam obtinuit; Furnas, aliaque loca subegit. Verùm eo ad Regem tam feliciter obita expeditione in castra reuerso, nihilominùs tamē Insulę obsessi animōs ingentes alucre, plurimisque affecere Francos damnis. Rem illic fortissimè agebat & prudenter Robertus Bethunæus Guidonis Comitis filius. Secundùm eum multis se

Germani ad Lisam cæduntur.

Nicol. Gill. Meier.

Et Flandri ad mare.

Chron. Fland. ms Chronic. Flād à Sanmeg. edit. cap. 36. Nicol. Gill.

Rufi Falkemburgij fortia facta & stratagemata.

Chron. Fland. MS.

factis insignem præstitit Rufus Falkemburgius. De ipso hæc inter alia memorantur. A Die quodam Foresti Comes, Ioannes Cabillonensis, aliique nobiles viri cum militibus altioris ordinis excubias in equis agebant, ne quam hostes eruptionem ex vrbe improuisi facerent. cúmque nimio solis æstu per meridiem adurerentur, captandâ in tentorijs vmbrâ ex equis desiliere; ijs calones & lixas armis suis obtectos cum lanceis imposuere, datis mandatis, vt, si quem strepitum ad portam fieri animaduerterent, id sibi aliquis indicaret protinus. Non latuit ea res Falkemburgium exploratoris cuiusdam indicio. Igitur extemplò suos armari imperat, vncósque ferreos pro cuspide lanceis adiungi nouo commento, vt partim ferirent cuspide, partim vncis hostem ex equis deturbarent. Et his paratis adeò latenter ex vrbe prorupit, vt priùs ferè personatos eos equites adortus sit, quàm visus. Negotium feliciter initio successit. Apprehensi, deiectíque vncis calones. quibus insidebant, equi omnes capti. Sed mox ingenti strepitu excitantur equites Franci, equísque alijs conscensis armati varijs è partibus accurrunt. Ibi Falkemburgius calones suos lixásque captis equis insidentes in vrbem præmittit: ipse cum suis equitibus in ordinem sese componit, vt B impetum aduersariorum tantisper sustineat cedendo, donec ad vrbis portam peruenerit. Res erat periculi plena. iámque Comes Vindocinensis ferociùs instabat. Verùm Falkemburgius præsenti semper animo fuit: & cùm nimis audenter premeret Vindocinensis, eum nihil suspicantem manibus corripuit, equóque captiuum impofuit. Acrior inde ab Francis facta impressio: nihilque propiùs abfuit, quàm vt Falkemburgius opprimeretur, equum prægrauante, & cursum tardante Vindocinensis pondere. Oblatus tamen per viam puteus consilium se liberandi, & hosti nocendi præbuit. Nam in eum repentè Vindocinensem ab equo deiecit. Attoniti tanto facinore Franci, quamquam maiori dolore hostem incesserent, quia tamen is leuior in fugam habenas effuderat, ipso potiri minimè potuerũt. Igitur saluus cum suis ac prędà in vrbem Falkemburgius receptus est, ereptum sibi dolentibus, ac frendentibus Francis. Maiórque his mœstitia obuenit, cum Vindocinensis è puteo mortuus extraheretur. Alio tempore cùm siccarentur ad solem in prato D. Magdalenes pluri- C ma familiæ regiæ mantilia, mappæ, lodices, indusia, calanticæ, quæ omnia recenter mulieres eluerant, magnum numerum partim equitum partim peditum Falkemburgius porta eduxit: itáque negotium distribuit, vt, impetum facientibus Francis, vim eorum equites perferrent, ad lintea conuoluenda pedites incumberent. Et res ea tam prosperè gesta fuit, vt pedites nihil reliquum illic fecerint, cum his equitatus in vrbem incolumis redierit: quamuis vndique magna vis Francorum ingrueret. His Rufi facinoribus admodum Philippus Rex sauciabatur: iamque tædium eum capiebat tam diuturnæ grauisque obsidionis. Et noui altiùs pupugere nuntij aduenientium Guidoni suppetias Eduardi Angliæ Regis, & Cæsaris Adolphi. Ergo Principum multis ad consultationem euocatis, id agitandum proposuit, essétne soluenda obsidio, & totis in Guidonem viribus eundum, priusquam nouis auxilijs fulciretur. Aderat illic Ioannes Hannoniæ Comes Flandris supra ceteros infensus: isque varijs aliorum auditis sententijs, omnem Regi metum exemit. pau-

Consilium Hannoniæ Comitis de Cæsare auro corrumpẽdo.

Chron. Fland. MS.

cos enim cum Eduardo Rege Anglos venisse. Adolphum Cæsarem pecuniâ facilè D corrumpi. eam ob rem Insulam obsidio minimè liberandam. solùm magnam vim auri cum legatis ad Cæsarem mittendam, priusquam is Colonia pedem efferret Guidoni arma iuncturus. etenim haud dubiè accepta pecunia fœdus omne rescissurum, spémque frustraturum Eduardi & Guidonis. Igitur multum est auri coa[illegible]m, & delectus Atrebas, qui cum eo Regis postulata Coloniam ad Cæsarem perferret. Interim ea spe lactatus Adolphum in sententiam suam pertrahendi, Philippus Rex Insulam premere pergit. Neque defuit aliquis Insulæ, qui conatibus eius obsequeretur. Inter eos, qui sub Roberto Bethunæo militabant, locum magnum assecutus fuerat Robertus Astichius in Apulia natus, vafri vir ingenij, & consilij profundi. iámque Roberto in paucis adeò charus erat, vt rebus deliberandis adhiberetur. Is ergo clam Roberto Principe, alijsque omnibus, vesperi vrbem egressus, castra Regis Francorum adijt, tandémque subijt eius papilionem. Ibi Philippo in aurem as-

Robertus Astichius Insulam prodere molitur.

Chron. Fland. MS.

seruit,

A seruit, nullo se negotio vrbem ei postera luce traditurum: ac miranti vehementer, vixque fidem adhibenti modum ita proposuit. Orto iam sole gregem porcorum Franci ad portam agerent: tria homioum armatorum millia in proximo tegerentur. vbi nàmque fœdorum animalium grunnitus exceperit Falkemburgius, haud mora portis erupturum, iisque in vrbem trahendis operam daturum, quòd ciborum penuria ciues militémque affligat. tum temporis ad portam staturum se vigilijs obeundis, idque facturum, vt valuis patentibus, ignaro Falkemburgio, & cum suis circa gregem impedito, ex latebris erumpentes in vrbem Franci penetrent. Probauit hominis industriam Philippus fidémque. Et bellico stratagemati peragendo S. Magdalenes porta delecta est. Verùm Rege & Astichio felicis successus securis, res omnis in vrbem ad Bethunæum occultis indicijs perfertur. Quidam enim eorum, quibus Rex proditionem patefecerat, quósque sibi fidelissimos arbitrabatur, vti sibi suísque caueret, admonuit, ac totam Astichij machinationem detexit. Ergo Bethunæus insidiarum duces suos admonet, ac vigilibus mandat, vt redeuntem in vrbem B Astichium comprehendant, & vinculis obstrictum in custodiam pertrahant. Die sequenti sub auroram Astichius pro porta Fiuiensi præstolatur, vt sese latenter in oppidum insinuet. Verùm is statim apprehenditur, & catenis oneratus in carcerem abducitur. Terna Francorum millia dicto interim loco abdunt sese, tacitíque ad opportunitatem ingrediendi excubant. Sues subinde magno numero ad portam vrbis præcipitantur, & quò altiùs grunniant illiciendis hostibus, stimulis figuntur. Sed Falkemburgio consilium fuit minimè à porta recedere, solóque astu hostem frustrari. Ergo nefrendes aliquot nactus ad portam eos deferri imperat, ibique grauiter vellicari, vt eorum accepto grunnitu agminatim sues ad eos properent. Et respondit votis euentus. Quippe adeò totum id agmen porcorum subulcis frustrà retinere laborantibus ad nefrendes effusè procurrit, vt priùs intra portam Falkemburgius acceperit, quàm Franci ex insidijs auxilio accurrere potuerint. Ita delusis hostibus, obsessi paullùm recreati sunt. Verùm paucis inde diebus perlati de corrupto pecunia C Cæsare, & Coloniæ cum suis reteutio; dein magna rerum inopia, & arctior in dies obsessio, quorumdam animos fregere: ideóque per vrbem tumultuari cœptum est grauiter. Ciues Bethunæo ciborum penuriam obijciebant: è Nobilitate Flandrica nonnulli eum sic auersabantur, vt proditionem etiam molirentur. Auxítque pauorem timidorum, & inuidiam miserandus Nobilium duorum interitus, quos in aula Roberti ingens saxea pila tormento Ioannis Hannonij proiecta haud procul eo ad mensam sedente obtriuit. His ergo tandem Robertus, quamuis animo nondum subacto, cedere malis coactus est, ne omnium ipse ruinam præcipitasse videretur. Et cùm de vrbis deditione Rex vrgeret, missos ad colloquium admisit. Ij fuere Sabaudiæ Comes, Ioannes Hannonius, & Robertus Atrebas. In eas pactum leges est, vt Bethunæus militem saluum educeret: omne bellicum instrumentum, totámque suppellectilem efferret: domi ciues manerent vita rebúsque integris. Vndecima tunc hebdomas dierum ab Regis Francorum aduentu voluebatur, cùm ijs conditionibus vrbe Guidonis filius excessit hunc in modum. Primò currus machinis & D armis onusti trahebantur. hos sequebantur equi sagmis supellectilem variam gestantes: dein alij quà cataphracti, quà tapetis instrati, ibant subinde viri nobiles & Equestri balteo decori, omnes in equis sublimes. agmen istud claudebat Bethunæus inermis, eíque Guido Nigellanus adhærebat Franciæ Marescallus ab iniuria tutandi ergò. breui pòst interuallo milites ordine bellico procedebant. Sed non exiguus Insulenses metus his digressis angebat, ne quid Rex Philippus in eos præsidio nudatos atrocius designaret: ideóque supplices ei fuere, omnésque defectionis ab eo ad Comitem causas per oratorem suum patefecere. Mitiùs tamen est vsus victoria Philippus, quàm sperabatur. Acceptæ sunt supplicum rationes, iísque condonata omnia, & veteribus vti consuetudinibus, priuilegijs, & legibus concessum. Vt res componeret, tres Insulæ dies Philippus exegit: quo tempore Duacenses Insulensium exemplo permoti, sua séque cum oppido Regis potestati subdidere. Ergo Rex eo lætus successu, postquam firmum Insulæ ac Duaci præsidium collocauit, Cortra-

Eius machinatio detegitur, ipséque capitur.

Nouum Falkemburgij stratagema.

Motus Insulæ subortus ad deditionem vrbis Robertum cogit.

Deditionis leges.

Chron. Fland. à Sauuag. edit. cap. 37. Reg. Phil. bre.

Ex vrbe suos Robertus educit.

Regis aduersus Insulenses clementia.

Duacum Regi deditur.

A cum partem copiarum duxit: Carolum fratrem Ipras misit multo septum milite. Deditum statim ei cum arce oppidum Cortracense est. Ad Ipras nihil effectum. Paucos tamen post dies eius vrbis præsidium grauem Cominij cladem accepit. Insidebant Cominium nobile ad Lisam Gallo-flandriæ oppidulum multi Francorum. Ei circùm aliquæ horum copiæ castra metabantur. Id postquam gnarum fuit Bellomontano, Bergensi, & Marcano, Comitibus, qui tribus Germanorum millibus Ipris præerant, id omne præsidium oppido educunt, & Cominium iter maturant. Illic concurrentibus vtrisque ordinibus ingens pugna cooritur, diúque tenet certamen neutrò inclinante victoria, donec Bergensis Comes equo deiectus capitur. Tunc scilicet ex Germanorum copiæ grauiter afflictæ in fugam Ipras auertere ceperunt se. Interim Duacenses conspicati castrum Brayellense non modicum vrbi suæ incommodum & periculum afferre, id magnis viribus aggressi diruunt. Eduardus Rex Anglorum & Guido Comes, animaduersa Cæsaris Adolphi perfidia, cum Philippo Rege de inducijs agitant. Ad breue tempus ex concessæ, vt inirentur Octobri adulto, Kalendis Decembris desinerent. Per eas constitutum est, vt Duacum, Insula, Brugæ, Cortracum, aliáque Guidoni erepta, Franco subessent: controuersiæ Regum & Comitis ad Bonifacium Pontificem Romanum decidendæ referrentur. B Sub Kalendas Nouembris venit Insulam Ioannes Tornacensis Episcopus: vtque maiori metu ad Regis Franciæ voluntatem impelleret, Comitis palatium adijt, ibique Guidoni sacrorum vsu, & cœtu fidelium interdixit. Paucis interiectis diebus, Siciliæ Rex Carolus auctor fuit Regibus, & Guidoni, vt inducias ab Decembris Kalendis ad vsque festum Epiphaniæ anni millesimi ac trecentesimi prorogarentur dictis antè legibus. Tradit Hyacinthus Chocquetius Insulensis hoc etiam anno Generalia Ordinis Dominicani Comitia Insulæ habita, vndequaque suos exciente Nicolao Taruisino Generali Ordinis Magistro, quem non diu posteà Pontifex Bonifacius inter Patres purpuratos adsciuit, & in summa potestate successorem habuit. Apud Meierum inuenio eumdem Taruisinum vnà cũ Generali Ministro Minoritarum iussu Pontificis Maximi Gandauum iuisse primo sequentis anni mense, vt pactis inter Philippum, Eduardum & Guidonem inducijs subscriberet. AN. 1298. C Ceterùm vix in Franciam discesserat Philippus Rex, cùm spretis induciarum legibus Flandrorum aliqua manus in Tornacensium agros, ac territorium Pabulense incursionem fecit. Ab his direpta tunc fuere Houlainum, Mauda, S. Amandi oppidum, & Duisempierra flammis absumpta. Iuitque Tornacum proximè Ioannes Meninius Eques illustris Flandrorum nomine deditionem ciuibus imperatum. Sed contrà intrepidè à primoribus vrbis responsum est, fidem se Regi Francorum debere, quam obstrinxerint ipsi sacramento. si quam muris portisue Flandri vim adhibeant, propugnaturos se vrbem fortiter. Et non minùs strenuè rem egere, quàm fidenter responderant. Quippe Flandris impetum facientibus adeò vires opposuere, vt plerisque cęsis, & quamplurimis vulneratis, reliquos retrocedere coëgerint. Apud Gallo-flandros regijs tutos præsidijs paullùm respirabatur, & quæ priùs bello cladem senserant, ædificia rursus assurgebant. Ac tum Canonici Siclinienses Philippo Regi supplicauere, vti tactus eorum miseratione, expilato & incenso templo sacrum D. Piatonis caput, aliásque Sanctorum Reliquas, ornamenta, calices, campanas, archiui monumenta, quæ omnia Franci milites proximo bello diripuerant, restitui iuberet: ijsque Rex benignus annuit, datis ea de re publicis ad suos litteris. Et quędã, vti posteà videbimus, recepta fuere. D At rebus Flandriæ Comitis in amplissimo purpurati Senatus consessu maturè discussis, pronuntiatum à Bonifacio Pontifice Maximo est, vti Rex Philippus ei filiam, & quas vrbes de ipso ceperat, restitueret: eamque sententiam litteris mandatam in Franciam per Dunelnensem Episcopum misit. AN. 1299. Verùm id Pontificis effatum minimè Regi placuit: & Robertus Atrebas ira succensus litteras eius è manibus dicti Episcopi violenter abreptas igni tradidit. Igitur Insulam, Duacum, & his coniuncta loca Rex retinuit: nouúmque minatus est Flandriæ bellum, vbi tempus induciarum effluxerit. Nihil tamen ab Guidone posteà non tentatum, vt amicitiam cum Rege sarciret. Verùm Regina, eiúsque auunculis odio

eius

Itéque Cortracum. Iprése præsidium Cominij cæditur à Francis.

Induciæ ab Franco Guidoni concessæ. *Chron. Fland. Iac. Meier. l. 10. Oudegh. c. 135. alij.*

Ioannes Tornac. Episcop. Flandriæ Comit. Insulæ excommunicat. *Iac. Meier. l. 10*

Induciæ producuntur. *Iac. Meier. l. 10.*

Generale Capitulum Ord. S. Dominici Insulæ. *Lib. de SS. Ord. Præd. in Belg. c. 5. ex Ludouico Sampayo.*

Induciæ à Flandris violantur. *Comment. MSS. Tornacenses.*

Siclinienses Canonici pro recuperanda supellectili sacra Regis litteras impetrant. *Litter. Reg.*

Pontifex Romanus frustrà pro Comite Flandriæ sententiam pronuntiat. *Chron. Flãd. MS. Iac. Meier. l. 10.*

A eius ardentibus, nihil effectum est; licet ad pacem procliuior tandem Philippus videretur. Et ab infelicis Comitis fœdere Austriacus & Anglus, ob initam cum Rege Franco per nuptias affinitatem, defecere: priórque in eum Pontificis Maximi fauor deferbuit. E viuis interim discessit Ioannes Wassonius Tornacensis Episcopus: ac Decani & Canonicorum ferè omnium suffragijs ad subeundum eius magistratum electus fuit Ioannes Murius honesto loco Tornaci natus, & peritia iuris insignis. Verùm ad eius nuncupationem Stephanus Susyus & Canonicorum aliquot exarsere confestim vehementer: eiúsque grauiter electionem oppugnantes & multa in eum dixere, & ad Romanum Pontificem euocauere causam. His Ioannes cognitis, cùm iam animaduerteret magno se natu minus idoneum explendis Episcopalibus munijs fore, electioni suæ renunciauit sponte. Effluxerat iam tempus nouum dicendi Episcopum. Igitur Romam ad Pontificem Maximum aliquos misere Decanus & sanior pars Collegij Canonicorum veniam postulatum in alium suffragij conferendi. Interim de sententia Francorum Regis Bononiæ Comes fratrem

Cuius societatem Anglus & Austriacus deserunt.

AN. 1300. *Ioannes Episcop. Tornac. moritur.* *Ægid. le Muisis in Chron. MS.*

Qui succederet Ioannes Murius electus. *Verùm is à quibusdam oppugnatus cessit.*

b suum Guidonem Pontifici Romano commendauit, eúmque Papa Tornacensibus præfecit. Eodem propè tempore cùm indicto Romæ Iubilæo ex his partibus plurimi Vrbem adirent religionis gratia: non leuis in Belgio tumultus eam ob rem exortus est: multíque Ordinum Mendicantium aduersus sacrum Papæ diploma dixere, concessis ab eo indulgentijs pœnam minimè remitti asserentes. Contrà, vehementer ad Pontificis defensionem incubuit Ægidius S. Martini Tornaci Monachus, qui certam ea de re doctrinam hauserat Romæ. Et plerique Prælatorum, & Parochorum sese Mendicantium conatibus palàm opposuere. Finitis autem ad Epiphaniæ Domini festum inducijs, Gallia in Flandriam magnum duxit exercitum Carolus Valesius Regis frater. Qui vis resisteret, paucæ vires Guidoni aderant. Eum enim Angli & Germani deseruerant. Maioríque malo domi ab suis spernebatur, & grauiter ab eo Brugenses diffidebant, quòd portu per Dammum oppidum excluderen-

Et tandem GVIDO factus Episcopus.

Ob Iubilæum tumultus Duaci & alibi. *Ægid. le Muisis in Chron. MS. Manum MS. Franciſc. Duac.*

Finitis inducijs Carolus Valesius in Flandriam bellum portat.

C tur. Postquam igitur sese muniit Rupelemondæ, Roberto filio imperium militare tradidit. Hic nusquam ausus est tot copijs cum Valesio congredi, quòd multò sese inferiorem cerneret. Dammo fratrem suum Guilelmum, Ipris Guidonem è fratribus alium cum præsidijs imposuit. Gandauum ipse sibi tutandum retinuit. Interim tota fermè regio varijs Francorum incursionibus vastatur: & cùm mille circiter equites Philippus Maldeghemius obijcit, his partim cæsis, partim captis, cladem sentit, & catenis onustus abducitur. Ipræ tamen frustrà tentatæ, Gandauúmque. Post aliquam obsidij moram in potestatem Dammum Valesius redegit. Et iam defecerat ab Flandro Ioannes Brabantiæ Dux: & ab Hannonia Ioannes Auesnius eius prouinciæ Comes ingruebat. Igitur tot pressus difficultatibus Guido Flandriæ Princeps apud Valesium summis precibus pacem orauit: ac tandem obtinuit, vt Rodemburgi de conditionibus ineundis Conuentus haberetur. Iuit eò Flander accepta fide publica. Aderat Carolo Sabaudiæ Comes Amedeus. Vbi tamen de pacis legibus agi cœptum est, nihil Valesius Regem concessurum asseruit, nisi Comes seipsum, ceterámque Flandriam sponte ipsi submitteret. Vt erat animi simplicis, parúmque

Chron. Flād. MS. Chron. Fland. à Sauuag. edit. c. 17 Gaguin. l. 7. Æmyl. lib. 7. Iac. Meyer l. 10.

Comes Flandriæ Regi se submittit, impetrandæ pacis gratia:

D prouidi Guido, iámque omni ferè nudus tam suorum, quàm exterorum auxilio, passus est demum eò se pertrahi, vt Valesio sese traderet; ab eo ipse cum liberis Roberto & Guilelmo, multáque Flandrica Nobilitate Lutetiam perduceretur ad Regem impetrandæ veniæ pacísque gratia: ea tamen lege, vt his minimè obtentis in Flandriam cum illis ab eodem restitueretur. Verùm eo Comes facto cum liberis, Nobilibus, Flandria vniuersa, in miseram actutum seruitutem cecidit. Nihil enim concessum ab Rege Carolo Valesio, & Amedeo Comiti Sabaudiæ fuit, qui Flandros volentes eo pacto in Franciam se deduxisse affirmabant, vt, si pax nulla constaret, in Flandriam incolumes redire permitterentur. Et quasi bello capti fuissent, in varias Guido ceteríque custodias coniecti sunt. Frustráque Pontifex Maximus in libertatem asseri mandauit, ipsíque Regi imperata spernenti aquam, ignem, sacráque interdixit. Iis ergo in Francia detentis, in Flandriam cum Regina & nobili comitatu Philippus descendit, vt passim Comes inauguretur. Tertio & decimo die Maij

Chron. Fland. à Sauuag. edit. c. 16 Chron. Flād. MS Gag. lib. 7. Æmyl. lib. 7. Nicol. Gill. Iac. Meyer. l. 10. Belleforest. l. 4. alij, ex quibus sequentia deprompsimus.

sed ab eo in custodiam traditur.

In Flandriam Rex venit, vt Comes eius inauguretur.

Duacum

A

Duacum intrat. — *Lib. argent. Amat. Eccles. alij supra citati.*

Duacum ingressus est deducentibus plurimis Episcopis, Abbatibus, Comitibus, & Baronibus regni. Vbi templum intrauit Sancti Pontificis Amati, plusculásque preces ad Deum inter cantus Clericorum effudit, duos Ecclesiæ pannos aureos in Diui gratiam Ecclesiæ obtulit. Vix inde discesserat, cùm simili pompa eodem Regina deducitur. Hæc postquam ab Canonicis excepta fuit, Deúmque supplex, eiúsque sanctum Episcopum orauit, duos etiam templo pannos impertijt bysso & auro pertextos.

Insulã petit.

Duaco Insulam Reges venerunt, vbi pari honore, ac lætitia Canonici, Magistratus & populus eos coluere. Ne aliter fieret, imperata Regis vrgebant. Is enim palàm vbique proclamare, Flandriæ Comitatum Guidonis vitio sui iuris redditum: eum in posterum nulli Principum regio concedendum beneficio: regni Franciæ corpori prorsus coaluisse. Igitur quocumque ferebatur, illic se Comitem ac Dominum coli iubebat: ibi priuilegia impertiri, leges condere, Magistratibus, iudicijs, & publicis rebus ordinandis operam dare: totam denique Flandriam supremo ac purpurato Parisiorum Senatui subijcere. Inde factum est, vt quamuis plurimos ingens B dolor incesseret, nusquam tamen ad voluptatem publicam conuiuia, scenarum varietas, ludi equestres defuerint: pecuniæ multum Regi ac Reginæ passim ab vrbibus in xenium donaretur, quò ipsi ventitabant. Vbi maximam Flandriæ pacem peragrauere, totique prouinciæ præfectus est Iacobus Castellio Reginæ auunculus,

In Franciam reuertitur.

per Gallo-flandriam iter in Franciam relegitur. Prima tum Regem excepit Insula, dein Duacum. Hic apparatu regio Robertus Atrebatium Comes cum Margarita Ioannis Hannoniæ Comitis filia nuptias celebrat.

Exorto Brugis tumultu Fráci cæduntur. — *Iacob. Meier. & alij supra citati.*

Sed reuerso in Franciam Rege grauis exortus est Brugis tumultus: parúmque ab internecione res abfuit, Nobilibus cum Iacobo Castellione aduersus plebem conspirantibus. Ne superbè regerentur ab impotente sui Præside (quem iuuentus, & praua consilia quorumdam in commissum sibi populum asperabant) néue tot imperata sibi vectigalia penderent,

Luunt tamen posteà id factum Flandri.

arma ciues sumpserant: tantúsque ardor pugnandi cumulauit, vt superiores cæsis iis euaserint. Factum tamen posteà est, vt auctis vehementer copijs metu Castellio rebelles fregerit: horum plerisque ferro sublatis, & Petro Textore, cui cognomentum C erat Regi, factionis principe in exilium proiruto, vrbem munitionibus nudauerit.

Cortraci & Insulæ arces ab Francis conduntur.

Et Cortraci non multò pòst, & Insulæ, opprimendis motuum popularium initijs (iam enim aliqui Francorum moribus irritati occultè ad tumultum incitabantur) arces ab eodem Pręside, tamquam iussu Regis, conditæ, & propugnaculis, turribus ac præsidio munitæ.

Franci rursus à Brugensibus malè excipiuntur. — *Iacob. Meier.*

Verùm anno sequenti exasperatis ad Oceanum in Flandria rebus, maléque denuo mulctatis à Brugensibus Francis, cùm iam Guido Namurcensis, & Guilelmus Iuliacensis Flandrorum animos erigerent: Petrus Fillota Iacobi Præsidis legatus Insulam venir, postquam Brugensium manus ægrè per tenebras euaserat. Ei quantas potuit Iacobus equitum peditúmque copias attribuit: vt eo præsidio vrbem Insulensem, castrúmque tantisper obtineret, donec ipse ad Regem iret Parisios Flandrię negotia curaturus. AN. 1302.

Ideò Rex iratus nouum cogit exercitum,

Per hunc cognita Rex Brugensium defectione, nobiliúque suorum clade, ad comprimendos Guidonis & Guilelmi conatus (qui iam copias minimè contemnendas contrahebant) frangendósque Flandrorum animos, florentissimum tota Francia exercitum coëgit, eique Atrebatium Comitem Robertum præfecit. D Interim Guilelmus Casletum obsidebat, Guido Cortracum. Et iam Ipris subactis res cò ad Cortracum processerat, vt oppido Flandri potirentur, arcem oppugnarent vehemẽtissimè.

eumque in Flandriam iubet Robertum Atrebatẽ ducere. — *Hanc Roberti expeditionem, & commissam infeliciter ab eo pugnam iuxta Cortracum late describunt S. Antonin. p. 3. hist. tit. 20. paragraph. 18. &*

Igitur cùm Robertus Atrebatum copias adduceret Iulio mense, Castellani Lendiensis (qui præerat arci Cortracenæ) nuntij ad eum perferuntur, nisi maturet auxilium, arcem in maximo periculo versari. Is apud Comitem plurima flagrabat gratia: ideóque Robertus grauiter ira succensus in Flandros vehementer excanduit, ac mox Insulam mouit. Et huc quàm celerrimè Radulphum Neellensem equitum Franciæ Magistrum aduolare pręcepit interrupto Casletum obsidione leuandi negotio. Iunctis igitur ad Insulam copijs omnibus exercitum Attrebas lustrauit. Constabat ille variarum nationum ducibus & militibus. Aderant Francis Hispani, Itali, Lotharingi, Hannones, Artesij, Gallo flandri, Brabanti, & Saxones

aliqui.

A aliqui. Equites ad millia septem fuisse memorant D. Antoninus & Villaneus; ad quadraginta pedites, in quibus balistariorum millia decem numerarentur. Equitibus alij tria ferè addunt millia; peditum supra quadraginta millia fuisse narrant. His itaque copijs Atrebas instructus magna spe victoriam prædámque deuorauerat. Et quò patefaceret infensum Flandris animum, iramque nullis vel mortalibus, vel ędificijs parcendi cupidinem, hastilibus scopas ardentes loco signorum præferri voluit. altiúsque defixum pectori hærebat Reginæ mandatum, vt apros hastis, verubus sues confoderet: ne quid virorum, aut mulierum cædis immune relinqueretur. Octauo die Iulij Insula discessum est. Duobus cis Cortracum millibus passuum castra posita: ibique duo dies exacti. Interim miles alius alibi prædabundi palantur adeóque cuncta vbique immaniter vastant ab Insula Cortracum vsque, vt nullam ea regio parem senserit cladem. Nulli parsum ætati sexuíue. sacra prophanáque in prædam conuersa. vnà cum domibus & tugurijs templa incendio deformata. & quidam in statuas imaginésque Diuorum ita gladios & secures strinxere, vt bas discerpserint, illis ademerint ferro capita.

B Vndecimo Iulij die vix exacto ad pugnam vtrique comparant sese. Flandri loco natura sua satis munito castra collocauerant. A tergo Lisa profundo latóque flumine defendebat. à fronte & lateribus partim oppidum Cortracense, partim fossæ corniculantis lunæ figura ductæ tegebant. Ipsi iam satis magno numero censebantur: sed præter pauculos duces, ac nobiles viros propemodum agricolæ, opifices, lanij, & cetarij erant. Neque horum multi armis corpora obtexerant, arcendis vel telorum, vel gladiorum iniurijs. sola ferè excipiendis hostibus in manibus cernebantur hastilia ferro præfixa, sudes acutæ, mallei ferrei plumbeíue. Ardebant tamen animi tam gloriosè pro patria moriendi cupidine, quàm fortiter agendi. Et nondum fracta voluptatibus corpora, sed continuis laboribus exercita plurimum roboris promittebant. Duces ipsi procurandis optimè rebus plurimi insistunt. animum cuiusque peccatorum sordibus leuari per confessionem imperant. quòd tempus minimè permitteret vnumquemque sacrosancto Christi corpore muniri,

C saltem in medium Sacerdotem sacris vestibus ornatum procedere iubent, palámque sanctissimam Hostiam oculis hauriendam & adorandam proponere. Vbi omnes in genua proiecti Numen præsentissimum adorauere, paullúmque terræ singuli labijs admouere, quasi ardentis Christum sumendi voluntatis indicio: tum Guido & Guilelmus (hic enim iam Cassleto cum suis aduenerat) vti fortiter prælium capesserent adhortati sunt. *Francis superbiam ac sæuitiem, quibus in Flandriam grassabantur, fœdissimo futuram exitio. Vt plurimis ij viribus, armisque septi sint, & magno in pugnam apparatu descendant: nihil tamen admodum ipsis patrocinari. auersum ab ijs Numen Pontificis Maximi diris, & imprecationibus, ipsóque detenti Comitis, & inuasæ per iniuriam alienæ ditionis flagitio. minatum ijs cladem cælum terribili Cometæ lumine. tacito certissimæ stragis præsagio dies aliquot nullos ab equis eorum hinnitus editos. Ipsis contrà secunda esse, vel portendi omnia. placatum impensè Deum. æquitatem belli, pro Principum iure, patria, vxoribus, liberis, certamen ineuntibus, vires daturum, felicémque exitum pugnæ. tantùm apud se statuerent, nihil trepidare: in eo, quem ceperint, loco prælium miscendo, vel hostem*

D *cedere ferro, vel cadere: ad fugam ineundam nusquam aspicere. qui fortiter pugnando vicerit, aut gloriosè occubuerit, æterna laude cumulandum: qui fugam ignauus ceperit, hauriendum ferro protinus.* Et mox ab vtroque Iprenses, qui rubra veste ornati ad quingentos conuenerant, oppido impositi, vt Francos ex arce prorumpentes compescerent. In aciem ita ceteri componuntur, vt primùm balistarij obtineant locum: alij hastilibus, ferratis baculis, & clauis instructi alternatim succedant: in tertiam copiam reliqui conijciantur. Edictúmque publicè est, ne quis ad legenda hostium spolia manum mittat, priusquam victoria potiatur fusis fugatísque hostibus, nisi malit gladio vitam perdere. in equos præsertim sæuiatur, ijque ferro fodiantur excuriendis ad necem sessoribus. nulli parcatur aduersariorum. qui aliquem seruauerit, morte luiturum. In castris Francorum initio res varijs consilijs agitabatur. Atrebatem ingens vrebat desiderium manus extemplò conserendi: eóque aciem instruxit præmissis balistarijs, dein equitibus in cuneos aliquot distributis, cetera peditum multi-

19. Villan. in Herrosse Annal. Chron. Fland. a Sauuag. edit. c. 41. Chron. Ægidio Mussi. a quo Chronica Fland. MSS. Robert. Gaguin. l. 7 Æmyl. l. 8. Nicol. Gill. Iac. Meier. l. 10. Papir. Masson. l. 3 Monumenta Gruening. MSS. Petr. Oudegh. c. 198. Bellefor. lib. 4 cap. 45. ex quibus omnibus ea qua narro desumpsi. quæ sunt ad manum eos tu vide, neque exspectes, vt singulis eos hic citem locis.

A Francis Gallo-Flädria miserè vastatur.

Castra Flädri opportuno loco metātur.

Eorum copiæ quales fuerint, qualisue arma:

præparatio ad prælium.

Quibus verbis ducum ad pugnam fuerint accensi.

Aciei Flandrorū compositio.

Atrebas ad pugnam se comparat.

Apud Francos prælium dissuadet Nigellanus.

A tudine iussa subsequi. Radulphus Nigellanus, aliique viri sapientes, qui Flandrorum castra & aciem explorauerant, abstinendum prælio arbitrabantur. ingenio loci Flandros vehementer muniri. eos sine magno periculo adiri non posse. commeatum ipsis malignè suppeditatum. si prælium ad dies aliquot protrahatur, nullo negotio velitationibus fatigandos. vbi hunc in modum elanguerint, nullóque præbito cibo vires amiserint, peridoneos cladi fore. contrà, modò corporibus integris, & præcisa spe fugiendi actos in rabiem, neque suæ, neque alienæ vitæ parsuros. Hæc tamen omnia Robertus Atrebas haud æquis auribus accepit, ipsúmque Radulphum graui perfidiæ probro perstrinxit. Et confestim ab eo edicta signis canentibus pugna. Ad horam nonam matutinam à balistarijs incœptum est prælium. Statimque Flandri ad tubarum clangorem, equorum strepitus, & clamorem hostium (etenim plerique nondum erant his assueti) ingenti metu perculsi sunt vsque adeò, vt quidam terga verterint. Verùm vtroque ab latere Guido & Guilelmus partim acribus verbis, partim minis grandibus, & verberibus instantes, animos fecere. Igitur tam pudore, quàm desperatione perciti, aduersis hostem pectoribus exspectant. Ibi noua, & subita pugnandi consilia Francos perturbant. Quòd crederent Flandros in fugam effundi, balistarijs pugna est prohibita, & iaculandi potestas adempta neruis ferro decisis. Quippe iactabatur, fœdam inustum iri notam equitibus, si priùs hostem pedites frangerent, quàm metum ipsi fecissent. Igitur Atrebatem superbia, Nigellanum probro, impellentibus, equites peditatum multo furore accensi, nullóque ordine seruato, præteruolant: quasi solo incursu victoria constaret. Verùm ij, vel animis obcæcatis, vel plurimo puluere prospectum eripiente, cùm hostibus propinquarent, in fossam, quæ ramis supernè tecta erat, præcipites ruêre. Ibi miserandum prorsus exortum est spectaculum. Delapsi altiùs in terræ hiatum equi partim sessores secum obruere; partim heris excussis consurgere; partim tolerato tergo dominos in pugnam obijcere. ad fossæ marginem Flandri consistere; hostem nunc hastis configere; nunc clauis & malleis opprimere; pari modo aduersus equos niti. superuenientes prioribus Franci etiam in fossam concidere; eo lapsu antè præcipitatos obruere; ipsi à succedentibus opprimi: donec alijs super alios cadentibus fossæ cauum impleretur. Iam ferè Flandri nunc equos, nunc viros confodiendo, & percutiendo fatigabantur, cùm strata cadaueribus fossa duces eos ingenti & lunato agmine in hostes aduersos deducunt, magnóque impetu hos aggredi iubent. Ibi Francorum equitum reliqui cùm nequirent victorum ferociam sustinere, pars cæsis equis prosterni iugularíque; pars veloci cursu fugam capessere. Qui sequebantur, pedites etiam perturbatis ordinibus nihil fortiter agere; vel latebras, vel fugam captare seruandis corporibus. Vijs duabus vehementer fusos fugatósque Gallos, reperio: quosdam Tornacum versus fugam arripuisse: ijs vsque Dotigniam incubuisse grauiter Flandros, multósque ferro peremisse: ceteris ea via Tornacum fugientibus præ metu portas vrbis occlusas; & cùm in suburbio cibi præberentur, vix eos vesci potuisse nimia trepidatione escam fastidiente. quæ ducit Insulam, multò maiori viam clade coopertam. ab Cortraco Insulam vsque Flādros in hostium cędem effusos quinque leuearum intercapedine. Igitur è tot millibus hominum pauci fuga seruati sunt, vixque randem nobilibus aliquot viris grauiter vulneratis impetrata precibus vita est. Sex equitum millia cecidisse Antoninus & Villaneus memorant: paucas modò peditum cohortes cum reliquis equitibus vitam fugiendo seruasse. Argumento maximę cladis ea fuere suspensa Cortraci calcaria auro illita, quæ quidam quater mille, multò alij pauciora veriùs numerauere. Inter Principes cæsos censeri video Robertum Artesiæ Comitem, Radulphum Nigellensem Magistrum equitum, Ioannem Hannoniæ Comitis filium, Godefridum Brabantiæ Ducis patruum, Iacobum Castellionem Flandriæ Præsidem. ceteros piget litteris mandare. Id maximè dolendum ea clade Gallo-flandris animaduerto, quòd Insulani Ioannem Castellanum, Duacenses Frodoaldum item Castellanum amiserint, ac pletosque alios tum nobiles viros, tum ciues opulentos, qui castra Gallorum vel coacti, vel volentes sequebantur, vt silentio transeam tot vicorum expilationes & incendia.

Hunc proditoris loco habet Robertus, & pugnæ dat initium.

Prælij Cortracensis descriptio.

B

Cædes Francorum.

C

Eorumdem fuga.

Numerus Gallorum ea pugna fugaque cæsorum.

D

¶ Gallo-flandris qui cum ijs perierint.

Ea de

A Ea de Francis parta victoria, Cortracense castrum Flandri de manu Lendiensis Castellani recipiunt: dein Ioannem Guidonis Comitis filium, & Comitem Namurcensem, qui decimo & quarto ferè post victoriam die in Flandriam aduenerat, toti Flandriæ præficiunt. Igitur is exeunte Iulio Brugensibus domum remissis, vti post bellicum laborem vires reciperent, Iperanos, Gandauenses, Alostanos, & Wasianos collegit, eósque cum apparatu bellico in Gallo-flandriam deduxit. Hîc obductę Insulensi sunt oppido copiæ: castrísque circùm positis eius arcísque maturata expugnatio. Et adeò grauiter quassati machinis muri, vt paucis diebus ad obsidentium ferociam Nobiles & præsidiarij milites spem diutiùs obsistendi abiecerint. Parum ij ciuibus fidendum arbitrabantur, quos recentissima clades fregerat, & procliuis in Principem suum animus à Francis auertebat. Itaque Flandri ad colloquium de vrbis arcísque deditione admissi sunt; & has in leges pactum: si Rex intra mensis spatium neque suppetias veniret, neque auxilium mitteret, vrbem obsessi traderent castrúmque: præsidiarij milites, aut ciues in partibus Regis constantes vrbe & arce cum fortunis excederent.

Arx Cortracensis Flandris deditur. Chronic. ms. Chron. Fland. edit. a Sauuag. Gaguin. Iacob. Meyer. lib. 10. Bellefor. alij. Insulā Flandri obsident. Auctores iam citati.

B Duacum inde traductæ sunt copiæ: vbi præter paucos Nobiles Francis addictos, ciues omnes Ioannem expetebant. Cùm igitur castris metandis locus deligitur, omniáque ad obsidionem parantur; Duacenses sponte promittunt, easdem se leges cum Insulensibus complexuros. Magnæ Ioanni vtriusque populi responsio & obligatio fuit voluptati. Satis enim gnarus erat, intra præscriptum tempus ab Rege nulla sperari posse auxilia, tam recenti clade fractis regni viribus. Postquam ergo Insulenses ac Duacenses aliquos è suis ad Regem auxilia petitum misere; Duaco paullùm Ioannes copias abduxit, ac duobus inde passuum millibus castra posuit ad fossam iugibus aquis ebullientem, quâ Flandriam ab finibus Artesiæ palus disterminat munítque. Ex eo Flandri loco frequentibus incursionibus Atrebatium agros infestant. Ibi Harnas & Henninium incendio corrumpunt: ex ijs alijsque vicis prędæ multum auehunt. Sed hæc omnia cùm fierent ducum iniussu, mallétque Ioannes tantisper belli maleficijs abstinere, donec Duaco & Insula potiretur, ne Rex

Iidem Duacū castris cingūt. Auctores iam citati.

Atrebatium fines vastant. Auctores iam citati.

C ijs prouocatus iniurijs auxilio citiùs veniret: is prædationes eas inhibuit. Et postquam per exploratores cognitum habuit, præscriptos vtrique oppido dies priùs lapsuros, quàm Francorum suppetiæ mitterentur: quos in exercitu varijs ex vrbibus opifices habebat, domum remisit; ne pressi rerum inopia æquè socijs ac hostibus damni multum afferre pergerent. solùm retinuit vel principes vrbium viros, vel militiæ laboribus assuetos. Cum ea manu dum non procul Duaco considet, nullis ab Rege missis præfinito tempore subsidijs, vtraque sese ciuitas dedit, aliòque cum fortunis abeunt, quibus imperium Regis charius erat. Nihil interim laboris Philippus Rex intermittit, vt nouum exercitum conscribat, maximámque Flandriæ belli molem inferat. Et sub medium Septembris coacta peditum sexaginta sunt millia, equitum viginti: maior quidem, sed non florentior Cortracenis copijs numerus, etsi plures tunc Regem Principes sequerentur. Eo mense desinente ad vltimos Atrebatium fines peruentum fuit, positáque Vitriaci castra nobili Artesiæ pago, quem Scarpus amnis intersecat duobus ab Duaco passuum millibus. Regi animus erat eo

Insula & Duacum in potestatem Flandrorum veniunt. Auctores iam citati.

Nouas copias Rex adducit, & castra metatur ad Vitriacum.

D Duacum exercitu cingere. Verùm id ne faceret, Ioannes facillimè obstitit. Iam enim ad nuntios de copiarum hostilium aduentu ex omni Flandria innumeri propè homines sub signis aduolauerant. Igitur Ioannes relicto Duaci præsidio, ad fossam superiùs memoratam castra collocat, suásque regijs copias opponit. Ibi dies multi absque pugna exiguntur. Francus ideò cunctari statuerat, ne quam præceps cladem accerseret Cortracenæ similem. Satis enim iam didicerat, terribili Flandros audaciâ, & ingenti robore pugnam capessere. proiectâ immanitate vitâ neque hosti, neque sibi parcere, dum manus conserunt. faciliùs eos frangi, nulla pugnandi facta potestate. infecta re domum dilapsuros spem fieri, cùm inopia rerum fatigantur. tunc enim parum ducibus audientes sine ordine fugam meditari. Contrà, Ioannes prælio abstinendum censuit, donec hostis Flandriæ fines ingrederetur. Nam si noua clade Franci afficerentur, id scilicet magnoperè metuebat, ne parens fratrésque iratorum gladios sanguine imbuerent suo ad necem damnati. Ergo fecialibus ad

ms. Flād. Chron. Chron. Fland. ab Sauuag. edit. c. 42. Gaguin. l. 7. Nicol. Gill. Meyer. lib. 10. Belleforest. l. 4. cap. 45. alij. ea quod in hac narratione consentiunt.

Ab Ioanne Guidonis Comitis filio Flandri opponuntur.

Causæ, ob quas ab neutris pugnatū sit.

Regem missis de fratrum aliorúmque ducum exercitus sententia, vel pacem, vel A inducias supplex petijt. De pace concilianda Rex annuit: dictúsque dies habendo colloquio est. Vbi tamen ab Franco disceptandis legibus pacis multum temporis extrahitur: facilè animaduersum fuit, nihil minùs el quàm pacem placuisse; cúmque ad rem illam cogitationes inrendisse, vt producto ad multos dies colloquio, è castris abeundi consilium Flandri caperent, qui non videbantur expensas laborémque belli diutiùs toleraturi. Verùm aliorsùm omnia cecidere, quàm Philippus sperauerat. Vt moras quidem impatientiùs Flandri tulerint; ij tamen in officio retenti sunt vel mollibus ductorum sermonibus, vel ipsa necessitate. quóue faciliùs equis pabula suppeditarent, ad Scarpum flumen iuxta vicum Flinensem castra introrsus reducta, non multò maiori ab castris regijs locorum spatio. Sed illic propè res omnis in magnum discrimen adducta varijs ducum studijs. Ardebat Guilelmus Iuliacensis magnus conserendi cupidine: ac rebatur, non paruo dedecore frustrà collectum fuisse totius Flandriæ robur, nisi pugnam committerent. iam enim spem maximam confirmari vno prælio belli negotium conficiendi, cùm regni florem virésque forcias in B periculum Rex adduxerit, suppetántque Flandris ad pugnam loci opportunitas, ingens animus, integra corpora, & formidabilis ferocia. Guilelmo plerique ductorum exercitus similia censebant. Et iam Scarpus ponte iungebatur triginta pedes lato, & quinis imposito nauigijs ad transmittendas in pugnam copias, quæ pari ardore certamen ineundi animos succenderant. Obtinuit tamen Ioannis aliorúmque procerum sententia, ne sponte in pugnam rueretur, quandoquidem neque Franci ad prælium lacesserent, neque tutum esset in hostico illos aggredi. seruandos potiùs animos virésque, vt in Flandriæ fines penetrare molientibus audenter & validè occurratur. Vbi enim plusculum temporis ipsi limites suos paratis ad dimicandum copijs obtinuerint: haud dubiè Francos multis fractos incommodis, iámque pabulis omnibus equorum ad decem in circuitu passuum millia consumptis, vel exercitum retrò acturos, vel iniquiori certaminis loco quæsituros ferro viam. Et horum sanè alterum paucis pòst diebus euenit. Cùm namque castris inertibus sextam illic hebdo- C madam Philippus transiuisset: animaduersa Flandrorum tam patientia cunctandi, quàm concordia, copias repentè conuasare imperauit, ignarísque hostibus tacitè per noctem discedere. Tam subiti fœdique abscessus varia seritur causa. Malignè præbitos commeatus, vastata iam ditione, quidam memorant. formidini fuisse asserunt alij tum constantiam, tum ferociam Flandrorum. Neque defuere, qui scriberent Regem agitatum metu suorum; ne vel pugnantem desererent; vel Flandriam ingressum proderent. Ab sorore scilicet Angliæ Regina mariti commento trepida litteris maturè perculsum, vti neque aciem cum Flandris committeret, neque per regionem eorum penetraret. ab suis enim ducibus auro corruptis proditum iri, cùm alterum eorum fecerit. Sed hoc vero, vt quidam censent, timori velum obtenditur, quoniam turpe sit habitum magna Regem formidine subactum ex aduerso textorum præsertim aliorúmque opificum stantibus copijs. Cognito Regis Francorumque discessu, è Flandris quidam celeriter in Atrebatium fines irrupere, vt extremos fugientium carperent. pauci tamen deprehensi, ferróque cæsi. Aliquantò plus dam- D ni Harnis illatum, quæ secundùm incendio corruptæ. Neque modica è castris præda conuecta est, multis ibi rebus à properantibus relictis. Inter alia repertum vini plurimum. Igitur cùm neque pacem, neque inducias ab Franco duces Flandrorum impetrassent, copias ad D. Amandi oppidum traxere. Circumquaque nihil reliqui factum. exusta in pagis omnia, direptáue. in oppidum pari furore sæuitum est. præter cœnobium, nihil mansit flammis immune: priùs tamen in prædam auersa omnia. Ab eo loco Tornacum vsque populabundus miles ducitur. Fixis propiùs vrbem tentorijs suburbia incendio ad Scaldim hausta sunt. Ciuibus tantùm metus obsidionis incussus. quòd enim commeatu, ceterísque ad obsidendum necessarijs rebus copiæ destituerentur, noctem illic vnicam egêre. Parum interim quietis in Flandria populo concessum. Viros enim militares, & valida præsidia Francus Artesiæ vrbibus, oppidísque, ad vexandos Flandriæ fines, imposuerat. Insidebant Audomaro-

polim

De pace, vel inducijs cum Rege Flandrorum duces agunt.

Ad pacem fingit se Rex inclinare, & diu de legibus eius agit, vt Flādros mora fatiget.

Flandri tamē mora minimè franguntur.

Guileimus Iuliacensis in Gallos pugnandū censet.

Contrà Ioannes abstinendum pugna iudicat.

Rex subitò in Franciam reducit exercitum.

Post discessū Regis Flandri populantur fines Artesiæ.

Chron. Fland. Meier.

Dein S. Amādi territoriū, & Tornacesium.

Ac denique Tornacensia suburbia.

Franci Flandrique alternis incursio-

A ... Iacobus Baionensis, Bertrandus Marqueniolus, Milius Noyerius, ac Fulco ... ius. quorum hi duo castris Francorum metandis ab Rege fuerant præfecti. Lendij cu..aiu habebat Castellanus eius Ioannes. Hærebat Bethuniæ S. Venantij to... ..ha Robertus Brunelius. Et missus est quoque Audomaropolim Otho Comes Burgundiæ ad frænandam Flandrorum audaciam, qui parum alios formidare videbantur. Cùm igitur horum crebræ in vtramque Comitatus Flandrici regionem incursiones fierent, eósque Flandri vel exciperent, vel adorirentur: nunc hi, nunc illi damni cædiúmque plurimum afferebant. Et pugnatum subinde est iuxta Castetum ad montem Ballingium cruenta Flandris pugna, quorum pars maxima desiderata, ceteri in fugam versi noctis beneficio cædem euasere. Verum impotentius ab Flandris Insulæ Cortrisenus non leuiter hostem infestabat. Quippe frequenter aduersus Tornacenses incubuit aliqua septus militum manu. Cúmque obnoxium his agrum continuis populationibus vexaret, ne quid inde ab rusticis in vrbem veheretur, ipsa fecit infestatione. Id ciuibus admodum graue fuit, quibus equites nulli aderant ijs

... sese infestant.

Chron. Fland. Meier. Bellefor.

Ad Casletum Flandri cæduntur.

ijdem auctores.

Ioannes Cortrisenus Insulæ ad præsidium collocatus Tornacenses diuexat.

B incursionibus coërcendis. Ergo per litteras apud Iacobum Baionensem his de hostium iniurijs queruntur, ab eóque aliquem equitum mitti numerum postulant. Is eo tempore, vt diximus, Audomaropoli degebat equitum Magistri vicario fungens officio. Igitur ne sociæ ciuitati deesset, cum quadringentis equitibus Tornacum misit Fulconem Merlium Galliæ militiæ Mareschallum. Eius aduentu compressæ paullùm Insulensium populationes sunt. Et paucis pòst diebus insignem Cortrisenus cladem accepit. Iuerat ipse non modico cinctus Insulensium numero ad solitas per agrum Tornacensem incursiones faciendas, indéque aduehendas Insulam prædas. Sed gnarus profectionis eius Merlius tempestiuè portis egreditur, suósque idoneo ad hostem ex insidijs adoriendum loco disponit. Ergo vix ad muros vrbis populabundus, & minabundus agmen Cortrisenus agebat: cùm erumpunt magno satis numero ciues, eúmque à fronte clamoribus, & ardentibus animis excipiunt; à tergo Merlius ex insidijs consurgens aggreditur. Ingens ibi repentè pugna coorta est, &

Chron. Fland. ab Sauuag. edit. cap. 43. Iacob. Meier. l. 10.

Sed post modum abeuntis vrbis præsidio cæditur.

Auctor. citati.

C ab vtrisque dimicatum fortiter. Plus tamen damni Insulensium cuneus accepit. Qui maximum ineunt ab Merlio cæsorum numerum, quingentos Insulenses cecidisse asserunt: alij quatuor modò & quinquaginta ijs de ciuibus partim vinculis constrictos, partim peremptos memorant. Feliciùs intra Gallo-flandriæ fines paruo interiecto tempore pugnatum fuit. Basseæ templum egregiè Gallo-flandri muniuerant: indeque prædas quæsituri Atrebatium regionem infestabant. Ex aduerso Lendij validum erat collocatum ab Rege Francorũ præsidium; partim vt nostrorum incursus reprimerent; partim vt ipsi Gallo-flandriam impeterent. Igitur horum duces Hubertus à Belloioco, Lietbertus Bellofremontius, & toparcha Vallicolorius consilium iniere Basseam subito procursu adoriendi. Et mox ad eam expeditionem paratis rebus omnibus, eductóque præsidio per vicum Wendinium iter maturauere. Verùm eo de loco digressis, ac inopinátibus validum, & ad pugnam expeditum agmen Flandrorum occurrit. Ibi necessitas conserendi manus iniecta, cùm pars Flandrorum à fronte ingrueret, pars à tergo circumducta fugam intercluderet. Cruentum

Flādri feliciter ad VVendinium aduersus Frācos pugnant.

Chron. Fland. c. 44. Iac. Meier. l. 10. Bellefor. l. 4. c. 45.

D id prælium fuit vtrisque: Flandris tamen locorum peritioribus denique cessit victoria. Ex hostibus multi cecidere. in his præcipui Vallicolorius, & Wendinij dominus. ac paullò pòst ex vulneribus eo prælio acceptis mortem oppetijt Atrebati Bellofremontius.

AN. 1303. Anni sequentis mense Martio Ioannes & Guido Flandrorum duces Lessiniam ab Hannoniæ Comite interceptam munitámque obsident, tandémque expugnant. Infeliciùs rem bellicam agit Audomaropolim iuxta Guilelmus Iuliacensis, alterius Flandrorum agminis ductor. Illic primò cæsi Bergenses, postquam Arkas Iprenses incendio corrupissent. Et subinde ab toto exercitu ad pontem Arkensem grauior clades accepta, cæsis vt minimùm tribus hominum millibus. causámque præbuit calamitatis vel transuersa ducis vita, vel Flandrorum confidentia, & purgandorum animorum negligentia. Interim Duacenses ac Insulenses cum Tornacensibus varijs & frequentibus prælijs contendunt. Captus est cum omni comitatu Præpositus

Iac. Meier. l. 10.

Flandri ab Gallis cæduntur.

Chron. Fland. c. 44. Meier l. 10

Tornacenses & Gallo flandri mutuò se impetunt.

Chron. ... Ægid. de Musis.

Gallo-flandri Ioannem Lalanum aggrediuntur & opprimunt.

Ægid. le Muisis Comment. MSS. Iac. Meier. l. 10.

Insulensis, & Tornacum abductus. Nec leuia damna Insulensi agro Ioannes Lalanus intulit. Is cum præsidio arci Dossemerez præfectus fuerat, vt latè regionem incursionibus infestam haberet. Sed cùm sæpiùs feliciter prædas egisset, occurrit ei ad solitas populationes agmen ducenti magna Gallo-flandrorum copia. Quòd hi artiùs comprimerentur, paucos esse ratus est, idcóque in pugnam ruit. Vbi tamen Gallo-flandri ad ineundum prælium sese latius explicuere, maiorem, quàm crediderat, multitudinem animaduertens, tum denique in magno se suósque periculo versari sensit. Et confestim adeò ferociter nostri impetum fecere, vt Lalanus cum multis fortiter dimicando ceciderit, ceteri fuga vix euaserint. Per Aprilem bellum in Zelandiam ab Ioanne & Guidone fratribus portatur. Acceptum eius initio in Cadsantia Insula non leue damnum ab Guilelmo Hannonio, qui Flandros improuisus inuaserat. Feliciùs tamen posteà in Valachria pugnatum Veram iuxta: bisque prælio victus est illic Hannonius, captúmque Middelburgum Insulæ caput. Intereà loci ab Italia in Flandriam descendit Philippus alter Guidonis Flandriæ Comitis filius, & cum magna vi pecuniæ Germanum militem adduxit. Eum mox Flandri supremum sibi ducem legere. Plurimum inerat ei militaris fortitudinis & prudentiæ, magnaque patriam ab Francorum iniurijs vendicandi cupidine tenebatur. Ergo per omnem Flandriam exercitum scribit ocyssimè. Ad eum, vt ceteri, Insulenses, Duacenses, Orchiaceni sub signis conuolant. Contrà Francos ad D. Audomari vrbem copias ducendi consilia capiuntur, quò etiam ex aduerso præsidia Tornacense & Lendiense abiuerant, euocante Galtero Castellione. Ibi non modicum Flandri damnum ad pontem Agnionæ fluminis patiuntur, dum eum contempto ducum imperio nimis ardenter transeunt. Sed paucis pòst horis equitum Franciæ Magistro magna formidine perculso, & quas partim Audomaropoli eduxerat, partim aliunde coëgerat, copias furtim aliò deducente, Taruannam circumueniunt, itaque succensi omnia eius ædificia flammis populantur. Inde cùm redeunt in Flandriam, ab ipsis plurimæ arces domúsque Nobilium per Artesiam vel euersæ, vel consumptæ sunt igne: pagi octoginta prorsus vastati: direpta Lillerium & Lendium: euulsæ vbique, vel recisæ frugiferæ arbores. Tot factis lætabundas, onustásque spolijs & prædis copias per Pontem Wendinium duces in Gallo-flandriam tendere imperant. In extremis huius regionis finibus à Francis & Italis Bassea tenebatur, indéque damni multum Insulensis ager tolerabat. Eam ob rem hoc oppidum aggressi sunt Flandri: ac postquam facto impetu, cæsísque hostibus, in suam redegere potestatem; abacta primùm præda, iniecere cunctis flammas ædibus & munitionibus. At tunc grauissimè questi sunt Insulenses, multis se damnis ab Tornacensibus affici: multísque precibus flagitarunt, vt ea ciuitas obsidio cingeretur. Qui negarent id officium ciuibus amicissimis, pauci admodum reperti. Ideóque statutum est, vt ineunte Augusto magnus illuc exercitus traduceretur. Ergo tempore constituto cum Flandris Teutonicis copias iunxere Insulenses, Duacenses, ceterique Gallo-flandri. Cum summo imperio his omnibus Iuliacensis Guilelmus præficitur. Paratis commeatu, armis, & machinis, itum primò Helchinium ad Scaldim, ibique circum arcem fixa tentoria. Inde Tornacum deductus est exercitus. Ad portam S. Martini Guilelmus consedit, multúmque spatij obtentis latè papilionibus obtinuit. Iuxta Vineæ portam Insulenses collocati: alijs alij locis positi: vt cis Scaldim fluuium omnia cingerentur. Vltra flumen neque militem poni, neque vallum duci placuit. ideóque semper illac in vrbem aditus patuit commeatum inferentibus. Crebræ tamen excursiones in Hannoniam factæ obsidionis tempore: multúmque prædæ à Flandris inde conuectum. Exusta etiam omnia circum vrbem suburbia, & in propinquo vici aliquot. Dies tantùm nouemdecim ea tenuit obsidio. Sed multa illic nunc ab obsessis, nunc ab obsidentibus gesta fortiter. Nullo die cessatum ab vehementi oppugnatione. concussi varijs machinis muri. portæ grauissimis impressionibus tentatæ. parúmque absuit, quin ciuitas caperetur, cùm cæsis portæ vnius defensoribus, adeò ferociter impetum Flandri fecere, vt iam vrbem irrumperent. Fregit tamen eorum audaciam Franciscus Stapelius Nobilis Flander, qui regias partes secutus vrbem tutabatur. Is enim

Flandri in Zelādia vario euētu bellū gerunt.

Iac. Meier. l. 10.

Philippus Guidonis filius Flandris præficitur.

Iac. Meier. l. 10. alij.

Audomaropolim iuxta vtrique Flandri per imprudentiam vincuntur.

Chron. Fland. c. 46. Meier. l. 10. Belleforest. l. 4. cap. 46.

Sed mox Frāci partibus adhærentes magnis afficiūt cladibus.

Auctores citati.

Basseam capiunt, & incendunt.

Auctores citati.

Ab iisdē Tornacum obsidetur.

Ægid. le Muisis, Chron. Fland. c. 46. Chronic. Fland. MS. Comment. MSS. Meier lib. 10. Belleforest.

A cum paucis suorum ad portam è propinquo aduolans tantisper impetum hostilem sustinuit, donec alij atque alij Flandris à porta repellendis superuenerint. Hæc inter Franciæ Rex maximo septus exercitu Peronam aduenit. Et in Hannonia Comes eius regionis non contemnendas copias contraxerat. Vtrique hoc maximè propositum erat, vt Tornacum obsidio liberarent. quia tamen Flandrorum ferocia metum incutiebat, id aperto bello facere, & commissis aciebus, haud sanè tutum ipsis videbatur, ne quam Cortracenæ cladi parem accerserent calamitatem. Igitur rem dolo, & prætextu induciarum, vel pacis, confici placuit. Missus ad hoc negotium tentandum in Flandriam Amedæus Sabaudiæ Comes. Isque postquam de pace mentionem iniecit, apud Principes auditus est secundis omnium animis. Itaque septem mensium pactæ sunt induciæ: quamuis plerique satis animaduerterent, parum syncerè Francos agere, tantúmque copias abducendi gratia, & Tornacum metu liberandi, quietem armorum petere. Verùm ingens eos Guidonis Comitis, aliorumque per Franciam in custodijs attentorum commiseratio tangebat: impiúmque pu-
B tabatur oblatam vinculis eos eximendi occasionem prætermittere. Neque deerant, qui dicerent, pluris æstimandam Comitis libertatem, quàm Tornaco potiri: certúmque vitæ periculum in carcere detentis ingruere, si consilia pacis ineundæ perturbarentur. Ergo legibus induciarum conuenit, vt Guido Comes vinculis exemptus, obstricta fide tamen custodiam repetendi, si pacem conciliare apud Flandros nequiret, in Flandriam remitteretur. Et mox soluta est Tornacensis vrbis obsidio. Sed copias temerè abduci dux noluit, quem non leuis suspicio incessetat Tornacenses à tergo vim facturos, cùm castris ex digrederentur. Congesta igitur varios in cumulos tabernaculorum materia, dein straminis multum, & arborum rami: iniectáque tandem omnibus est flamma, vt liberiùs ad discessum agmina Flandri componerent. Ita dum tectæ fumo copiæ sub signis abscedunt, eatúmque ciuibus Tornacensibus eripitur conspectus: acies postrema fortissimis equitibus & peditibus densatur, vt non modico ab alijs spatio discreti vim erumpentium sustineant. Et vehementer
C profuit hoc consilium. Quippe Tornacenses rerum earum ignari, quæ ab Flandris gerebantur, tumultuariè se & temerè portis effundunt. Sed dum ipsi, oculos fumo frustrante, incompositi & securi proruunt, in hostem improuisum priùs incidunt, quàm sese ad pugnam comparauerint. Ergo protinus ab Flandris excepti & circumuenti grauissima clade opprimuntur. Perempti circiter ducenti: in vrbem ceteri multis vulneribus acceptis repulsi sunt, de Flandris ne vno quidem pereunte. Ex legibus induciarum non diu pòst redijt in Flandriam Guido Comes, passímque magna cum voluptate ab suis exceptus est. Vbi quietem carperet, ac de pace componenda cum Flandris ageret, castrum Vindalium delegit. Illic dum moratur, Philippus interim eius filius, cui summa rerum per Flandriam credita erat, plurimus nunc Insulæ, nunc Duaci conspectus est, vt per inducias Gallo-flandris hosti proximis caueret. Ex aduerso frater eius Guido Flandrorum partem non modicam in Zelandiam nauibus defert, vt bellum illic redintegret. Ac tunc laboratum diligenter ab Comite est, vt Flandrorum animi ad pacem inducerentur. Ardebant quidem
D omnes pacis desiderio: minùs tamen placuere proposita Regis nomine capita. Visúmque plurimis bellum potiùs alendum, quàm ijs legibus pacem emere. Sed ab Rege, cùm aliæ pacis tabulæ peterentur, æquum nihil potuit impetrari: vt satis animaduerteretur, nihil eum aliud cupere, quàm opprimere bello Flandros. Igitur postquam frustrà circa pacem conciliandam laborauit, Compendium Guido Comes abijt, ibique se ad custodiam stitit excuntibus fermè inducijs, vt iuratam Regi fidem
AN. 1304. exsolueret. Et mox ad bellum rursus in Flandriam portandum Francus incubuit: multóque labore, & summis impendijs non modò è populis sibi subiectis, verùm etiam aliunde, copias ingentes contraxit. Quia tamen res omnes ad tantam expeditionem necessarias nondum comparauerat, in Flandriam è suis aliquos misit, qui nouam pacis spem inijcerent, tempúsque induciarum produci peterent. Ab ducibus deprehensum facilè est, malignè Regem agere, tantúmque id vnum moliri, vt rebus omnibus intereà loci exercitum instrueret, ac finitis inducijs securior Flan-

Rex Franciæ cum exercitu Peronam venit, vt Tornacum liberet. *Gaguin. lib. 7. Nic. Gil. Meier. lib. 10. & alij auctor. cit.*

Dolo pacem, vel inducias Flandris offert. *Meier. l. 10.*

Inducias septem mensium Flandri accipiunt. *Iac. Meier. l. 10. Paper. Maß. l. 3. Comment. MSS. Bellefore.*

Et prudenter à Tornaco recedunt. *Iac. Meier. l. 10.*

Ac Tornacéses erũpentes egregiè sustinent & cædunt. *Idem.*

Guido Comes secũdùm leges induciarum redit in Flandriam. *Nicol. Gilles, Chron. Fland. Gaguin. lib. 7. Paper. Maß. l. 3. Iac. Meier. l. 10. Bellefor. alij.*

Frustrà hic laborat pro pace concilianda. *Auctores citati.*

Ac ideo Frãciam repetit. *Iidem auctores.*

Rex Franciæ nouum aduersus Flandros exercitum cogit. *Auctores citati.*

Cum Flādris idē inducias producit. *Auctores etats* Iulio mense cum exercitu venit Atrebatum. *Auctores cit.* Flandri ad bellum se comparant. *Iacob. Meier.*

A driam inuaderet. Sed iam animi multitudinis vel iniquæ pacis desiderio æstuabant: ideóque Franci postulatis subscriptum est, ad D. Ioannis Baptistæ natalem prorogatis inducijs. Ineunte verò Iulio cùm de pace summum esset silentium, iámque naualibus copijs Oceanus infestaretur: exercitum Rex Atrebatum promouit. In eo vt minimum duodecim equitum millia, peditum quinquaginta numerabantur. His acceptis nuntijs non segniter apparatus bellicus in Flandria procuratus est: quamquàm varijs locis aduersus hostem duces distinerentur. Iuxta Cortracum Gandenses, Brugenses, Iperanos, & Cortracenses Philippus sua sub signa cogebat. Huius frater Henricus cum magno præsidio ad omnem Duaci de bello rumorem excubans Gallo-flandriam tutabatur. Ab inferiore Flandria Guilelmus Iuliacensis copias huc traducere iussus est. Tardiùs tamen ad fines Artesiæ castra promota irruptionibus hostium arcendis. Et moræ causas dederunt Gandauensium & Brugensium altercationes, cùm vtrique primam aciem feruentiùs ambirent. Parúmque ab

Franciæ Rex nouum in Flandros bellum orditur. *Hæc de bello, quo consumptum ad Montem Pabulanū fuit vtrum quo consedit, ibi auctores fuse tractât D. Anton. p. 3. hist. tit. 20 c. 8 parag. 23. Vill. n. in Annal. Hetrusc. Comment. MS. Francisc. Gandens. Chronica aliquot Fland. & Franc MSS. Chron. Fland. ab Sauuag. edit. cap 47. Nicol. Gill. Rob Gag. l. 7. Paul Æmyl. lib. 8. Iac. Meier. lib 10. Papir. Masson lib. 3. Petr. Oudegh c. 140. Bellefor. lib 4. c. 47. ex quibus ea desumpsi, quæ propiùs ad veritatē accedunt.*

ciuili tumultu res aberant, cùm suprema vsus potestate Philippus rixam composuit. B Interim præmissæ aliquot Francorum equitum alæ cum non paucis peditibus Wendinium venere iuxta pontem inter paludes angusto transitu reperto: ibique multum stragis edidere neque pecori, neque mortalibus parcentes. In Flandrum eum proditionis crimen acerbatum, cui tradita fuerat eius loci custodia. Sed Philippus ad eius rei famam arrepta celeriter equitum manu, illuc contendit, hostémque cedere coëgit. Qui locum eum insideret, alius cum præsidio vir nobilis delectus. Et tandem ab Philippo totus ad fines Gallo flandriæ exercitus deducitur: tantúmque palus eum ab Gallicis copijs diuidebat. Sed quamuis hanc inuiam partim aquæ, partim soli malignitas efficerent: non rarò tamen ad eam cruentis est velitationibus certatum vtrimque, dum vi transitus irrumperentur. Ibi Gallus Genuillæ cognomento nobilis, cum suis oppressus, quo tempore vehementem in Brugenses impetum facit, eósque de loco summouere nititur. Et mox exarsit Gandensibus ad præclarum facinus audendum animus. Ad quas excubare iussi fuerant, angustias ipsi transiliunt, frustrà hostibus aditum intercludere certantibus. Traxit exemplum audaciæ, sprétique ducum imperij, primò Brugenses, dein alias atque alias ciuitates. Et quòd feliciter C omnes exactis hostibus in fines Atrebatium irruissent, eósque iam obtinerent, ea noxa silentio transmissa est. Ibi nox trepidè transigitur, & ad pugnam omnes se comparant. Die tamen insecuto, cùm starent instructæ ad prælium acies, Franci repentè locum deserunt, fugáque Atrebatum auertuntur. Exinde Flandri copias libenùs explicant, ac securiùs prædas agunt. Exusta sunt Lendij suburbia: Nobilium arces domúsue in plana deiectæ: vici populationibus exhausti. Recepta etiam de hostibus Bassea, quam ipsi nuper occupauerant, & validè muniuerant: tantúmque militi permissum, vt saluus discederet, relictis ibi rebus omnibus. Magnum ea clades Regi dolorem attulit, cùm videret sua plurimùm consilia perturbari. Ei námque propositum fuerat recto Insulam itinere copias deducere, eámque circumuallare vrbem obsidio. Igitur iam per Hannoniam longo circuitu exercitum Gallo-flandriæ finibus inferre constituit. Tentatum per iter Duacum non vno in muros portásue impetu facto. Sed maxima Henrici & præsidiariorum militum virtute seruatum id oppidum fuit: multique hostium impressionem facientes cecidere. Nec D facilè alibi tutum in Gallo flandriam transitum Regi parare licuit. Semper copias eius proximè Philippus sectabatur: & quò tutiùs id faceret, illac iter carpebat, vbi vel amnis, vel palus, vel malignus & difficilis aditu locus intercederet. Ita Tornacum vsque castra circumducere paruis itineribus, & dubio commeatu Rex cogitur. Ibi dum copias traducit, Flandri ad Bouinas castra collocant, vbi multâ & pingui pabulatione felix est regio. Pari propè trium leucarum spatio Tornacum inter ac Insulam Orciámque iacet is vicus: vt nō procul ab Regis copijs Flandrorū exercitus abfuerit. Peccatum tamen est hîc grauiter, nullis Orciæ militibus ad præsidium impositis. Nam id oppidum Francus præsidio vacuum sentiens, obsidio circumuenit, & paucis diebus per deditionem subegit. Mouit inde Rex ad Montem Pabulanum, qui tribus abest Duaco, quatuor Insula milliaribus. Ibi dum aliquamdiu considet, felix ad

Ad Vēdinium Flandri Francos fortiter aggrediuntur. Rex Franciæ prælium vitat. Flandri in Artesia populantur. Basseam de Francis recipiunt. Franci frustrà Duacum tentant. Inde magno circuitu Tornacum petūt. Flandri ad Bouinas castra metātur. Orchiacum Francis deditur. Inde Rex ad Montem Pabulanum mouet.

A ad eum nuntius defertur de Flandris nauali prælio fusis fugatísque, & capto Guidone Comitis Flandriæ filio. Et paullò pòst eodem perculsi sunt Flandrici Duces exercitus. Verùm vt hi magnopere cauendum censebant, ne tristis ea fama multitudinem peruaderet, ita nihil magis Francus optabat, quàm vt eadem citissimè per castra Flandrorum spargeretur. Inter vtrumque exercitum breue spatium intercedebat: iámque Francos ad certamen Flandri prouocauerant, & vtrimque balistarij omnes eminus prælium cœptabant, ceteris in aciem compositis. Igitur Rex Flandros perturbandi occasionem adesse ratus, de pace per Feciales agitat. Id negotium ab Flandrica multitudine cupientissimis animis excipitur. Et in has conditiones pacem flagitant: vt vita, libertate, patria, conseruatis, centum sacella ædificent, vbi sacra peragantur eorum Francorum expiandis animabus, quos Brugenses populari tumultu ferro sustulerant. Rex multò plura postulabat, immanem vim pecuniæ, oppida quædam, nonnullos è viris rebellionis crimini obnoxijs. Cùm de pacis legibus minimè conueniret, saltem trium dierum inducias per speciem consultationis Fran-

Ibi primùm Flandros conatur frãgere sparso de clade nauali rumore;

dein eisdem pacẽ offert, vt eos perturbet.

Ab ijsdẽ triũ dierum inducias accipit.

B cus concedi vrget. Eas Flandri non grauatè paciscuntur; cùm præsertim eorum dierum tertius in festum Assumptæ Virginis incideret; passimque iactaretur Deiparæ matris ope vel conciliatum iri concordiam, vel parandam victoriam. Sed aliud animo Francus admodum voluebat, solúmque per inducias eò nitebatur, vt animi Flandrorum pugnæ ardorem exstinguerent sparsis de nauali clade nuntijs. quòue maiorem ineundi certaminis dissimulationem ostenderet, ab Monte Pabulano Duacum versus descendit. Id tamen aliorsum quidam interpretabantur. Et mox eum in Montem Flandri conscendunt, loci opportunitate permoti. Neque tantùm apud eos valuere sparsi de fusis naualibus copijs rumores, vt, bonæ pacis spe sublata, pugnandi cupidinem abiecerint. Igitur decimoquinto Kalendas Septembris omnibus copijs prælium capessere decreuerunt. Et quò fugæ facultatem præciderent, nulli fas fuit in equo ad pugnam procedere: quòd Nobilium quorumdam fides suspiceretur. In aciem vnicam ad Montis pedem exercitus omnis coactus, vt ea & validis-

Rex è Monte Duacum versus discedit.

Mõtem contrà Flandri occupant.

Et ad pugnã se comparãt, disponuntque vnã in aciem.

C sima esset, ac longissima. In medio positi Cortracenses, Iperani, & Insulenses: hisque Robertus Niuernensis; Iperensibus Guilelmus Iuliacensis, præfuere. Brugenses Philippo duce latus dexterum obtinebant; Ioannes ad sinistrum Gandenses ducebat. Ac ne qua parte hostilis equitatus impressionem faceret, plaustris, curribúsque prudenter oppositis cauere, quorum erat in castris ingens numerus, vel impedimentis, vel commeatibus vehendis. Ergo partem eorum ponè constituunt, ad latera ceteros collocant valli modo: ac ne singuli ab hostibus auertantur, admodum funibus, & catenis colligant, vnam cuilibet rotam adimunt. A ductoribus hæc præsertim erigendis omnium animis ingerebantur. *Cùm iure nequeant Comitem suum è custodia extrahere: cogendos cladibus Francos, vt suis docti malis sponte domum remittant. Vindicandos fortiter eos, qui nuper in Oceano, & Zelandia è Flandris aduerso prælio cecidere, aut vincula subierunt. obfirmata constantia, & magnis viribus nitendum, ne victoribus aduersarijs in prædam cedat patria; eorúmque asperas leges, & durum patiatur imperium. hinc tantùm quæ hactenus mala in Flandriam ij portauerint, ac porrò inferre mediten-*

His ad pugnandum stimulantur.

D *tur, animis reputent; illinc quam non ita pridem ad Cortracum stragem eorum ipsi ediderint, in memoriam reuocent: ad pugnam audenter, & ferociter capessendam, parandámque nobiliter victoriam, abundè suppeditaturum bellici ardoris.* E contrario Francorum Rex copias suas in varias acies diuidit. Eas quatuordecim quidam fuisse asserunt, quas singuli Principes duxerint. Equitum hic numerus insignis erat; nulla carrorum sepimenta. Vt suorum animos Pulcher ad viriliter agendum accenderet, hæc aciebus obequitans proposuit. *Aduersarios in conspectu habemus, milites, non iusto, sed iniquo Principem suum prælio petentes. Vt Flandria Comitatu, quem bello mihi comparaui, iniustè arcear, Flandri arma corripuere. Irrogatam mihi ab his iniuriam vestrum est ferro persequi, mea si salus, si maiestas cordi vobis est. Officij contrà mei partes arbitror, & vobis, & peremptis in Flandria Gallis hac pugna obsequi. Ignotum nulli, vindictam ab omnibus eos reposcere, qui proximis Flandriæ tumultibus Brugis, ac circùm ferro rebellium occubuere: dein Franciæ florem ad Cortracum miserabili oppressum certamine. Quis enim ferat satis*

Francorũ Rex ad ineũdum prælium suos in multas acies distribuit.

Et hunc in modum eos hortatur.

nondum illis parentatum fuisse Flandrorum opibus & sanguine? Quis sustineat è parietibus Cortracensis ædis suspensa calcaria probrum & infamiam Gallicæ gentis spectantibus obtrudere? Igitur me duce nihil timoris, nihil remissi animi concipite. Vt victoriam referatis, mea postulat causæ iustitia, vestrorum flagitat infelix amicorum interitus. Ad Cortracum ducis imprudentia, & superbi mores clarissimos in grauissimam calamitatem viros traxere: vtque ab vilissimis hominibus contis foderetur, & malleis obtereretur Franciæ Nobilitas, admissa per viam in res sacras & prophanas sæuities ab Numine extorsit. Tantummodò nunc in me, acies vestras, & hostes oculos conuertite. Vestrum me Regem hodie præstabo, dum nihil mei erga vos officij mandando, pugnandóque finam requiri. In exercitu vestro totam ferè Galliæ Nobilitatem, & socios Principes plurimos habetis. Horum prudentia & fortitudo erigent, & si aduersa ingruant, vos protegent. In hostibus præter paucùlos quis Nobilis, belli sciens, & armis assuetus? Totas ferè, quas videtis, hostiles copias officinæ & tabernæ parum armis instructas, non tam ad pugnam, quam ad cædem, temerariè vomuerunt. In manibus vestris victoria est, si fortes irruitis, si constantes hostibus resistitis. Ab hora tertia nondum orto sole componi acies cœperant. ad sextam pugnæ prælusum iaculantibus vtrimque balistatijs. Sed Gallus equite potior statim balistarios reuocauit, iussitque magnam vim equitum in cuneum compositam in Flandros impetum facere. Propior tamen simulationi ea fuit impressio. Nam cursu facto aciem Flandrorum penetrare formidabant. Saltem adeò Flandris sese Franci coniunxerant, vt hastis mutuò corpora impeterent. Et legi Gandenses balistarios, vbi neruos incidissent, in densissimam aciem conglobatos balistis fortiter adactis equorum hostilium crura confringere aggressos. Igitur cùm Franci equites Gandensium ferociam animis voluunt, oculisque hauriunt; dein etiam Brugensium telis appetuntur, qui nondum balistarum funes ferro absciderant: ab instituto diuersa captant consilia. Propositum ipsis fuerat, aciem Flandrorum procursu perrumpere. sed dum vident id parum procedere, statuunt ipsi tantisper sese continere, dum Flandri per imprudentiam, ardorémque nimium manus conferendi, ordines soluant. Ea re Flandri cognita, nouum etiam pugnandi genus in medio solis æstu aggrediuntur. Nunc deni cuneatim, nunc viceni, aut etiam triceni, & quadrageni fortiter in hostem feruntur: ibique partim eos trucidant, partim occumbunt. Dum noui hunc in modum subeunt, fatigatos acies recipit. Hanc præliandi rationem æmulantes Galli etiam cuneos frequentes admouent, nunc equitum, nunc peditum. Et dum equites ita cuneatim inuehuntur, Bedauri, homines Hispanici generis, breui agilique corpore, fundis ac telis iuxtà terribiles, ijs se permiscent; cúmque hostem iaculis & lapidibus infestauere, sub ventres equorum sese recipiunt, vitandis hostilibus telis. Ad hæc, Francos non modicè iuuabant impositæ rotis machinæ, quibus ipsi frequentia in Flandros saxa torquebant. Verùm id teli genus dum plurimos grauissimè vulnerat, summa Iprenses audacia in machinas impetum faciunt, eásque ferociter aggressi, in oculis hostium ferro cædunt, & assulatim comminuunt. Iam multum tempus ex cuneorum impressiones & iaculationes absumpserant, cùm Regis nomine rursus de pace voces inconditæ feruntur, quiue leges eius dicant, Feciales adueniunt. Haberi colloquium Flandris placet, interimque armorum quietem in vtrisque castris indici. Sed dum hi syncerè ad pacis compositionem incumbunt, dolis eos Galli circumuenire adoriuntur. Equitum peditúmque pars à tergo submittitur; ad dexterum latus quidam, ad sinistrum alij latenter promouent; ceteri à fronte consistunt: vt vndique circumclusi maxima Flandri clade opprimantur. Verùm his artibus per fraudem grassari hostem, extemplò deprehensum est: ideóque cuneatim rursus in eum impetus crebrò factus. Et tantum pacis odium animos incendit, vt ad eius mentionem infrenduerint Flandri, ac nobilem quemdam equitem, qui Sabaudiæ Comitis paludamento armisque contectus adequitabat, pacémque fraudulentis clamoribus obtrudebat, interemerint. Ac tunc magna Gandensium virtus enituit, cùm frequentibus globis hostem incurrendo adorirentur. Sed plurimum damni periculique permixti equitibus pedites attulere, quos ad latus sinistrum Rex submiserat. Vbi námque circumducti ad eum locum perueniunt, vbi commeatus, sarcinæ, tentoria,

Prælij Pabulani descriptio.

Vide Gallo-fl. l. 1. c. 10.

A B C D

A equi Nobilium seruabantur · disiunctis aliquot curribus, in eam omnes prædam
auidè vertuntur exiemplò. parúmque valuit ad defensionem eavis aurigarum & cu-
stodum, quæ plurima illic excubare iussa fuerat: nihilque prius his fuit, animad-
uersa hostium multitudine, & robore, quàm citatis passibus Insulam profugere.
Hæc inter quidam eorum, qui dexterum aciei latus aggredi iubebantur, inter currus
Flandrósque à tergo subeunt eo consilio, vt semotis aliquot carris viam equitibus
in proximo stantibus illac patefaciant. Malè tamen hoc negotium ijs successit. om-
nes enim ad vnum conuersis corporibus iaculísque Flandri necauere. Igitur equi-
tum alij viam impressioni à tergo præclusam aspicientes, etiam ad prædam impedi-
mentorum præcipiti cursu feruntur. Iam plurima pars diei leuibus ijs prælijs con-
sumpta fuerat, solúmque multis tam hominum, quàm equorum cadaueribus & ar-
mis obtectum cernebatur: cùm Flandri partim æstu solis, partim inedia sitíque,
partim etiam armorum pondere, & crebris incursibus fatigati, ad quietem, & curan-
da cibo potúque corpora respiciunt. Sed multus illico dolor omnes cum despera-
B tione inuasit, postquam ablatos commeatus sarcinásque sensere. Nam aliunde cibos
& potum parare prohibebantur, vias Francis obsidentibus. palámque fuerat, non
paucos iam solo calore, & inedia confectos in acie vitam perdidisse. Ibi Ioannes
Namurci Comes & Gandensium ductor ad ceteros duces ordinum mittit, qui con-
silium eorum expetant. In eam ab omnibus itum sententiam, vt sublato ingenti cla-
more & fremitu, omnibus Gallos copijs adoriantur. Ergo sub solis occasum canen-
tibus tubis, & immani strepitu coorto, signa Flandri corripiunt, summóque impetu
hostem nihil tale suspicantem inuadunt. adeóque vehemens, & atrox ea impressio
fuit, vt Franci pars repentè opprimerentur, pars effusè fugam capesserent, ipsis etiam
primarijs ductoribus copiarum Carolo Valesio Regis fratre, & S. Pauli Comite ter-
ga vertentibus. Sed dum hostis nunc ferro in campis cæditur, nunc aquis fossatum
præceps obruitur, etiam Flandrorum aliqui subito in profundos riuos delapsi, vel
hausti ferro, pereunt. Interim equitum hostilium alæ duæ prædis oneratæ dum suos
C aspiciunt perniciter aufugere, etiam ipsæ celerrimè fugam arripiunt. & mox ea par-
te nullus hostium comparuit. Eo Ioannes, Henricúsque animaduerso, siue erede-
rent Francos prorsus fusos fugatósque; siue plurimo ipsi labore confecti quietem
optarent: cum maxima parte Gandensium, Cortracensium, Iprensium, & ducentis
equitibus Duacensibus, quos eo die Henricus adduxerat, fugientibus tamen, & pa-
uidis similes, Insulam iuere. Contrà, Philippus, Iuliacensis, Robertus, alíique for-
tissimi viri aliam Gandensium, Iprensium, Cortracensium copiam cum Insulanis
vlterius rapientes, adeò fugientes Gallos persecuti sunt, vt ad ipsam denique aciem
Regis peruenerint. Is enim percepto clamore Flandrensium militum, & cognita
suorum fuga fortissimum agmen collegerat, & in aciem composuerat, iuxtáque ne-
mus hostem cum eo præstolabatur. Eò igitur loci grauissimum extemplò coortum
est prælium. Inuadentibus Regem cuneis Flandrorum, Aurea Flamma (seu S. Diony-
sij vexillum) occiso signifero Anselmo Cheuroso in terram deiecta fuit, & pedibus
protrita: omninóque perijsset, nisi Milius Noyerius, interrito vir animo, è terra su-
D stulisset. iuxta Regem custodes corporis plerique interempti, & non pauci Parisien-
sium, qui curam eius susceperant. equo suffosso Rex ipse humi prostratus. & cùm
multi Principum, equitúmque magno metu perculsi aufugerent, propiùs abfuit,
quin occideretur. duo tamen eum seruauere, quamuis ad necem maximè Flandri
quærerent. Etenim neque paludamento trabeáque lilijs aureis fulgente conspicuus
erat, neque armis regijs tegebatur. Ita hosti nondum cognitus, ab fortissimis homi-
nibus, qui duo trésue tantùm aderant, in alium imponitur equum. Sed hic nouo
pondere succussus, dum equites isti ab Flandris circumstantibus obruuntur, neque
sedentis imperio pâret, neque cursum corripit. Igitur dum Rex cum eo luctatur,
quidam Flandrorum virumque hastili non leuiter vulnerat. Ibi tandem vulneris
sensu concitatus, repentino equus sessorem saltu euehit, suísque procul spectanti-
bus iungit. Ea res plurimum quidem Regi dolorem faciebat, quem fortis animus ad
pugnam reuocabat: sed Principum cessit consilio tantisper fugam capere suaden-

tium, donec ea Flandrorum ferocia consenesceret. Hæc inter nullam Flandri quietem capiunt, quamuis nox plurima ingrueret, ipsique ob inediam & laborem viribus deficerentur. Ad vsque Regis tentoria palabundum hostem persequendo deueniunt. Illic multum commeatus, & paratam Regi cœnam diripiunt. Ne vlteriùs progrederentur, auditæ voces stantium in proximo cohortium hostilium fecere. Itaque cùm prudenter metuerent, ne aliæ atque aliæ Francorum copiæ ex fuga collectæ iungerentur: intutum sibi locum arbitrati, in editiorem se montem recepere. Ibi tamquam victores tubis dari signum imperant ijs colligendis, quos in cædem hostium victoriæ cupido sparserat. Ita multis ex varijs locis vnam in aciem receptis, Francorum plerosque accensis funalibus huc illúcque vagari, & Nobilium corpora vestigare conspiciunt. Facile fuisset in eos omni cura præliandi solutos incurrere: visum tamen melius est, maturè Insulam versus iter ingredi: cùm neque tentoria, neque commeatus curandis corporibus tegendisque in monte suppeterent. Igitur ea nocte ad lunæ splendorem viam facientes Insulam peruenere. Quamuis plerique auctorum Francis victoriam adscribant huius Pabulani prælij: veriores tamen eorū commentarij sunt, qui de Flandris sese pugnæ miscuerant. Ex ijs plus Gallici sanguinis fusum reperio: solúmque opinionem inde natam victarum Flandriæ copiarum, quòd prælij locum, castra, & impedimenta sponte deseruerint, iniecta commeatum alibi quærendi necessitate. Igitur in exercitu Francorum ad nouem millia desiderati. Quod neque Gallici scriptores dissimulant, in ijs plerique Nobiles numerabantur. Præcipuum suis luctum attulit Ioannes Ducis Burgundiæ frater. Defletus ab Rege Hugo Bornouilla, quē sanctioribus consilijs admotū eò superbus animus extulerat, vt supra ceteros Galliç Principes pompa fastum ostenderet. E regni Baronibus octodecim circiter cecidere: eorum, qui calcarium auratorum ordine fulgebant, fermè trecenti: equitum aliorum supra mille ac ducentos. Nullum magni nominis, prçter Guilelmum Iuliacensem, amisere Flandri. de copijs eorum ad quatuor millia periere. Die pugnam insecuto Francorum & aliorum exercitus sui virorum nobilium corpora tumulis mandari Rex imperat. Pars in Phanopiginensis monasterij templo, pars Orchiaci, & Tornaci humo tradita: quædam etiam Valencenis & Atrebati. delata in Franciam alia. Ceterùm Flandris omnibus ab eodem sepultura interdictum: vt non minùs in mortuos, quàm in viuos sæuiretur. Intereà loci Ioannes Namurci Comes, & Robertus Niuernius Flandros Insula secum abduxere. Contrà, Philippus totius Flandrici imperator exercitus Insulæ mansit eámque commeatu plurimo & firmo præsidio muniuit, haud dubiè ratus ab Franco breui obsidio circumueniendam. Et paullò pòst proximè muros Gallica signa conspecta. Iam enim copias eò Rex miserat, vt obsidionem inciperent. Atrebatum ipse concessit, vti medicos curando vulneri adhiberet securiùs. Inde Galliam totam per litteras de victoria nuntijs impleuit, quasi Flandros obruisset. Insulam se modò copijs circumdare. qui prædis & opibus expleri cuperet, huc armatus magnis itineribus descenderet. hac vrbe subacta, debellatum iri Flandriam. Paucis itaque diebus ex omnibus ferè Galliarum prouincijs innumera vis hominum ad Regem confluxit. Et quinto decimo, postquam Atrebatum inierat, die, cum ijs copijs Insulam ipse peruenit. Igitur adeò cinctum est quà plurimo exercitu, quà vallis & munitionibus id oppidum, vt nullus eò aditus pateret. Neque tamen Philippo spes adempta fuit fortiter tuendi: neque Ioanni & alijs collecto exercitu suppetias ferendi. Adultus iam erat September, & pluuiæ itinera corruperant. dein ad tolerandam obsidionem nihil obsessos deficiebat. quæ omnia firmam animis opinionem inijciebant, haud diu Regem illic moras facturum, vbi sentiret difficilibus & malignis itineribus commeatum ægrè conuehi posse, multúmque suos ab obsessis damni capere; tractum scilicet aliò copias. Interim Ioannes & Robertus ad cogendum rursus exercitum varijs in locis incumbunt. Contrà, nihil reliqui Rex facit, vt obsessis noceat, muros euertat, & tandem vi aut deditione vrbem capiat. Et die quodam, cùm vehementer machinis oppidum quateretur, grauique muros insultu Franci corriperent: adeò Insulenses consternati fuere, vt repentè miserint, qui cum Rege transigerent, nisi ante Kalendas

Quibus Pabulanæ pugnæ victoria cesserit.
Vide Gallo fl. loco citato.

Numerus eo prælio cæsorum.

Insula contra Francos munitur.

Et mox ab ijsdem obsidetur.
Chron. Fland. c. p. 48. Chron. Fland. ms. S. Autem. p. 1 cit 30. & paragr. 25. (?) ferè omnes, quos autores ... pro pugna Pabulensi.

Rex ad Insulæ obsidionē magnas ducit copias.

Fortiter se defendunt obsessi.

Ad vim tamē hostilem territi ciues deditionem meditantur.
Iac. Meier l. 10.

A Octobris auxilio Flandri venirent, vrbem se bonis conditionibus tradituros. interim acceptis quadraginta obsidibus ab omni maleficio temperaret. Ea clam Philippo facta fuerant: ideóque maximum is dolorem animo cepit, cùm satis animaduerteret, nisi vires armáque ciues iungerent, haud diu se posse aduersus tantas Regis copias subsistere, tametsi firmo arcem præsidio teneret. Verùm Ioannes & Robertus his cognitis; quanta possunt diligentia suppetias maturant. Cortraci exercitus cogitur. Ibi sub signa hominum tanta multitudo conuenit, vt mirum fuerit tam breui tempore post tot bella exiguis è finibus eas parari potuisse copias. Et priusquam inde mouerent, iurati omnes se diris deuouere, si non impetrata pace, vel non parta victoria, domum redirent. His de rebus acceptis Rex nuntijs, latam profundámque extemplo fossam ducit, quà venturum hostem arbitrabatur. Tertio die ante præscriptum deditioni tempus Flandri compârent. Ad Deullam fluuium vix secundo ab castris regijs stadio aciem componunt: ibique Ioannes per Fecialem ad pugnam audenter Regem prouocat. Sed Regi satius videbatur in tutum copias deducere,

Verùm tempestiuè Flandri suppetias ferunt.

Chron. Fland. c. 48. Chron. Fland. ms.

Chron Fland. cap 48. loc b. Meier. l. 10.

B quàm aciem committere. Igitur ad Ioannis aduentum copias Deullam traijcit, & quà Tornacum tenditur, castra collocat. Ea re Flandri animaduersa sub vesperum castris constituendis muniendísue locum capiunt. E nobilioribus & opulentioribus quidam tentoria panno rubro, nonnulli candido, alij nigro vestiunt. ceteri arborum ramis, aut straminibus tabernacula integunt. adeò festinata fuerant auxilia, vt perditis ad Montē Pabulanum tentorijs omnibus, noua comparanda tempus defuerit. Consecuta luce ductam ab Rege fossam humo & materia implent, quamuis ex aduerso Franci consisterent, cúmque laborem disturbare niterentur. Et mox inde pugnis leuibus certatū est, donec vtrimque multi occiderent. Id de colle proximo Rex prospiciens, ad fusi latè Flandrorum exercitus innumeram multitudinem quibusdam adstantibus dixit, Flandros pluisse. Sub vesperum nostri consilium iniere per noctem hostes inuadendi copijs omnibus. & quò spiritus maiores ad certamen colligerent, grauissimo se iuramento rursus constrinxêre neque vultum, neque manus

Et prope vrbem castra metantur, vt Francos inuadant.

Aegid le Muisit in Chron. Chron. Fland. ms. Iac. Meier. l. 10.

C à prælio auertendi, nisi vel composita pace, vel reportata victoria, octenni bello finem attulerint. Sed id breui cognitum Regi fuit, partim exploratoribus, partim etiam ijs, qui occultè Francis fauebant, vel indicio, vel scripto prodentibus. Ergo Rex conuocatis in cœtum ducibus hostis decretum & religionem patefecit, omniúmque sententias perrogauit; Satiúsne esset bellum prælio finire, an pacem efferatæ genti proponere? Ibi de pugna per noctem capessenda sermo repentè abruptus. Trepidationem animis afferebant noctis tenebræ; rursúsque oculis obuersabantur Cortracena clades, & Pabulanum periculum. nam quidquid accideret, multo humum sanguine imbuendam. vbi victoria potirentur, haud dubiè plurimos etiam procerum perituros. profligato ab hostibus exercitu, etiam cum cæde maxima regno certum discrimen ingruere. Igitur eam in sententiam omnibus itum suffragijs, vt oblata pace, cuius facies blandiretur, cetera fraudi forent, nocturni prælij consilia dissiparentur. Statímque pacis conciliatores delecti Brabantiæ Dux Ioannes, & Amedæus Comes Sabaudiæ, quorum ille Flandris, hic Francis adhærebat.

Territus Rex pacem Flandris offert.

Chron. Fland ms. Iac. Meier. l. 10. al.

D Neque Maria Regis nouerca suam huic operam negotio subtraxit. Primus de pace facienda nuntius Flandris attisit. sed mox animis eorum timor iniectus, cùm fraudes dolósque Francorum attentiùs perpenderent. Quia tamen quietis desiderio tenebantur, ac Principes suos è custodia liberandi: has in leges pax condita: *Fortunis, libertate, priuilegijs cum vita Flandri fruerentur: eorum munitiones integræ consisterent: totus Flandriæ Comitatus Guidoni restitueretur: Vtrique captiuos liberè & nulla pecunia numerata reciperent: tantùm Regi multa solueretur infra librarum octingenta millia: ad eam constituendam & definiendam Franci quatuor, totidem Flandri deligerentur: donec ea Regi summa pecuniæ persoluta fuerit, Insulam, Duacum, Orchiam, & subiectum ijs agrum pignoris loco is haberet.* Hæc fraudulentæ pacis capita in vtrisque castris publicè per præcones pronuntiata sunt post solis occasum, altero die post definitum dedendæ Francis Insulæ tempus. Postera luce Philippus Guidonis filius cum suis Insula discessit. in eam vrbem ceteráque Gallo-flandriæ oppida Francus est admissus. &

quam his ij cōditionibus accipiunt.

Chron Fland. cap. 48. Chron. Fland. ms. Iac. Meier. lib. 10. auctorum antea citatorum aliqui

Gallo-flādria Rex potitur, & in ea præsidia collocat.

statim

Episcopus Atrebatensis BERNARDVS creatur. *Tabb. Atrebatt.* Guido Flādr. Comes decedit, eumque excipit filiorũ maximus ROBERTVS in Flād. Principatu: *Chron. Fland. c. 48. Chron. Flandr. ms. Meier. l. 11.* alijs ab Rege datis legibus, *Meier. l. 11.*

A AN. 1305.

statim solutis vtrisque exercitibus in sua quisque læti abiere. Ea dum geruntur, Atrebatensis Pontifex Gerardus hominem exuit, eique Bernardus sufficitur. Sed priusquam è custodia mitteretur, supremum quoque diem expleuit Compendij Guido Comes annosiam natus octoginta. Maximus liberorum eius Robertus cognomento Bethunæus, etsi nōdum in libertatem assertus, imperium tamen Flandricum capessit. Sed non priùs ipsi concessa libertas, quàm in nouas compositæ ab Rege pacis leges iurare coactus est, ac nisi has ab suis sartas tectásque obseruari facere, sese diris deuouere. Illic inter alia Rex edixit: *Vt Flandri portas murósque Gandaui, Brugarum, Iprarum, Insulæ, Duaci in plana deijcerent: nullam in posterum spem haberent ea restituendi, donec ipsi viginti millia nummûm annui reditus assignarent; tria hominum millia trans mare militatum in pœnas mitterent; munitiones alias dictarum vrbium prosternerent: cum Castetans & Cortracensi arcibus Insulam, Duacum, Orchiam ipse, ceu pignus, retineret; quas Insulæ Cortracique arces condidit, destruere sibi liceret.* Ac ne Flandri has, aliásque conscriptæ Achiaci iuxta fluuium Oringiam pacis leges subire detrectarent: delecti pecuniariæ multæ arbitri, missique vrbium Flandriæ legati grauissimo ad eas implendas iureiurando, iubente Rege, adiguntur. Exarsere tamen vehementissimè ad huius rei nuntios Flandri: neque vnquam animum induxere, vt ea reciperent iniquissimæ legis capita. Et propiùs abfuit, quin arbitri multæ, vrbiúmque legati vel imprudentiam, vel animi mollitiem ferro luerint. Palámque fuit asperrimis vocibus frequenter ingeminatum, quidquid ageret Comes Robertus, præter pacem Insulanam nihil placiturum. Dimissus est interim è custodia Bethunæus: nihílque hic prius habuit, postquam cum alijs in Flandriam captiuis redijt, quàm patris corpus in Felinense templum maxima inferre pompa, eique iusta persoluere. Vbi subinde publicis rebus animum manúsque admouit, multásque in dies sensit Flandrorum increbescere murmurationes, ob admissas nouæ pacis conditiones Flandrico nomini aduersas: haud leuibus ipse doloribus angi cœpit, suamque admodum imprudentiam damnauit, quòd se Regi iam graui eas obseruandi iuramento adstrinxerit. Et biennio pòst euocatus ab Clemente Romano Pontifice, Francorúmque Rege cùm in Pictonum regionem abiuisset: quamuis pacem inter eum Regémque Papa confirmârit, nunquam tamen eò pertrahi potuit, vt annui census, nondúmque persolutæ pecuniæ nomine, tres Gallo flandriæ vrbes in perpetuum Regi cederet. Leuiúsque ipsi visum est ab irato Franco statim Niuernio & Registetensi Comitatu exui, quàm ad eiusmodi cessionem animum demittere. Eodem propè tempore Guidonem Episcopatui Tornacensi præfectum, ad morum correctionem cùm incumberet, Synodum Tornaci multis Præsulibus euocatis habuisse comperio. At in Ægidium Hackinum Insulæ datum ab Rege Gubernatorem grauissima pœna diuinitus animaduersum est. Asper is erat, durúsque homo imperij, & alieni cupidus. Neque sacris rebus parcebat, cùm lucri spes affulserat. Frequens inter eum, Diuíque Vedasti Atrebatenses Monachos exoriebatur contentio, propter agros eius cœnobij iuri obnoxios. Et quamuis ij per priuilegia Regúmque diplomata non Insulensi, sed Ambianensi Præfecto ac Iudici certis in rebus subijcerentur, hic tamen Insulam ad tribunal pertrahere nitebatur. Postquam igitur multis ea propter molestijs & damnis celeberrimum id monasterium affecerat, maiora minitabundus non exiguam militum manum corripuit, eáque septus Insulâ discessit. Dum verò Duacum prætervectus ad eum peruenit vicum, quem Canerellam nominant, memorato cœnobio parentem, inter furias minásque vis occulta ipsum ex equo deijcit, densisque oculorum tenebris, & inerti solutione virium ac sensuum damnat. Eo territi casu socij inde confestim hominem exportant. Et vix Fampoußij, alterius vici, fines ingrediuntur, cùm is paullùm receptis sensibus, vbi locorum agitet, inquirit; gnarúsque regionis, exclamat; Numini mortales subijci, esse consentaneum. Sed conscenso rursus equo, dum viam per alterum D. Vedasti locum accelerat: & secundò, & vehementiùs quàm antè humi prosternitur, totúsque percellitur corporis stupore. Et vix Heruainiam, Vedastini iuris arcem, delatus est, cùm inter manus suorum miserrimè animam proiecit. Anno sequenti vehementer ab Re-

B

quas Flandri non admisere. *Meier. l. 11.*

Robertus Comes è custodia mittitur: *Chronic. Fland. ms.* patrem Flinis sepeliri curat: *Chron. Fland. cap. 48 Chron. Flandr. ms. Meier. l. 11.* dolet se in nouas pacis leges iurasse,

C AN. 1307.

& Gallo-flādria priuari. *Iac. Meier. l. 11.*

Synodus Tornaci. *Ægid. le Muisis in Chron. ms.* Gubernator Insul. diuinitus punitur. *Monum. MSS. Mon. S. Ved.*

D

AN. 1306.

A ge Franco laboratum est, vt Flandri dictæ nuper pacis leges subirent. Eò Comes Robertus, éque ciuitatibus Gandensi, Brugensi, ac Iprensi primores euocati sunt Parisios. Nihil tamen ab his concessum est Regi, quòd is pacta in castris Insulensibus capita rescinderet. patúmque valuit auctoritas Roberti Comitis, qui Flandris antè permouendis ad subscribendum Regi etiamnum captiuus accesserat. Pulcher igitur vehementer exacerbatus, multáque minitans domum eos remisit. Hæc inter grauis exorta est contentio in omnibus Cistertiensis Ordinis vitilibus cœnobijs per vniuersam Flandriam. Eius causam subministrauit decretum illud, quo Conuersis (vt vocant) aditus deinceps in cœnobia præcludebatur: statutúmque fuerat, vt agri, quos Conuersi hactenus excoluerant, hominibus rusticanis ad cultum elocarentur. Exinde scilicet suum ij Ordinem pessumdari sine causa, & per summam iniuriam grauiter fremebant: passímque viros sacris initiatos eiusdem familiæ, quos sibi aduersos senserant, probris & calumnijs incessebant vehementiùs. eóque res erupit, vt quidam in Abbates, ac Presbyteros violentas manus inijcerent. Et aperta

Frustrà Flandri ad leges pacis Aciuacensis impelluntur ab Rege.
Chron. Fland. c. 53 Meier. l. 11.
Ob Conuersos tumultus in Ordine Cistertiensi concitatus.
Iac. Meier. lib. 11.

B est grauioribus malis per vtramque Flandriam ianua. Quam enim tulerant Flandri
AN. 1309. octennalis belli tempore ad sedandas ciuiles inimicitias, & domesticas rixas, legem talionis Robertus Comes sustulit. Statímque contentiones oriri, latrocinia, cædésque fieri admodum cœpere. vt etiam in Comitis familiares quidam exarserint Ægidio Clerico nece sublato, quem Robertus consilijs admouerat. Iuit interim rursus Parisios ad Regem Flandriæ Comes, eóque secum liberos, fratrésque duxit omnes Februario mense. Ardebat enim cum eo tandem certum aliquid firmúmque circa pacis conditiones statuere. Spémque dederant id perficiendi complures vrbium opulentiores ac primores, quos nunc precibus, nunc minis incessendo illuc deduxerat, vt anni quinti conditionibus (quas in animum ipse iam admiserat) etsi parum æquis, subscriberent. Et quibusdam melius videbatur Regis gratiam hunc in modum emereri, quàm nouum è Francia bellum accersere. Verum quamuis ita sentirent Gandenses ac Iprenses, contrà tamen luctati sunt Brugenses, quibus grauissi-

Sublata lege talionis multa per Flandriam mala exoriuntur.
Iac. Meier. l. 11.
Comes Flandros inducit, vt pacem Achiacensem recipiant.
Iac. Meier. l. 11.
Ei se Brugenses opponunt.
Iac. Meier. l. 11.

C mum videbatur in longinquam regionem tria hominum millia non tam militiæ ergô, quàm perpetui exilij, amandare. Igitur nonnulla pacis capita Philippus Rex mutauit: ac Robertus Niuernius Comitis filius ea iussus est in Flandriam cum grauibus mandatis deferre, nisi susciperentur ab Flandris, fore, vt eo acti grauiora paterentur. Inducti sunt facilè, præter Brugenses, ceteri Flandri, vt Regis sese voluntati submitterent. Brugis enim ad legum pacis mentionem Nobilium & ciuium diuisa sunt studia. Nobilitas, opulentíque cum lanijs & cetarijs idem Comiti suo sentiebant: ceteri contrà & plures & ferociores nitebantur. Perfectum tamen quorumdam artibus, vt paullùm hi mitescerent, suósque Lutetiam ad Regem legatos mitterent. Et horum exemplo ab ceteris vrbibus oppidísque ad Regem ornatæ sunt legationes. Verùm illic dum ciuitates Flandricæ de mitioribus pacis legibus impetrandis per legatos agerent, parum ijs Robertus Comes subsidij ad hoc negotium absoluendum subministrauit. Dolebat ei scilicet plurimum Insulam, Duacum, & Orciam ab Francis per dolum insideri: ideóque ad omnem Regis nutum sese vertebat, quò

Quasdam eius pacis leges mutat Rex Fräciæ, vt hos mitiget.
Iac. Meier. l. 11.
Perseuerant tamen ij ab Rege leuiora petere:
Iac. Meier. lib. 11.
idemque horum exemplo alij faciunt Flandri.
Iac. Meier lib. 11.

D tandem eius voluntati obsequendo vrbes eas reciperet. Certum tamen ingruebat grauissimi tumultus periculum, nisi quidpiam Flandris concederetur. Ergo de pacis conditionum asperitate nonnihil denique remissum est: quamquam nihil commodo Flandrorum fuerit datum; solúmque Pulcher formidinem exstingui voluerit, qui non magis Comiti studebat. Quippe vrbes eas cum tota Gallo-flandria retinuit mitigatis paullùm alijs conditionibus pacis: tantúmque hîc concessum id, ne Duacum & Insula portis, mœnibus, ac propugnaculis nudarentur. Ita quies aliqua tandem donata, quam auidè Flandri arripuere, quos diu belli incommoda fatigauerant. Et mox ipsi sexies viginti nummorum millia numerauere, decem millium censu redimendo: pro decem alijs Gallo-flandrica tripolis Regi est oppignerata. Per eius anni æstatem cùm innumera hominum multitudo nulla Pontificis Romani, aut Principum impetrata facultate Crucem vestibus assuit, atmísque sumptis Oceanum vltra bellum in hostes Christianæ Fidei portare maturat: ijs se multi ex

Igitur adhuc aliquid circa leges pacis ab Rege mutatum.
Iac. Meier. l. 11.
Quod cùm Flandris placeret, ipsi quieuere.
Iac Meier lib. 11.
Gallo-flandri incassum sine venia Crucē assumunt.
Ægid. le Muisit in Chron. ms.
Iac Meier. l. 11.

vtraque Flandria sponte iunxerunt. Verùm postquam Auenionem profecti, arma corporáque Pontifici Clementi obtulere; nullam is potestatem fecit vlteriùs progrediendi, quòd præclaris ducibus destituerentur. Ergo breui domum ex copiæ per varia itinera dilapsæ. Intereà Siclinienses Canonici apud Ioannem Druidum Comitem, eiúsque matrem Beatricem per legatos egere, vt S. Piatonis Martyris caput bellis nuper Flandricis sublatum, eóque tempore in castro Gamachiensi seruatum reciperent. adeóque prosperè legatio successit, vt coram Roberto Ambianensi Episcopo Gerardus eius castri Canonicus, & Petrus Comitis Bailliuus id procuratoribus Ecclesiæ Sicliniensis restituerint. A

Siclinienses caput S. Piati repetunt, & impetrant. *Litt. Ioan. Com. Beatric. eius ma. Rob. Episc. Ambian.*

Annus proximus inter Robertum Flandriæ Comitem, & Hannoniæ Principem composita pace nobilis fuit. In Hannoniam pulcherrimis septus copijs Robertus penetrauerat, ingentique sese ac suos inde pedem nunquam domum referendi religione adstrinxerat, nisi pacem vel vincendo, vel paciscendo impetraret: quòd extinctum cuperet bellum iam ferè annis septuaginta nunc his, nunc illis crudele. AN. 1310.

Inter Flādros & Hannonios pax facta. *Iac. Meier. l. 11.*

Ipso Sanctorum Iacobi & Christophori die pons Castri Duacensis concidit, ciúsque ruina viri quatuordecim oppressi sunt; alij quàm plurimi læsi: cùm in eo consisterent duellum iuxtà celebrandum spectaturi. Spargebatur tunc latiùs suauissimus odor virtutum, quibus in suburbijs Insulanis Dominicanæ Virgines florebant maximè. Cùm igitur Valentianis Bellimontis Parthenon eiusdem Ordinis Sanctimonialibus erigeretur, ex ijs præsertim aliquas deligere placuit, quæ colligendo illic sacro cœtui darent initium. B

Duellum spectantes puniuntur. *Lib. ms. Duac.* *Ex Abbatiola Insulensi Virgines Valentianas eunt.* *Liber obituum S. Ermenta.*

Venere posteà Tornacum Carolus Valesius Regis Franciæ frater, & Enguerrannus Marignius ab eodem Rege missi. Iuit illuc quoque Robertus Flandriæ Comes. Ibi cùm de rebus inter Francum Flandrúmque controuersis agitaretur, eò Marignius artibus suis Robertum perduxit, vt sponte Regi Insulam, Duacum, & Orchiacum cederet: ipse decem millia librarum, pro quibus vrbes eæ fuerant oppigneratæ, in perpetuum sibi censum retineret. Paucis enim pòst mensibus se facturum, vt qua pollebat apud Regem gratia, eædem vrbes sine onere annuam pendendi pecuniam restituerentur. Igitur Robertus candidæ homo fidei ab vaferrimo viro deceptus, ijs sese vrbibus ac in eas omni iure exuit, tutámque Regis potestati Gallo flandriam subiecit. Et quò sese altiùs in fraudem dolúmue malum indueret, eam cessionem publicis litteris mandauit. Ea re nibil optabilius Franco accidere poterat. idcóque mox nulla promissorum Marignij habita ratione, pignus in possessionem vertit, ac vniuersam, vt suam, Gallo flandriam retinuit, fremente frustrà reclamantéque Roberto. Per id tempus Duaci grauiter ciuilibus discordijs laboratum est. Mali huius initium inde profluxit, quòd vltimis Flandriæ bellis quidam ciuium Regi Francorum adhæserint, & sub signis eius aduersus patriam stipendia meruerint. Cùm igitur ij domum pace composita, & oppignerata Pulchro Gallo-flandria rediissent, in magistratus aliquos de suis eligi voluere; alij contrà nitebantur. Ita diuisis in vrbe studijs animísque ciuium, ad Regem causa delata est. Is Duacum Enguerrannum Marignium cubiculo suo præfectum, Ioannem de Gres Mareschallum Franciæ, Harpinum Darguri aulæ archocopum, Petrum de Gaillart arcubalistariorum Franciæ Magistrum, & Girartum de Courtonne Parisiensem Canonicum misit eum potestate magistratus dicendi, nouámque legem circa vrbis gubernationem statuendi. Ab his primùm Scabinis legendis data opera: eósque placuit sexdecim veteri more diei integros vitæ, prudentia spectabiles, ex vtroque hominum genere sumptos: in magistratu annos duos agere, vt duobus ante celebritatem Sanctorum omnium diebus alij creentur. Iidem statuére, vt electi Scabini sexdecim Viros ex quatuor vrbis regionibus nominarent, ærario præsertim chartísque publicis asseruandis, qui tamdiu annuum teneant imperium, quamdiu è Republica esse visum fuerit. Et post breue tempus Insulam Franciæ Rex vênit, ibique ab legatis suis de magistratibus Duacensibus statuta litteris firmauit Decembri mense. Magnus interim dolor Marquettensis monasterij Virgines inuasit, cum Agnetem Nepueux earum Antistitam mors sustulit. Fuerat ea intra muros Insulenses tam pio & liberali aduersus pauperes AN. 1312. C D

Marignij dolo Gallo-flādriam Regi submittit Robertus, eaque prorsus cauetur. *Apud le Mesfis in Chron. ms. lib. vet. & ms. Gall. Litt. Rob. Iac. Meier. l. 11. Petr. Oudegh. cap. 141. Iacob. Marchant. l. 2.* *Motus Duaci oritur.* *Regist. Duac. Litter. Reg.* *Eius occasione legati Regij circa Senatum creandum aliquid statuunt.* *Litter. Reg.* *Rex Franciæ Insulam venit, & ab legatis statuta firmat.* *Litteræ Regis.* *Agnes Nepueux Mar-*

parte

A patie genita, vt passim is Misericors nuncuparetur. creditúmque fuit à multis, ob eam munificentiam Agnetem ei filiam fuisse concessam diuinitus. Dum hæc præesset Parthenoni, paternum in egenos exemplum secuta, suis etiam eos muneribus affecit liberaliter: in domesticum gregem nihil passa est ab se desiderari quò Sanctimoniales tum factis tum monitis ad studium virtutis traheret. Postquam diu cum hostilibus iniurijs, quæ Pulchro bellum in Flandros gerente monasterium pessumdedere, colluctata est, omnem adhibuit operam, vt nouis id ædificijs assurgeret. In locum eius Margareta Touret successit, Insulensibus quoque nata parentibus, quam ad regimen ipsa diligenter efformauerat. Inhæsit hæc Agnetis exemplis: ideóque Virginum commodis & moribus constanter aduigilauit.

[Margin: Quercensis Abbatissa moritur. *Monum. MS. Marquett.*]

AN. 1313. Exactum ferè postea biennium magna quiete. Sed nouus pacem turbauit tumultus, cùm anno 1313. circa Pentecosten perfecto Lutetiæ palatio generalem Pulcher Conuentum indixit. Adiere tunc ad Regem Parisios omnes Franciæ Principes ac Pontifices. At Robertus Flandriæ Comes serò perspiciens circumuentum se maximo Marignij dolo, illuc proficisci obstinato vehementer animo recusauit, quamuis imperio Regis ad præstandam ibi fidem euocaretur. Post dies tamen paucos accepta fide publica cum vrbium Flandriæ Procuratoribus Atrebatum iuit, quò Cardinalis Gossellinus à Clemente Maximo Pontifice missus venerat, vti Pulchri & Comitis animos conciliaret. Igitur illic habito Conuentu, Regis legati Archiepiscopus Narbonensis, Enguerrannus Marignius, & Thomas Marfontanus hoc in primis ab Roberto flagitarunt, vt de tribus Gallo flandriæ vrbibus nullam faceret mentionem, ac pro tota reliqua Flandrici Comitatus regione Regi se sacramento adstringeret. vt omnes Flandriæ munitiones deijcerentur; sexcentíque in auxilium Regis equites cataphracti adducerentur, imperarunt. Ad hæc Comes ingenti succensus ira, quod anteà Regi mandauerat, rursus pertinaciter respondit: Nunquam in Regis se verba iuraturum, nisi Gallo-flandriam reciperet. persoluta, quam Rex indixerat, pecunia, & non expleris Marignij promissis, eam iniustè retineri. Inducti tamen sunt Cardinalis oratione Procuratores vrbium Flandriæ, vt Parisios concederent mitigando Regis animo. Sed illic nihilo plus obtentum. Sunt, qui memorent, euocatum rursus Comitem ab Rege, vt pro Comitatu Flandrico Parisijs ei fidem obligaret iurando: hunc illuc tandem magnifico insignem apparatu concessisse: postquam in Regis conspectum & colloquium venisset, nullum voluisse sacramentum dicere, nisi Gallo-flandriam reciperet: opprobrasse Marignio, pecuniam indictam ab eo iam receptam fuisse: cùm nihil impetraret, iratum inde Flandriam repetiuisse. Vt libris alij tradidere, mandauit Rex per Fecialem Comiti, vt Parisijs sese iudicio sisteret: & cùm id facere abnuisset Robertus, adiudicata fisco est regio vniuersa Flandria. Hæc vbi percepit, collecto Bethunæus exercitu statuit Gallo-flandriam vi repetere. Ex aduerso copias Francus Flandriam inuasurus contraxit, easque trifariam diuisit. Ludouico filiorum natu maximo, quem Nauarræ Regem nuper renuntiauerat, partem vnam attribuit, eúmque iussit Duacum tendere, socio equitum Franciæ Magistro. Philippus liberorum alter Pictonum Comes vnà cum Guidone S. Pauli Comite aciem secundam Audomaropolim ducit. Reliquis præficitur Carolus filiorum minimus Marchiæ Comes, Insulámque mittitur. Sed priusquam hic Gallo-flandriam attingeret, Robertus Comes, qui copias Tornaco cienda formidine iam admouerat, hac vrbe relicta confestim Insulam obsidio cinxit. Igitur cùm viderent regij iuuenes plus virium adesse Comiti Flandro, quàm iactabatur, nihil festinanter, & per imprudentiam agi voluere. Primùm Flandros & Robertum anathematis fulmine terreri placuit. ideóque Archiepiscopus Remensis & S. Dionysij Antistes toti Flandriæ sacris interdicunt Audomaropoli. & breui interiecto temporis spatio Tornaci eâdem Flandros ab his Præsulibus sententia percelli iubent Nauarræ Rex, Marchiæ Comes, & Marignius, quorum hi Tornaci, ille Orchiaci, consederant. Perterruit non mediocriter Flandros tum multiplex Regis exercitus, tum ea Præsulum execratio. Visúmque est operæ pretium Roberto de inducijs agere. Igitur quarto die postquam Flandros sacris Antistites arcuere, Ioan-

[Margin notes: Robertus Comes Flandriæ ob ereptam sibi Gallo-flandriam ad Regem ire recusat: *Vet. & MS. Fland. Chron. Fland. Chron. ab Sauuag. edit. cap. 51. Iacob. Meier. l. 11.* neque Atrebati leges pacis sibi ab legatis impositas recipit. *Auctores iam citati.* Vrbium Flandricarũ Procuratores frustrà Parisios eunt. *Auctores iam citati.* Ab Rege Flãdria confiscatur. *Auctores iam citati.* Nouum hinc oritur bellũ, cuius causa Francus copias in Flandriam mittit. *Hac de re tractãt Chron. MS. Fland. Ægid. le Muisis in Chron. Fland. Chron. à Sauuag. edit. c. 53. Meier. l. 11. Oudegh. c. 144. Papir. Mass. l. 3. Robert. Gag. l. 7. Paul. Æmyl. 8. Nicol. Gilium, Ioan. Tillet. Belleforest. quamquam hi non parum in multis discrepant.* Flandriæ Comes Robertus Insulam cingit obsidio. Cum eo Teutonici Flandri excommunicantur. Robertus cũ Francis anni votus inducias per fratrem paciscitur:]

B

C

D

nes Namurci Comes accepta fide publica Pratensem Virginum parthenonem pro- A
ximè Tornacum adijt. ibi cum Marignio de inducijs occultè sermonem habuit, an-
nuámque pactus est armorum quietem. vbi Tornacum rediјt Marignius, Carolum
Comitem inde ad Regem Nauarræ Orchiam deduxit, & qua pollebat secundùm
Franciæ Regem summa potestate, vtrumque ad firmandas inducias quamuis reni-
tentem perpulit. Ita Robertus Comes obsidium Insulæ soluit, regiíque iuuenes non
sine magno dolore, & in Marignium odio copias in Franciam reduxere. Nec multò AN. 1314.
pòst interijt miserabili casu, vt quidam volunt, Rex Francorum inter venandum ab
equo apri dente vulnerato effusus raptatúsque; vt alijs placet, ingenti oppressus tri-
stitia, vel propter imposita regno grauia nuper vectigalia, vel ob deprehensam Lu-
douici filij, Caroli fratris, Roberti Atrebatis, & aliorum è Francica Nobilitate com-
plurium confœderationem, quos imposita Gallijs onera in ipsum vehementer aspe-
rauerant. Ludouicus cognomento Hutinus in regnum & Flandrorum odium suc-
cessit. In annum sequentem dilata huius vnctio, quòd legatos in Hungariam missos,
vt Regis sororem Clementiam in matrimonium sibi deposcerent, exspectaret. In B
Augustum mensem incidit ea celebritas, seu tertius dies fuerit delectus, seu post
octauam Assumptę Virginis Dominicus. Huius Regis initia Enguerranni Marignij,
cuius anteà mentionem fecimus, præcipitato iudicio, & infami suspendio, quod re-
petundarum arcesseretur, nobilitata sunt. Ad arma subinde studium hic Princeps
conuertit, vt qui natura motibus & inquietudine oblectaretur, vnde vel ab infantia
Hutini cognomentum Gallica origine accepit. Et mox Flandro Comiti graue bel-
lum indixit. Colligendis copijs fratres eius, patruíque præfecti sunt. Ad decem AN. 1315.
millia equitum Parisios conuenere: peditum nullus certus initur numerus. Contrà,
Robertus Comes Flandriæ Cortracum suos sub signis maturè progredi iussit. De
numero copiarum eius nihil certi habeo. His tamen Insulam aggredi, & obsidio
vallare Comes instituit, priusquam Franci aduenirent. Verùm vbi certis nuntijs sum-
ma Regem in Flandros ira flagrantem, totique Flandriæ exitium minitantem maxi-
mis viribus ingruere cognouit: dein Hannonium (qui Regis gratia cum Flandris C
initum anteà fœdus iam violauerat) terra maríque Flandriam inuadere: saniori con-
silio ab Insula trans Lisam in tutum castra deduxit. Iam præceps erat mensis Augu-
stus, cùm in Belgium Hutinus descendit: ac non nisi secundo Septembris Insulam
cum suis ingressus est. Eo de loco discedens per Bonduam Cortracum copias duxit.
Ibi Guilelmus Hannoniæ Comes socias præbuit vires ad eius vrbis obsidionem.
Verùm quamuis vterque summis conatibus expugnare contenderent, nihil tamen
profecere: tandémque Regi necessitas iniecta est Bonduam repetendi. Vbi castra lo-
cis opportunis collocauit, plusculum illic temporis in tuto transijt eo consilio, vt
ipsa cunctatione Flandrorum animos frangeret: horúmque solutis agminibus, Lisæ
flumen suos transmitteret. Sed illic morantem mala duo circumueniunt, & tan-
tum non opprimunt. Primò cælum continuis densísque imbribus fluxit. Exinde so-
lum, vbi tentoria fixerat, & circumduxerat munitiones, satis depressum, & natura sua
pingue lentúmque, postquam multum aquæ combibit, maligno castra viásque luto
vehementer impedijt. Quocumque equi procederent, ad genua vsque salebris D
mergebantur. Igitur commeatus difficulter importati: cùm plaustro vini in castra
pertrahendo vix pares essent equi viceni. Iámque sub pellibus ægrè miles contine-
batur; partim rebus ad vitam necessarijs modicè suppeditantibus; partim aquarum
vi omnia corrumpente. Huic imbrium incommodo quotidianum ab Flandris ac-
cessit discrimen. Ij námque leuibus semper hostem prælijs lacessebant: eóque tutiùs
rem gerebant, quòd neque pugnam in equis capesserent, neque campis apertis; sed
impedita sepibus & arboribus regione aduersarios ex occulto impeterent. Cœptæ-
que iam erant circumduci copiæ Flandrorum insidendis obstruendísque vijs omni-
bus, ne quà inferendis commeatibus, & captandæ fugæ locus pateret. Id animad-
uertens Hutinus etsi vehementer arderet desiderio vlteriùs in Flandriam penetran-
di, ne tamen in apertum suos periculum propter hostis odium proiecisse impruden-
tiùs diceretur, occultæ subitæque fugæ consilium arripuit. Igitur vndecimo Septem-
bris

& ab Insula recedit.

Philippus Pulcher Rex Franciæ moritur: & in regnum eius succedit filius LVDOVICVS HVTINVS.

Fland. Chron. à Sauuag. edit. c. 54. Chron. Fland. MS. Ioan. Hocsem. Vignier. Chronic. ab hoc etat. M. ssou. l. 3. Iac. Meier. l. 11. Belleforest. alij.

Nouum ab hoc bellum Flandris indicitur.

Hæc de bello agunt Æg. id le Muisis in Chron. lib. vet. MS. Chron. Fland. edit. ab Sauuag. cap. 56. Chron. Fland. MS. Gaguin. lib. 7. Nicol. Gillius. Meier l. 11. Masson lib. 3. Oudegh. c. 144. Belleforest. l. 4. c. 53.

Comes Robertus Insulã obsidet.

Copias inde ad Lisam retrahit.

Hutinus frustrà Cortracũ obsidione circumuenit.

Deinde ad Bonduam incommodi multum patitur.

Vide Gallo-fl. l. 2. c. 12.

Ideò cum suis occultè arripit fugam.

A bris sub vesperum suis indixit, è castris noctu abeundum quàm celerrimè, & summo
silentio Insulam versus, quà solùm iter patebat. Verùm hic dum alij impedimenta
colligunt conuasántque, partem alij rerum suarum incendio corrumpunt, alij
viam ineundo cum tenebris & luto difficili luctantur: facilè Flandri percipiunt,
totis hostilibus castris adornari fugam. Ergo raptis festinanter armis per nota
itinerum compendia feruntur, vt partim à fronte in faucibus viarum, & difficil-
limis transitu locis excipiant: partim à tergo & lateribus inuadant. Tam subita
multiplexque incursio damni multum Gallis attulit: eóque tam graui discrimine
perculsis potior vitæ, quàm impedimentorum, ratio fuit. Itaque fugientium ple-
rique ferro cæsi: supellectilium generis omnis copia in castris maxima, vijsque
relicta est: equi, currus, tentoria, machinæ, arma, auri argentique facti vel infecti
multa vis in prædam cessere. Cùm Insulam primò Hutinus se recepisset ijs è ca-
stris, mox inde digressus cum multis suorum adhuc fugienti similis Tornacum
abijt. Eo de loco dum rediret in Franciam, Duacum iter instituit. Hic ab ciuibus
B perhumaniter & plurima pompa exceptus est, quòd primùm eam vrbem ingrede-
retur. Quia tamen is more solito fidem oppidanis minimè obligauit iureiurando
consuetudines ac immunitates & leges conseruandi, murmurationum causam
præbuit. Igitur cùm Parisios venisset, vti magistratus plebémque huius oppidi
sibi conciliaret, id non se contemptu, vel odio gentis fecisse, verùm, ne regiam im-
minueret maiestatem, publico diplomate testatus est: omniaque tum iura, liberta-
tes, priuilegia, consuetudines eidem oppido ab Regibus & Comitibus concessa, fir-
mataque, litteris alijs roborauit Octobri mense. Venit subinde Tornacum iussu re-
gio paucis diebus ante S. Martini celebritatem Gaucherus Franciæ Comes Stabula-
rius. Ibi cognitis Flandrorum, qui vicum Espierium insidebant, grauissimis incur-
sionibus, eos adoriri statuit. Ad eam expeditionem euocati sunt arcis Dossemeræ,
& Insulensis oppidi milites præsidiarij. Ad primam horum impressionem qui transi-
tum occupauerant, retrocedere coacti fuerunt, & vbi sese tutarentur, in templum
C agmen recipere. Erat satis idoneum id defensioni, & damnis in hostes inferendis
ædificium. ideóque pars è fenestris, pars è turri iaculis oppugnantes vulnerabant.
Verùm Gaucherus eo denique loco post acres aliquot insultus, portis effractis, po-
titus est. In ipsa perruptione plerique hausti ferro: iniecta ceteris vincula. horum
pars aliqua Tornacum, alij Insulam abducti. Gossuino à Belloioco Waterloensi ca-
AN. 1316. ptiuos inter primario ceruix abscissa Tornaci. Varia sub hæc mala Flandriam inces-
serunt. Quòd anno præterito creberrimi & maximi imbres sata omnia corrupissent,
sæuissima passim fames grassata est. Inde morbi varij grauésque exorti: ac tandem
aëre putrefacto nocentissima corporibus pestilitas afflata. Vt alibi, sic Tornaci, & in
Gallo-flandria innumeri homines eo malo absumpti. Et mortuo Rege Hutino, in-
ter Robertum Flandriæ Comitem & Flandros conuulsa pænè est concordia. Hi pa-
cem optabant, diuturnis grauibúsque fessi malis damnísque bellorum. De pace nul-
lum Comes sermonem admittebat, nisi Gallo-flandriam eius legibus reciperet.
quóue huius ademptio ipsius imprudentiæ turpiùs opprobrabatur, plus iratum, &
D maius pacis odium ciebat. Missi tamen in Franciam vrbium Flandricarum Procura-
tores, qui pacem bonis conditionibus ab Philippo Longo Interrege peterent. Sed
nihil æquum per hos impetratum est. Inter alias pacis leges quà Flandris, quà Co-
miti parum placituras, in Regis potestate Gallo-flandria retinebatur. Exinde bel-
lum rursus enatum. Et missi Audomaropolim Francorum ductores cum copijs, vt
Flandros inde excursionibus infestarent. Peperit interim Clementia Hutini Regis
vidua. Quia tamen puer eo partu effusus nouem modò dies vixit, Philippus Lon-
gus Hutini frater in Regem consecratus est. Breues inde Flandris induciæ concessæ,
vt coram Pontifice Maximo Regis eorúmque controuersia excuteretur. Iuerunt
Auenionem Robertus Casletensis, vrbiúmque Flandriæ legati. Illic parum his cum
Gallis conuenit. Volebant Galli Flandros omnia Pontificis iudicio permittere: con-
AN. 1317. trà, Flandri solùm ab eo consilium expetebant. Igitur cùm frustrà is de pace Gallos
inter Flandrósque Conuentus haberetur: Robertus Comes Casletanam arcem &

Multi tunc Francorum ab Flandria occisi:

multaque his illorum impedimenta cessere.

Duaci Rex excipitur, indeque parum gratus discedit.
Regist. Duac.
Apud eos tamen posteà se litteris excusat, eorumque priuilegia confirmat.

Flandri in pago Espieriensi, vel Spirensi à Francis cæduntur.
Ægid. le Muysis in Chron. MS. Fland. vet. & MS. Chron.

Pestis sæuit, & famès.
Ægid. le Muysis in Chron. MS. Barland. Meier. Belleforest.

Hutinus moritur.

Comes Robertus & Flandri dissident.
Iac. Meier. l. 11.

Ab Interrege frustrà hi pacem petunt.
Chron. Fland. à Sauuag. edit. cap. 58. Iacob. Meier. l. 11.

PHILIPPVS LONGVS fit Rex Franciæ.
Iac. Meier. l. 11. Chron. Fland. MS.

Per inducias incassum pax cum eo tentatur.
Iac. Meier. l. 11.

Comes Fland. arces Caslet. & Cortrac. expugnat.
Iac. Meier. l. 11.

Cortracensem obsidio & fame recepit. Sed mox inter Regem eúmque conuenit, A
vt traductis Insulam machinis, & omni apparatu militari, Cortracense castrum dirueretur: & tunc induciæ sunt ad Pentecosten vsque prorogatæ. His finitis, Flandriæ sacris interdictum iri pronuntiatur, si quid Comes attentet. Bellúmque mox ab Franco recruduit. Vix tamen aliquid actum hostiliter est; obque varias Principum Galliæ nuptias in alterum annum induciæ protrahuntur. Ac tum venit Insulam AN. 1318.
Ludouicus Comes Ebredunensis, vt Regis nomine Senatui populóque iureiurando fidem adstrueret, ab his contrà sacramentum Regi diceretur. Ardebat interim Robertus Comes Regis odio, magnamque animo cupidinem alebat Insulam Francis eripiendi, quamuis Tornacum Ioseramnus Summi Pontificis Legatus componendæ pacis gratia venisset: eóque vis iracũdiæ perpulit, vt missos ab Ioseramno Minoritas, vel Dominicanos, qui Flandros ad colloquium euocarent, in custodiam compegerit pacis contemptu. Et collecto raptim exercitu ad Insulæ obsidium cuncta comparat. Sed postquã ad Lisam copias deduxit, rursus Tornacum Cardinalis Ioseramnus ab Rege legatus aduentat: ibique Regis imperio compulsus, diris exsecrationibus Comitem Flandrósque sacris arcet, ob violatas nuper apparatu bellico inducias. Terruit plurimùm Flandros id fulmen Cardinalis: statimque Comitem sequi abnuêre. B
Frendebat contrà Robertus, minísque ad officium eos cogebat. Sed plus valuit metus dirarum, pacísque studium. Ac retortis in Comitem belli caussis, qui per imprudentiam eripi sibi Gallo-flandricas vrbes siuerat, diffluxere domum Gandenses. Haud multò pòst tamen cùm hi adhuc secederent, eò Robertum Ioseramnus adduxit, vt productis inducijs ad Regem Parisios iturum se promitteret ineundæ pacis gratia. Interim lue multi boum sublati. Et mortalitatem posuit Bernardus, quem suprà diximus datum Atrebatensibus Episcopum. Ad sedem eius Ecclesiæ prouectum post dies paucos video Petrum Campensem. Verùm breuissimo is tempore præfuit, adscriptúsque purpuratis Patribus ad Pontificem Maximum hinc discessit.
Ergo Ioanni Maudeuillio Atrebatium Diœcesis cõmissa. Cùm inijsset annus Christi supra millesimum & trecentesimum vigesimus, Maio mense Parisios se contulit AN. 1319. C
Comes Flandriæ Pontificis Maximi iussis ac minis impellentibus. Ibi pax tandem, AN. 1320.
quamuis parum arridentibus Comiti legibus, condita, pactis inter Ludouicum Roberti nepotem ac Margaretam Regis filiam nuptijs, & relicta in potestate Franci Gallo-flandria. Igitur pacatis in vtraque Flandria rebus, ad pietatis studia populus animos conuertit: ac frequentes Tornacum iuere Virginis Matris sacra lipsana veneratum. Id animaduertentes ædis maximæ Decanus & Canonici, consilium iniere capsam ea complexam per vtriusque Flandriæ fines circumferendi, & quà Tornacensis Diœceseos limites proferuntur, incendendis aliùs ad eius sanctissimæ Dei parentis cultum animis. Et adeò vilis hoc anno fuit annona, vt tritici medimnus quinque tantùm semissibus Duaci venierit. Mortuo posteà Philippo Longo, Carolus frater eius cognomento Pulcher Franciç regnum adijt, vnàque Gallo-flandriç ditionem Ianuario mense. Et paullò pòst eius nomine Duacum & Insulam venit AN. 1321.
Petrus Gaillardus arcubalistariorum Franciæ Magister. Hoc intra muros vrbis insigni pompa recepto, vtrique ciues Regi fidem promisere iurando, ac vicissim ab eo D
in consuetudines & priuilegia iuratum Regis nomine est. Anno sequenti hominem AN. 1322.
exuit Robertus Flandriæ Comes. In eius locum successit Ludouicus nepos, ac Ludouici, quem mors antè Parisijs sustulerat, filius; cui nunc cognomentum Cressio, vel Crecio, à cædis loco; nunc Niuernensi à Niuernio patris titulo. Vix tamen ipse Flandriæ Nobiles vrbésque in fidem recepit, cùm Parisios euocatus in custodiam Gallorum artibus truditur. Nec inde priùs abscessit, quàm se promissis adstrinxit Gallo flandricas vrbes nunquam reposcendi. Ac tunc ob rem frumentariam Duaci grauiter est tumultuatum. Factionis principes duæ exstiterunt fœminæ: in quas ita pronuntiata sententia, vt linguis abscissis perpetuum exilio vnà cum alijs plurimis multarentur. Et imminebat ab Hannonia nouus belli turbo, fracta rursus Comitum concordia. Itum tamen breui obuiàm malo, nouis ad conciliandos animos excogitatis rationibus & pacis capitibus. At Brugis exorta contentio longissimæ & AN. 1323.

grauis-

Induciæ protrahuntur. *Iac. Meier. l. 11.*
Franci posteà bellum renouant. *Lib. Rossin. Robert. Gag. l. 8. Iac. Meier. l. 11. Nicol. Gill. Commentar. MS. Tornac.*
Rursus Insulæ obsidionẽ meditatur Comes. *Iac. Meier. lib. 11. Gaguin. l. 7.*
Verùm propter excommunicationẽ eum deserunt Flandri. *Iac. Meier. lib. 11. Gaguin. l. 7.*
Induciæ cum Francis protrahuntur. *Nicol. Gill. Gaguin lib. 7. Meier. lib. 11.*
Obit Bernardus Atrebat. Episcop. *Tab. Atrebat. Eccles.*
Sufficitur ei PETRVS CAMPENSIS.
Et mox huic IOANNES MAVDEVILLIVS.
Flandri cum Francis pacẽ obtinent. *Chron. Fland. cap. 60. Nicol. Gill. Gag. lib. 7. Iac. Meier. lib. 11. Oudegh. c. 146.*
Capsa B. Virginis Tornac. circumfertur per Diœces. Tornac. *Ægid. le Muisis in Chron. MS.*
Annonæ vilitas. *Lib. MS. Duac.*
Rex Philippus Longus moritur. Regnum adit CAROLVS PVLCHER. *Lib. Rossin.*
Robertus Fland. Comes decedit.
Nepos eius LVDOVICVS fit Comes. *Iac. Meier. lib. 11. Æmyl. l. 8.*
Tumultus Duaci ob frumentum. *Lib. MS. Duac. Iac. Meier. l. 11. Oudegh. c. 149.*

A grauissimæ seditionis initia struxit. A Ioanne Namurcęo Ludouici Flandriæ Comitis propatruo fluxit occasio. Is enim dum Sclusam ad mare possideret, emporium eam facere nitebatur, indéque Brugenses aduectas aliunde merces petere volebat. Obstitere vehementiùs eius conatibus Brugenses. Et cùm eorum querelis Comes aduersus Ioannem moueretur, armati Sclusam obsedere, eáque per vim potiti, in custodiam abduxere Namurcęum. Verùm is è custodia dilapsus, & Franciæ Regem, & Flandriæ Comitem in Brugenses accendit. Igitur paullò pòst & maioribus odijs, & grauioribus armis sæuitum est. Interim Atrebati Patres Dominicani Conuentum AN. 1324. Generalem habuere. Ac tunc eiusdem Ordinis Virgines aliquot eodem Insula deuocatæ sunt, vt alijs iunctæ nouum Parthenonem inirent, qui Mathildis Comitissæ AN. 1325. opibus & labore nuper surrexerat Thieuloyæ cognomento. Vbi processit annus Domini supra millesimum & trecentesimum quintus & vigesimus, Brugenses atrocioribus gliscunt discordijs. Vrbat enim duplex eos Comitis Flandriæ factum, quo primùm aliquot Franconates vita exuerat, deinde missos ab se Cortracum ciues in B vinculis attinebat. Et missa mox ab ijs Cortracum quinque armatorum millia, vt eos, quos pacis gratia legatos asseuerabant, ab volente Comite reciperent, aut eo nolente per vim Cortraco extraherent. Exacerbatus horum arrogantia Comes, qui cum quadringentis Nobilibus eo in oppido morabatur, captiuos retinuit, & armis se tueri constituit. Eius mandato incensa extemplò suburbia, ne Brugenses illic tegerentur. Sed incendij vis magna perflante Borea muros vltra in oppidum proiecta est; & quòd sicca æstatis calore essent omnia, plurimam peruasit domorum multitudinem. Et iam afflabantur his flammis tam Comitis, quàm Nobilium hospitia. Igitur Ludouicus, ne quid grauius posteà pateretur, portis erumpere, Insulámque profugere contendit. Verùm ciues domos suas ardere, & supellectilem corrumpi eius vitio animaduertentes, ingenti manu pars ad portam procurrunt, pars in Comitem & Nobiles consurgunt. Iniecta itaque est Comiti, eiúsque viris necessitas pugnandi. Sed quamuis eum acerrimè Nobilitas defenderet, obruti sunt tamen omC nes ciuium multitudine; cùm vel ipsæ mulieres, instigantibus odijs iráque, rerum suarum incendio pereuntium oblitæ, armatis etiam manibus irruerent. Vt cladis acerbitas cognoscatur, inter alios cęsi quatuor & viginti nobiles viri Equestri balteo fulgentes. quosdam eiusdem ordinis hausit incendium. Comes Ludouicus, sexque alij primariæ Nobilitatis in custodiam traditi: hique postridie in oculis Comitis ferro crudeliter necati. Cum paucis solus euasit Ioannes Namurcæus Insulensi porta. Admissi in vrbem Brugẽses impositum equo Ludouicum Brugas duxere. Illic dum arctissimè custoditur, Franciæ Rex Carolus bis legatos Brugas misit Comitem repetitum, pacémque compositum. sed frustrà fuerunt eæ legationes, obstinatis vehementer Brugensium animis. Bis interim pugnatum eamdem ob causam. Primò Gandenses à Brugensibus cæsi sunt. Versa vice posteà Brugenses cladem sensere. Ac tunc plùs calamitas valuit, quàm priùs Regis postulatio. Cùm enim Brugenses Ludouico supplices accidissent, è custodia misere promissis adstrictum ex animo iniuriam deterendi, nullámque capiendi factorum vindictam. Abijt ille primò GanD dauum, dein ad Regem in Franciam. Quòd bellum metueret Francus, imposita Tornaco, Insulæ, Duaco, alijsque locis sunt ab eo præsidia, quorum metu Flandri AN. 1326. frangerentur. Neque multò pòst Arkis in Artesia inter Comitem Flandrósque, laborante Franco, pax coaluit. Anno tamen subsecuto pacis eius capita quædam violata, nonnullis, quos turbæ ad magnos euexerant magistratus, ijs exui abnuentibus. Et tunc temporis mortem oppetijt Thomas Insulensis Fresnoyæ dominus, & Insulensis Castellani filius, magno vir animo & militari prudentia. Et per eos dies cùm Romanus Pontifex è Tornacensi sede ad Cameracensem euexisset Guidonem Episcopum, Tornacensibus infulis donatus est Elias Ventadurij Vicecomitis filius. Verùm hic intra breue tempus eo se magistratu abdicauit sponte. Igitur fratrem eius Guilelmum, qui vitam Cluniaci monasticam profitebatur, Franciæ Rex Carolus ea dignitate ornari curauit. Eum ab orandi frequentia celebratisque templis laudatum reperio, quamuis aduersa semper vteretur valetudine: solitúmque temporis

Brugenses cũ Namurcæo contendunt. *Chron. Fland. MS. Iac. Meier. l. 12. Oudegh. c. 149.*

Ex Abbatiola Virgines migrant Thieuloyam. *Ferreol. Locr. in Chron. Belg.*

Brugenses aduersus Fland. Comit. consurgunt: *Iac Meier. l. 12. Oudegh c. 150. Iac. Marchant. Nicol. Gillius, Chron. Fland. c. 61. Aemyl. l. 8. Sed ab his alter ea res, quàm ab Meiero & Oudegherstio, & Marchantio narratur. hæc enim no Cortraco, sed Tornaco attribuũt, ac causam tumultus & incedij ad nummorũ collectionẽ referunt. Eos tu vide, sicut & Consinium, qui eos sequitur l. 4. c. 23.*

Eumque fermè opprimũt Cortraci. *Auctores sam citati.*

Et in vinculis abducunt. *Auctores sam citati. Nic. Gill. Chron. Fland cap. 66. Chron. Fland MS. Iac. Meier. l. 12. Oudegh. c. 151.*

Inde bellum inter Gandenses & Brug. *Nicol. Gillius. Iac. Meier. l. 12. Petr. Oudegh. c. 151.*

Dimissus posteà Brugis Comes: *Chron. Fland. c. 66. Iac. Meier. l. 12. Nicol. Gill.*

& inter eum ac Fland. pax facta. *Ijdem auctores.*

Thomas Insulensis moritur. *Epitaph.*

ELIAS Ventadurius fit Episcop. Tornacens. dein GVILELMVS frater eius. *Tabb. Tornac. Eccles. Augd. le Muisis in Chron. MS.*

multum Wazennis Insulam iuxta traducere. Anno proximè secuto eamdem Epi- A
scoporum vicissitudinem sensit Atrebatensis Ecclesia. Quippe Ioanne Maudeuillio, AN. 1327.
qui priùs eam fuerat moderatus, Ecclesiæ Carnotensi præfecto, Theodoricus He-
rissonus patria Bourbonius, dignitate Ariensis Præpositus, diuitijs ac beneficijs Ec-
clesiasticis admodum pollens, Mathildis Artesiæ Comitis, cui à consilijs erat, artibus
Episcopali throno imponitur. In Francia ereptus est viuis Carolus Pulcher. Qui ve-
lint ad natalitia Christi festa morbo vitam perdidisse, aliquos reperio. Adusque fe-
stum Purificatæ Virginis vitam produxisse quidam asserunt: vt mors eius anno 1328.
tribuenda sit. Philippus patruelis eius, & Caroli Valesij filius regni gubernacula tan-
tisper moderanda suscepit, dum vidua regia prolem, quam vtero gerebat, partu in
auras ederet. eiúsque tunc nomine Bernardus de Choisnel Gallo-flandriæ guberna-
tor Insulæ ac Duaci fidem ciuibus obligauit, ab ijsque iuramentum exegit. Vbi fi-
liam Regina fuit enixa, in Regem ipse deligitur. Exasperati tunc rursus animi Flan-
drorum fuere, quibus chariores erant tumultus, quàm Comitis amicitia: ijque sta-
tim ab alijs seditione abiuncti. Imploranti aduersus eos auxilium Comiti Ludouico B
Philippus Rex annuit. Sed priùs bellum noluit capessere, quàm inunctus diademate
ornaretur. Misit tamen intereà loci Tornacum Syluanectensem Episcopum, vt, ex-
ceptis Gandensibus & Aldenardensibus, Flandros omnes Teutonicos sacris prohi-
beret anathematis telum intorquendo Eam ob rem sex, vt minimùm, menses ge-
muit Flandria expers sacrificiorum. Et quòd multi mercatores aliunde merces im-
portarent, aut hinc aliò negotiatores multi migrassent, in magna iacuit calamitate
& solitudine. Ac mox ab Francia grauissimum exarsit bellum. Quippe cùm videret AN. 1328.
ab suis Comitem Flandriæ contemni, venit in partem armorum bellique Rex Fran-
ciæ. Decem ipse acies iuxta Casletum pugnaturus instruxit. Ac ne quid interim Gal-
lo-flandria incommodi pateretur; contrà, plurimum ipse damni ex ea Flandris ho-
stibus inferret: Tornaco & Insulæ præsidiarium militem multum imposuit: Comi-
tem Ludouicum, & Ioannem Namurcæum Insulam misit cum mandatis, vt crebris
vicinos Scaldi & Lisæ locos excursionibus haberent infestos; illac in Gallo-flan- C
driam nullum iter hosti securum permitterent. Trepidatum tamen hîc grauiter.
Cùm enim Flandri tres in partes copias diuisissent; soli Furnenses cum Casletanis,
Neoportuensibus, & Poperinganis duce Colino Zanneca in Regem arma vertêre;
in agrum Tornacensem Brugenses & Franconates duxit Sigerus Iansonius; aduer-
sus Insulam Cortracenses & Iprenses ruêre; ne quid vltrà damni ab excurrentibus
earum vrbium præsidijs paterentur. Et tam exiguus ille numerus Flandrorum, qui
Regem fronte aduersa petebant, tantum terroris & pudoris initio Gallis intulit, vt
firmissimas & numerosissimas horum copias in fugam primo incursu compulerit,
propiúsque à periculo mortis Rex absuerit. Sed repentè Roberti Flandrensis virtu-
te adeò res mutatæ sunt: vt collectis ex fuga equitibus Francis, & milite Hannonio
impressionem faciente, totus ille globus Flandrorum fusus fugatúsque fuerit: ad de-
cem illic millia cæsis hostibus, receptísque Ipris, & alijs vrbibus, in Flandriam Co-
mes restitueretur. Ita securis Gallo-flandricis vrbibus, & conciliatis Comiti Flan-
dris, Insulam Rex venit, ac non diu pòst in Franciam abijt. Vitam interim cum mor- D
te mutauit Theodoricus Atrebatium Pontifex, cuius voluntate & opibus Gosnayę
structum dotatúmque Carthusianorum est monasterium. Successorem habuit Pe-
trum Rogerium apud Lemouices natum, & in Normannia Fiscenensem Abbatiam
moderantem: cui præter maximam diuinæ scientiæ cognitionem, præclaram ad
impellendos inter concionandum animos eloquentiam Deus concesserat. Sed non AN. 1332.
ampliùs triennio eius præsentia lætati sunt Atrebates. Ab his enim translatus Seno-
nas, dein Rothomagum, tandem inter Cardinales consedit, ac denique Summus
Pontifex orbem rexit vniuersum Clementis Sexti nomine. Datus huic successor
Andreas Ghinius Malpiglia Florentiæ natus, qui magna pollebat vtriusque Iuris
scientia. Vix hic sedem Atrebatensem inuenerat, cùm Tornaci, quæ tunc maximis
vrbs opibus abundabat, vnus ac triginta ciues ludos equestres insigni magnificentia,
& plusquam priuatis sumptibus apparauere. Ibi se Reges confictis nominibus nun-

cupabant,

THEODOR. Herissonus creatur Pontif. Atreb. *Tabb. Atreb. Eccles.*
Carolus Pulcher viuis eripitur. *Ioan Hocsem. Ægid. Bucher. Bellefor. l. 4.*
PHILIPPVS eius loco regit, ac deinde regnat. *Lib. Rosin.*
Flandri bellũ in Comitem mouent. *Iac. Meier lib. 12. Petr. Oudegh. c. 153.*
Idque propter anathemate feriuntur. *Iac Meier. l 12. Petr. Oudegh. cap. 153.*
Et ab Rege Franciæ bello petuntur. *Hoc bellum scribunt Nicol Gill Geguin. lib 8. Æmyl. lib 8. Chron. Fland. cap 67. Chron. Flandr. M S. Masson. lib. 4. Meier. lib. 12. Oudegh. c 155. Froissart. to. 1. c. 21. Bellefor. l 5. c. 8 Marchant.*
Comes Ludouicus & Namurcæus Insulæ constituti Flãdris vexandis.
In agrũ Tornacensem & Insul. Flandri excurrunt.
Ab ijsdẽ aduersus Francũ ad Casletũ vario euentu pugnatur.
Comes in Flandriam restituitur. *Auctores antè citati.*
Rex Insulam venit.
Theodoricus Atreb. Episc. obit, & in eius locum surrogatur PET. ROGERIVS. *Tabb. Atreb. Eccles.*
Petro succedit ANDREAS. *Tabb Atrebate*
Ludi equestres ab ciuibus Torna-

A cupabant, totóque anno antequam in arenam cum euocatis è multis vrbibus Franciæ, Belgijque Equitibus descenderent, regia ferè pompa luxúque vitam ducebant; [censibus exhibiti.] singulis diebus Dominicis per ordinem epulum præbendo, lautissimè simul conuiuabantur, suisque aduenas nobiliores mensis adhibebant; [Comment. MS. Tornac. Mon. MS. Insul.] dum epulis vinóque sese distenderent, varijs acroamatibus liticinum, citharœdorum, & cornicinum mulcebantur; post mensas equestribus corpora decursionibus exercebant. Vbi tempus aduenit publici festique certaminis, è quatuordecim vrbibus Equites subiere perquàm magnificè signis militaribus, omnis generis armis, & stratis panno serico equis instructi. Nulla vrbium plures misit, quàm Insula. Octodecim Equites inde prodiere [Ad hos ludos qui Insulẽses ierint.] admodum superbo cuncti apparatu spectabiles, & quatuordecim vibrantes vexilla. [Comment. MS. Insul.] In his Walterum Hangouartium, Ioannem Quienlenc, Lothardum Cauart, Ioannem Fourlignie, Iacobum l'Eskenin, Ioannem & Petrum Vrete, Hellinum de Pontrewart, Henricum de le Vacquerie, Ioannem Maillart, Ioannem Ioye, Balduinum le Niez, Ioannem de Courtray, Guilelmum de Bauffremez, Iocobum de l'Anglee,

B Ægidium de Villers, nobili omnes loco natos, fuisse comperio. Vbi lanceis aduersis in Reges aduenę decurrerent, ingens fori area delecta est, eáque extractis pauimenti silicibus, arena conspersa, & lignis circumsepta. Tornacensibus accipiter, externis equus in præmium victoriæ propositi. Magnis vtrimque animis concursum. Ioanni de Sottenghien cessit accipiter. Equitum S. Quintini vnus equo donatus. Insulenses aliquot eo in aduersarios impetu sunt delati, vt ex equis eos deturbauerint, vnaque corruerint humi.

AN. 1332. Altero pòst anno visus est Deus Tornacensium superbiam & profusas ludorum impensas insigni damno iactúráque eorum retundere. [Commentar. MSS. Tornac.] Postquam enim Præpositos ac Senatores multa perperam edictis scitísque statuisse comperit Francorum Rex, Senatum omnem vrbi ademit, suísque ciues iuribus nudauit. [Guilel. Vẽtad. Tornac. Episcop. moritur.]

AN. 1333. Exacto deinde anni vnius spatio è viuis abijt Guilelmus Ventadurius Neruiorum Episcopus. [Tabb. Tornac. Eccl. Comment. MSS. Tornac.] Factúmque est apud Regem Franciæ instantissimis multorum precibus, vt sua Tornacensibus iura restitueret, ijsque potestatem concederet certis Senatum legibus eligendi. [THEOBALDVS datur Tornacens. Pontif.]

C Ab eiusdem vrbis Canonicis in locum Ventadurij subrogatus est Ioannes Pottaillius. Verùm eius electio minimè Pontifici Maximo Regíque Francorum placuit. [Tabb. Tornac.] Qui capesseret huius Ecclesiæ gubernationem, ab eodem Romano Pontifice nuncupatus est Theobaldus Sausoirius. [Dein ANDREAS FLORENTINVS.] Sed hic priùs mortem oppetijt, quàm Tornacum attingeret. [Tabb. Tornac. & Atrebat.] Igitur breui pòst Andreas Florentinus, quem Episcopum Atrebates habebant, de sententia Cardinalium ab Summo Pontifice datus est Neruijs Antistes, eiúsque locum obtinuit Atrebati Ioannes Galuanus. [Atrebatensib. IOANNES GALVANVS. Tabb. Atreb.]

AN. 1334. Annis sequentibus Anglicano bello varia præluserunt. Mense Nouembri eo die, qui sacer est Diuo Clementi, vehementissimè venti omnem Flandriam, aliásque Belgij regiones concussere: [Tempestas. Iac. Meier. l. 12.] fulguribus ac tonitruis grauissimum vnà terrorem afferentibus. Et maxima per eluuionem Oceani Flandris, Zelandis, Hollandis & Frisonibus illata calamitas. [Diluuium.]

AN. 1335. Erupit paullò pòst inter Reges Franciæ, Angliæque discordia. [Bellum inter Reges Frãciæ & Angliæ oritur.] Per Isabellam Valesiam Anglus, tracto ab sacris litteris argumento, iure successionis Franciam repetebat. [Hoc bellum habes in Chron. Fland. c. 70. Nicol. Gilles, Chron. Fland. MSS Gaguin. l. 8. Æmyl. lib. 8. Masson lib. 4. Froissart. to. 1. Meier. l. 12. Oudegh. c. 166. Pollefor. l. 5.] Contrà, Salica se lege Francus tuebatur. Quòd igitur nihil legibus sacris impetraret Eduardus, ad bellum respexit, & cum Cæsare Ludouico

D multas in belli societatem traxit prouincias. Quatuor Franco Reges adfuerunt, Boëmus, Siculus, Scotus, Nauarræus. Sollicitati ab vtroque Flandri sunt. Quòd plus videretur posse vel momenti, vel emolumenti Anglus afferre, Gandenses animos ad eum appulerunt, inuito Comite auxilia polliciti. Non multò tamen posteà victi Comitis precibus, cum ceteris Flandris etiam ad Gallum sese verterunt, eíque fidem iurati sunt per legatos apud Romanum Pontificem Auenione. [In hoc bello primũ Flandri Frãcis adhæsere, dein Anglos secuti sunt.] Sed non leui ab Anglis in Cadsantia insula sub initium belli accepto damno, nuntium Gallo remisere, Iacobi Arteueldi factione, Anglíque donis impellentibus. Frustráque conatus est Brugis initia tumultus Comes opprimere. Illic enim cùm signis explicatis in ciues irrueret, eorum ferocia victus & multitudine, primò Maleam, deinde in Franciam ad Regem cum vxore filióque profugere coactus est. [Iac. Meier. l. 12. Oudegh c. 156.]

AN. 1337. Eorum malorum, quæ posteà Flandriam afflixere, ostento fuit ingens Cometes. [Cometes.] Is quatuor mensibus per [Christian. Masse lib. 18.]

aërem

A

AN. 1338.

Gelu.

Lib. ms. Duac.

Orchiaci incendium.

Lib. ms. Duac.

Rex Franciæ pro Insulens. iudicat.

Litt. Reg.

aërem metum incussit. Ac priusquam opprimeretur, alius incanduit, duósque menses integros minabundus crines protulit. Et anni sequentis Aprili tanta vi frigoris glacies induruit, vt onusta sarcinis iumenta tergo pateretur: & mox vineæ, ac gemmantes arbores, herbæque cum satis corruptæ fuerint. Hausta etiam posteà incendio fortuito maxima pars Orchiensis oppidi. Sensere tamen interim non leui se Regis fauore aspersos Insulenses, ceterique Gallo-flandri. Exarserat iamdiu eos inter Flandrósque Teutonicos graue dissidium propter eam pecuniæ vim, qua Philippus Franciæ Rex ob rebelliones Flandriam multauerat. Quippe Flandri Teutonica vtentes lingua Gallo flandros in multæ partem trahebant: contrà, Gallo-flandri sese innocentia, & Regis cultu defendebant, ideóque pecuniam fremebant per iniuriam ab se exigi. Igitur cùm ea controuersia Iudicum sententijs agitaretur, pro Gallo-flandris Rex pronuntiauit, nullísque obnoxios nummis pendendis esse iussit: quòd fidem eorum hactenus fuerit expertus, spémque firmam conceperit in officio perseueraturos. Cúmque idem toto regno decursiones equestres, festósque armorum ludos ab Nobilibus fieri prohibuisset: Insulensibus tamen potestatem flagitantibus, vti more vetusto ludicra equitum certamina consueto apparatu, solemnique pompa præbere liceret prima ieiunij verni Dominica die; non id modò concessit, vt eos ederent ipsi ludos, verùm etiam ad eos celebrandos omnibus externis facultatem per litteras impertijt Insulam adeundi. Atenim Flandri arctiùs in dies Anglis iungebantur: idque magnoperè tam Regi Francorum, quàm Comiti Flandriæ displicebat. Eam ob rem ad hoc multùm incubuere, vt, propositis ob oculos discriminibus varijs, quibus Rempublicam ipsi suam obiectum ibant, hos ab Anglorum amicitia diuellerent: eóque plurima promisere. Verùm tametsi quibusdam promissa viderentur arridere, nihil tamen impetratum est: propiúsque à periculo Dixmudæ Comes absuit. His ergo Franciæ Rex animaduersis exercitum in Gallia & Gallo-flandria collegit. Et mox inito cum Flandris aliísque populis arctissimo fœdere magnas in eum Eduardus Angliæ Rex Cameracum copias duxit. In finibus Franciæ ad Butonis Fossam instructæ ad pugnam ab vtroque Rege acies. Varius tamen Franco fuit timor inictus: ideóque, licet inuitus, prælio abstinendum censuit. Et hinc rapto versus Audomaropolim itinere, Tornaco Godemarum Fayum præfecit, Duaco Insulæque firmissima imposuit præsidia. Ita rettò in Brabantiam, vnde aduenerat, spe victoriæ deiectus cum Anglis Eduardus abijt, ac reliquam exercitus partem ab se domum remisit. Intereà loci non leuiter Insulæ fuit trepidatum. Hærebat Cortraci Iacobus Arteuelda, qui plurimum apud Flandros auctoritatis conciliauerat sibi, corúmque animos quolibet admodum versabat. Igitur is cùm Francos magno persequeretur odio, ijsque tunc adhærentes Gallo flandros auersaretur: Gandenses, aliósque Teutonicæ Flandriæ populos in armis accurrere iussit ocyssimè; rumorémque apud eos sparsit, dum Reges inter se confligerent, Insulam cingere, capereque, sibi esse constitutum. Ingens itaque ad eius mandata hominum armatorum numerus ex omni Flandria conuolauit, intráque Deinsam & Cortracum coaluit. Verùm præter timorem nihil tunc Gallo flandris accidit. Perceptis quippe nuntijs de Franci discessu, redirúque Anglorum Regis, nullo acierum facto conflictu, omnem eam Arteuelda copiam eo de loco iussit ad propria concedere. Postquam verò Eduardum Regem nulla re facta memorabili in Brabantiam secessisse, & Belgis, quos duxerat, potestatem fecisse domum repetendi, cognitum fuit: mirum id prorsus Flandri sensere: ac iam tum eos timor inuasit, ne paullò pòst Reges conciliatis animis, erasísque odijs, pacem inter se componerent, dein sociatis armis in Flandriam omnis belli turbo ingrueret. Eapropter dux eorum Iacobus Arteuelda id consilij suggessit, vt legatos ad Franciæ Regem mitterent: per hos ab eo Gallo-flandricas vrbes repeterent, quas nec ipse parua iniuria retineri ab se forsan arbitraretur: ijs impetratis, ab Angli societate discessuros se promitterent. Sed Franciæ Regi quàm opportuna videbatur Flandrorum amicitia, tam durum erat eo pinguissimo terræ tractu priuari: ac ideò de reddendis vrbibus sermonem abrupit. Qui pacem calidè suaderet, aliásque conditiones obtruderet, Comitem Ludouicum ad Flandros ire iussit ac-

B

Iisdem ludos equest. permittit.

Litt. Reg.

Flandri arctiùs, quàm anteà, Anglis iunguntur fœdere.

Meier. Oudegh. Chron. Fland. alij

Frustraque eos disiungere Rex Franciæ & Comes laborant.

AN. 1339.

Vterque Rex copias in armis ostentat.

Hæc narrantur ab ijs, quos suprà initio huius belli citauimus.

C

Francus tamē præ timore prælio abstinet.

Iacobus Arteuelda Flandros congregat, vt Insulā obsideat.

Lib. vet. & ms.

D

Flandri ab Frāco Gallo-flandriam repetunt, & Anglo renuntiaturos se promittunt:

Hæc præsertim habent Chronica Flandria Iacob. Meier. & Oudegherstius.

A cepta fide publica. Pacis mentio satis placuit: sed Flandri conditiones ab Ludouico Regéque propositas auersabantur. Nisi Gallo flandriæ membrum cetero Flandrici Comitatus corpori restitueretur, pacem intrinon posse, responsum est. adeóque sensim animi Flandrorum incaluere, vt repente iactauerint, nisi has vrbes ab Rege Ludouicus impetraret, firmissimam se cum Anglo amicitiam pacturos denuò. Neque vlli plus damni pudorísue allaturum id fœdus, quàm Comiti; vt quem consilia viréfque suorum ad recuperandam ditionis partem non deficiant, animus destituat. Sed Ludouicus nimio Franci vel amore, vel metu perculsus, infecto pacis negotio, quàm Regem precibus vrgere, in Franciam tacitè abire maluit. Ergo fœdus extemplò cum Eduardo Rege ab Flandris renouatum, quamuis ex aduerso diræ, quas Sacerdotes imprecati nuper ipsis fuerant, metum facerent. Nam facilè Arteuelda religionem animorum oppressit, suggestis Eduardo consilijs Regem se Franciæ & Angliæ palàm inscribendi. Et quoniam fœderis leges Anglum adstringebant ad subigendas Gallo flandriæ vrbes, armisque repetenda Tornacum & Taruannam: Gallis

eaque nō impetrata, pacem cum eo & Comite abnuunt.

Flandri cum Anglo foedus iterum percutiunt ea lege,

Villan. Masson. l. 4. Meier l. 12.

vt Gallo-flādriam recuperet.

B bellum indicitur, tracto in armorum societatem Brabantiæ Duce. His de nouo bel-
AN. 1340. lo acceptis Francus nuntijs, haud leuiter doluit: ciúsque factum est voluntate, vt initio anni sequentis duo Tornacum Cardinales proficiscerentur, ibique rationes omnes dissidia sopiendi, componendíque pacem inirent. Verùm illi quamuis longam in ea vrbe moram traherent, nullúmque omitterent animos conciliandi laborem: nihil tamen ad vltimum effecere. Ergo sub initium quadraginta dierum inediæ Syluanectensis Episcopus, & S. Dionysij Abbas primò Tornacum, deinde Insulam venere, Franci ad rumorem apparatúmque belli grauiter commoti iussibus pàrentes. Vtrobique ab his sacrorum vsu Flandris omnibus interdictum est, qui contra Franciæ Regem Comitémque Ludouicum arma caperent. Et paucis pòst diebus cœptum est acriter bellum. Non videbatur necessarium Francis, vt aliquod præsidium in Helchiniensi castro non procul à Gallo-flandriæ finibus ad Scaldim constructo poneretur. Eam ob rem placuit Godemaro Fayo, præsidio Tornacensi ab

Cardinales Tornacum veniunt impediendi belli gratia.

Lib. vet. & ms.

Flandri excōmunicantur.

Lib. vet. & ms. Froissart. Meier. Gul.

C Rege Francorum præfecto, id in plana deijcere, priusquam Flandri inuaderent. Misśique sunt complures laromi Tornaco, à quibus destruendi labor susciperetur. Verùm ij tantùm muri vnius partem disturbauerant, cùm grauis rumor ipsis afflatur, in armis conspectos plerosque Flandros, qui cursum illuc aduersus eos intenderent. Ergo latomi metu trepidi cœptum opus deseruēre, ceterique Tornacum fugâ delati sunt. Et mox Flandri arcem eam ingressi ruinam instaurant, indeque prædas agere in agris Tornacensium, & Insulensium aggrediuntur. E contrario Godemarus magna fretus militum manu (euocauerat scilicet Insula, Duaco, Mauretania, & aliunde præsidiarios milites) ex occulto Flandriam aggressus, circa Tornacum & Aldenardam repentino cursu omnia corripuit, multósque pagos secundùm Lisam populatus ingentem vim pecoris & prædæ alterius Tornacum per Gallo-flandriam auertit. Iacobum Arteueldam grauiter sauciauit huius rei nuntius. Statimque is collectis Flandrorum copijs Tornacum versus iter arripuit eo consilio, vt castris vrbem cingeret. Sexta iam feria illuxerat, quæ sanctam Hebdomadem proximè præcedit, cùm

Helchiniense castrum destrui coeptū à Flādris occupatur vexandis Tornacēsibus & Gallo-flandris.

Lib. vet. & ms.

Chron. Fland. ms. Meier l. 12. Masson. l. 12.

Iacobus Arteuelda Flandros congregat, vt Tornacum obsideat.

D hæ Flandrorum copiæ Rameigniam penetrant, eiúsque pagi domos, villas, templum igni consumunt. Conspecto huius loci incendio, Tornacenses metu perculsi muros portásque præsidio muniunt, eáque flammis corrumpunt suburbia, quæ Cortracum Insulámque versus protendebantur, ijs ne se Flandri tegerent. Pergit nihilominùs ea properare Arteuelda, quæ ad vrbis obsidionem opportuna videbantur. Intereà Genuenses, qui sub Gallo stipendia merebant, ex oppido Armenteriensi frequenter in agrum Iprensem infestis agminibus excurrunt, illatísque damnis plurimis multum prædæ auehunt. Erant hoc tempore Ipris Comes Sarisberiensis, & Robertus Sutfolchius cum Anglorum valida manu: iámque magnus Iprensium & Franconatium numerus in armis constiterat, vt eum illis Tornacum versus ad Iacobum Arteueldam iter intenderent. Igitur cùm dies profectionis adesset, Iprensium precibus impulsi Armenteriam hi omnes deflexa paullùm via descendunt. Lisam illic iunctis nauibus traijciunt: & mox oppidum multo clamore, & magnis viribus

Lib. vet. & ms. Chron. Fland. ms. Meier. l. 12. Pet. Oudegh. c. 158. Lib. vet. ms.

Ab Anglis & Flandris Armēn eria inuaditur & capitur.

ado-

Chron. Fland ms. Lib. vet. & ms. Chronic. Fland. ab Sauuag. edit. c. 77. Froissart. to. 1. c. 47. Gaguin. l. 8. Æmyl. lib. 8. Nicol. Gill. Masson. lib. 4. Iac. Meyer. l. 12. Oudegh. c. 118.

Angli & Flandri ad Insulam cæduntur.

Iam citati auctores, sed præcipuè Froissartius, qui cæteris latius narrat.

adoriuntur. Initio Genuenses fortiter agunt, insessúmque locum egregiè propugnant. Quia tamen impares viribus erant, neque satis oppidum muniebatur, ipsi denique victi fugatique sunt. Ergo captus is locus, & auecta omni præda incendio corruptus. Tracti mox Angli Flandríque Insulam versus, vt securis inde occultísque itineribus vltrà tenderent, & Arteueldæ iungerentur. Sed nondum vicinos Insulæ agros carpebant Ioanne Vauflardo Crucio duce, cui apud Gallo-flandros è pernobili familia orto regionis anfractus omnes notissimi erant, quíque grauissimo Insulenses odio prosequebatur: cùm aduentus eorum Insulensibus nuntiatur. Armati mox ergo Insulæ tum equites tum pedites mille circiter quingentique: ac in ternos diuisi cuneos, vt tribus se locis abderent, venientésque ex insidijs exciperent. Et quà certum erat hostem iter facturum, ducta est fossa, vallúmque. Igitur Vauflardus cùm eum propiùs locum venisset, facilè animaduertit Insulenses itineris sui gnaros fuisse, præreptámque fossa, vallo, insidijs circà positis transeundi potestatem. Ac mox vtrumque Comitem Anglum structi ipsis copijsque periculi admonuit, hortatúsque est vehementer, vt, quoniam sine magno discrimine viam aperire non possent, aliò cursum flecterent. Nihil tamen impetratum est: plúsque valuit animi magnitudo, quàm periculi metus, ne qua famæ nota inureretur. Et cùm Vauflardus sanctis verbis assereret, alibi se fortiter pro ipsis facturum; vbi verò Insulenses ingruere conspiceret, fuga se protinus eorum manibus corpus erepturum; ne quam sciret ab ipsis auidissimè expeti, vitam discrimini exponeret: magno exceptus est risu, condonatúmque ipsi est fugæ præsidium. Postquam itaque propiùs vallum sese Comites intulere, ab omni mox parte clamor exoritur, vnàque telis Insulenses hostem incessunt. Ibi Crucius auerso cursu in fugam effunditur. contrà, pugnam cum suis Comites capessunt, quamuis impedito admodum loco, vt neque angustiæ cursum retro vertere, neque antrorsum penetrare vallum fossaque, neque per latera euadere sepes permitterent. Pugnatum est vtrimque fortiter: & cæsi ex virisque aliqui. Quia tamen inter vrbem, & Gallo-flandriæ militem, in loco parum explicandis copijs viribúsque idoneo Angli claudebantur: ipsi partim interempti sunt, partim vinculis constricti. Inter peremptos numeratus Gulielmus Clibanus apud Anglos præcipuæ vir auctoritatis, & nobilitatis, quem lanio quidam Insulensis ferro sustulit. Inter captiuos eminebant Sarisberiensis & Sutfolchius Comites, Remondúsque Lemouix Clementis Romani Pontificis nepos. Sed hunc breui pòst ætate iuuenem, & pulcherrima florentem corporis mole armorum elegantia pessumdedit, cùm aliqui horum cupidine accensi, gladijs ventrem eius hauserint. Vterque Comes primùm Insulæ detentus & dein ad Regem deductus. Ac tunc laudem ab eo retulit fortitudinis toparcha Robacensis oblato ipsi in vinculis Sarisberiensi, quem ceperat. Valuítque hoc facinus plurimùm apud Regem Insulensibus, cùm is eos & multis ob fidem verbis commendauerit, & magnis ab se muneribus ornatum iri asseuerauerit. His verò de Comitum infortunio acceptis nuntijs, qui viam maturabant,

Ab Tornaco recedit Arteuelda, illato pagis damno.

Lib. vet. & ms.

Iprêses domum abiere. Afflictus etiam hoc infelici successu Iacobus Arteuelda, cùm videret frustrà se subsidium præstolari, ab vrbe Tornacensi copias deduxit tertia sanctæ hebdomadis luce. Verùm vt Tornacenses ex eius abitu plurimum voluptatis cepere; ita prorsus ingenti damno affecti sunt vicinorum aliquot pagorum incolæ. Discedentium enim Flandrorum flammis Mairia, Flequieria, Chinum, Orcquia, Estaimburgum, Froyenna, Bailliolum, Blandinium, aliíque vici complures arsere: vt etiam extremos Gallo-flandriæ fines incendium peruaserit. Et paucorum interiecto dierum spatio trecenti arcubalistarij partim rubeis, partim croceis ornati vestibus Insulam iussu Regis venere, vt via Tornacensi Mauretaniam pergerent, eíque loco

Insulenses sua confirmari priuilegia petunt à Frãco, impetrátque.

Regis littera.

ad præsidium imponerentur. Questi sunt paullò pòst apud Regem Franciæ Insulenses priuilegia sibi quondam ab Regibus concessa Comitibúsque, non parum violari; nouísque litteris ea confirmari flagitarunt. Vt ijs faceret satis, cæsorum nuper Anglorum memoria Regem impulit. Igitur qui rei veritatem altiùs indagaret, missus ab eo Varebonius Insulam venit. Explorato cognitóque negotio, compressi quorumdam sunt aduersi conatus: ac ne quis in posterum in ea quidquam committeret,

rursus

A rutius priuilegia Philippus Rex scripto diplomate roborauit. Et suas Duacensibus libertates & immunitates sartas tectas eodem propè tempore seruasse nouas ab Rege litteras comperio. Multa interim Francus occultè molitur, vt Cæsarem Ludouicum ab Angli societate disiungat, eóque plurimum argenti erogat. Nihilque reliqui facit, vt ipsum denique Anglum Flandris reddat infestum. Et eius impulsu frequens agit Insulæ Comes Ludouicus, vt communicatis consilijs ab Anglo Flandros auertat. Verùm Arteuelda iubente Flandris prohibitum fuit, ne quis ad eum Insulam veniret, vbi compertum fuit, eum nolle Flandriam habendo colloquio penitiùs intrare. Sed ne tum quidem Flandros sollicitare Francus destitit, vt pactum cum Anglis fœdus rescinderent, promissáque sunt eis hunc in finem plurima, æris alieni scilicet obligationúmque solutio, in vtroque regno negotiatio secura, inflictarum ab Summo Pontifice dirarum remissio. Nihil tamen his omnibus effectum est, quòd Flandri semper responderent, longè plus sibi vtilitatis ab Angli fœdere prouenire, qui iam nomina & obligationes discidisset. Igitur horum motus peruicacia Ponti-

Ab eodem Rege Duacensium priuilegia firmantur.
Littera Regis.
Vt Flandros ab Anglo separet, in vanum Francus laborat.
Iac Meier. l. 12.

B fex Benedictus, ex Regis voluntate totam rursus sacris Flandriam arcet, seueréque Sacerdotibus mandat, ne sacrificia Missæ vsquam eius regionis peragant. Verum aliunde conducti, vel submissi ex Anglia sunt Presbyteri, vt contempta Pontificis maiestate res sacras vbique per Flandriam procurarent. Ergo rebus ad bellum comparatis, in Flandros Philippus Rex admodum exarsit. aduersus eos Anglósque multarum emisit nauium classem: dein copias ingentes Atrebatum deduxit, eius mandata in oppido D. Quintini cum multa Galliç Nobilitate in armis pręstolante Flandrorum Comite Ludouico. Ex altera parte Ioannes Normanniæ Dux & Regis filius Hannoniam vastauit. Insulenses ac Duacenses eum præsidijs Gallicis Ostrouandiam peruasere, ibique omnia populati sunt Gennabensi Comite, Villarsio, Waurinio, & Wasierio ducibus. Neque multò pòst in agrum Duacensem validam incursionem fecere oppidi Buecieniensis præsidiarij, ibíque plurimos affecere grauissimis locos damnis. Pugnant interim feliciter aduersus Francos in Oceano Angli, eáque

Ideò Flandris rursus sacris interdicitur:
& in eos bellū inchoatur.
Hoc bellū habes in Chron. Fland. a c. 77. in MS. Chron. Fland. in Froissarto to. 1. Nicol Gill. Gag. lib 8 Æmyl l. 8. Masson lib. 4. vet. lib MS. Iac Meier. l. 12. Oudegherst. cap. a cap 258. Bellefor. l. 5.
Insulenses & Duacenses Ostrouādiam vastant.

C parta Rex Eduardus nauali victoria in Flādriam copias portat. Suum etiam ex Flandris collectum exercitum Arteuelda educit. In Audomarenses cum parte Flandrorum Ioannes Atrebas mouet. Ad Tbuinum Episcopi duplex exercitus hinc Gallorum, inde Flandrorum Anglorúmque protrahitur. Ibi dum vtramque Sabis hi fluminis ripam occupant, neque manus conseruntur: celerrimè ad Francos via Duacensi Tornacenses properant pulchro vestium & armorum apparatu. Vbi tamen eò venere, pugna Francus abstinuit, cuius magna cupidine Flandri ardebant. Ita Tornacenses domum remissi fuere. Verùm hi dum lætis Duaci animis excipiuntur, suáque curant corpora, in magnum ipsi ac ciues Duacenses mutuæ cædis venere discrimen. Tornacensium vnus in lupanari pudicitiam frangebat. Id conspicatus Duacensium aliquis, an facinoris odio, an corriualis cupidinis vitio, virum interimit: spargitúrque protinus eius sceleris fama. Hîc Tornacenses iniuria perculsi arma corripiunt: contrà, Duacenses, vt ciuem suum tueantur, in armis occurrunt; ac ne Tornacensibus effugium pateat, portæ vrbis clauduntur. vbique omnia ingenti tumul-

Ager Duacensis diripitur.
Anglus & Francus ad pugnam copias componunt: prælio tamen Francus abstinet.
Duaci mutua fermè cæde opprimuntur Duacenses & Tornacenses.
Lib. vet. & MS.

D tu personant. statímque acies mutui cupidæ cruoris opponuntur. Sed dum in pugnam vtrique prosiliunt, magno tum Senatus Duacensis, tum Duces Tornacensium labore arma comprimunt, pacémque conciliant. Iulio posteà mense copijs omnibus Tornacensem agrum Eduardus Angliæ Rex inuadit, eúmque populationibus latè nudat. Ausus tamen in eum est Balduinus Aubercurtius educta Tornaco militum manu irruere. & felici prælio quosdam Estaimburgij, cuius vici erat regulus, partim cepit, partim cecidit. Euentu propè simili partem castrorum adortus est Eustachius Ribaudimontius Insulensis Gubernator commisso ad Chinum prælio. magnam hic tamen equorum iacturam pertulit, multis eorum hostili iaculatione perfossis. Per eos dies fœdæ proditionis infamiam contraxit Ioannes Courtrayus Insulensis. Hunc Balduinus Aubercurtius sanguinis necessitate sibi coniunctum Estaimburgij collocauerat, vt arcem illic validam aduersus Anglos Flandrósque defenderet. Nihil armorum, aut iaculorum, machinatúmque ad propugnationem

Anglus Tornacensium vastat.
Authores anted.
Ei se opponit Aubercurtius, & Ribaudimontius.
Lib. vet. MS.
Ioannes Courtrayus Estaimburgiā arcem Anglo prodit.
Lib. vet MS.

deerat. militum partim externorum, partim indigenarum satis pro loci præsidio
acceperat. commeatus omnis generis abundè suppetebat. Verùm Ioannes hostibus A
ad castri expugnationem sese parantibus, priusquam damnum vllum pateretur, vl-
trò deditionem fecit ea lege, vt remisso Tornacum præsidio, ad Anglos ipse trans-

Tornacum Anglus obsidet.

fugeret. statimque arx ea flammis iniectis absumpta est. Vltimo Iulij die Tornacum
Angliæ Rex obsidio cinxit. Quibus eam vrbem adeò circumuallaret, vt neque quis-

Auctores anteà cit.

quam hostium egredi facilè, neque ingredi posset, aderant ei fermè centum ac vi-
ginti hominum armatorum millia. Præter insignem Anglorum copiam, & quadra-
ginta Flandrorum millia, Brabantorum, & Hannonum, Hollandorum, ac Zelando-

Ab eius copijs Tornacesium & Gallo-flandria vastantur.

Hæc præsertim narrantur ex lib. vet. M S. Ioan Froiss. l. 1. Iac. Meier l. 12. Chron Fland. M S. Bell-forest. l. 5. c. 9.

Hannoniæ Comes Orchiacū capit ac diripit.

Idē S. Amandi oppidum inuadit, & populatur.

rum, Germanotúmque florentissima illic cernebantur agmina. Igitur castris vr-
bem circum latè porrectis, & Tornacensi agro, & finibus Gallo-flandriæ damni
plurimum illatum fuit. Cùm enim Eduardus Rex, & Iacobus Arteuelda incitatis ad
fortia militiæ facinora Flandris Anglisque, nihil eorum omitterent, quæ ciues ac
præsidium ad deditionem cogerent: nunc Hannoniæ Comes, eiúsque patruus Ioan-
nes Hannonius, nunc alij varijs incursionibus circumiacentes agros, oppida, vicos B
frequenter infestauere. Quo die primas Tornaco Anglus copias admouit, Hanno-
niæ Comes multa septus Hannonum manu Anglorúmque, Orchiacense oppidum
nullis ferè muris obcinctum irrupit. Magna vis hominum illic capta, & pretio vitam
redimere coacta est. Et quò plus odij proderetur, templum & domicilia incendio
deformant hostes. Vicini aliquot pagi grauem etiam ob prædas & flammas calami-
tatem passi sunt, ac præsertim Landastum. Duobus inde diebus parem ab eodem
Comite cladem pertulit D. Amandi oppidum, eique proxima Pabulensis agri por-
tio. Quos eo in oppido Francus præsidiarios milites collocauerat, Hasnonium in-
signem Hannoniæ pagum, & situm illic Benedictini nominis virile monasterium
facto agmine inuaserant, omnibúsque direptis rebus igni consumpserant, ac tan-
tum non eadem Viconiense Præmonstratensis Ordinis cœnobium ruina oppresse-
rant. Igitur Hannonius Comes ingenti accensus iracundia militem eò protinus ra-
puit, perruptisque trabibus monasterij muris (in oppidum enim nullus alius aditum C
locus præbebat) & superato Elnonensi fluuio, in Monachos, res sacras, militem,
impetum fecit. ac postquam præsidium omne cecidit, è cœnobij templo æs campa-
num, factámque omnem supellectilem, aliámque ex oppido prædam auertit, ædifi-

Ab eo idē ager Insulensis latè vastatur: Siclinium diripitur.

cijs omnibus flammas iniecit. Ipsa die S. Laurentio sacra idem Comes Insulensium
fines ingressus cùm non longè Insula prædabundum militem duxisset, Siclinium
peruenit, idque rebus cunctis ablatis populatus est incendio. Non absimili vicinos
aliquot pagos clade affecit, ijsque de locis progressus Lendium vsque furorem cir-

Martianæ inuaduntur, & incendio corrumpuntur.

cumtulit. Et paucis diebus interiectis Martianas idem penetrauit, traiecto ad Has-
nonium Scarpo flumine. Plus tamen ibi præsidij & animorum inuenit, quàm fuerat
arbitratus. Illic enim Aymericus Veruallus militi præfectus omnia diligenter pro-
curauerat: eique animos faciebant plerique oppidi Duacensis arcubalistarij. Quà
locum aggressi sunt Hannones, insignem Aymericus munitionem excitauerat ob-
ductis ingentibus portæ fossis: ideóque ad eam acerrimè pugnatum est, frustrà ho-
stibus impetum facientibus. Sed dum ibi tum milites, tum Monachi sese fortiter D
tuentur, nauigijs Hannones in monasterium euasere. Ita distractis viribus præsidij;
cùm à tergo & à fronte hostes sese vehementer inferunt, etiam vi porta perrupta
est. Ac tunc Aymericus inter alios fortiter dimicans ferro confossus interijt, & cum
militibus plerique Monachorum interempti sunt. In oppidum & monasterium sæ-
uijt posteà grauiter victoria. supellex omnis direpta est, auectáque. absumpta flam-

Eduardus Rex Tornacum fortiter oppugnat.

mis ædificia. Hæc dum fiunt ab Hannonio, nihil omittit in castris Eduardus, vt Tor-
nacum vel intercipiat, vel ad deditionem machinis & impressionibus cogat: nullus-
que dies elabitur, quo non aliquod ingens facinus nunc ab Anglis, nunc ab Flan-
dris, alijsue obsidentibus aduersus obsessos fortiter suscipiatur. Iam multi vel præsi-
diariorum militum, vel ciuium Tornaci mortem oppetierant, vrbem magnis viri-
bus animisque propugnando. & commeatus in dies arctis rebus, cunctisque obstru-
ctis itineribus, intra muros angustior extremam denique calamitatem minabatur.

Horum

A Horum igitur certior factus Rex Franciæ, quas è varijs Galliarum partibus coëgerat, ex Artesia copias mouit, captóque per Lendium & Basseam itinere aliquos præmisit, qui Marquæ fluuij transitus obseruarent. Hi cùm animaduerterent, nusquam facilè parari aditum posse, solúmque pontes Tressinium & Bouinium patere: intra fines Insulensium cis eum amnem Rex substitit, ac Principum eius alius alibi cum suis sese continuit, haud procul tamen ijs pontibus. Sparsus tunc rumor est, ipsum copijs omnibus aduersus hostem commissurum paullò pòst aciem. Et mox Tornaci ad duo millia ciues armis instructi, & vnicoloribus vestibus ornati opulentiorum hominum impensis: vt cum præsidio ad pugnam capessendam arma pro eo viresque sociarent. Ex aduerso ipsi etiam Angli, Hannones, Flandri, & Brabanti ad prælium acies composuere, cùm passim omnes apud eos fremerent, Gallum in castra cum exercitu ruiturum. Sed quamuis Francorum Regi maximus ad pugnam ciendam animus esset, nihilominus tamen nulli ducum eius placuit certaminis aleæ copias permittere. Igitur leuibus tantùm prælijs ex occasione certatum est, modò his, modò

Francorum Rex cũ exercitu Gallo-flandriam intrat.

Ad Marquam fluuium considet.

Hac omnia narratio petita ex ijs auctoribus, quos initio belli huius citaui.

Anglus ad pugnam suos in eum præparat.

Parua solum prælia ineuntur.

B illis victoria potientibus. Ac tunc Vauflardus Crucius Insulensium acerrimus hostis Hannones ferè centum ac viginti partim Equestri claros dignitate, partim Nobiles genere, ad magnum facinus audendum impulit. Cui parêrent, Guilelmus Baillioli dynasta delectus. Trans pontem Tressinium Insulam versus ex castris Tornacensibus procurrere, & prædari placuit orto iam die. Nebulosum eo tempore cælum erat, vixque ad pedes septemdecim prospectus patebat. Sed vnde contegi sese arbitrabantur, inde maximum discrimē adiere. Cùm enim primo mane satis feliciter, nullóque hostium obuiàm facto ad pontem peruenissent, illícque cùm aliquot è suis Guilelmum Bailliolanum, vt aditum obtineret, reliquissent: adeò per densum obscurúmque aërem vltra Marquam fluuium penetrauere, vt ad Boëmiæ Regis & Leodiensis Episcopi castra propiùs accessêrint. In vallo Boëmorum vigilias noctu egerat Rodemachus vir nobilis, iámque abitum parabat è statione, cùm Hannones detexit. Ergo suis ad arma concitatis in aduersum hostem erupit: eúmque mox secuti sunt Leo-

Hannones per pontem Tressinium in extrema Franci castra incurrentes malè tractantur.

Has velitationes omnes fusè expressit Ioan. Froissart. to. 1. quas breuiùs in Chron. Fland. ms. & apud Iacob. Meiers paullò tamen aliter referuntur.

C dientes ac Luxemburgij. Ingens ibi pugna coorta est, cùm hi numero, illi animis & virtute bellica superarent. Coacti tamen denique Hannones sunt ad pontem retrocedere. Illic atrociter prælium recruduit: multísque Hannonum cæsis ægrè Guilelmus Balliolanus euasit. Et mox grauiùs eosdem alius obruit casus. Eo quippe die Leodiensium cuneus aliquis, Roberto Balliolano Guilelmi fratre sub signo suo ducente, pontem Tressinium vltra iuerat Tornacum versus pabulatum: ac iam in tempore reuertebatur, cùm ad pontem inter Hannones, Leodios & Luxemburgios pugna sæuiret. Igitur animaduerso Roberti vexillo, Guilelmum redire Hannones rati, sub id mox signũ sese recipiunt. Verùm ij ab Roberto & Leodijs hostiliter accepti ad internecionem delentur. Paullò antè Vauflardus Crucius cùm rem à suis infeliciter geri perspiceret, è prælio sese subduxerat: & cùm vltra pontem fugam capessere nequiret, in proximam se paludem abdiderat; ibíque denso in limo, & sub vepribus exitum pugnæ præstolabatur, vt hostibus in castra se recipientibus noto itinere per noctem saluus euaderet. Verùm illac fortè hostium quibusdam equitantibus ita de-

D prehensus est, vt his confestim circumfusis & tumultuantibus erepta omnis fuerit fugæ facultas. Igitur postquam Crucius sese dedidisset, ab his in castra perductus est, ac duci suo traditus. Mouit hunc ad miserationem tanti viri casus, iámque constituerat clàm ad suos remittere, quòd satis gnarus esset ex Regis sententia capite minuendum. Vix tamen occuluerat, cùm ad Regem Francorum de capto Crucio nuntius perfertur. Ergo postquam diem vnum apud se texit, coactus est eum in vinculis Regi tradere. Et breui interiecta mora Insulensibus ad noxam dedi Francus imperauit: iique palàm in foro capite truncarunt, vt quæ aduersus ipsos hostiliter fecerat, plecterentur. Alio tempore Germanos inuasit cupido præclarum aliquod facinus aggrediendi. In his eminebant Ronderondenchius dynasta, Ioannes Randeburgius, Arnulphus Bacquehemius. Igitur cùm ij Ioannem Hannonium, Olphardum Ghistellium, Robertum Glennium, ac plerosque alios nobiles viros Hannoniæ Flandriæque in eamdem secum traxissent sententiam, trecenti circiter ex ca-

Vauflardus Crucius capitur.

Et ab Insulẽsibus capite plectitur.

Felicibus Germani Francos adoriuntur & cædunt.

A

ſtris Tornacenſibus ad pontem Treſſinium venere. Ceteris ibi relictis, vt locum aduerſus hoſtem inſiderent, Ronderondenchius cum quadraginta circiter fortiſſimis in caſtra Francorum procurrunt. ibique partim Francos cędunt, partim tentoria inuadunt, ac diſſipant. Fortè tum Carolus Montmorencyus & Saulieuus nondum è nocturnarum vigiliarum ſtatione diſceſſerant. Quare viſo Germanorum cuneo ſuos vterque in armis educit. Id Ronderondenchius animaduertens, pontem verſus equos admittere ſuos conſultò imperat. Eam Franci fugam metu iniri arbitrantur: ac tum ardentius inſequuti Ghiſtellium deteriori præditum viſu intercipiunt; ceteros ad pontem vſque Treſſinium celeri curſu infeſtant. Sed mox illic magnus ab his Germanorum numerus in equis conſpicitur; ancépſque conſilium animos inuadit. Saulieuus retrocedendum autumat, & ſtatim cum ſuis ſe proripit. contrà, Montmorencyus fortiter pugnandum aſſerit, ne quid ignominiæ metus cauſa perferant. Illic ergo lanceis aduerſis concurritur, atrocíque prælio vtrûque agmen in mutuam irruit cædem. Mirabile facinus illic aggreſſus eſt Reginaldus Eſcuuenortius. Is enim agnito Montmorencyo, qui fortiter ſeſe gladio tuebatur, eius equi frænum celeriter manu corripuit, adactóque calcaribus equite ſuo è media ipſum turba captiuum abduxit, quamuis ille nunc ferro caput, nunc pectus grauiter percuteret. Hoc attonitis ſpectaculo Francis animi concidere. exiemplóque pars eorum ferro conciſi, pars in manus viui venere. Peremptos centum & quinquaginta, abductos in cuſtodiam octoginta circiter comperio. Ea potiti victoria, ad ſuos in caſtra prope Tornacum Germani redeunt. Et vario poſteà euentu certatum propiùs Franci caſtra. Ioannes Bellomontius Hannonij Comitis auunculus vnà cum Reginaldo Falkemburgio, & Galtero Mannio, aliíſque nobilibus viris partim Anglos, partim Hannones ad millia decem verſus Bouinas ducebant eo conſilio, vt hoſtem ad pugnam elicerent. Primi obuiàm facti medio ferè ab caſtris Francorum milliari Leodienſes Engelberto Epiſcopo duce. Confertis illic manibus Leodij funduntur, eorúmque Pontifex viuus capitur, & quadraginta circiter occumbunt. Sed lætis ea victoria Bellomontij copijs repentè cum valida manu ſuperueniunt Sabaudiæ Comes Amedæus, eiúſque frater Ludouicus. Ita maioribus in pugnam animis itum, ne quid pariæ victoriæ, prædæúe amitteretur. Diu anceps hæſit certamen. Verùm Sabaudis ad vltimum obuenit victoria. Hannoniorum Anglorúmque cæſi ferè quadringenti, & in his Londini Mareſchallus. de manu hoſtium Engelbertus Pontifex receptus. Interim Franciæ Regem grauis cura torquebat Tornacum obſidio liberandi. cúmque ſatis animaduerteret ad pugnam ſuos induci non poſſe, aliò ſtudium conuertit. Erat ei ſoror Ioanna Valeſia Guilelmi Hannoniæ Comitis, & Philippæ Anglorum Regis coniugis mater, quæ marito vita functo non procul Valentianis in Fontanellenſi monaſterio ſacras inter Virgines caſtè vitam degebat. Hanc igitur magnis Philippus precibus adortus, haud difficulter eò pertraxit, vt cum ingenti pondere auri Gandauum profecta Reginam Angliæ donis corrumpat, eóque tandem deducat, vt omnem apud maritum operam collocet, impetrandis ab eo armorum inducijs. Ipſe multa ſubinde principibus viris Eduardum ſecutis occultè tribuit, vt eodem nitantur. Et adeò res omnis ex animi ſententia ſucceſſit, vt exeunte Septembri Eduardus Rex de paciſcendis inducijs mentem induerit. Vbi de his colloquium inſtitueretur, Eſplechinij ſacra ædes in agro Gallo-flandriæ haud procul Tornaco delecta. Quo die leges induciarum condi oportebat, hinc Regis Franciç nomine Boëmorum Rex, Comes Alenconius, Leodienſis Epiſcopus, Flandriæ & Armeniaci Comites: illinc Eduardi Regis legati Dux Brabantiæ, Epiſcopus Lincolnienſis, Geldriæ & Iuliaci Duces, Ioannes Hannonius conueniunt. Ijs ſe mediam ingerit Ioanna Valeſia Franci ſoror, & Comitis Hannoniæ mater, cuius præſertim impulſu Cunuentus agebatur. Iraque peracto Miſſæ ſacrificio, propinatóque vino, in ædiculam eam omnes venere. Primo die nihil conſtitutum eſt, quamuis Ioanna nihil omitteret, animis quà precibus, quà maieſtate ad concordiam permouendis. Altero die tandem poſt altercationes dictæ ſunt quædam leges induciarum. Tertia demum luce in menſes decem armorum quies vtrimque conceſſa, eiúſque conditio-

B

C

D

Carolus Montmorencyus inter pugnandum ex equo abripitur.

Angli & Hannones Leodios ſuperant, & ab Sabaudis vincuntur.

Eſplechinij colloquium de inducijs inter Reges paciſcendis habetur: *Chron. Fland. cap. 81. Chron. Fland. ms. lib. vet. ms. littera eorum, quibus pacto inducias Iacob. Meier l. 11. Gaguin. lib. 8. Æmyl. in l. 8. Oudegh. c. 119. Froiſſ. to. 1 c 64. Belleforeſt. l. 5 quo litteras profert. Vide Gallo fland. lib 1 c 17* ac denique duodecim menſium quies vtrimque conceſſa.

A nes tabulis inscriptæ. Et vix hæ in vtrisque castris proclamatæ fuerunt, cùm tabernacula disijciuntur, & pellibus conuolutis, atque conuasatis impedimentis alius aliò discedunt. Anglus tamen ægrè abitum parabat: ac nisi sociorum Principum inclinatæ ad pacem discessúmque voluntates coëgissent, in castris ad Tornacum hæsisset diutius, Francum ocyùs castra deserere partim quietis desiderium impulit, partim grauissimus cæsorum animalium fœtor, & solis ardor infensissimus. Itaque Tornaco arctissimæ hebdomadarum decem, & quatuor dierum obsidionis metu soluto, Insulam Philippus Rex venit. Hìc cùm lætus moram aliquam trahit, animúmque ludis recreat, Tornacenses ad eum legationem mittunt, quæ simul gratias pro soluta obsidione ageret, suáque sibi reddi flagitaret priuilegia. Voluptate magna Regem affecit gratiarum actio: vtque constantibus in officio & fide Tornacensibus is faceret satis, in antiqua eos iura restituit, suísque legibus vti permisit. Rebus verò Insulæ constitutis, post aliquot dies Parisios Philippus adijt, quorum maximo desiderio tenebatur. Flandriæ Comes Ludouicus per induciarum leges ab

Froissart. to. 1. c. 64. L. ver. MS.

Rex Francorum Insulam venit, ibique se reficit, & suis Tornacensibus priuilegia restituit.

Froissart. to. 1. c. 64.

B Flandris recipitur. Post dies paucos Atrebatum venere ab Summo Pontifice Legati Neapolitanus & Claromontanus Cardinales, & cum ijs vtriusque Regis nomine Principes aliquot habendo de pace Conuentu. Verùm etsi Cardinales omnem mouerent lapidem, vt pacem Francum inter Anglúmque conficerent; nullo tamen modo eam conciliare potuerunt: quòd multa per suos Eduardus peteret, nihil Philippus concedere instituisset. Igitur tantùm duos in annos prorogatæ sunt induciæ.

AN. 1341. Et post breue tempus tantam lanæ copiam Eduardus ex Anglia in Flandriam misit, vt facci plus mille numerarentur. Cœptæ tunc instaurari pannorum textrinæ: & non minùs inde prouenit quæstus Flandris, quàm voluptatis. At Insulæ ciues incommodi plurimum animaduertebant in Rempublicam serpere, quòd plerique caussidicorum viris nobilibus obnoxij inter Senatores legerentur, contrà quàm priuilegia permitterent. Qui Parisijs apud Regem ea de re quererentur, primores aliquot missi. Et sanxit Philippus, ne quis deinde aduocatus pensionibus clarorum ho-

C minum, aut clientium familiam alens, ad magistratus eius oppidi promoueatur. Eo tempore Ioanne Galuano inter Patres Purpuratos ab Romano Pontifice adscito,

AN. 1342. Episcopatum Attrebatensem inijt Petrus Bertrandi Allobrox. Proximo inde anno Gandensium, Brugensium, Iprensiúmque decreto Comes Ludouicus in Flandriam reuocatur. Is enim cùm vidisset, parum se suis acceptum esse, vix post inducias conciliatas in Flandria hæserat, & iam in Franciam ad Regem profugerat. Vt igitur post reditum faciliùs in Flandriæ Comitatu retineretur, nihil aliud postularum est, quàm vt pannos extra liberas vrbes confici ne pateretur. Verùm paucis ab eius reditu diebus, ob lanificium inter Iprenses vicináque oppida grauis est contentio exorta. Eam frustrà Comes sedare aggressus in Franciam denuò ignaris omnibus discessit. Augusto mense Duacum venere Cardinales duo Hunibaldus Pontifex Tusculanus, & Vicecancellarius Prænestinus Episcopus, quos Clemens Sextus Ecclesiæ caput pacis inter Reges componendæ gratia in Belgium miserat. Ipso die Assumptæ in cælos Deiparæ Matris Hunibaldus in templo S. Amati sacris ad aram operatus est. Hi

Comitē suum Flandri recipiunt.

Chron. Fland. Froiss. t. 1. c. 64. Iac. Meier. l. 12.

Frustrà de pace inter vtrúque Regem componenda laboratur Atrebati.

Induciæ duos in annos productæ.

Iac. Meier l. 12.

Lanarū copia ex Anglia.

Lib. Rosin.

Vetitum, ne quis aduocatus Insulæ Senator eligatur.

PETRVS BERTRANDI fit Atrebat. Episc.

Tabb. Atreb. Iac. Meier. l. 12.

Comes in Flandriam reuocatur. Sed breui rursus in Frāciam abit.

Cardinales duo veniunt Duacum.

Lib. argēt. Eccl. S. Amati.

D posteà Valentianas ad Comitem Hannoniæ viam fecere. Tornacum inde ab ijs flexum iter. Diuo Bartholomæo sacer illuxerat dies, cùm eam in vrbem Magistratus omnis maxima induxit pompa, Cleriúsque totus sacris ornatus vestimentis excepit. Ab Tusculano postridie celebratum est in æde Virginis Matris Missæ sacrificium altero Cardinale, Archiepiscopis Remensi & Vesontionensi, Bononiensi Pontifice, aliisque Prælatis permultis assistentibus. Cardinalibus singulis duo vini generosi dolia, & quaterni præclaræ magnitudinis pisces donantur ab Senatu. Exacto illic biduo Antoingium vterque deducitur, vbi cum Duce Brabantiæ ac plerisque alijs Principibus Comes Hannoniæ præstolabatur, habendo de concilianda Philippi & Eduardi Regum pace colloquio. Multa ibi pacandorum animorum gratia vtrimque proposita. Incassum tamen laboratum fuit, plerisque sententijs dissidentibus. Igitur per Hannoniam in Franciam infecta re Cardinales abiere. Interim Cardinalitia purpura donatus est Andreas Florentinus Neruiorum Episcopus: ac pedum eius

Inde Valencenas & Tornacū petunt.

Chron. Fland. Gall. & MS.

Antoingij de pace Regum agunt frustrà.

Lib. vet. & MS.

Ægid. le Muisis in Chron. MS. Monum. MSS. Eccles. Tornac.

IOANNES PRATANVS Tornac. Episcop. renunciatur. Ecclesiæ Ioanni Pratano insigni Iuris cognitione prædito ab Summo Pontifice Clemente traditum fuit. Sed non hic prius Tornacum inijt solita pompa, quàm Christi annus 1344. procurreret. Sub anni finem die S. Thomæ graui cælum tempestate inhorruit. **A**

Grando insignis magnitudinis. Insolita tum magnitudine grando admodum grassata. Cantinij (pagus est leucam vnam Duaco distans) de cælo lapides cecidere sexdecim aut viginti digitorum ambitu. Eorum lapsu columbæ, turtures, onocrotali, aliaque aues huiusmodi passim oppressæ; multi hominum læsi vehementer; villarum, ædium, ac templorum tecta confracta; quæ iam in herbas progerminauerant, contrita sata. *Lib. ms. Duac.* Secuto proximè anno Francorum Rex Philippus cùm animaduerteret vtrumque S. Dominici monasterium, in quorum vno viri, in altero virgines suburbanam iuxta Insulam sedem habebant, Flandrorum metu à fundamentis suffossum, ignique deformatum fuisse: suum eo laborem contulit, vt locus ijs sacris cœtibus intra muros Insulenses concederetur. Quippe litteris potestatem indulsit, vt, quoniam noua ipsis essent struenda domicilia, ea potiùs intra vrbis mœnia conderentur, ne rursus hostilibus iniurijs paterent. Verùm ab Senatu viris nihil concessum est: solis Sanctimonialibus data facultas in vrbem migrandi, vt posteà videbimus. Iuit Wazennas Ioannes Tornacensium Episcopus, vt inde sacram Insulensibus, locisque vicinis operam daret, quibus prætereita bella multum impedimenti ad curandos animos attulerant. Pergebat tunc in Elquelmiensi sacello sanctissima Christi parens ad sui cultum beneficijs mortales allicere: isque lucus peregrinorum frequentia celebris erat. Inde cùm voluptatem Ioannes acciperet, Wazennis sacrum diploma conscripsit, quo dierum quadraginta Indulgentijs populum Tornacensem ad eiusdem Virginis statuam in cathedrali templo venerandam traheret. Iacobi Arteueldæ studio in trierarchias Flandriç Comitatus est diuisus, Gandensibus, Bruganis, & Iprensibus fines suos viribus proprijs tutantibus, & separatim è quæstu pecunias colligentibus. Magnum ex eo dolorem facto capiebat Comes Ludouicus; & sæpenumerò conatus est Flandros ad vnius corporis compaginem reuocare. Frustrà tamen is labor eius fuit. Sed non multò pòst Gandaui ciues intestino arsere grauiter bello, consurgentibus aduersus textores fullonibus augendi quæstus gratia. Et mox contra tripolim Flandricam commoti sunt vehementer Teneramondani ob factas nuper de pannificio ab Gandensibus leges. Quò plus virium ipsis faceret, in vrbem receptus est Flandriæ Comes, plurimùmque laborem impendit Ioannes Dux Brabantiæ, vt trium fœdus vrbium rescinderet. Eò Bruxellam euocati Flandriæ legati. Et iam animos ad pacem Flandri reflexerant; nihilque propiùs aberat, quàm vt lætus Comitis in Flandriam reditus sollicitaretur. Verùm Regis Anglorum, qui Casantum & Sclusam multis nauibus tenuerat, aduentu perturbata sunt rursus omnia. Inter motum ciuilem cæsus tunc Gandaui Arteuelda, cùm is sermonem de nudando Flandriç Comitatu Ludouico seuisset, vehementissimas iracundiæ flammas ei succendit. nec ante leniti potuit, quàm iterum in Comitem Flandri surrexere. Igitur cùm hunc intra muros Teneramondani tegerent, omnis ad hanc vrbem obsidio cingendam Flandria confluxit. Haud priùs tamen subigi potuit is locus, quàm fuga Comes elapsus est. Fruebantur interim magna quiete Gallo-flandri. Et annis aliquot sequentibus nunc Insulanis, nunc Duacensibus Philippus Rex nonnulla concessit. Primùm edicto cauit, ne quis Insulæ Scabinos inter legaretur, qui non sit parentibus indigenis ortus. Frustrà quidam Insulensis Castellaniæ nobiles viri apud regium Senatum Parisijs questi sunt grauiter ob inueteratam consuetudinem, qua domibus eorum flammas Insulenses injciebant, qui ciuem aliquem eius oppidi vel fœdè læserant, vel occiderant. Quippe aduersus eos pro Insulensibus pronuntiatum est. In eadem vrbe nouum egenis iter facientibus hanc ob causam erectum fuit Xenodochium. Lothardos Cauardus & Maria Pontis Rorardi loco nobili nati nuptias vitio contraxerant, Haud enim erant ignari aliquo se gradu iungi consanguinitatis: quamquam eo non arbitrarentur matrimonij vinculum impediri. Exinde palàm vterque anathematis fulmine afflatus. Ad Summum tamen Pontificem ipsi retulere, ac supplices flagitauere facti veniam. Ergo Pontifex Maximus litteris potestatem fecit

Margin notes: AN. 1343. — **B** — Comitatus Flandriæ in tres archias diuisus Comite reclamante. *Iac. Meier. l. 12.* — Grauis Gandaui tumultus à fullonibus excitatus. *Iac. Meier. l. 12.* — **C** — Flandros iam ad pacem cũ Comite faciendam inclinatos Anglus ad bellũ rursus erexit. *Iac. Meier. l. 12.* — AN. 1344. — Et ab ijs Comes Teneramondæ obsessus. *Iac. Meier. l. 12.* — **D** — Externis interdictus Insulæ Senatus. *Lib. Rosea.* — De Ioceodiaria vindicta pro Insulensibus iudicatum. *Lib. Rosea.* — Xenodochiũ Grimareorũ Insulæ conditur. *Lib. Rosea.*

Episcopo

A Episcopo Tornacensi vtrumque anathematis vinculo soluendi, dummodò pœnitentia ducti aliquanto tempore secubarent, piúmque opus molirentur. Nec fuit tardior ad peragendum, quàm promittendum, Lothardus. Quippe domum suam Insulæ condendo tredecim lectorum Xenodochio attribuit, totidémque peregrinis tecto excipiendis, ac Sacerdoti sacra facturo census annuos in perpetuum addixit,
AN. 1345. eique loco Grimareorum Hospitali nomen inditum. Modico inde temporis spatio Virginibus Dominicanis data est opera Insulę. Vt anteà memorauimus, earum asceterium in suburbio situm voraces belli flammæ absumpserant. Cùm de ipso rursus exstruendo agitaretur non placuit ea sedes nimiùm militiæ iniurijs obnoxia. Igitur ijs Sanctimonialibus in vrbe locus attributus, vbi secundùm mœnia nouum Parthenonem conderent: eámque Summus Pontifex Clemens huius nominis Sextus do-
AN. 1346. micilij translationem ratam habuit. At vetitum diplomate Regis Francorum, ne quis apparitorum, aut ministrorum regiorum ad magistratus Insulenses euehatur, quòd id priuilegijs oppidi pugnet. Datum Duaci eiusdem Regis permissu triduanis
B nundinis initium primo die Octobris, ad quas concessa fide publica cuilibet emendi vendendíue causa pateret aditus. Hæc inter Gallo flandris iucundissima vehementer aduersus Francos Anglorum odia creuere: multúsque ardor Eduardum incendit Franciam denuò iure successionis armísque repetendi. Eapropter multis nauibus bellum in Britanniam portauit: indéque totum ferè Galliæ regnum ab eo vexatum est. Suos interim Flandri delectus habuere, quos Anglo fœdus arctissimum rursus deuinxerat. Ad Lisam præsertim hi Gallo-flandriæ proxima inuadunt. Tota de Francis recepta est Laleuua. Stegris, vel Minariaco, illata vis, dein Menriuillæ, ac S. Venantij oppido. Circumdatæ Bethuniensi vrbi copiæ. & cùm frustrà in muros impetus fieret, Francis eos fortiter defendentibus, conuersa propiùs Oceanum signa sunt, vt tempestiuè Anglis auxilia suppeterent. Hi iam fugientibus similes ad Cressiacum vicum deuenerant, eósque Philippus Franciæ Rex haud minùs sexaginta millibus in prælium ducens spe victoriæ deuorauerat. Verùm quo die pugnatum est,
C non amplius denis pugnatorum millibus insignem Eduardus de Francis victoriam obtinuit. Cruentissimus Franciæ Nobilitati, socijsque fuit is conflictus. Præter Ioannem Boëmiæ Regem (qui captus oculorum vsu non minùs temerè, quàm fortiter in pugnam irruit) & Lotharingiæ Ducem, vnà cum Baronibus octoginta, & mille ducentis Equestris Ordinis viris, Carolus Alenconij Comes, Ludouicus Flandriæ Princeps, aliique Comites aliquot absumpti ferro sunt. propiúsque abfuit à mortis periculo Flandri Comitis filius Ludouicus, cui cognomentum à natali loco datum Maleano. Verùm is curato vulnere post aliquot dies ab Rege Philippo dictus est Flandriæ Comes. Et mox ad ipsum ab Flandris legati venere, vt Flandriam peteret, inuitatum. Cùm igitur hanc in regionem venire non abnuisset, maxima vbique per Flandriæ fines Eduardi iussu Regis exceptus est pompa, ac nonnullas per viam oppidis quibusdam leges dedit læissimis eorum Magistratibus. In eum præcipuè propensa videbatur Nobilitas. cuius cùm insigni frequentia semper cingeretur, vt Anglicano fœderi obnuntiarent Flandri, plurimùm laborauit. quia tamen hi nullo se
D pacto id facturos asserebant, nisi Gallo flandriam Franci restituerent, eiúsque Comes rei mentionem auersabatur, nihil denique confectum est. Neque mouit Ludouici animum ad filiæ suæ nuptias Eduardus, quamuis sanctè polliceretur, armis se Gallo flandriam Francis erepturum. Et post breue tempus cùm Anglos Flandrósque aspernaretur, eam Comes frustratus est custodiam, qua Flandri eum Gandaui cinxerant retinendi gratia, equísque celeribus in Franciam ad Regem profugit. Ingens ideò Anglum Flandrósque incessit dolor, & iracundia: statímque aduersus Comitem conclamatum est. Exuti magistratibus Gandaui, quos in Senatum is adlegerat: eorúmque loco pessimi exempli, & prauarum artium homines gubernaculis Reipublicæ admoti. In Gallos etiam ab Anglis Flandrísque bella vehementiùs incitata. Eo tempore magnæ spes prædæ duo Flandrorum millia trans Lisam per pontem Warnestuni traxit in agrum Insulensem. Hac re cognita Ioannes Luxemburgius, Insulensis Castellanus, & Carolus Montmorencyus Insulensi castro præfectus

Virgines Abbatiolæ Insulæ collocantur.
Ioan. Confin. l. 4 ms. Tornac c. 27.
Apparitores regij Senatu arceantur Insulæ.
Reg. int.
Nundinæ Duacensibus concessæ.
Monum. MSS. Duac.
Anglus denuò in Francos bellum gerit.
Flandri Anglo militantes Gallo-flandriam & vicina loca infestant.
Iac. Meier. l. 12.
Franci ad Cressiacum pagum ab Anglis funduntur.
Hanc pugnam referunt Chron. Fland. cap. 89. Nicol. Gill. Chron. Fland. ms. Gaguin. l. 8. Æmyl. lib. 9. Masson. lib. 4. Froissart to. 1. Iac. Meier. lib. 12. Oudegh. c. 161. VVassebourg. Polyd. Virg. lib. 19. Bellefor. l. 5. c. 13.
Ibi Flandriæ Comes occiditur.
Filius eius alter LVDOVICVS, Flandriæ Comes dicitur.
Iac. Meier. l. 12.
Et in Flandriam venit, à suisque iucundè excipitur.
Iac. Meier. l. 12.
Frustra suadet Flandris, vt Angli fœderis renuntient.
Iac. Meier. l. 12.
Angli filiæ nuptias reijcit.
Iac. Meier. lib. 12.
Deinde in Franciam fugit.
In Francos ab Anglis & Flandris bellum renouatur.
Flandri in agro Insulensi cæduntur.

Chron. Fland. vet. & ms. Iac. Meier l. 13. Francisc. Pietm. in Chron. Pharup.

A

partim è præsidio, partim è ciuibus pedites quingentos, equites quadringentos armant, portisque celeriter educunt. Vbi Quesnoyam assidentem Deullæ fluuio pagum peruenere, hostem offendunt. Igitur cruenta illic pugna cooritur. Cessit tamen denique Insulensibus victoria, mille circiter ex hostium numero peremptis: vt posteà Flandri Odoardum Rentiacum è Gallia transfugam abiecerint, quo duce aliàs & modò infeliciter vsi fuerint; quasi animos suspicio inuaderet, fluxæ hominem fidei quas ducebat copias ad necem hostibus obijcere. Eodem anno in Allodiensi territorio (Laleuuam vulgò nominant) ad fines Insulensis ditionis graue prælium exarsit. Eam regiunculam insidebant Flandri non pauci Attrebatibus, & Insulensibus infesti: horúmque excursionibus Bethuniam, Ariacum, Lendium, Insulam vsque loca multa vastabantur. Id Philippus Franciæ Rex animaduertens, in eos de suis plurimos misit. Ab tribus partibus hi conuenere decies mille. Ex Attrebatibus copiam vnam duxere Iacobus Bourbonius, Athenarum Dux Galterus, S. Venantij Mareschallus, & Matthæus à Roya, recto itinere Basseam delati Multum Nobilitatis, & peditum ab Insula traxit Carolus Montmorencyus. Ab vrbe D. Audomari suos præcipitauere Carolus Hispanus, & Belliioci dominus. Postquam Allodiæ fines attigere, omnésque in vnam pedites aciem, in aliam equites iunxere: Flandri ex aduerso ad decem etiam millia binas acies inferût. Pugnam pedites inchoant. Quòd his plurimùm Flandri valerent, hostes partim trucidant, partim fugere compellunt. Neque feliciùs initio equites Francorum pugnam capessunt. Hi latam viam institerant, quam vtrimque altiùs fossæ muniebant. Igitur dum impetum in hostem faciunt, sua ipsi multitudine impediuntur; eorúmque alij ferro confossi occidunt, in fossas alij proturbantur: ceteri fugam ægrè capiunt. Cæsi tum Equestri balteo donati septemdecim, minoris Nobilitatis longè plures: & quosdam alios fuga consumpsit. Verùm Flandros ardor persequendi magnum in discrimen impulit, & spoliorum cupiditas. Ad mille passus hostem ipsi exegerant, multísque strauerant cæsorum corporibus viam. Etiam se spolijs Iprenses onerabant, cùm Belliiocensis regulus aptum equitibus locum nactus, è suis alijsque plurimos colligit, hostémque partim grauatum spolijs, partim cædendi labore fatigatum circumuenit. Ergo deposita Flandri præda pugnam iniquam capere coguntur. Ibi horum plurimi sanguine suo ferrum hostile imbuunt: ceteri amissis omnibus spolijs in fugam effusi aliò alij feruntur. Interim arctissimè Caletum ab Anglis, quos pecunia & commeatu Flandri adiuuabant, obsidio premebatur, eiúsque propugnatores ad summam erant redacti ciborum penuriam. Itaque Philippus Rex naualibus terrestribúsque copijs ire suppetias obsessis maturauit. Classis nec modica, nec malè instructa viris rebúsue nauticis erat: Præfectum tamen eius accessu propiori metus absterruit. Ad ducenta pugnatorum millia terrestris exercitus numerabat, si veri sunt Annales qui memorant: in ijsque Gallo flandros sat multos ducebat Carolus Montmorencyus. Sed hic etiam apparatus frustrà fuit, intra vallum Anglis sese continentibus, omnémque ad vrbem propugnaculis præcludentibus viam. Igitur magno Francorum pudore ac dolore Caleto Eduardus potitur Augusto mense. Et Philippus Rex paucis pòst diebus per Septembrem Pontificis Maximi & Cardinalium flagitatione vehementer impulsus, in festum S. Ioannis Baptistæ cum ipso inducias paciscitur. Eumdem posteà incendit cupido etiam bonis legibus pacem cum Anglis componendi. Eò ex singulis vtriusque Flandriæ vrbibus viri aliquot per ipsum exciti, qui Parisios ad dicatum D. Andreæ diem contenderent, ibíque cum Francis de pacis conditionibus consilia miscerent. Et prohibuit hoc anno idem Rex quemquam Insulensem in Senatum allegi, quem non priùs nuptiæ obligauerint. Nondum effluxerat tempus induciarum, quando plurima Flandriæ Nobilitas Comiti suo Ludouico sese conciliatis animis adiunxit, eíque desiderium iniecit res Flandricas componendi. Deuincti primò eius liberalitate tum veniam erratorum concedentis, tum priuilegia rursus confirmantis, Brugenses. Et quòd nollent absque Regis Anglorum consensu pacem Gandenses Iprenséque admittere, indicitur Dunckercis Conuentus, eóque legatos mittere rogatus ab Ludouico Eduardus est. Venit igitur ab eo nepos Dux

Ijdem Gallos in Allodiensi terra superât, & dein ab eis funduntur.

Chron. Fland. vet. & ms. Iac. Meier. l. 13.

B

C

Caletum obsidet & Gallis eripit Rex Eduardus.

Nicol. Gill. Chron. Fland. c. 90 Guguin l 8. Aemyl l 9. Masson. lib. 4. Meier lib. 13. Polyd Verg L. 19. Parad. alij.

Idem cum ijs inducias paciscitur.

Meier. l. 13. alij

Litt. Regiæ.

D

Nõdum coniugati Senatu Insulæ prohibentur.

Litt Reg.

AN. 1348.

Flandriæ Comes Flandros sibi conciliat, *Iac. Meier. l. 13* & cum Anglo pacem componit.

Iac. Meier. l. 13.

Lince-

A Lincestrius. Ita, non renuente Francorum Rege, cum Anglo Flandrisque Ludouicus haud iniquis legibus pacem pepigit. Ardebat interim hoc tempore in plerisque nobilibus Gallo flandriæ viris desiderium veterem incendiorum consuetudinem abolendi, qua suis illatas ciuibus iniurias Senatus Insulensis vindicabat. Verùm regius Parisiensis Senatus lata in regulum Robacensem sententia eos perculit. Et Castellanus Insulensis sanctè promisit, nihil vlteriùs se contra Senatores Insulanos eo de negotio agitaturum; paullóque pòst cum ijs transegit. Pridie festi assumptæ Virginis Mariæ sub noctem cælum frequentibus fulguribus ardere cœpit, & tonitru multo fremere, infestantibus vnà ventorum flatibus. Horas quinque tenuit ea tempestas, adeóque bacchata est, vt multas arbores euellerit, multis nocuerit ædificijs, Esquercinij templi turrim iuxta Duacum prostrauerit, eiúsque ruina magnam ædis partem oppresserit. Quarto die Septembris ingens Duaci tumultus exortus est. Ioannes Thieron in foro boario cum Simone Atrebatensi lanione rixam commiserat, eique Simon in faciem alapam infregerat. Ea magnas inimicitias iniuria B contractura videbatur: ideóque Ioannes Blocquielus Simonis cognatus ad pacis conciliationem incubuit, ac Simonis nomine Ioannem adijt. Verùm quamuis paratum satisfacere Simonem assereret, vbi tamen iunctum illi se sanguine affirmauit, ab eo in ventrem cultro percutitur, ac paullò pòst per vulnus vitam proijcit. Ioannes Thieron eius facinoris causa formidans, cum eo, qui particeps erat homicidij, extemplò in D. Petri templum profugit. At enim sparso fœdæ necis rumore tota Ioannis Bocquieli cognatio excitur. Ad quadraginta viros ea complectebatur, & maximam partem laniones. Igitur hi vel bipennibus, vel securibus, aliísue telis armati, globo facto ad S. Petri ædem proruunt. Fores omnes erant obseratæ, neque vlla parte aditus patebat. Ergo portam vmam securibus aggrediuntur, vt viam faciant, dum interim occulto Ioannes exitu ad Patrum Minorum ædes euolat. Effractis vi foribus, omnes angulos rimantur: & cùm neuter hostium deprehenditur, etiam turrim campanariam conscendunt. Latebat illic Ioannis socius Willotus nomine, & quę potuerat ad defensionem arma teláue comparauerat. Sed parum is pro- C fecit sese tuendo, maioríque hostes furore succendit, Simone Atrebatensi grauiter læso. Nam in eum ab omnibus impetus admodum factus, statímque securibus & vegrandibus cultris eius corpus in frusta concisum est. Vbi per indicem cognitum fuit apud Franciscanos Ioannem delitescere, euncti eò cursum corripiunt: pari violentia & furore monasterij fores adoriuntur. Neque Ioannis cæde manus abstinuissent, si non tempori cum ciuium armatorum multitudine aduolassent vincula in eos coniecturi Senatorum aliqui. Horum igitur aduentu ita scelus oppressum est, vt pars lanionum vinculis oncraretur, ceteri ad D. Iacobi templum procurrerent, turrímque conscenderent latendi gratia. Sed nullo ferè interiecto spatio temporis, ab Senatu arcubalistarij sexaginta mittuntur, qui vigilias ad ædem obeant, ac, ne quis eorum effugiat, obseruent. Altero pòst die Præfectus Gallo-flandriæ in vrbem aduenit, multísque ciuibus armatis septus cum Scabinis aliquot templum adijt, vt omnibus ijs manus inijceret. Terruit vehementer hic apparatus obsessos: statímque D supplices facti Præfecto se tradidere. Post aliquot hebdomadas capite truncatus est Iacobus Minet, qui primus Willoto vulnus inflixerat, necemque consciuerat. Sex alij, quòd Clericali tonsura ornati essent, in Atrebatensis Episcopi potestatem traditi. aliorum quidam ad tres annos, nonnulli ad quinque, decémue, alij ad viginti exilio damnati. quibusdam etiam sacræ peregrinationes imperatæ. Et Ioanni Thieron, qui clàm aufugerat, Duacense oppidum perpetuò interdictum est: quem non multò pòst Ioannis Bloquieli filius natu minor in agro laborantem, & tridente corpus tuentem ab socijs adiutus occidit. Eos verò, quos Atrebatensis Pontifex in carcere attinebat, effractis custodiæ foribus extraxit ipso die Parasceues Præpositus Bellæquercus, & damnatos è trabe suspendit. In æde D. Petri Duaci ad aram ciuium sacris erectam vitrea fenestra in perpetuam tanti laniorum sceleris memoriam posita. Prorogatis inter vtrumque Regem ad tres annos inducijs, penultimo die Decembris Eustachius à Ribodimonte Gallo-flandricis vrbibus Præfectus vnà cum

Iterum de consuetudine incendiaria pro Insulensibus pronuntiatur. Lib. Resfin. Arrest. Curia.

Tempestas multùm damni affert. Lib. ms. Duac.

Ob cædem grauis Duaci tumultus oritur, & opprimitur. Lib. ms. Duac.

Galli ad Cameracensem vrbem profecti

à proditore decipiuntur, & malè mulctantur.

Nicolaus Gill. Chron. Fland. cap 91. Ioan. Froissart. to 1. c. 150. & 151. 152. Meier. l. 13. Gaguin. Æmyl. Polyd. Verg. l. 19. Parad. Belefor. l. 5. c. 24. alij.

aliquot Francis & Gallo-flandris ad Godefridum Charniacum occultè profectus est Caletum versus, cùm Aymericus Papiensis, Caletanæ arcis Gubernator, de prodendo Caleto cum Francis esset viginti pactus aureorum millia. Postremo Decembris die vrbem eam castrúmque Francis ex proditionis legibus dedi oportebat. Cùm igitur noctu Godefridus aduenisset cum suis, gnaro, & ad pugnam expedito Rege Anglorum, Odoardum Rentiacum, (qui Franci gratiam recupetauerat) centúmque viros ferro tectos in arcem admisit. Verùm persolutis viginti aureorum millibus, hi omnes ab Rege Anglisque obruti, & in vincula coniecti sunt. Erupit posteà ex vrbe cum Galtero Mannio Rex, ac in Francos pro porta præstolantes impetum fecit. Ibi Charniacus Aymerici fraudem deprehendens, pugnam capessere coactus est. Duro tunc conflictu manus consertæ. Sed præcipua illic virtus emicuit Eustachij Ribodimontij. Hunc Rex Anglorum inualerat. Pugnatum ab vtroque est diu singulari certamine. Bis Regem Eustachius adeò perculit, vt in genua bis humi affligeret. Iniecta est tamen ei necessitas ipsi se Regi dedendi, quem nullis ornatum insignibus regijs haud agnouerat; cum alij Francorum proceres vel cæderentur, vel in potestatem hostium viui venirent. Vesperi captiuis Nobilibus in arce Rex epulum dedit, remotísque mensis Ribodimontium quà verbis, quà munere ornauit amplissimè. Vbi námque captiuos omnes in coronam stare iussisset, medium se constituit, nudo capite, tantúmque serto vnionibus fulgente frontem redimitus. Ac tunc hilari vultu vnumquemque paucis affatur, in nullum, quàm Charniacum verbis asper, oculísque toruus, propter vrbis eripiendæ studium. Vix ad Ribodimontium peruenerat, cùm lætissima facie, & placidissimis eum verbis aggressus, nullum sibi hactenus notum asseruit, qui & hostem fortiùs inuaderet, suúmque maiori virtute corpus inter pugnandum tueretur. ac mox eius capiti gemmatum munificus sertum imposuit, liberúmque ac sine vlla pecuniæ numeratione ad suos remisit domum. A B

Ibi fortiter egit Eustachius Ribodimontius Gallo-flandriæ Præfectus.

Froissart. l. cit. Parad. l. 20.

Ideoque ab Rege Angliæ laudatus, & præmio donatus ac libertate.

Pestis sæuit.

Iac. Meier. l. 13.

Cruciferi & Flagellatores in Flandriam veniunt.

Christian. Mass. l. 18 Meier. l. 13. lib. ms. Duac.

AN. 1349. C

Sequens annus atrocissima peste nobilissimus fuit. & quòd Iudæorum maleficijs ortam passim iactarent, horum plurimi vbique ferro consumpti. Venit tunc ab Germania superiore ingens agmen hominum, quos Cruciferos & Flagellatores nuncupabant. A tergo & fronte Crucibus signabantur. Per diem bis corpora cędebant publicè flagellis aculeatis. tertiùm noctu in carnem priuatim ad sanguinem vsque sæuiebant. Inopes respuebant, quòd mendicare prohiberentur. solos in consortium recipiebant, qui peccata confessione eluerant, ab vxoribus veniam abeundi impetrauerant, cum inimicis in gratiam redierant. Nusquam bis prandebant: vbique solùm diem vnum, vel noctem morabantur. Vbi concionari ad populum cœpere, neque Sacerdotes, neque res sacras, non Euangelia, non Christi corpus honore prosecuti sunt. insania mentis duce omnia metiebantur: & quà iter faciebant, illaqueandis mortalibus asserebant, qui tres ac triginta dies continuos flagellatione corpora cōscidissent, omni noxa pœnáque liberandos. His ergo per Flandriam Teuronicam & Gallo-flandriam peregrinantibus multi se homines perditi iunxere. Sed non diu pòst eos omnes partim iudicio Franciæ Rex, partim lues sustulit. Et ausus est hoc tēpore Escauuei Regulus bellum Duacensibus indicere. E famulis eius quispiam ciuem vnum Duacensem vulnere affecerat, ideóque Senatus eum multauerat exilio. Exinde grauiter animo saucius octoginta equites proximè Duacum herus adduxit, eóque cuneo septus ciues ad prælium vocauit. Cùm nullus ex vrbe ad pugnam egrederetur, Michaëlem Hospitalem auenæ sementem in agro facientem occidit. Delatus inde cum suis Cantinium, Martini de Gouy, & Iacobi Courcellij ciuium Duacensium villas inuasit. Illic oues per iram septingentæ iugulatæ: octodecim equi bouesque hausti ferro: supellex omnis corrupta. Interim Carnuti ad inuocationem S. Piatonis, qui priusquam has in partes Neruijs ad veri Numinis religionem perducendis aduenire t, aliquem illic laborem colendis mortalium animis per iter impenderat, multæ res ad mirandæ patrabantur, ac per eas à corporibus ægrientium varia mala propellebantur. Cúmque magis in dies hominum cultus & studium aduersus eum Martyrem gliscerer, etiam oblationes & munera creuere vehementer. Igitur D

Escauuei toparcha Duacensibus infestus.

Lib. ms. Duac.

S. Piatō multis opitulatur.

Sebast. Rouliard Rer. Carnot. c. 5.

sacrum

A sacrum D. Virginis Canonicorum Collegium id animaduertens, de struendo, eiusque Diui nomini consecrando eleganti sacello mentem induit. In extima Virginalis ædis parte id condi placuit. Et mox è secto quadratóque lapide pulcherrimum hoc opus surrexit, binis altrinsecus turribus insigni structura exornantibus. Captusque tum fluentibus ad Sancti merita, & populi religionem è cælo beneficijs, tum studio Canonicorum eius sacelli fabricam promouentium Aymericus de Chasteaulussant Carnotensis Episcopus, duodecim in eo sacerdotia instituit, ac censibus perpetuis donauit. Ea dum fiunt in Francia, Ioanni Pratano apud Tornacenses Episcopatum administranti vitam mors eripit, eiúsque dignitas ad Petrum Forestum
AN. 1350. deuoluitur. Et post breue tempus plerique nobiles viri multis in agro Insulensi possessionibus abundantes, apud Regem questi sunt Parisijs de ciuium Insulensium incendiaria consuetudine & vindicta, cuius antè meminimus: eámque multis de causis iniustitiæ arcessiuerunt. Plus tamen apud Regem Insulenses valuere, ac secundùm eos Senatus Curiæ Parisiensis sententiam dixit Maio mense. Paucis inde diebus per Augustum mortem obijt Philippus Rex Franciæ. In regnum successit Ioan-
B nes filius. Sed quamuis instituto veteri vocaretur, tamen inaugurationis eius cæremonias celebrare contempsit Ludouicus Maleanus Flandriæ Comes, quòd vrbes Gallofl-andricas ipsi restituere nollet, quas eius maiores tamdiu per iniuriam detinuerant. Exeunte anno Petrus Forestus ad Parisiensem Episcopatum promouetur, eique Tornaci surrogatur Philippus Arboisius in Burgundia natus, quem primùm Pastorem Beuuria iuxta Bethuniam viderat, dein consilijs suis admouerat Comes Maleanus. Decimonono Decembris Eustachius Ribodimontius Gallo-flandriæ Gubernator Insulæ Ioannis Franciæ Regis nomine fidem ciuibus iurauit, & ab Senatu iuramentum exegit magna in vrbem ideò pompa receptus. Idémque nō multò pòst finitis Franciæ Angliæque Regum inducijs, cum Godefrido Charniaco (is iam è Caletana custodia missus erat) & Odoardo Rêtiaco iussus est Audomari pha-
AN. 1351. num adire, eique subiectos limites tutari. Apud Flandros Walterus Halewini domi-
C nus magno vir animo, & militari balteo decoratus, cum fratre Spirensi regulo, Gandensium, Brugensium, & Iprensium sententia securi percutitur. Vterque domo Gallo flander Cortraci captus fuerat. E medio tollendi causam arcessebant iudices oppressum ab eis populum. Sed plerique horum propinqui ardore vindictæ nonnullos Gandensium ad Viuam D. Eligij obruêre. & cum his de Brugensibus Iprensibúsque aliqui cecidissent, nisi maturè subtraxisset ferro fuga. Vexabat interim has regiones insignis pestilitas. Agricolarum labores paucissima seges eluserat ob siccitatem æstatis, per quam sata ferè omnia exaruerunt. Igitur inopia primùm famem attulit, indéque tabes corpora inuasit.

AN. 1352. Anni proximi Martio mense D. Gregorij nox vehementibus ventorum flatibus inhorruit. Eorum violentia deiectæ passim arbores, molæ, turres, domúsque magno per omnem Flandriam damno. Per Aprilem propiùs à vitæ periculo abfuit Gandaui Comes Ludouicus, dum se textoribus, & molitoribus fœdè tumultuantibus opponit. Aduersus Ioannem Luxemburgium Insulensem Castellanum, Robertum Wa-
D urinium Lillersij regulum, Guillebertum Roubaisiæ toparcham, aliósque nobiles viros de ciuium Insulensium inolita factas sibi iniurias flammis vindicandi consuetudine apud Franciæ Regem quiritatos Senatus regius sententiam tulit Parisijs, eáque Senatores Iusulenses ad retinendos in officio indigenas Castellaniæ vti voluit. Promoto ad purpuram Cardinalium Petro Bertrandi, Episcopatus Atreba-
AN. 1353. tensis infulas adeptus est Aymericus. Anno, qui proximè secutus est, mala duo grauissima Tornacum infestauere. Per Augustum adeò Scaldis intumuit aquarum eluuione, vt omnia fermè forum vsque inundauerit. ipsamqne totam fori aream pænè obruit rupta nube imbrium vis maxima. Ter mille domos mense proximo fortuitus ignis vltra fluuium eumdem absumpsit. In agris ingens locustarum multitudo terræ
AN. 1354. fructus depasta est. Et propter multiformia hominum scelera sequens annus fame, pestilentia, diluuiis, satorum frustratione, incendiis, aliísque malis passim nobilis fuit. Interim Franciæ Rex, Coméſque Flandrorum inter Philippum Burgundiæ

Ducem

Pulcherrimū ideo sacellum in eius honorem struitur Carnuti: *Idem auctor.* idque duodecim Canonicis ornatur. *Idem auctor.* PETRVS FORESTVS datur Pontifex Tornacensibus. *Tabb. Tornac. Eccles.* Insulēses pro vindicta incēdiaria rursus sentētiam obtinent. *Reg. littera.* Philippus Francorum Rex moritur: IOANNES filius succedit. Pet. Forestus fit Episcop. Parisiens. Tornacenses PHILIPPVM ARBOISIVM accipiunt. *Tabb. Tornac. Eccles.* *Lib. Rosfin.* Induciæ Angli Francique finiuntur. *Iac. Meier. l. 13.* VValterus Halevvinus capite plectitur à Gandensib. *Iac. Meier. l. 13.* *Eis aph.* Eiusque mors vindicatur. Fames infestat, & pestilentia. *Iac. Meier. l. 13.* Rursus Incēdiaria Insulēsium vindicta Parisijs confirmatur. *Arrest Paris.* AYMERICVS Atreb. Episc. creatur. *Tabb. Atreb. Eccles.* *Iac. Meier. l. 13.* *Comment. ms. Torn.* Varia scelerū punitio immissa diuinitus. *Iac. Meier. l. 13.* Inter Ducem Burgundiæ &

Margaritam Flandricam ſpõlalia contrahuntur.

Iac. Meier. l. 13 aly.

A

Ducem Comitémque Arteſiæ, & Margaretam Flandricam nuptias paciſcuntur. Erat ille Francorum Reginæ filius ſeptennis: hæc vnica Comitis Ludouici Flandriæ Comitis filia, herẽſque, annos quatuor nata. Ad contrahendum iſtud matrimonium eò libentiùs Rex Comẽſque ferebantur, quòd ſperarent ideò ab Francis compreſſum iri Flandrorum ſuperbiam & potentiam, prçcluſúmque Anglicanis

Dum pecunia pro bello Anglicano exigitur, Atrebati motus oritur.

Iac Meier. l. 13. Belleforeſt l. 5. cap. 18. Amyl, Meier. aly.

AN. 1355.

fœderibus viam. Laborabat interim Franciæ Rex maxima pecuniæ indigentia, nouóſque ad bellum delectus res poſcebat, Anglis recenter in Galliam effuſis. Igitur indicta omnibus per regnum ſunt pecuniaria ſubſidia. Ægrè his Atrebates ſubſcribunt: & cùm primores regionis exigerent, facto in eos impetu, opifices duodeuiginti opprimunt. Neque priùs ſedari potuit tumultus, quàm ferè centum plebeios caſtrorum metator Arnulphus Odenhemius cecidit Aprili menſe. Venit poſt dies

Rex Franciæ Inſulam & Duacũ ſubit pompa ſolenni.

Lib argent. S. Amati. lib. MS. Duac.

paucos Atrebatum Franciæ Rex, dein Duacum, Inſulam, & Tornacum, vrbes eas ſolemni pompa ſubiturus. Aderant ei Rothomagenſis & Senonenſis Archiepiſcopi, Petrus Bourbonij Dux, eiúſque frater Iacobus Pontiui Comes & Magiſter equitum Franciæ, Ioannes Arteſienſis Augi Comes, Carolus Arteſienſis Tancaruillæ Comes, & Franciæ Camerarius, aliorum quà Præſulum, quà Nobilium vis ingens. B Duaci biduum moratus eſt, ibique honore maximo cultus. Ciues eodem genere veſtis ornati obuiàm iuere. rutilabant holoſericis, & auro pertextis pluuialibus Canonici, Crucémque D. Amati Decanus præferebat, cùm à templo Amatenſi cum Clero digreſſi occurrerent. Ea pompa Ioannes ad ædem D. Amati pridie S. Mauronti deducitur. Ibi fuſa ſupplicitèr ad Deum oratione, duos Eccleſiæ pannos filis aureis illuſos regium munus offert. Veſperi cœnæ ſuæ Canonicos eius ſacri Collegij adhibet. Poſtridie D. Maurontum venerabundus cum Clero Supplicationem obit, ſacrúmque Sancti caput oſculatus, eodem in templo tamdiu in preces incum-

Quæ Duacenſes ei donauerint.

Ibidem.

bit, donec ſolemne Miſſæ ſacrificium peragatur. Ab Magiſtratu Duacenſi hoc ei munus oblatum. Boues duo prælti pinguẽſque materiatum dorſis caſtellum vnà gerebant. Hoc ita formatum erat, vt inferior pars ſpecie vaſis natantes in aquis anguillas & carpiones magna copia comprehenderet. In medio turrium modo qua- C

Lib. argent. Eccleſ. Amat.

tuor vino dolia redundabant, quorum duo album, alia rubrum funderent. Superiùs panni duo nigri, totidem candidi, Duacenſium opus, cernebantur. Cùm in Franciam idem Rex diſcederet, Amatenſis Eccleſiæ priuilegia ſuo diplomate robo-

Tumultus Inſulæ & Duaci ob exules ſuſcitatur.

Lib Roſin. Regiſt. Duac.

Et ab Rege comprimitur.

rauit Atrebati. At Inſulæ Duacíque motus aliquis exortus, cùm quidam exulum Regis has in vrbes primùm ingreſſi beneficio intra muros reuerti molirentur. His regij Bailliui fauebant: contrà, Senatores nitebantur arcere mœnibus. Ergo res ad Regem delata: iſque Bailliuo Inſulenſi mandauit, ne quem ab Senatu exilio multatum in vrbem admitteret: Duacenſi verò reſcripſit, ſi quem Magiſtratus ob turpia fœdáue homicidia, inducias pacémue quadraginta dierum ab rixoſis ciuibus violatas, incendium, furta, raptum, ac violationem mulierum, & conſpirationem,

Duellum iudicij loco iuxta Duacum ſolemniter permittitur.

Lib. MS. Duac.

in exilium egerit, eum in vrbem regredi ne permitteret. Et non procul Duaco graue iudicium duello commiſſum eſt. Gillotus Corbius Ioannem Morellium occiſi per inſidias fratris apud Iudices arceſſebat. quia tamen teſtibus deſtituebatur, nihil per ſententiam obtinuit. Igitur Ioannem ad ſingulare certamen euocauit dirimendæ litis gratia: permiſſúmque ab Iudicibus eſt, vt ea multis cæremoniis, & ſpectatoribus concertatio celebraretur. Intra Cantinium Duacúmque locus certamini delectus: eóque partim ſpectandi, partim iudicandi cauſa cum multis aliis nobilibus viris aduenere Caſtellanus Inſulenſis, Hannoniç Seneſchallus, Ioannes Maſtainius Duacenſis Bailliuus, Hualdus Melunius Duacenſis Præpoſitus. Acriter ab vtroque certatum fuit dubia, & neutrò pendente victoria. ideóque his præſertim, quos me- D

Gallo-flandri auxilia Franco aduerſus Anglum mittunt.

Lib. MS. Duac.

moraui, annitentibus, inter eos amicitia conciliata eſt. Octobri menſe cùm Eduardus Angliæ Rex ab Oceano mari Heſdinium & Audomaropolim vſque incurſionibus omnia popularetur, in eum Francus copias mouit. Ei quia pauciores ſecum vires trahebat, quàm vt hoſtem prædis tumidum, & præpotentem prælio aggrederetur, è Gallo flandria ſubſidium petiit. Ab Inſulenſibus & Orchiacenſibus, quæ potuerunt, auxilia ſubmiſſa. Ad eius caſtra Duaco profecti ſunt equites ſexaginta, ſagitta-

A gittariorum & arcubalistariorum insignis numerus, Ioanne Bonnebroquio duce, Scabinisque duobus, Arnoldo Landasio, & Iacobo Courcellio, comitantibus. Eamque copiam Rex animo beneuolentissimo excepit, cùm vnà curras non pauci commeatibus onusti ducerentur. His ergo subsidiis aliisque septus Ioannes, cùm denique Anglo sese opposuisset, ei necessitatem iniecit suos Caletum recipiendi. Anno

AN. 1356. sequenti Eduardus Walliæ Princeps, Regisque Anglorum filius, octo ferè millibus hominum Vasconiam infestauit. Aduersus eum Franciæ Rex ingentem conscripsit exercitum. Ad sexaginta pugnatorum millia censebantur, quos è totius regni finibus mandata regia exciuerant. Aderat cum aliquot Gallo flandris Insulensis Gubernator Eustachius Ribaudimontius. In Pictonum regione ad vrbem Augustoritum Anglos Francus numero circumuenit: poteráque hostis facilè ad voluntariam deditionem fame compelli. Et iam Princeps discessum iustis conditionibus, multaque oblata pecunia redimere contendebat. Maluit tamen Francus Anglorum sanguine manus inficere, nisi catenis onerari se permitterent. Pugnatū igitur est decimo tertio

Chron Fland. ab Sauuag. edit. cap. 91. Chron. Fland. ms.

Pugna Pictauiensis admodum Francis infelix.

Chron Fland. ab Sauuag. edit. cap. 91. Chron. Fland. vet. & ms. Ioan Froiss. to. 1. c. 161. & seqq. Nicol. Gill. Masson. lib. 4. Robert. Gaguin. Paul Æmyl. Iac. Meier. l. 13. Polydor. Vergil. l. 19. Parad. l. 2. VVassebourg. Belleforest. l. 5. c. 19. aliy.

B Calend. Octobris, etsi prælium Petrocoriensis Cardinalis prohiberet. Quòd Anglis desperatio tantam iniecerit audaciam, vt mallent fortiter pugnando cadere, quàm nondum victi (vt Franciæ Rex dedere se volentibus imperabat) vinculis adstringi: nulla fœdior tristiórue Gallis clades obtigit. Captus Rex eorum Ioannes, huiúsque filius Philippus, quamuis fortissimè decernerent: tantáque vis aliorum vinculis onusta est, vt singulis fermè Anglis bini obuenerint captiui: ac præter viros aliquot summo genere natos, Equestris Ordinis octingenti ferè fuerint ab victoribus abducti. Inter cæsos, Duces aliquî Comitésque fulgebant. Datum vitio Gallo-flandriæ Præfecto, qui multa pollebat apud Regem auctoritate, quòd ea pugna defringendas peditum hastas, equitésque remouendos suaserit: vt tantùm trecentis equitibus grauioris armaturæ præmissis, à quibus hostilis perrumperetur acies, pedestre posteà prælium iniretur. Sensitque is suæ pondus temeritatis, cùm per accepta inter pugnandum vulnera eiecto spiritu concidit. Hac igitur cognita clade, ingens Franciæ

Ioannes Rex cum multis aliis capitur.

Auctor citati.

Eustachius Ribodimontius occiditur.

Iisdem auctores.

C regnum & Gallo-flandriam luctus oppressit: statímque multos inuasit formido, ne qui tumultibus agitarent prouincias; quòd Rex, quasi securus victoriæ, publicis rebus parum prouidisset, cùm hanc aggrederetur expeditionem. Ne quid tamen interim turbarum oriretur, maximus natu Regis filiorum Carolus regni gubernacula suscepit; etsi conatibus eius sese non pauci opponerent. Eius mandato in Gallo-flandriam venit Balduinus Anechinus, totique ditioni præfectus est, ac ideò fidem iu-

Carolus Interrex Franciæ.

Auctor. citati.

Balduinus Anechinus Gallo-flandriæ præficitur.

AN. 1357. ramento Insulensibus & Duacensibus obstrinxit anni sequentis Augusto. Verùm quamuis Carolus iam Franciæ Rector declaratus, omnem adhiberet operam, vt,

AN. 1358. detento in Anglia parente, nullæ per Franciam factiones gliscerent: nunquam tamen perficere potuit, quin varijs motibus concuteretur Gallia: passímque multis regnum, vel imperium affectantibus, grauissima perpetrarentur scelera. Præ ceteris vires obtinebat Nauarrensium factio, regni paci vehementer infesta. Iámque præter alias vrbes oppidum S. Walerici interceperat. Quòd is locus regijs hostibus esset opportunus, Guido S. Pauli Comes, & Morellius Fiennesius equitum Franciæ Ma-

Regist. Duac.

Ad obsidionē S. VValerici è Gallo-flādria missi Insulēses & Duacenses.

D gister, ad eius recuperationem admodum incubuere. Omnis ferè Nobilitas horum hortatibus excita, multique per vrbes ciuium erecti, vt captis armis in exercitum coïrent. Nobilium millia duo numerata; ex vrbium vulgo duodecim. In his fuere

Chron. Fland. ab Sauuag. edit. c. 91. Meier l. 13. Belleforest. l. 5. c. 24.

AN. 1359. Duacensium & Insulensium multi. Haud sine difficultatibus magnis sextum ferè mensem illic tolerati obsidionis labores, donec Martio mense oppidum dederetur. Infaustior fuit Tornacensium expeditio, quos Petrus Flauiacensis ad obsidendam Mali Consilij arcem in Galliam duxit. Quippe Rex Nauarræus obsessis auxilia maturans, eos ad internecionem cecidit. Trepidatum posteà fuit vehementer in Atrebatibus, Gallo-flandris, & Veromanduis, cùm Lancastriæ Dux & Henricus Flandrensis aliquot Anglorum millia Bethuniam vsque & Attebatum populabundi duxere. Sed opportunè priùs ad D. Quintini phanum iuerat Balduinus Anechinus Gallo flandriæ vrbium Præfectus, & balistariorum Franciæ Magister, idque oppidum firmo tenebat præsidio. Et non paruis Atrebatum copijs S. Pauli Comes, Ba-

Tornacenses cæduntur in Gallia.

Nicol. Gillius. Iac. Meier. l. 13.

Anglorum incursiones metum iniiciūt, at comprimuntur.

Iac. Meier. l. 13. Belleforest. l. 5. c. 27.

palmas Enguerrannus Hesdiniensis, Ambianum Morellus Fiennesius equitum Magister tutabantur. Horum ergo diligentia inhibitus est paullùm impetus hostilis. A

Auctores citati Polydor. l. 19. alij.

Verùm maior Francos & Gallo-flandros metus corripuit mense Nouembri, cùm multo septus exercitu Rex Anglorũ per Artesiam in Veromanduos & Campaniam bellum portauit. Nihil enim vsquam reliqui factum, quà viam faciebat. Ab eo tamen obsessi frustrà Remi, & grando vsque frigoris ardorem eius admodum fregere. Igitur anno sequenti, qui propter frigora, pestilentiam, & annonæ caritatem grauissimus exstitit, inter eum Francorúmque Regem pax conuenit his conditionibus: Vt Francus tres auri milliones lyrici nomine persolueret: Aquitaniam, aliásque ditiones aliquot in perpetuum Anglo cederet: interim præcipui Galliæ Principes ac proceres obsidum loco essent. AN. 1360.

Inter Francũ Anglumque pax composita.
Gilles, Meier. alij eum citati. Vvasseburg
Gallo-flandri Franco dant pecuniam & obsides.
Lib. Rosin. Fur. Vadebar. lib. 2. Castell. Insul.
Rescissa cum Anglis Flandrorum foedera.
Iac. Meier l. 13.
Indeque data quies Gallo-flandris.
Regis Frācice erga Insulenses beneuolentia.
Regia littera.

Vt gratum in Regem animum patefacerent Insulenses ac Duacenses, pecuniam ei promisere, obsidésque. Ad sexennium in annos singulos tria regalium nummorum millia Insulenses polliciti, & obsides duos. Ac paullò pòst Rege per litteras postulante, Ioannes Luxemburgius Insulensis Castellanus, eiusque filius Guido in Angliam cum alijs obsidibus abiere. Abstersus etiam non leuis Gallo-flandriæ metus eius pacis conditionibus. Rescissa quippe omnia sunt, quæ cum Flandris Angli fœdera pepigerant: iúmque malis impendentibus prudenter obuiam, ne quas hi amplius rebelliones in Flandria concitarent. Ergo rebus in Flandria quietis respiratum sanè fuit in Gallo-flandricis vrbibus, quæ non parum anteà hostilibus Flandrorum incursionibus vexabantur. Senseruntque Insulenses, ob impensum recèns beneficium, non vulgarem Regis erga se beneuolentiam. Is enim primùm, vt frequentiores conuenæ horum nundinas celebrarent, trium hebdomadarum fidem publicam omnibus concessit, quò liberè per octo dies in vrbe versarentur (tunc id erat præscriptum nundinis tempus) per reliquos aduenientibus abeuntibúsque molestiam nullus faceret. Et cum niterentur adhuc plerique exulum Insulam reuerti, ceu primo in eam vrbem accessu libertatem ipse donasset, his Tornaci agitans, scriptis ad Insulenses litteris, aditum præclusit. Cúmque exhausto prorsus ærario vectigalia rebus varijs ad colligēdam pecuniam imponeret, ad sexennium ciues eosdem horum immunes esse voluit. Per id tempus Aymerico Atrebatium Episcopo morte consumpto, Gerardus Dainuillanus infulis eius Ecclesiæ decoratur. B AN. 1361. C

Regis littera.

GERARDVS DAINVILLANVS Atreb. Episcop. renuntiatur.
Tabb. Atrebat. Eccles.

Dum is vrbem primùm ingrederetur, ad magnificentiam nihil defuit. Aderant ei Senonensis Archiepiscopus, Nouiomensium & Carnotensium Pontifices, multa varijs è partibus Nobilitas. Ab ciuibus obuiàm progressis bos ei insolitæ magnitudinis oblatus, cuius pretium aurea lilia nonaginta, grandis eo tempore pecunia.

Venti vehementes.
Iac. Meier. l. 13.
Pro Dominicanis in vrbē Insul. transferendis laboratum frustrà
Liber Rosin.

Anno proximè secuto, perflantibus vehementer ventis omnis Flandria multum damni perpessa est Augusto mense, arboribus, molis, turribus, ædificiis domorum, ac templis eorum violentia deiectis. At Insulæ laboratum est magnoperè, vt Patres Dominicani ex suburbano domicilio in vrbem inducerentur. Qui præcipuam ad hoc operam impendit, Roubaisiæ Regulus fuit, magna vir potentia & auctoritate. Et quò faciliùs imperraret, eorum vsibus domum suam applicuit. Sed omnis conatus in vanum denique susceptus, varias in contrarium obtendentibus rationes Magistratibus: etsi gratissimus ijs esset cum his congressus, quorum concionibus, alijsque pietatis officijs admodum vrbs excolebatur. AN. 1362. D

Ioannes Frācie Rex vitā exuit.
CAROLVS filius in regnū successit.
Liber Rosin.
Ab hoc quibusdam ad senatum Insul. aditus negatur.
Regist. Duac.
Balduinus Aneckinus Gallo-fland. Gubernat. in pugna occiditur.

Biennio pòst, Franciæ Rex Ioannes, cùm in Angliam ad visendos obsides suos nauigasset, Londini morbo vitam posuit. Carolus liberorum maximus, qui iam moderamini Franciæ assueuerat, & ob mores ac prudentiam Sapientis cognomentum obtinuit, in opes eius regnúmque successit. Eius imperij principia Insulensibus ac Duacensibus modò læta, modò tristia fuere. Ijs enim Quatuoruiris, quos ad dicendos Insulæ Magistratus elegerat, seuerè prohibuit, ne quem è regia, suáue familia, vel pecuniam turpiter fœnerantes, vel sola vsuræ laborantes infamia in Scabinorum Collegium admitterent. Scripsitque Duacensi Bailliuo, vt quos ab Senatu exilio mulctatos in vrbem receperat, inde rursus eijceret. At in Normannia Balduinus Aneckinus Gallo-flandriæ Gubernator mortem oppetijt. Is cùm esset simul arcubalistariorum Franciæ Magister, vnà cum Bertrando Guesclino aduersus Nauar- AN. 1364.

A tæos, quos Capitalis Buzius ducebat, iuxta Cocheriellum pugnam inijuerat. Verùm vbi multum consilij & virtutis ad parandam suis victoriam contulisset, receptis in pectus aliquot vulneribus interijt. Relatum Insulam cadauer eius in æde sua D. Petri Canonici tumulo mandauere. Per id tempus quidam Duacensium inuidia stimulati Ioannem Raymium negotiatorem frumentarium, & Scabinum Duacensem falsò ad Senatum detulere, quasi adulterinis frumenti mēsuris ad maius ex negotiatione lucrum faciendum vteretur. Et mox à Bailliuo prehensus, & in iudicium tractus est. Ibi omnium calculis ad furcam damnatur, quamuis innocentem se afferat, & ad Regem prouocet. eodémque die elisis palàm resti faucibus exstinguitur. Verùm Lambertus eius filius, & Ioannes Fierinus gener ad Senatum Regium Parisios causam traxere. Illic rebus accuratè ponderatis, deprehensum est Ioannem falsò accusatum, & iniustè damnatum fuisse: ac duo in Senatum Duacensem decreta. Primò Senatoribus mandatum, vt linteati tantùm, & faces manibus gestantes patibulum adirent; illinc sublatum Ioannis corpus ad D. Petri templum deferrent: vbi terræ

B mandâssent, sacellum S. Crucis erigerent dotaréntque; sacrum illic tertiò per hebdomadam peragi facerent. Dein ijsdem erepta priuilegia, consuetudines, legum capita, immunitates, iurisdictio, ipsique adeò Magistratus, quòd eam multam inauditum damnando commiserint.

AN. 1365. Infestabat eo tempore vehementer agrum Insulensem Gerardus Morus Equestri nobilis dignitate. Is ab Flandris exilio multatus viros non paucos latrocinijs assuetos, & sceleribus pastos contraxerat: ijs septus occultam in nemoribus Gallo-flandriæ, nunc hîc, nunc illic, sedem capiebat: inde tempore opportuno in viam facientes atrox erumpebat, eorúmque nonnullos rebus aut vita exuebat. Ergo timori cùm esset omnibus, neque manus in eum quisquam inijcere auderet, eius de sceleribus nuntij ad Regem Carolum in Franciam perlati sunt. Hic, vt par erat, magnum inde dolorem concepit. & quòd Gallo-flandris, aliísque per horum fines iter carpentibus cautum esse vellet: ad Insulenses extemplò rescripsit, vt omnem citissimè operam comprehendendo, vel opprimendo

C Gerardo impenderent; quóue maturiùs è medio tolleretur, quingentos ei ciuitas Insulensis florenos addiceret, qui ferro perimeret; in socios eius eodem modo sæuiretur. Verùm hi quem exitum sortiti fuerint, non inuenio. Quartus iam annus voluebatur, ex quo Margareta Ludouici Maleani filia, cui post patris mortem obuentura erat Flandriæ hereditas, per immaturam Philippi Burgundiæ Ducis mortem, sponsum amiserat. Quòd per auiæ paternæ decessum in dotem quoque Burgundiæ & Artesiæ Comitatus tractura esset, Franciæ Rex Ioannes filio suo Philippo, Angliæ Rex Aymundo filio nuptias eius optabant. Plus ponderis habuit Angli petitio; & quòd ad eum Flandriæ ciuitates animos inclinarent, filiam Aymundo despondit Duberi (quò ex Flandria traiecerat) Comes Ludouicus; matrísque preces, & Francorum fremitus ad Philippum diuertere nitentes contempsit, auctore precipuo

AN. 1366. Duce Britonum Ioanne. Venit posteà in Flandriæ Gallicæ fines Tristanus Siluius,

AN. 1367. eius gubernationi ab Rege Franco præfectus. Anno 1367. flante Coro per noctem ad festum S. Nicasij grauissima exorta est tempestas. Oceani æstus solitò vehemen-

D tior altiórque assidentia littoribus obruit. naues inde quamplurimæ obtritæ: deiecta passim ædificia: Tornaci turris S. Nicolai prostrata, itémque pars speculæ, vbi præcipuum est vrbis horologium: cecidit etiam turris campanaria Orchiacensis oppidi. Orti dehinc morbi pestilentes multos in Flandria mortales è viuis sustulit. At Insulæ Petrus Deladessoubs, & Petrus Ghisart cùm Robertum Guerri lanionem è D. Stephani templo egredientem ex insidijs adorti fuissent, tantóque per cœmeterium fugientem vulnere affecissent, vt is mortem posteà oppeteret, in eius Diui ædem confugêre. Verùm inde Bailliuus vtrumque ad causam dicendam extraxit. Episcopi Tornacensis Officialis vbi rem totam habita quæstione pernouit, in hanc pronuntiauit sententiam: Ob facinus commissum, non debuisse templum reis patrocinari; ac ideò in custodiam inde pertrahi potuisse: quòd Bailliuus Episcopi iniussu manus in eos immiserit, cum satellitibus suis anathemate perculsum: ob violentam extractionem templum fuisse pollutum; ea sanguinis effusione violatum quoque cœmeterium:

Marginalia: Chron. Fland. MS. Ioan. Frois. to 1. cap 222. Chron. Fland. ab Sauuag. edit. c. 97. epitaph. — Ioannes Raymius Duaci iniustè damnatus à Senatu, suspenditur. Regist. Duac. lib MS. Duac. — Ideoque hic ab Rege punitus. — Gerardus Morus insignis latro Gallo-flandriam infestat. Regis littera. — Margareta Maleani filia Angliæ Regis filio despondetur. Meier. Polydor. lib. 19. — Tristanus du Bois Gallo-fland. Guber. Regist Duac. — Tempestas multùm damni parit. Iac. Meier. l. 14. — Templum S. Stephani, eiusque coemeterii violantur. Liber Rosin.

rium: Bailliuum, reósque ad necessarios in vtriusque loci reconciliationem sumptus damnandos. Datum Insulensi Decano vtrumque locum reconciliandi, & sacris restituendi peccata summisse fatentes, negotium. A

ANNALIVM GALLO-FLANDRIÆ

LIBER OCTAVVS.

B

INTERIM multis Fráciæ Regem Carolum curis incessetát contracta cum Margareta Ludouici Flādriæ Comitis filia, & Flandrensis Comitatus herede Aymundi Regis Angliæ filij sponsalia. Nihilque reliqui factum fuerat, vt ab Summo Pontifice rescinderentur, obtenta etiam magna quadam sanguinis necessitate, cùm aliter is nollet dissoluere. Eóque Gallorum conatus omnes intendebantur, vt ea puella Philippo Burgundiæ Duci, Regisque Caroli fratri connubio iungeretur. Nec abnuit tandem ipse Carolus cum fratribus Bituricensi & Burgundo, multáque Gallica Nobilitate Lutetia Tornacum venire, vt cum Brabantiæ Duce, & Hannoniæ Comite, ac Ludouico etiam puellæ parente eo de matrimonio calidiùs illic agitaret. Nihil tamen factum eo tempore. Principes Flandriæ ciuitates adeò precibus Comitem Ludouicum impulerant, vt numquam id matrimonium admitteret, nisi Gallo flandriæ vrbes ipsi redderentur. Contrà, Franci omnem de harum restitutione mentionem respuebant. Ergo Ludouicus ne Tornacum frustrà veniret, morbo se detineri Mechliniæ simulauit. Ea res sauciauit grauiter matrem eius, quæ plurimùm Gallo fauebat, & contracta cum Angli filio sponsalia vehementer auersabatur. Statimque ad filium ipsa Mechliniam adiit. Et eùm in conspectum venisset, totuis eum intuens oculis, & diffibulata veste mamillam exerens, *Hanc*, inquit, *tuam olim iucundissimam nutricem ferro exscindam, ferísque obijciam canibus, neque Artesiæ Comitatu potieris, nisi tandem permittas, vt filiæ tuæ nuptias cum Burgundo conciliem.* Sic igitur permotus Comes parenti ad pedes accidit, & quod ipsa petebat, cùm ei se ac Regi semper obsecuturum spopondisset, de filiæ matrimonio promisit. Verùm id tantùm anno sequenti contractum est. Rediit interim Ioannes Insulensis Castellanus, & Hugo filius eius, quos in Angliam missos ab Insulensibus obsides memorauimus. Et mox renata inter Francorum Regem Anglúmque dissidia: bellúmque rursus exortum est, Walliæ Principis auarum imperium accusantibus Gallis, ex aduerso ad Gallorum perfidiam Anglis frendentibus. Serpsit etiam latiùs per Flandriam pestilentia. Nec quibusdam in Ludouici Comitis perniciem aliqua moliendi voluntas defuit: ab hisque certis locis dispositi exules, qui mali nihil opinantem inuaderent, & vinculis onustum in Angliam abducerent. Sed ij tandem deprehensi, & pars Tornaci, pars in Flandria plexi capite pœnas dedere. Intereà loci actum vehementer Parisijs, vt Duacenses Magistratus commissæ nuper in Ioannem Raymium noxiæ venia donarentur. Eóque demum id negotium arte quorumdam perductum, vt Regis animum ad misericordiam inflexerint. Igitur Carolus horum relatione dum calleret, non tam malignè Senatores Ioannem Raymium capitis damnasse, quàm æqui studio impulsos; iámque patienter impositas sibi pœnas tolerasse: suas vrbi leges, Magistratus, priuilegia, consuetudi-

AN. 1368. C D

Frácus laborat, vt Margarita Flandrica Burgúdiæ Duci per nuptias iungatur.
Nicol. Gill. in Chron. Franc. Iac. Meier. l. 13. Annal. Fland. Paradin. lib. 3. Bellefor. l. 5. cap. 55.
Eò venit Tornacum, sed frustrà initio.
Obtinuit tamen paullò post Ludou. Com. mater, vt id matrimonium cótraheretur.
Gulielm. Æmyl. Iac. Meier. l. 13.
Ioánes Insul. Castell. eiusque filius ex Anglia redeunt.
Iacob. Meier. Chron. Fland. c. 99.
Bellum inter Francos & Anglos renouatur.
Iac. Meier. l. 14. Bellefor. l. 5. c. 56.
Magistratus ab Rege redditi Duacensibus.
Regist. Senat. Duacens.

A nes, ius dicendi facultatem reddidit. Ab ea tamen multæ nomine sex millia Francorum aureorum accepit, ac quædam circa Magistratus constituit. Et tum Machildis Duacensis Castellani vidua nobile huius Castellaniæ, vt vocant, beneficium Duacensi Senatui vendidit. Afficiebant per hæc tempora non leuiter Robertum Fiennesium magna virum auctoritate, & Stabularium Franciæ Comitem, Insulensis Dominicanæ familiæ Patrum incommoda, quæ variæ bellorum iniuriæ sæpius inuexerant. His igitur in posterum euitandis, ad eos Religiosos in vrbem è suburbüs transferendos quantum potuit laboris contulit. Suam in primis domum ipsis attribuit, quam in vico Basso nuncupato possidebat. Apud Regem Franciæ instiuit, vt suum is munus gratum haberet, ac diplomate familiam intra muros Insulenses ducendi, ibique struendi domicilium potestatem faceret iis Patribus. Hoc vbi obtinuit, cum Senatoribus egit calidè, vt bona ipsorum venia suam illis in possessionem migrare, ibique monasterium condere liceret. Multum scilicet ipsis obuenturum gloriæ, postquam religiosos homines intra vrbem aduersus hostiles incursus tegi permiserint: multum in oppidanos manaturum vtilitatis, cùm interdiu noctúque hos ad spirituales subleuandas necessitates paratos habebunt. Verum quamuis hęc studia Roberti Summo etiam Pontifici placuerint, isque veniam Dominicanis alumnis dederit in vrbe monasterium ædificandi: nunquàm tamen induci Senatus potuit, vt intra mœnia sedem huic Ordini concederet: ac ideò necesse fuit tam vtilibus Reipublicæ viris magnas incommoditates, & continuos ferè metus tolerare.

Regist. Duac. Senat.

B

AN. 1369. Paullò pòst ad conficiendas inter Margaretam Flandricam & Burgundiæ Ducem Philippum nuptias habitus est Gandaui nobilis Conuentus. Eò Rex Franciæ misit Petrum Antissiodorensem Episcopum, Galterum Castillionensem, & Euerardum à Corbeia. Ab Comite Ludouico legati fuerunt Henricus Beuerensis Castellanus Dixmudensis, Balduinus Pratensis toparcha, & Rolandus Pouckij regulus. Illic has in leges pactæ nuptiæ Aprilis duodecimo: *Vt Insula, Duacum, & Orchia cum appendicibus agrísque Comiti restituerentur: quæ Rex ei debebat decem millia nummûm census perpetui ab Ioanne Rege promissa, & summam magnam reliquorum, debita insuper sibi ab Rege centum millia coronatorum pro moneta Clamecyensis compensatione, itémque pecuniam ingentem ob toleratos sumptus militum aduersus Anglos oppido Grauelingano impositorum, Comes nunquam repeteret: Vbi Flandriæ Comitatus post defunctam Margaretam, deficiente mascula prole ad fœminam deuolueretur, ius hæc oppida Gallo-flandrica recipiẽdi Francus haberet, modò decem millia nummûm certi ac perpetui redditus ab Comite Flandriæ percipiendi cõstitueret.* Et Carolus Rex die Aprilis vigesimo quinto has leges totáque transactionem litteris tradidit Parisijs. Idémque Gallo-flandricis ciuitatibus scripsit, vti se Ludouico Flandriæ Comiti subiicerent, ei fidem iuramento dicerent, ei obsequerentur. Ac suos inde Præfectos reuocauit. Ea res summam attulit Flandris omnibus voluptatem. Iámque omnia festiuis ludis & conuiuiis per vtramque Flandriam feruebant, cùm mensis Iunij decimo die Comes Ludouicus Ioannem Ghistellæ & Ingelmustri regulum in Gallo flandriam cum litteris misit, vt nomine suo vrbes eius in potestatem reciperet. Et in maiorem omnes Flandri lætitiam effusi fuere, cùm decimotertio Kal. Iulij celebratæ sunt Gandaui maximo apparatu Margaretæ ac Philippi nuptiæ, Carolo Rege, multísque Principum Galliæ cum tota Flandriæ Nobilitate præsentibus. Non multis post festa nuptialia diebus ea ex vrbe coniugem Philippus Diuionem in Burgundiam abduxit. Sed mox ipse ab Rege aduersus Anglos extremam Artesiam infestantes cum exercitu missus est. Vbi maiori prudentia fructúque prælio abstinuit, quàm fama & nomine.

Inter Burgundiæ Ducem & Margaretã Flandricam nuptiæ contrahuntur Gandaui.

Litter. Reg. Car. Cõtract. legator. Ioan. Froissart. lib. 1 cap. 58. Nicol. Gill. in Chron. Franc. Gaguin lib. 9. Iac. Meier l. 13. Oudeg. cap. 168. Aemyl. lib. 9. Bellef. l. 5 c. 16. Paradin lib. 3. VVassēburg l. 6. Pontius Heuter. l. 2.

Gallo-flãdria Comiti Flandriæ restituta.

Lib. Rosin. Reg. Duac.

Liber Rosin. & Regist. Duac.

Ducis Burgund. nuptiæ Gandaui celebrantur.

Iac. Meier. l. 13. Bellefor. l. 5. alij.

C

D

AN. 1370. Promoto ad Sedem Morinorum Gerardo Dainuillio, Petrus Masoërius Doctor Legum ex Archidiacono Cameracensi Atrebatium Pontifex nuncupatur. Gregorij huius nominis vndecimi Pontificis Maximi fuerat priùs institutor. Absque pompa vrbem Attrebatum primò subiit quarto pòst anno secunda & vigesima luce Martij.

PETRUS fit Pontifex Atrebat.

Locr. in Chron. Gaz. Paradin. Meier. Heuter.

AN. 1372. Dum labitur Christi annus post millesimum & trecentesimum secundus & septuagesimus, vitam reliquit Ioannes Hangouartius apud Insulenses magno genere natus. Opum abundantia ipsi cognomen Diuitis pepererat: in res sacras liberalitas

Ioannes Hangouartius moritur.

Epitaph. eius.

magnam quoque famam comparauerat. Dum viueret, dexteram nauis partem in templo S. Stephani suis sumptibus exstruxit: ac bis mille & nongentos aureos Francicos in alterius partis exædificationem ceris vltimis legauit. A

Nicolaus Gill. Iac. Meier. l. 13. Heuterus l. 2.

Paucis inde mensibus plurimam Burgundo sapientiæ militaris opinionem conciliauit expulsus è Francia nouus Anglorum exercitus. Triginta pugnatorum millia numerabantur, cùm is Artesiam ingressus est. Vix dena supererant, dum commeatibus prohibitos, & fame confectos semper à tergo carpendo Dux in extrema Vasconiæ eiecit. Tunc acerrimo frigore Ianuarius inhorruit, vt gelu arbores finderentur. Veneruntque bas in partes è finibus Mosæ ac Rheni frequentia hominum agmina, qui perpetuò canentes, ceu fanatici, variis corpora choreis & saltibus exercebant. Interim quidam ciuium Duacensium animaduerterant, non leuiter circa magistratuum creationem à plerisque peccari. Igitur ea re maturè perpensa, demum ab Comite Ludouico flagitarunt, vt circa illam aliquid mutaret. Is suorum adhibitis consiliis, hunc in modum constituit. Quo die Scabini magistratu abeunt, in Curia Senatus manè nouem Electores dicantur. ad hos nuncupandos, tum ij, qui magistratu amouentur, tum alij omnes, qui anno præcedente magistratum exuerint, in Curiæ conclaue conueniant. Ab istis omnibus è parochia S. Petri quatuor, ex aliis quinque parochiis singuli Electores nominentur, quorum fides & vitæ integritas fuerit comprobata. hi in locum aliquem Curiæ ab omni arbitrio semotum compingantur obseratis foribus. illic duodecim spectata fide vitáque homines eligant Scabinorum nomine, quorum nouem cis flumen, tres vltra domicilium fixerint: quíque nulla sese necessitatum sanguinis contingant, quæ ab Ferrando & Ioanna Flandriæ Comitibus prohibitæ olim fuerunt. Ius sit iisdem Electoribus Sexuiros creandi, eósque ex qualibet parochia euocandi, qui publicis operibus præsint, & sine quorum, saltem trium, sententia, nihil operis publici Scabini moliantur. Qui vel Scabini, vel Electores fuerint, ad id officium rursus euehi nequeant, priusquam anni duo effluxerint: in Sexuiros nulli denuo deligantur, nisi annus vnus intercurrat. Tam Electorum, quàm Scabinorum pars maior suffragiis suis in suam alios sententiam pertrahat.

AN. 1373. B C

Circa Duacensis Magistratus creationem Ludouici Flád. Comit. ordinatio.

Litter. Comit. Ludouic. Regist. Duac.

Anno sequenti frustrà Brugis laboratum est ab Francica & Anglica Nobilitate circa pacem inter Reges conciliandam, quòd Angli cum summo imperio Aquitaniam retinere contenderent. Anni tantum vnius concessæ vtrimque sunt induciæ. Neque plus impetratum altero pòst anno, cum vtriusque Regis legati eadem in vrbe conuenissent. Igitur productis in vnius anni tempus induciis quieti sese Comes Ludouicus tradidit, quem tamen suspectum Franci habebant, ob cultum magnificè in Flandria Ioannem Britanniæ Ducem, & vitatos Brugenses Conuentus. Interim Ioannes de Rocquegnies cognomento Fierin, fortunas suas omnes hospitali domui Diuæ Virginis nomine in Cerui platea Duaci condendæ attribuit.

AN. 1374. AN. 1375.

De pace inter Francum & Anglú componenda in vanum Brugis agitur, tantumque pactæ sunt induciæ.

Nicol. Gillius. Iac. Meier l. 13. Paradinus lib. 3. Heuterus l. 2.

Domus hospitalis Duaci fundatur.

Litter fundat.

Post biennium Ludouicus Flandriæ Comes ea Insulensibus priuilegia confirmauit, quæ Margareta quondam irrogauerat, quibúsque licebat ipsis esse vectigalibus immunes. Instituta eorum legésque rata idem habuit, solúmque sibi cognitionem, & iudicium reseruauit eorum, quæ celsitudinem eius afficerent. Ad verum propiùs accedit Philippum Arboisium Tornacensem Episcopum hoc anno è viuis abiuisse, quamquam Iacobus Meierus, aliíque mortem eius in annum sequentem reiiciant. Inter ea quæ laudabiliter sacris locis donauit, insignis pecuniæ summa memoratur, quam erigendo Insulæ D. Virginis Cancellatæ sacello attribuit. In huius posteà locum Canonici Petrum ab Auxeio legere: cuius competitorem fuisse Ioannem ab West Meierus memorat.

AN. 1377. D AN. 1378.

Comes Flád. Lud. Priuilegia Insulens. confirmat.

Lib. Rosfin. Iac Meier l. 13.

Episcopus Tornacensis moritur.

Vide Ioan. Co[illegible] 4. c. 31. Rer. Tornac.

PETRVS succedit.

Tabb. Tornac. Iac. Meier. l. 13. Demochares

Duplex posteà bellum Flandriam omnem grauiter incessit. De Pontifice Romano prius exortum. Adhærebant Vrbano Comes Ludouicus Flandríque. ex aduerso, Clementem Galli venerabantur, & pro legitimo Sacerdote colebant. Igitur Carolus Rex, Dúxque Burgundiæ Philippus id vnum moliebantur, vt Comitem Ludouicum ac Flandros ad huius etiam venerationem pertraherent. Verùm habito

AN. 1379.

Schisma Flándri auersantur.

Iac. Meier. l. 13.

Gan-

A Gandaui Flandrensis sacerdotij Conuentu, passim Clemens irrisus; & in Vrbani verba iuratum est ardentiùs. Frustráque Petrus ab Anxeio Tornacensium Episcopus imperio suo subiectos pœnis comprimere aggressus est, cùm, præter Tornacenses Clemētis fautores, nemo iussibus eius paruerit, Flandrique omnes ad Ioannem eius competitorem, quasi verus esset Episcopus, adspexerint. A Principis moribus belli alterius causæ fluxerunt. Munificentia, luxus, voluptates, adeò ipsi chara erāt, vt nihil prætereà pensi haberet. In ludos equestres, conuiuia, toros illicitos, ingentia fundebantur vectigalia. Igitur cùm viderent sese Flandri ad hos inutiles sumptus impelli pertrahíque: aduersus Comitem passim fremebant. Et ausi denique Gandauenses per Gosuinum Mulardum palàm eiusmodi profusiones ipsi opprobrare, cùm euocatis ex omni Flandria, Brabantia, Artesia, Hannonia, Hollandia viris nobilibus equestre munus prӕberet. Auxit horum indignationem præpropetus paullò pòst ex vrbe Comitis abscessus, & concessa Royam fodiendi, & aquam ex flumine Lisa Brugas ducendi potestas. Itaque Brugensibus eum canalem ducentibus Alborum

B Capitiorum coijt Gandaui factio, quam Ioannes Hyons ab Comite præfectura nautarum exutus collegerat: raptísque celeriter armis fossores aliquot interemit, Brugásque ceteros fugere compulit. Et paullò pòst multi per fines Gandensium, & in Flandria Imperiali, horum violentia bellum aduersus Comitem capere coguntur. Id animaduertens Comes Ludouicus, qui multis hactenus sese voluptatibus oblectauerat, Mechlinia Insulam venit. Multam huc Nobilitatem euocauit, vt cum ea de publicis rebus agitaret, consiliáque iniret opprimendæ confestim factionis. Et cùm videret Ipris ac Insulæ rebelles inhiare, vtrobique firmum equitum ac peditum præsidium posuit. Sed breui pòst Ipris coniurati potiuntur, frustrà nobilibus viris illuc à Comite missis arcere conantibus, cùm ciues obuiis eos vlnis exceperint. Inter alios ibi cæsi Robertus & Thomas ab Houardria non parui apud Gallo-flandros nominis, generísque. Adulto iam Octobri obsessa est à Gandensibus, aliísque fœdere iunctis ciuitatibus Aldenarda Scaldi fluuio inter Tornacum Gandaúmque

C imposita. Grauis ea fuit obsessio tum insidentibus, tum oppugnantibus. Sed tamdiu obsessi maximas difficultates & labores tolerauere, donec aduētu Philippi Burgundiæ Ducis, qui priùs cum copiis Tornacum, dein ad Pontem Ronæ profectus est, pax composita. Erat illic nobilissimum totius Flandriæ præsidium, cùm vix alij præter plurimos viros summo per vtramque Flandriam loco natos illic existerent, vti fortitudine sua oppidum tuerentur. E Gallo-flandrica Nobilitate ibi præsertim emicuerunt Galterus Halewinus, Gerardus Markillius, Perceualius Haukeronius; quibus ob nauatam aduersus grauissimos hostium insultus egregiam operam donatus est Equestris balteus: Oliuerius, Daniel, Tristannus, & Gerardus Halewini, regulus Wauriinij, toparcha Bonduanus, & Auelinus, dominus Warlainij, Henricus Haius. Hæsit post liberatam Aldenardam multo Comes temporis spatio Insulç, vti firmandis rebus operam daret. pacémque interim cum Flandris initam tabulis consignat. Inde Gandauum adiit. Ibi cùm aliquamdiu ex pactis legibus pacis hæsisset, ad iracundiam rursus eum Alborum Capitiorum recordatio vehementer impulit, & pri-

D motibus grauissimè increpitis ea tolli duriùs imperauit. Intempestiua bonis omnibus visa est obiurgatio: & tunc nisi validiùs aduersus eum factiosi, vt capitia vel ipso inuito retinerent: nec vllo concionantem honore sunt prosecuti, quamquam ex ipsa propemodum vrbis fęce coaluissent. Igitur exorto rursus tumultu, clàm Ludouicus aufugit, ac Insulam venit. Hîc exactis aliquot diebus, Parisios, quò frequenter euocatus fuerat, ad Regem concessit, quamuis non leuis animum timor pulsaret, ne quid Rex sinistrum moliretur, ob receptum & honorificè habitum Britanniæ Ducem regno aduersum. Præualuit tamen Regem conciliandi cupido, ab eóque aduersus Flandros auxilia contrahendi. Parentis eius prudentia & auctoritate metus omnis abstersus; & cum gratia Regis gaudióque reuertenti munus etiam impetratum est. In Artesiam reuenientem Brugenses legati apud Atrebates excepere, gratulatíque felicem reditum, vt Brugis domicilium statueret, orauere vehementiùs. Verùm Insulam cùm venisset, hîc non paruo tempore commoratus est. Ausus tum

Froissart vol. 2. c. 31. Meier. l. 13. Ioan. Cousin l. 4 cap. 32. Rer. Tornac.

Quibus ex causis bellum in Comit. Ludouicum Flandri mouerint.

Iac. Meier. l. 13. Pont. Heuter. lib. 2. Polydor. Vergil. l. 20.

Ioan. Froissart. to. 2. c. 57. & 58. Chron. Fland. MS. Meier. l. 13. Chron. Fland. a Sauuag. edit. Paradin lib. 3. Bellefor. l. 5. cap. 45. Pont. Heuter. l. 2. hoc bellum memorant.

Comes Ludouicus aduersus Flandros de bello deliberat Insulæ.

Ipræ ab Flandris capiuntur.

Auctores citati.

Aldenarda ab iisdem obsidetur.

Chron. Fland. edit. ab Sauuag. cap. 107. Ioan. Froissart. to. 2. Chron. Fland. MS. Meier. l. 13. Heuter. l. 2.

Sed interuentu Ducis Burgundiæ liberatur.

Auctores citati. Amyl lib. 9. Heuter. l. 2.

Qui Gallo-flandri Aldenardam defenderint.

Chron. Fland. MS. Meier. l. 13.

Nouus in Fland. tumultus aduersus Comitem.

Froissart. Meier. Heuterus.

Ludouicus Comes Flād. ad Regem in Franciam proficiscitur.

Chron. Fland. ab Sauuag. edit. Iac. Meier. l. 13.

Inde reuersus hæret Insulæ.

Ioannes Prunellus Aldenardam capit. *Chron. Fland. ab Sauuag. edit. cap. 108. Ioan. Froissart. to. 2. c. 47. Meier l. 13. Pont. Heuter.* Idem posteà In olæ afficitur supplicio. *Auctores citati.* Nouus belli turbo in Flandria exoritur. *Auctores citati.* Nobiles in Flandros rebelles consurgunt. *Ioan. Froissart. to. 2. cap. 48 Iac. Meier. l. 13. Heuter.* Alborum Capitiorum factio in hos erumpit. *Auctores citati.* & Insulæ obsidionem minatur.

fuerat Ioannes Prunellus textor pannarius millia quinque Capitiorum Alborum A
Gandauo educere, nullâque vrbis eius Senatus auctoritate Aldenardam intercipere, huius portas & mœnia in plana deiicere. Verùm acre bellum minitantis Comitis expostulatione pulsati, vrbis Gandauensis proceres perpetuo Ioannem, & aliquot alios exilio mulauere. Athum Ioannes concessit. Haud tamen ibi quietum esse licuit. Flagitante scilicet Comite Ludouico Princeps Hānonios vinculis cōstrinxit, ac Insulam misit protinus. Igitur hîc Ioannes cum aliquot aliis Gandensibus factiosis insertus rotæ vitam inter cruciatus grauissimos perdidit. Arsere tunc vehementiùs Gandaui hominibus improbis animi. Et mox ab his per agros incendio corruptæ domus, villæque Nobilium. Ex aduerso hic furor insanientis populi totam Flandriæ Nobilitatem, exulésque omnes, qui frequentes apud Comitem agitabant, pupugit acerbiùs. Neque veniam aduersus Flandros arma corripiendi, eorúmque agros infestandi rapinis & incendio, flagitantibus Comes negauit. Igitur hi magna hominum manu collecta inter Aldenardam Cortracúmque locos omnes populari cœpere. tantúmque ab ijs illatum damni est, vt Gandenses eius magnitudine permoti, plurimum agmen Alborum Capitiorum aduersus eos portis emiserint. Sed B
horum aduentus ad Deinsam gnari Nobiles, celerrimo sese itinere Tornacum recipiunt: hic sese armis firmioribus muniunt, & ad bellum omnia cōparant. Ac paulò pòst ex vrbe digressi partim Orchiacum iuxta, partim Landasti, & Warlainij sese continent. Molestum id fuit quà Tornacensibus, quà Duacensibus: quòd exercendis mercimoniis obsepto ab his itinere facultas negaretur. Et terruit grauiùs Gallo-flandros obsidendæ ab Flandris Insulæ rumor, vbi Comes cum plurimis Nobilium degebat. Id enim consilium Gandenses calidè ceperant, iámque Brugenses, Iperanos, aliósque Flandriæ populos ad hanc expeditionem impellere nitebantur. Verùm sapientiùs Brugenses ab hoc eos instituto auertêre, Francorum Regem rati auxilio venturum. Ita præter metum passi nihil Gallo flandri, & diutiùs apud eos sese Comes continuit.

Parricidium Duaci commissum. *Lib. MS. Duac.*

Interim Duaci Arnoldus Niot noctu matrem somno sepultam atrocissimè C
occidit. Et cùm die sequenti sparsa sceleris fama propinqui hortarentur, vti sumpta pecunia ex oppido diffugeret, nunquam fugæ consilium admisit, perpetratum ab se facinus negans. Igitur Senatus in eum manus iniecit, ac matris domum perduxit. Ad eius præsentiam multum sanguinis emisit matris cadauer, solito cædis admissæ argumento. Obstinata nihilominus mente parricidij ab se crimen amolitus est Arnoldus. Vbi tamen neque cœmeterium D. Amari, qua ducebatur in Castrum, propter interdictum patrocinari sibi, neque vires ad tolerandos quæstionis acerbissimæ dolores sibi suppetere sensit; commissum ab se parricidium aperuit. Igitur die proximo ad patibuli locum trahâ delatus è furca suspensus est. Alter eodem in oppido violentas in vxorem manus iniecit, eique vitam abstulit. Sed nactus apud Franciscanos dierum aliquot latibulum, Senatus vigilantiam elusit, solúmque perpetui exilij pœnas incurrit. Tertius ibidem obstricta sibi fune gula mortem conscíuit. vt non parum ciues tot támque fœda funera terrefecerint.

Maritus ibidē coniugem occidit. *Idem lib. MS.* Alius ibidem loci se suspendit. *Idem lib. MS.* Gallo-flandri Brugensibus Comiti suo conciliandis felicem dant operam. *Chron. Fland. ab Sauuag. edit. Ioan. Froissart. to. 2. cap. 66. Iac. Meier. l. 13. Heuterus l. 2.* Ipræ & Cortracum à Comite recuperantur. *Auctores citati.* Castrum Enhamense ca-

Anno sequenti magnum Comes Maleanus exercitum coëgit, eiúsque ardens D
studium fuit Brugas sibi adiungere partim metu, partim beneuolentia. Et conatus AN. 1380.
eius plurimùm Insulani ac Duacenses iuuere tam suadendo Brugensibus pacem, quàm militem ei sufficiendo: quamuis Duacensium multitudo impositum ab ipso nouum vectigal pendere obstinatè recusauerit. Adeóque Brugensium animi sensim ad Comitem reflexi, vt Gandensibus sese opposuerint, ac multis eorum trucidatis, vrbem suam ipsi iam Insula euocato permiserint, pacémque cum eo fecerint. Coacti paullò pòst Iprenses Comitem in vrbem recipere, cùm primores oblatis ei clauibus ad pedes suppliciter accidissent. Et recepto per deditionem Cortraco, ducentos è ciuibus Comes in custodiam Duacum ac Insulam misit. Ita quidem harum vrbium ad Comitem accessione cautum vehementer Gallo-flandris fuit, quos inde procursus quotidiani infestauerant. Graue tamen paucis pòst diebus damnum Gallo flandri sensere. Erant multi Insulensium, Duacēsium & Orchiensium cum Iprensibus

A libus & Bethuniensibus Einhamo castro ad præsidium impositi, eisque præerat dominus Waterflietensis. Gandauenses Aldenardæ imminentes, quò faciliùs hoc oppido potirentur, iudicabant Einhamum priùs esse capiendum, quòd Gandauum versus paruo inde spatio Scaldi fluuio assideret. Ergo multa manus eorum huc intendit: factáque impressione adeò vehementer locum aggressi sunt, vt præsidij Præfectum occiderint; è præsidiarijs ferro multos hauserint; alios in Scaldim præcipites egerint; Petrum Sconebroquium nobilem virum è fenestra deiectum hastis exceperint. Ad mille ducentósque partim occisos, partim aquis obrutos comperio. Obsidebat eo tempore Comes Ludouicus Gandauum, parúmque rem promouebat. Et cùm cuperet suos per pontem in Wasiam transmittere, illic cum pluribus alijs infecta re Iudocus Halewinus Gallo-flander fortissimus occubuit. Haud diu pòst tamen inter Comitem & Gandenses pax composita. Sed vix ea quindecim hebdomadarum quietem concesserat omni Flandriæ, cùm Gandensibus & Brugensibus erepta sibi mutuò repetentibus, noua coorta est seditio, pacémque abrupit. Ac tunc pertra-

…piunt Gandenses, ibique Gallo-flandros cædunt.
Auctores citati.

Pacem cum Gandensibus Comes facit.
Auctores citati.

B ctis in societatem Iprensibus insigni Gandauenses incursione prædas egere. Vitam interim cum morte mutauit Franciæ Rex Carolus, eiusdem nominis relicto impubere filio, cuius tutelam Philippus Burgundiæ Dux suscepit. Hoc igitur nuntio exhilaratus Flandriæ Comes Ludouicus magno contra factiosos animo bellum redintegrat. Spes enim eum non leuis ceperat impetrandi ab Rege auxilij, quem gener

Eo tamen paullò post violatur.

Rex Franciæ moritur, eiusque filij CAROLI tutela Duci Burgundiæ committitur.

AN. 1381. moderabatur. Ergo nouas aduersus Gandenses omnia vastantes copias Brugis congregat. Ad viginti pugnatorum millia is exercitus excreuit, ibíque sub signis Insulani & Duacenses fuere. Qui educeret secum, Gualterum Angiensem præsertim delegit mira iuuenem animi magnitudine, & virtute bellica. Vbi proximè Niuellam ventum est, cum sex millibus Gandensium apparuere Raso Herzelius, & Ioannes Lannoyus Gallo flander transfuga. Et Petrus Boscanus sex quoque Gandensium millia ex agro Cortraceno celeriter rapiebat, vt suam illis copiam iungeret. Puduit tamen Herzelium præstolari socias vires: solóque agmine suo Comitis exercitum

Contra Gandenses bellum Comes renouat.

Chron. Fland. ab Sauv. g. edit. cap. 110. Ioan. Froiss. t. 2. c. 68. Iac. Meier. l. 13. Paradin. lib. 3. Heuter.

C statuit aggredi, vt superbiæ pœnas daret. Igitur ipse tres in acies suos distribuit: in singulis duo millia hominum collocat: statímque Comitem pugna incessit. Acies quinque contrà instruxit Ludouicus. Prima Brugensibus data, quos regulus Ghistellensis cum fratribus duceret. secundam fecere Franconates. in tertia iuncti Cortràcensibus Iprenses, quos nuper sibi Comes conciliauerat. quartam obtinuere Casletani, Balliolani, Poperingani, Bergani, Burburgenses. in quinta Insulenses, Duacenos, Aldenardenses Comes duxit. Grauissimum ibi prælium exortum, postquam multùm apud suos tumidus in Comitem fremuit Herzelius; contrà, suos Ludouicus petitis ab iusta belli causa, & hostium insolētia stimulis incitauit. Sed quamuis impares numero essent, diu tamen fortissimè Gandenses egere, donec Comitis equites eorum ordines perrumperent. Spectabat eminùs socios laborantes Boscanus: quia tamen palus ingens intercesserat, solis oculis, & clamoribus adiuuabat. Igitur tandem prima & secunda funduntur acies. Qui ex his cum tertia supererant, ad proximam ædem fugam arripiunt. Dum globatim in eam irrumpunt, multi à tergo con-

Ad Niuellam in agro Gandensi Gādenses aggreditur Comes funditque.
Auctores citati.

D fossi sunt: & in ipsa loci defensione hastis Herzelius transfigitur. In turris suprema cum quibusdam Lannoyus euadit. Sed Comitis iussu iniectæ mox templo varijs in patribus flammæ. Ibi crudele spectaculum omnibus oblatum. pars hostium incendio corripi, & miserandum in modum obrui. quidam foras erumpere semiustulati, ferróque obsidentium vitam perdere. Et cùm fumus flammáque sursum gliscerent, Lannoyus è turri vitam auro pacisci optabat; vtque fidem faceret, cum paludamento magnam vim auri proiecit. Id modò responsum est militari voce, Vt, quà posset, saluus descenderet. Igitur cùm flammis cuncta peruadentibus nullum aliud consilium suggeritur, è turri desperabundus in hostem sese præcipitat, animámque hastis exceptus proijcit. Corpus ignibus extemplò datum, ne sepulchrum adipisceretur. Verùm interiecto breui temporis spatio Petrus Boscanus, cuius iam meminimus, nouum Gallo-flandris metum iniecit, Cortraco magnis cincto copijs. Nihil tamen ab eo magnoperè perpetratum. Quippe Comes id oppidum seruandi, &

Ioannis Lannoyj miserabilis exitus.
Auctores citati.

Cortracum à Gandensibus obsidetur & mox liberatur.

Ioan Froissart. to. 2. cap. 69. Iac Meier l 13. Heuter l. 2.
Ineundæ pacis causa Cōuentus habetur Tornaci, sed frustrà.
Chron. Fland. edit. ab Sauuag cap. 110. Ioan Froissart. to. 2 cap. 95. & seqq. Chron Fland. ms. Meier l 13. Æmyl. lib 9. Heuter.
Comes Flandriæ periculū a lit Brugis.
Froissart to. 2. c 96 atque tamen etiam. Nam eius Gallus, etsi paulò aliter narret. Parad. l 3 Heuter. l. 2.

Gallo-flandris metum eximendi studiosus, paullò pòst ad viginti hominum millia in armis adduxit, ac circumlato terrore Gandenses retrocedere coëgit. Et non multo interiecto tempore Brugas adijt, vt Gandensis vrbis obsidionem inde moliretur. Tornacum interim venere Brabantiæ Ducis, Episcopi Leodiensis, Hannoniæ Comitis legati, & cum Philippo Arteuelda Gandenses aliquot primores, conciliandæ pacis gratia. Comes ipse Ludouicus diu ibidem exspectatus incassum: tantúmque suis è proceribus aliquot misit, qui mandarent, nullam se pacem facturum, nisi Gandenses portis egressi, solóque tecti indusio, & restibus ad fauces vincti sua sibi corpora, fortunásque permitterent. Terruit Gandensium legatos ea sententia: ideóque mox ipsis Tornaco sese proripientibus haud sine stomacho soluitur Conuentus. Hęc cùm facta fuissent non multò post festa Paschalia, initio Maij magnum adijt Comes Ludouicus vitæ periculum Brugis, dum eam vrbem Gandenses inopinato aduentu perrumperent. Verùm tenebris adiutus, & ab muliercula in liberorum cubile receptus, discrimen præsentissimum euasit. Igitur nullo ferè comitante Insulam magnis itineribus partim pedes, partim rusticano, nulláque sella, nullis stapedibus frænisue instructo vectus equo venit. Hic dum ageret, duodecimo Kalendas Iunias B ingens motus terram concussit, vnde metus plurimum Flandria contraxit, damnique. Et mox Philippus Arteuelda Gandensium Dictator Brugis, Cortraco, Ipris, totáque ferè inferiori Flandria potitur. Ingruebat igitur grauissimum inde Gallo flandris periculum. Idque paucis pòst diebus auctum vehementer, cùm Arteuelda exitium Aldenardæ interposito iuramento minatus est. Pręuenit tamen eius impetum Comes, eíque oppido cauit diligentissimè. Daniel Halewinus præsertim ab eo delectus, vt Aldenardæ præficeretur, eámque aduersus Gandenses defenderet. Quod anteà memorauimus, Gallo flander is erat summo loco natus, iámque aliàs cum Nobilibus alijs vrbem eam egregiè propugnando seruauerat. Dum igitur Daniel præsidium & cōmeatus eum in locum inuehit, omniáque ad defensionem cōparat, Comes Duaco Iprensium obsides educit, eósque partim Bapalmis, partim Heldinij collocat in custodia. Verebatur enim plurimùm, ne Flandri Duacum vsque excurrerent, idque oppidum aggrederentur: aut saltem vicinos ei locos populationibus C vastarent. Paucis inde diebus Gandenses Aldenardam obsidio cingunt: sed Danielis partim vigilantia, partim virtute locum protegente, parum promouent. Itaque Philippus Arteuelda Dictator ijs è castris mille circiter audacissimos homines emittit cum mandatis, vt omnes Nobilium domos, arces, villásque expilent, & incendio corrumpant. Vbi per Teutonicam Flandriam hæc manus damni plurimum intulit: Warnestunum denique aduenit, ac transito illic fluuio Lisa Insulensem agrum magno furore corripuit. Hic ab eis molæ iuxta Insulam aliquot deiectæ, & pagi flammis deformati. Quidam tamen eorum ab Nobilibus Flandris & Insulensibus, qui magno numero aduersus eos conuenerant, intercepti, ac in crucem Insulæ acti, vel capite truncati. Ceteri per Helchinium, incensa eius arce, prædis onusti Aldenardam ad suos rediere. Permotus insolētia Gandensium Comes Ludouicus ad Regem ac generum suum opem flagitabundus in Franciam abijt. Eodémque tempore Arteuelda bonorum virorum consilijs impulsus de pace ad Regem litteras scripsit. Verùm vt has habuit Carolus ludibrio, ita Comiti gratiam impertijt: decretáque tandem maxima sunt Ludouico subsidia. Sed dum parantur Gallorum copiæ, vt suppetias ei veniant, Philippus Arteuelda non paruum è Flandris numerum ad Lisam partim Cominij, partim Warnestuni collocandum statuit eo consilio, vt Gallis viam in Teutonicam Flandriam intercludat. pontes etiam omnes ab Minariaco Cortracum vsque fluuio impositos solui iubet. ac iam tum gloriatur, tam propter ponenda illic præsidia, quàm propter anni tempestatem (iam enim hyems appetebat, quo tempore latissimè semper Lisa exundat) ereptum illac in Flandriam penetrare molientibus iter. Cominij collocando præsidio Petrus Boscanus præficitur, Warnestunij Petrus Wintrius. Agebat tunc Insulæ Comes nuper è Gallia reuersus: iámque Gallicas copias exspectabat, quibus vires suas iungere constituerat, vt Flandriam vltra Lisam simul inuaderent. Verùm vbi cognouit de collocandis ad fluuium Flandris D

Aldenardam Gandenses obsidione cingunt. eamque Daniel Halewinus fortiter tuetur.
Chron. Fland. ab Sauuag edit. cap. 111. Fland. Chronic. ms. Froissart. to 2. Iac. Meier. l 13. Paradin. lib. 3. Heuter.
Ab ijsdem Gandensibus Fland. & Gallo-fland. fines vastantur.
Froissar Chron. Flandr. ms. Meier, Paradin. l 3. Heuter. l. 2.
Bellum aduersus Flandros decernit Franciæ Rex, seque ad id comparat.
Chron. Fland. ab Sauuag edit. cap 111. Ioan. Froissart to 2. c. 112. & seqq. Nicol. Gill in Chron. Franc. qui tamen hæc Scaldi, & Ponte Brumiensi attribuit Chron. Flandr. ms. Iac. Meier. l. 13. Oudegh. c 178. Masson lib. 4. Annal. Franc.
Gandenses Lisam fluuiū munire contendunt.

A dris Arteueldæ voluntatem; idcóque percepit multum impedimenti consilijs ac rebus suis allatum iri: Hasam nothum suum vnà cum Ioanne Iumontio Nobili Hannone, & centum ac viginti equitibus Cominium mittit (non Menenas, ceu Froissartus asserit) vt pontem eius occupent, illícque parando transitu consistant. Vt erat insigni audacia prædictus, pontem Hasa intercipit. & mox eum transgressus vicinum Cominio Lisæque agrum Flandrensem celerrima populatione corripit. Verùm illic Flandri vnum in agmen coëuntes ex aduerso celeriter occurrunt, & magna hostem impressione adoriuntur. Pauciores erant equites Hasæ, quàm vt tantæ multitudini obsisterent. Igitur ad pontem admissis ocyùs equis omnes recurrunt. Sed is iam à Flandris maxima ex parte fractus erat, & obtectus fimo, vt fraus occuleretur. Vix Hasa cum tricenis fermè sociis transierat, cùm subitò pons insistentium aliorum pondere oppressus in flumen corruit. Ibi iucundissimum Flandris, at tristissimum Hasæ sociísque præbitum est spectaculum, cùm fortissimi equites partim ruina pontis in fluuium demerguntur, partim ab vrgentibus hostibus confossi occi-

Hasa Comitis filius pontem Cominiensem occupat, sed mox à Flandris inuaditur.

Froissart. to. 2. Chron. Fland. MS. Meier. l. 13. Heuter. qui tamen hac iuxta Armenteriam cuenisse refert.

B dunt. Eorum sexaginta periere. A periculo propiùs absuit Ioannes Iumontius, quem pontis casus in aquas cum equo præcipitauerat: is tamen, quamuis grauiter vulneratus, euasit. Magnum tribus inde diebus exortum Insulæ Comitem turbat incendium. Id ab quibusdam Flandrorum clàm in vrbem submissis suscitatum perhibetur. Adeò damni multum attulit, vt non paruam domorum vrbis partem corruperit, & omnia ferè hospitia flammis hauserit, quæ Comes Regi ac Principibus Franciæ propediem venturis parauerat. Erat tunc cum suis in via Rex Carolus, magnúmque auxilio Comitis exercitum ducebat. Et mouit ipse primo die Nouembris Atrebato copias omnes, indéque Lendium descêdit. Hic absumpto biduo per Pontem Wendinum venit Siclinium. Ibi dum temporis pluseulum ducitur, Principum, Ducúmque consiliis agitari iussit, quâ potissimum viâ transmitteretur in Flandriam exercitus. In varias itum est sententias. Equitum Franciæ Magister cum Mareschallis seu Metatoribus castrorum, per Ariam penetrandum censebat, reductis in Artesiam

Incendium Insulæ exortum.

Chron. Fland. Froissart. to. 2. Iac. Meier. l. 13.

In Gallo-flãdriam venit Rex Franciæ, vt Comiti Flandriæ opituletur aduersus Flandros.

C copiis. Toparcha Coucyus per Aldenardam circũducendum militem arbitrabatur. Alios inuaserat cupido per pontem Cominiensem, aut Warnestunium magnis viribus viam parandi: in quam denique communibus votis itum sententiam. Multum interim ager Insulẽsis damni pertulit, cùm Regis permissu gratis milites equíque ab rusticis alerentur. Ac tum quidquid cymbarum Insulæ, ac in proximis amnibus repertum fuit, curribus imponi placuit, sternendis supra Lisam pontibus. Insulam inde Rex cum suis pertransiit, & Marquettam perueniens in monasterio sacrarum Virginum noctem vnam cum patruis constitit. Illic postera luce in agmina copiç sunt distributæ. Primum obtinuerunt equites mille ac septingenti cũ septingentis arcubalistariis, & eorum, quos Flandriæ Comes iũxerat, peditum quatuor millia. Eam aciem ducebant equitum Franciæ, Burgundiæ, & Flandriæ Magistri. Copiam secundam conficiebant sexdecim hominum millia, pars pedites, pars equites, in quibus plurimi Nobiles Flãdri exulésque cernebãtur. His præerat ipse Comes Ludouicus, ac seuerè præceptum fuerat, ne Teutonico sermone loquerentur, ob suspiciosa Francorum

Auctores ferè omnes anteà citati, & Belleforest. l. 5. c. 51. ac Paradin. l. 3. & Heuter. l. 2. hoc bellum describunt. è quibus hæc desumpsimus.

Per Cominiũ & Warnestunũ placet Flandros aggredi.

Exercitus Regis in acies distribuitur.

D ingenia, quibus aliena lingua proditionis metum ignaris afferebat. Tertiam aciem, vbi Rex erat, cum sex millibus equitum & duobus balistariorum millibus, ducebant Regis patrui Biturix, Burgũdus, Bourbonius, alíique Principes Galliæ. Vltimo loco equites bis mille, sagittarios ducentos sub signis habebant Vgellensis, S. Pauli, & Blesensis Comites. Cælum tunc erat pluuiosum, & viæ propter luti profunditatem malignæ. Ideò quà castra duci oportebat, prœmissus est cum regulo Ramburio, & mille ac sexcentis quà fossoribus, quà lignatoribus Iudocus Halevinus, æquandis itineribus. Igitur dum compositis eum in ordinem copiis versus Lisam castra Francorum Rex promouet in Gallo-flandria, Oliuerius Clissonius equitum Franciç Magister ad pontem Cominij Flandros superat. Is cum toparcha Sampiaco Gallos eò ducebat, & quibus Lisam traiceret, multas deuehebat curribus nauiculas. Sed illic Petrus Boscanus nouem iam millia Flandrorum collocauerat, eóque præsidio transitum obtinebat. Erat ergo arte quadam bellica magis, quàm viribus, paranda

Ad pontem Cominiẽsem Flandros aggreditur, & parato alibi transitu Clissonius cædit.

tran-

A

transmittendis copiis via. Ad pontis ruinas Cominium pars militum mittitur. Ibi quadam simulatione reficiendi pontis nonnulli ad opus aggrediendum sese componunt: alij leuibus hostem prælijs lacessunt. Ita Flandri parum animo prouidentes hoc in speciem fieri, magnum interim aliunde periculum ingruere; ibi consistunt, partímque aduersus operas, partim aduersus præliantes occupantur. Intereà loci paullò inferiùs ad Virouiacum Franci nauibus traiiciunt, Flandrósque à tergo improuidos adoriuntur. Grauiter ibi pugnatum. Et cùm iam varijs itineribus Galli affluerent, ea nouem Flandrorum millia breui fusa sunt fugatáque: vt cum paucis Boscanus, accepto ingenti vulnere, fugam iniuerit. Ponte igitur Cominij restituto, & Warnestuni, Virouiaci, ac Menenis obtento tandem transitu, è Gallo-flandria in Teutonicam Flandriam transmissæ sunt omnes eximplò Regis copiæ. Ibi direptus ager Translisanus, & capta mox quædam oppidula. Hinc tantum prædæ miles contraxit, vt Insulensibus, Duacensibus, ac Tornacensibus, qui frequentes illuc ad castra commercandi gratia iuerant, pannorum optimorum singuli à plerísque vno floreno venderentur. quamquam Briones, aliíque prudentiores prædam omnem in sarcinas collectam, vel in Gallo-flandriam, vel aliò maioris pretij comparandi causa submiserint. Venit paullò pòst in potestatem Regis Iprense oppidum. Hæc dum fierent à Gallis, nihil ab coniuratorum Flandrorum ductoribus omittebatur, quo vel nocerent hostilibus copiis, vel in officio suos retinerent. Vt Gallo-flandris terror incuteretur, ac in eos excursiones fierent, interceptum est Cortracum. Philippus Arteuelda castris Aldenardensibus relictis Gandensium millia nouem sub signis per Cortracum intra Brugas Ipráśque duxit celerrimè. Brugensibus animos faciebat Boscanus. E variis partibus nouæ ad Philippum Arteueldam iter maturabant copiæ. Intra breue tempus hic quadraginta pugnatorum millia in exercitu suo numerauit. Ex Anglia non modicus miles exspectabatur, vt eidem ex fœdere arma iungeret. Postquam Rolariam Arteuelda peruenit, Gallos in itinere esse, vt Brugas peterent, ac iam peruenisse Rosebecam, certis accepit nuntiis. Ibi minimè cunctandum ratus, haud procul Rosebeca locum cepit castris metandis, eúmque firmissimis munitionibus celeriter circumdedit. Pridie quàm Francos adoriretur, vesperi Præfectis ac Ductoribus epulum dedit. Illic dum inter vini cyathos incalescit, hac ad eos oratione vsus est, vt animos illorum erigeret, qui tum ex eo, quòd de Anglorum copiis nihil audiretur, tum quòd florem Galliarum & Flandricæ Nobilitatis Carolus Rex secum duceret in armis, nonnihil formidinis contrahere videbantur. *Intrepidi estote commilitones. Si promissis Anglorum auxilijs destituamur, nihil inde nobis metuendum arbitror. Sat ipsi virium nunc habemus. Suppetias ij nobis si venissent, pro insita gloriæ cupidine, omnem sibi victoriæ laudem tribuerent. Si pugnam cum hostibus soli committamus, obtenta victoria quantum apud omnes mundi Principes gloriæ consequemur? Tota ferè Galliarum & Flandriæ Nobilitas nobis obijcitur, non vt ab ea pugnando superemur, verùm vt eam obterendo summam adipiscamur militaris fortitudinis gloriam. Cùm superiores euademus, vinculis quemquam hostium constringi seruaríque prohibeo: ac omnino vobis omnibus impero, vt proposita capitis pœna, præter Regem, nullum à vestris viuum capi sinatis. Ob ætatem magna tangor eius Principis miseratione. Nondum is pueritiam egressus est, ideóque parcendum ei statuo. Quid agat, nondum satis intelligit. aliorum regitur arbitrio, ducitúrque. Postquam in nostras is manus venerit, Gandauum abducemus illico, ibique Flandricis ipsum moribus & lingua imbuemus. In alios omnes, seu Duces, seu Principes, seu Comites fuerint, ferrum stringite, eósque vita priuate. Non erit hoc ingratum Gallicanis ciuitatibus officium. Mihi credite, aliud illa nihil magis exoptant, quàm vt eorum nemo quisquam domum repetat.* Hæc inter pocula Philippus partim vino calidus, partim insigni tumidus superbia: ideóque cladi, quàm victoriæ opportunior. Apud alios omnes in castris eius summa erat confidentia ob circumductas munitiones; & quòd commeatus abundaret, iucundè corpora curabantur. Vbi noctis plerumque processit, supra colliculum aureum (medius inter vtraque castra, paullùm is locus assurgebat) magnus derepentè tumultus exciri, horrendum arma stridere, quasi pugnantium voces audiri cœpere. Hæc cùm erescerent, ac illo-

rum

Omnes Regis copiæ Lisam transeunt, Flandriæque fines vastant.

Ipræ à Frācis capiuntur.

Cortracum Flandri intercipiunt.

Philippus Arteuelda exercitum ducit cōtra Gallos.

Ad Rosebecā se munit.

Suos Tribunos alloquitur in coena.

Nocturnum in aere prælium.

B

C

D

A rum acciderent auribus, qui vigilias intra Flandrorum munitiones agebant: non parum ij turbati sunt, & hostem in armis accurrere, iámque cædem facere crediderunt. Vbi tamen horum aliqui exploratum, quid esset, abiere, nihil visum, nihil auditum ampliùs eò loci. Eam ob rem Philippus Arteuelda, qui suscitatus à muliere tumultum quoque perceperat, iterum quieti se tradidit. Parum scilicet prouidè ad ingruentem sibi suisque calamitatem animum vertebat, quam id portenderet ostentum, certa spe victoriæ & vecordia metum obruentibus. Paullò antequàm dies illucesceret (hic sextus ac vigesimus Nouembris erat) totis se castris ad pugnam Flandri comparant. Prima ipsis cura fuit cibo ac potu corpora reficere, dehinc induere ferro membra. Omnibus ferè pectus lorica, caput cassida, manus chirothecæ ferreæ muniebant. In manibus hastas, in zonis prælongos cultros & gladios habebant singuli. Arrogantia, vires corporis, peruicacia, ingentes cuique animos facere. Precum & procurandæ mentium salutis cura ferè nullos incessere. Tantùm omnes Tribunorum ex sententia Philippi verbis incitari vehementiùs ad certamen; de hostium cædibus & victoria curas voluere; ad has magno impetu extra munitionem B rapi; ducta celeriter præ se fossa in vnam densari aciem; nullos à tergo & lateribus pro vallis carros componere; quasi de victoria certi, securique essent, omnia ferè nuda munimentis relinquere. At in castris Francorum longè aliter procurabantur omnia. Totam noctem Comes Ludouicus insomnem ducere: cum sexcentis equitibus in excubiis consistere. ceteri ductores, ne grauarentur nimiis epulis, multóque somno corpora, efficere. primo mane Rex ac Principes exercitus diuinis adesse mysteriis, & in preces ardenter, conciliandi Numinis gratia, incumbere. Vbi tres in acies diuisæ sunt copiæ, háque ductores ad fortiter agendum idoneis adhortati verbis sunt breuiter: equitum Magister Clissonus, qui iam perceperat Flandros extra munitionem consistere, & nusquam propè contra equites tegi, magnam ex hostium compositione cepit animo voluptatem, & non dubiæ victoriæ id ratus est indicium. Ab Flandris pugnari cœptum est obscuro sanè cælo, vt vix vltra pedes viginti C aduersæ prospicerentur acies: cùm frigoris essent impatientes, ac tædio caperentur Francorum cunctationis, qui reuocato in memoriam Gronlnghano certamine, non leui metu quatiebantur, quòd simili cælo ingentem Robertus Atrebas cladem sibi, ac suis accersiuisset. Ergo balistis, quas frequentes habebant, non leuia lapidum pondera in hostem misere. Hîc ab auctoribus narrationem variari video. Vt Francorum historiæ scriptoribus placet, ex aduerso stans Regis acies paullulùm processit, & Auream Villerius Flammam explicuit. Ibi discussa subitò nebula, & pura lux solis emicuit. Tam vehemens impresio fuit, vt regia vix acies eam sustinuerit, retróque paullùm hæc cesserit, non paucis equitum claro natorum genere peremptis. Haud tamen inde cecidit Gallis animus. Duæ mox aliæ hostium fortiùs inferentium se, & quasi ob victoriam exultantium, latera tergáque circumuenere acies. Non hîc tam studium fuit Francis Flandros telis, aut hastilibus impetere, quàm in arctum eos concludere, adeóque premendo constringere, vt omnis telorum iis, sarissarum & gladiorum vsus inter angustias eriperetur. Ergo dum ita compressi nec aggredi hoD stem possunt Flandri, nec se armis defendere, eorum miserrima cædes oritur. Pars magno se tumultu obturbare, dum irati alios propellunt, ac se conantur expedire. pars vesano metu consternari, dum nullam cædendi aduersarios viam inueniunt, contrà se neci opportunos aspiciunt. pars hostilibus gladiis truncari, aut transfodi. alij aliorum concursu impelli, & sauciorum casu in terram deuolui, ac pedibus hostilium equorum obrui. Ab hac narratione dum discedunt Annales Flandrici, hæc inter alia memorant: non priùs ostensum, euolutúmque à Villerio Flammulæ signum, quàm Regis acies vehementer Flandrorum impetu concussa magnum discrimen adiit: ac tunc repentè Flandros quadam correptos formidine partim humi concidisse, partim ita corporibus obriguisse, vt neque manus attollere in ictû, neque pedes in prœlium mouere vlteriùs potuerint: his conspectis fugam extemplò rapuisse Franconates; eos tamen omnes ab hostibus oppressos denique. Circa numerum interfectorum liberales admodum Franciçæ sunt historiæ, à quibus quadraginta nar-

Flandri ad pugnam se comparant.

Itemque Galli.

Prælium Rosebecanum, quo Flandri superantur à Gallis.

Hic ab auctoribus aute citatis describitur, quos tu consule.

rantur cecidisse millia. Qui prælium ex fide referunt, vicenis Flandrorum millibus stratum pugnæ locum asserunt; ereptam sexcentis vitam, dum fugiunt. Parum cruoris fusum eo prælio, quòd aliorum ruina plures obruti, vel concursione, & compressione suffocati fuerint, quàm ferro perempti; ac præcipuus in pugna Gallorum extiterit labor in angustum hostes compellere, & in mutuum exitium cogere; ac soli fermè fugientes ferri vim corporibus exceperint. Inter cæsos Artevelda cum omnibus ferè Tribunis repertus. Datum ei vitio fuit, quòd circumfusas Aldenardensi oppido copias deseruerit, vt cum aduersariis pugnam capesseret. Iam illic obsessi extremas patiebantur necessitates; neque facilè Rex ad soluendam obsidionem exercitum longo difficilique itinere tracturus videbatur; ideóque non dubiè post dies paucos in eius potestatem venisset oppidum; aut certè non leuem, vel per viam, vel in oppugnandis Aldenardensibus castris, cladem hostiles copiæ sensissent. Et reprehensus in eo maximè fuit, quòd se munitionibus ad Rosebecam non continuerit, vnde stragis immunis plurimùm Francis nocere poterat, eisque facultatem progrediendi vlteriùs intercipere. Acceptis de clade Rosebecana nuntiis, Aldenardensis soluta est obsidio, Gandensibus adeò terrefactis, vt mox conuasauerint, & celerrimè Gandauum se receperint. Peruasi quoque tunc eorum aliqui, cæsique, cùm extremos egressa Nobilitas persecuta est. Receptis in fidem Brugensibus, post dies aliquot, excepto ferè Gandauo, Flandria omnis per Regem Comiti Ludouico restituta est. Diuersa de Cortraco accipio. Vt à quibusdam traditur, Hasa Ludouici Comitis Nothus vnà cum aliquot aliis equitibus in hoc oppidum magno impetu procurrit: & quoniam portæ patebant, ac tum etiam stabant attoniti ciues acceptæ ad Rosebecam cladis magnitudine, haud difficulter oppido, & ingenti rerum omnium præda potitus est. Gillius primùm Cortracenses inuadentibus Francis obstitisse, ideóque ab his oppidum magnis captum assultibus, & quamuis Rex cædem prædámque fieri prohibuisset, peremptis ferè omnibus indigenis plurimum prædæ coactum asserit. Eam alij tradunt vrbem centum ac viginti aureorum nummorum millibus redemptã, ideóque Regem pacificè ingressum. Vt aliqui memorant, dies illic aliquot hæsit Carolus: variísque interim consultationibus agitatũ accipio, esséтne operæ pretium inde Gãdauum copias traducere, eámque vrbem obsidione cingere. Id obsidium inter alios maximè vrgebat Dux Burgũdię: verùm ea denique placuit sententia, vt, quoniam frigore militem December infestaret, in Franciam exercitum suum quàm ocyssimè Rex abduceret, cui satis hactenus gloriæ obuenerat, multum contrà incommodi & periculi vlterior expeditio parere posset. Priusquam tamen iter ingrederetur, acceptę iuxta Cortracũ maximę olim cladis memoriam pendentia è parietibus ędis sacræ calcaria refricuere. Eam ob rem hæc rẽplo derepta: ablatum etiam ab Duce Philippo è turri horologium eximiæ artis. totum flammis oppidum fœdè consumptum. partim abducti ciuium cum liberis nobiliores, partim cum vxoribus volentes Burgundum secuti. Inde Tornacum iter fuit. Hic in monasterio D. Martini hospitium Regi paratum. Et ne quis militum ciuibus, qui candidis omnes vestibus obuiàm processerant, domi forisue damnum vel molestiam inferret, tubicines palàm fremuere. Quibus vel longum iter in patriam, vel quietis cupido celeriorem abitum imperabat, pars aliò sese, pars Insulam & Duacum ierunt. Comes Marchanus, eiúsque frater Iacobus Bourbonius, Sclusam petiere Duacum proximè. Vltra Christi Natalem egit Tornaci Carolus. Frustràque tum à Comite S. Pauli laboratum est, vt tum Flandria, tum Gallo-flandri ab Vrbano Papa, cui firmiter adhærebant, ad Clementem animos verterent; cùm satiùs plerique censerent, etiam pecuniæ plurimum largiri, quàm ab vero Pontifice desciscere. Et nequidquam tentatum de pace cum Gandensibus colloquium. Abeuntem Tornaco Regem & Franciam repetentem Atrebatum vsque Comes Ludouicus sectatur. Inde cùm ei felicia omnia precatus fuisset, Insulam ad suos redijt. Hic dum sensim ex veteri more otio diffluit, bellum Gandenses reparant, & Ardemburgum duce Attemanno intercipiunt, ac cęsis plerisque præsidiarijs Britonibus, diripiunt. Perferúrque occultis ad eum nuntijs, Attemanno Regem Anglorum in singulos dies per Ioannem Saplemonem

Margin notes: A; B; C; D; An. 1383.

Omnis ferè Flandria recipitur in gratiam.

Cortracũ an interceptum, vel deditum?

Ibi Rex de bello captis consilijs in Franciam redire statuit.

Cortracum ab Francis diripitur.

Froissart. Chron. Fland. Aimyl. Meier. Paradin. l. 3. Heuter. aliq.

Tornacũ Rex ingreditur.

Ibi frustrà ad Clementem Gallo-flandri impelluntur; ac de pace cũ Gandensibus agitur.

Auctores citati.

Gandenses rursus bellum faciunt.

Froissart to. 2. cap. 132 Iacob. Meier lib. 13. Heuter. l. 2.

A Brugis agentem, ac genere Anglum, viginti asses dependere. Mittuntur illicò Brugas, qui Saplemonem aliósque Anglos opulentia præcipuos Insulam venire, ac Ludouico se sistere imperent. Verùm hi iudicium Comitis anteuertentes, comparato Sclusæ myoparone, fuga in Angliam dilabuntur. Paucis interlapsis diebus Angli Henrico Nordwicensi Episcopo duce Flandriam ingrediuntur, & aliquam Occidentalem eius partem armis subigunt metúue: ac iunctis posteà Gandensibus obsidionem Ipris admouent, eámque grauiter vrbem concutiunt. In speciem id iactabant, postquam Franci Flandriam sibi sobdidissent, Clementi omnes indigenas adhærescere; factamque ideò sibi potestatem armis eos persequendi. Veriùs tamen credebatur, eos ab Gandensibus in partes aduersus Comitem fuisse pertractos. Dum igitur Ipræ tormentis quatiuntur, & ad eas bellum Nordwicensis exercet: ijs è castris etiam cis fluuium Lisam plerique hostium Gallo-flandris damnum inferunt. Verebatur Comes, ne Corttacum vltimo prorsus bello desolatum, nullóque firmum præsidio Angli caperent, indéque tutiùs in Gallo-flandriam populabundi ex-

Ipræ à Gandensibus & Anglis obsidentur.
Chron. Fland. ab Sauuag. edit. c. 113. Froissart. to. 2. cap. 137. Radulph. de Riuo in reb. Episc. Leod. c. 19. Iac. Meier. l. 13. Petr. Oudegh. c. 179. Polydor. Virgil. lib. 20.

B currerent: quia tamen intuta erant illic omnia, hiantibus passim muris, vixque locus equorum stabulationi opportunus cerneretur, eius oppidi præfecturam formidabant viri nobiles. Verùm Ioannes Iumontius, de quo antè scripsimus, maximi vir animi eum laborem intrepidus capessiuit Flandriç Comitis, & Ducis Burgundiæ rogatu. Igitur ab Duce Burgundiæ sexaginta Britanni equites ad eum mittuntur. hos oppido Insulensi eductos D. Leodegarij regulus flexuoso itinere Cortracum deducit. Sed eos Cominio propinquantes equitum Anglorum aliquot ex improuiso adoriuntur, qui de castris Iprensibus primò mane aduenerant conuehendis è Gallo flandria prædis. Ibi pugnandi necessitas ijs iniecta. Et primùm manus fortiter conseruere: simul tamen animaduertunt tanto sese cuneo impares esse, frænos equorum obuertunt, & Insulam versus effuso cursu fugam capiunt. Sed eorum paucissimi manus, vel tela hostium euasere, ipso etiam duce perempto. Paucis pòst diebus, Comitis flagitatione Insulam venit Arnulphus Leodiensium Pontifex. Euoca-

Parad. Heuter. Froissart. to. 2. cap. 137. Iacob. Meier. lib. 13. Heuter. lib. 2.

Britanni ab Anglis in agro Insul. cæduntur.

Episcopus Leodiens. frustrà cum Anglis de pace agit.

C rum reperio, vt hinc legatus ad Nordwicensem Episcopum iret, ac promissis eum ab Iprensi obsidione auerteret. irrito tamen conatu ab castris Iprensibus Insulam reuersum, & mox Leodium à Comite remissum. Subiit posteà Comitem formido, ne templum Menenense Angli inuaderent munitionibus satis opportunum, ibique posito præsidio in agrum Insulensem prædis faciendis excurrerent. Quapropter Insula Ioannem filium suum è pellice susceptum, & quem Sine-terra nominabant, impuberem ferè, ac Ioannem Molanum insigni corporis & animi robore virum, vnà cum equitibus sexaginta, & sagittarijs totidem Menenas misit cum mandatis, vt templum quàm citissimè diffiucerent. Verùm vix eò peruenerant, cùm ducenti, vel paullò plures Angli, quos pabulatum hostis miserat, ex Iprensibus castris adueniunt. Igitur illic extemplò manus conseruntur. Initio pugnæ fortiter sese nostri gessere: at opprimente numero aduersariorum, ita denique victi fuere, vt in potestatem eorum viui venerint Dux vterque, & equitum multi; è ceteris plerique interierint, alij se fuga Insulam receperint. Interim ab Rege Francorum, & Burgundiæ Duce Co-

Froissart. to. 2. cap 1,8 Iacob. Meier. lib. 13. Radulph. de Riuo de reb Episcop. Leod. c. 19 Heuter. Froissart. to. 2. cap. 139. Iacob. Meier. l. 13.

Angli ad Menenas Comitis Fland. militem cædunt.

Rex Franciæ aduersus Flandros exercitū parat.

Nicol. Gill. Froiss. Chron. Fland. cap. 113. & 114. Iacob. Meier. lib. 13. Belleforest. alij.

D mitis auxilio venturis ingentes per Gallias copiæ coguntur. In iis ad ducenta millia pugnatorum numerata quidam memorant, quorum vicena fuerint equitum. Huius iam parati exercitus nuntiis exhilarati nobiles viri, quos Angli & Gandenses Ipris obsidebant arctissimè, vltimos hostium insultus fortiter tolerauere: & paucis inde diebus soluta est obsidio. Iuit tunc Comes Duacum. Eam in vrbem, quam primùm ab recepta Gallo-flandria inibat, honore maximo deductus, edici publicè iussit, quidquid olim ab ciuibus in Bailliuum, Scabinos, ac leges grauiter peccatum fuerat, id se omnibus remittere: suísque ciuitatem antiquis immunitatibus & priuilegiis frui permisit. Atrebatum inde discessit Augusto exeunte. Ibi Regem operiens copiasque Gallicas, quæ ad bellum Anglis & Gandensibus comprimendis suscipiendum opportuna iudicabat, comparare instituit. Septembri mense in Flandriam ductus est Gallorum exercitus. Ibi dum variis excursibus, nunc ab Anglis & Gandensibus, nunc ab Francis & Britonibus omnia in Occidentali tractu vastantur: Gandensium

Comes Flandriæ Duacenses insigni fauore prosequitur.

Registr. Duac.

Rex Franciæ cum copiis Flandriam ingreditur.

Gill. in Chron. Franc. Chron. Fland. ab Sauuag. edit. c. 114. Froissart. to. 2. cap. 141. Iacob. Meier. lib. 13. Belleforest. l. 5. c. 54. Heuter.

Angli & Gandenses Flandriam vastāt, & cæduntur.

A

quidam sub finem huius mensis Cortracensem, Menenensem, & Virouiacensem agrum deprædationibus infestant. Sed hos prædis onustos nacti aliquot nobiles viri equitésque, occursu repentino circumuentos oppressere. Pars eorum in Lisam demersi, pars ferro inter pugnandum perempti: ceteris Cortracum abductis ablata recisis capitibus vita. Non multò pòst magno Tornacensium, Cortracensium, & Insulensium damno Gandenses Aldenardam intercipiunt. Rusticana quædam mulier, eorum aduentu deprehenso, vrbis præsidio periculum indicauerat. Verùm ea fibilis excepta, ceu boues potius, quàm homines, vidisset. Ita nocte profunda cùm excubitores partim dormiunt, partim lusu alearum tempus extrahunt, admotis mœnibus scalis in vrbem magno numero Gandenses conscendunt, eáque cæsis hostium plerisque potiuntur. Exinde procursum à posito illic præsidio in Tornacense, Cortracenum & Insulense territorium. At paullò pòst in spatium tandem annuum inter Francum Anglúmque induciæ proclamantur, ijsque Gandensibus an Flandris omnibus frui concessum fuit.

Gandenses Aldenardam capiunt. *Froissart. to. 2. c. 143. Meier. l. 13. Heuter. l. 2.*

Induciæ anni vnius pactæ. *Froissart to. 2. c. 147. Meier. l. 13. Oudegh. c. 179.*

B AN. 1384.

Anno sequenti Ludouicus Flandriæ Comes Ianuario mense Audomaropoli hominem exuit: morbóne, an accepto à Biturigum Duce in pectus vulnere, incertum est, alijs aliò trahentibus mortis causam. Quòd sepulturam in templo D. Petri Insulæ verbis vltimis legisset, vnáque secum tumulo inferri coniugem optâsset, vtrumque primò corpus ad Laudense monasterium vno ab Insula milliari delatum est, vt insigni postridie pompa in vrbem portaretur, & in dicta conderetur æde. Ex omni ferè Gallia & Belgio Principes ad hoc funus conuenere, omnísque ex Flandria vtraque, Artesia, Registeto, Nobilitas, Burgundiæ Ducis partim rogatu, partim iussibus. Ad portam, quæ nuncupatur Ægrotorum, stetit funebris pompa, quo die corpora è cœnobio Laudensi ad vrbem portata est. Istinc eo ad templum D. Petri ordine processum, vt Nobiles omnes partim ferendis corporibus subirent, partim funeri ducendo bini, & pulla veste contecti prægrederentur. Ad laterà quadringenti circiter tam vrbium Scabini, quàm Ministri Principales tædis pullati collumina bant. Intra D. Petri ædem suggestus ligneus, vbi corpora locarentur, septingentis libralibus cereis ardebat: eiusdémque ponderis alijs mille & quadringentis passim nauis chorúsque fulgebant. Dum peraguntur exsequiæ, ingens fuit etiam hominum, equorum, insignium apparatus, Philippo Burgundiæ Duce, vt socero parentaret, nihil reliqui faciente. Aderat ipse atra veste lugubris; omnibúsque pompam celebrantibus nigri coloris amictum vestésque donauerat liberaliter. Sacris operatus est Remensis Archiepiscopus. adstabant Episcopi quatuor, Parisinus, Tornacensis, Cameracensis, & Atrebatium; Abbates quinque. In sacello D. Virgini consecrato, cui à Cancellis cognomentum est inditum, mandata humo corpora. Ita persolutis Maleano Comiti iustis, Burgundiæ Dux Philippus, eiúsque coniux Margareta Flandrica Brugis Flandriæ Comites inaugurantur Aprilis die sexto & vigesimo. Cúmque Dux post breue tempus in Gallo flandriam venisset, Insulæ ac Duaci ab ciuibus plurimùm cultus est. Non multis inde diebus exactis, Escornayæ regulus admodum Gandensibus infensus, Aldenardam insigni stratagemate hostibus eripit. Qui variam inferrent annonam, præmissi cum mulieribus rusticanis pueri. subsecuti mox currus aliquot fœni copia, & latentibus armatis militibus onusti. Dum ea res nullius doli suspicitur, abscissis funibus, abductísque iumentis, currus in porta impediendis cratibus, & repagulis, aurigæ destituunt; simúlque miles è fœno exsilit, ac vigiles partim obtruncat, partim agit in fugam. Et mox accepto signo quadringentos è vicina silua Escornayus viros in vrbem pertrahit. Cæsi tunc Gandenses trecenti: magna generis omnis reperta est præda. Huius rei nuntius cùm perculisset Gandenses, ad Ducem Burgundiæ miserunt, qui per leges induciarum Aldenardam repeterent, quam iure nullo Escornayus armis cessantibus interceperat. Elusit Dux horum petitionem. Eáque præsidio firmata vrbe cautum fuisse Gallo-flandris & Tornacensibus admodum lætatus est. Eodem anno capti sunt Duaci Guilelmus Geruois, & Michaël d'Auby. Exilio priùs ij multati fuerant. At cùm Bailliui Duacensis, & Richardi Bonnebroquij Vicecomitis nuncupati odio arderent, intra muros occultè se recepe-

Comes Ludouicus moritur. *Chron. Fland. ab Sauuag. edit. c. 114. Froissart. to. 2. cap. 148. Iac. Meier. l. 13. Paradin. lib. 3. Heuter.*

Et Insulæ magna funeris pompa sepelitur. *Froissart. d. l.*

C

Dux Burgundiæ Comes Flandriæ renuntiatur. *Meier. l. 14. alij. Registr. vrb. Duac.*

Aldenarda de Gandensibus recipitur. *Froissart to. 2. c. 151. Meier. l. 14. Parad. Heuter.*

D

Exules Duaci capite plexi. *Lib. ms. Duac.*

rant.

A rant, vt eos ex insidijs adorti opprimerent. Conceptum id facinus inter quæstiones confessi, ferro vitam amisere. Ab Simone Rymo, & Ioanne Falcula honestissimó genere Gandaui ortis duellum Insulæ commissum. Ioanni Simon opprobrabat, arcana Nobilium Flandriæ consilia Gandensibus eum patefecisse, auctorémque fuisse inferendæ Gandaui patruo suo necis. Victus est eo certamine Ioannes; passimque creditus obiectorum criminum reus, gladio vitam perdidit.

Duellum Insulæ commissum iudicij loco.

Iac. Meier. l. 14.

AN. 1385. Dum flueret Christi annus supra millesimum & trecentesimum quintus & octogesimus, de nuptiis inter Ioannem Philippi Burgundi filium & Margaretam Alberti Comitis Hannoniæ filiam contrahendis actum est: paulloque post Regis Franciæ consensu etiam Guilelmus eiusdem Alberti filius & Margareta Burgundi filia iuncti matrimonio. Delectum præsertim Cameracum, vbi sacra festáque nuptialia peragerentur. Illúcque Regem Carolum ac Duces plurimos tam nobilium traxit connubiorum splendor ac celebritas. Exinde Philippus ad res Flandricas animum conuertit, Gandensibus rursum tumultu & rapinis incessentibus. Cortraco Ioannes Iumontius, Ipris Petrus Vanderzippius, cum præsidiis impositi, vt maleficia hostium B ab Gallo-flandris arcerent. Et Damnum ab Gandensibus interceptum Franciæ Regem Carolum permouit, vt magnas in Flandriam copias inferret patruum iuuabundus. Is recèns Ambiani vxorem duxerat Isabellam Stephani Bauarorum Ducis filiam. Igitur rebus bello idoneis in Artesia comparatis, Atrebato per Gallo-flandriam iter instituit, Insuláque Ipras abiit Brugásque. Dammum ab eo mox grauiter obsessum, & tandem receptum. Vastata Quatuor Officia, agríque Gandenses. Nihílque propiùs abfuit, quàm vt Gandauum Rex obsidione premeret. Verùm, seu cæli asperitas infestaret, seu nouæ nuptæ desiderium impelleret, domum Carolus iter relegit. Relictus in Flandria Burgundus occultè pacem Gandensibus proponit: & ab quibusdam hæc auidè recipitur. De legibus eius agi placuit Tornaci. Huc igitur procerum quidam missi Gandauo: eóque tendentes Philippus & Margareta ex Atrebatibus Insulam venere. Hinc profecti cùm propinquarent vrbi Tornacensi, C Gandensium legati vnà cum aliis obuiàm in equis prodiere: solo tamen dignati sunt Principes suos detecti capitis honore. Et maior die sequenti horum displicuit superbia. Prouolutis humi genibus veniam deprecari abnuere, quòd sibi mandatum ab ciuitate id negarent. Sed quamuis eam peruicaciam vehementer Burgundus auersaretur, tamen Ioannæ Brabantinæ, Margaretæ Flandricæ, & Margaretæ Niuersiæ de genibus obtestantium precibus impulsus, pacem concessit. Per eam indultum est quidquid Gandenses peccauerant: restituta ipsis omnia priuilegia: Anglicanum fœdus rescissum: reuocati in patriam exules. Et mox ab Philippo instauratæ sunt vrbium munitiones. Vetuit tamen is Iprensis oppidi suburbia reparari, nouúmque iis aggerem obduci. Igitur partem incolarum iussit Virouiacum, Menenas, & Cominium deduci, vt his in oppidulis pannorum textrinæ operam darent. Et tunc ab eodem Principe nouus Flandriæ Senatus causis celeriùs expediendis constitutus est. Is certo Consiliariorum numero, & quibusdam Rationum Magistris constabat. Maximámque Dux ipsi potestatem indulsit omnia cognoscendi, ac iu- D dicandi, quæ Celsitudinem suam ac Dominatum tangerent: dein sedem eius in oppido Insulensi esse voluit. Primus ei consessui Præses datus Petrus Vanderzippius Equestri balteo, & plurima doctrina insignis. Verùm Flandri nunquam adduci potuere, vt his sese submitterent Iudicibus: frustraque Dux laborauit variis eos rationibus & commentis eò perducere: cùm neque Insulenses, neque Duacenses ab Senatu Parisiensi causas domum reduci paterentur.

Ioannes & Margareta Burgundi liberi matrimonium ineunt.

Froissart. lib. 2. cap 155. Iacob. Meier. lib. 14. Nicol. Gill. Paradinus l. 3. Heuterus l. 2.

Rex Franciæ rursus cum exercitu Flãdriam ingreditur, & in Gandenses bellum gerit.

Froissart. to. 2. c. 164. Iacob. Meier lib. 14. Belleforest. Paradin. Heuter.

Froissart. to. 2. c 167.

Tornaci à Burgundo Gandensibus pax conceditur.

Froissart. cap. 175. & seqq. Iac. Meier. l. 14. Belleforest l. 5. c. 56 Parad. l. 3. Heuter. l. 2 Littera Duc. Phil. Froissart. Meier. & alij loc. cit.

Iac. Meier. l. 14.

Burgundus Cameram Concilij & Rationum Insulæ constituit.

Diplom. Philip. Iac. Meier. l. 14. Pet. Oudegh. in Annal. Fland. Iac. Marchant. in Fland. Pont. Heuter.

AN. 1386. Anno proximè secuto inter Francos Anglósque nulla quies armorum erat. Maximúmque Franci dolorem capiebant, cùm viderent toties Anglorum incursionibus & armis suas vastari prouincias. Ergò tandem his impediendis Carolus Rex bellum in eorum Insulam nauibus portare de[…]uit. Eum in finem, quanta nunquam aliàs, adornatur expeditio: numerosissimæ t[…]n in Britannia, tum in Francia classes præparantur, & in varios Oceani portus distrib[…]untur. Insulæ, Duaci, & alibi multum panis nautici confectum, variíque commeatus incredibilis copia, ingentes ma-

Franciæ Rex insignem facit apparatũ portando in Angliam bello.

Froissart. to. 3. c. 33. & 42. & seqq. Iac. Meier. l. 14 Paradin. Heuter.

chinæ,

A

chinæ, & arma omnis generis comparata iis nauibus instruendis, quos ad id bellum Flandriæ portus habebant. Expeditis rebus omnibus ad tantam belli molem necessariis, per Gallo-flandriam iter Regi capere placuit, vt Sclusam inde copias paratis illic nauibus imponendas perduceret. Igitur Augusto mense in viam is se dedit præmisso in Artesiam & Flandriam vtramque numerosissimo exercitu. Burgundiæ Dux Duaco profectus Atrebatum obuiàm processit, vbi coniux aduentum eius præstolabatur. Et post dies aliquot eodem Carolus aduenit. Vix paullum quietis ibi captum (ardebat enim Rex desiderio classem adeundi) cùm recto itinere per Lendium & Pontem Wendinium Insulam contenditur. Rariùs tanto Principum flore oppidum istud ornatum. Aderant Regi Burgundiæ, Bourbonij, Lotharingiæ & Bari Duces: è Comitibus Armeniacus, Sabaudus, Delphinus, Aruerniæ, Geneuensis, S. Pauli, Eugensis, Longeuillius: virorum quà genere nobilissimorum, quà balteo Equestri donatorum ingens numerus. Verùm paucis tam horum, quàm militum gratus fuit aduentus. In agris omnia miles pessumdabat; nusquam cibi, potus, pabulorum persoluebat pretium: & cùm rustici obstreperent, aut pretium poscerent, etiam verberibus & iniuriis eos onerabat. Ergo dum Carolus, eiúsque Principes vnà cum exercitu trans Lisam iter maturauere, multum Gallo-flandros gaudium incessit. At enim ad Sclusam omnia Biturigum Ducis è Francia seriùs ex composito venientis moræ perturbant: ac paullò pòst etiam aduentus apparatum bellicum dissoluit. Cùm enim iam ventis contrariis ea classis dissipata fuisset, quam sublatis anchoris è Britannia minore Sclusam ducebat equitum Magister Clissonius, eiúsque pars in manus Anglorum, pars in Zelandorum potestatem venisset; nec venti faciendis in Angliam velis opportunos se præstarent; & ob imminentem hyemem frequens tempestas Oceanum agitaret; nec ipse desiderio teneretur bellum in Angliam transferendi: Carolo Regi persuasit, vti bello maritimo abstineret, copiásque in Franciam reduceret. Pontus Heuterus in Burgundiæ Ducem impeditæ expeditionis consilia retorquet. Hunc enim auctorem Regi fuisse tanti naualis apparatus & belli, vt faciliùs à plebe pecuniam ac sine tumultu exprimeret; rebellibus Flandris hac classe formidinem incuteret; Lancastriæ Ducem ab Hispanico bello auerteret. vbi quæ volebat confecit, reuersionem suasisse Regi. Hæcne vera sint, an ea quæ priùs memoraui, non multum interest: saltem Principibus ac ductoribus grauiter indignantibus, in nihilum tam varij, támque magni apparatus bellici recidere, quos tricies cêtenis florenorum millibus stetisse asserunt. ac mox quisque domum remissus est. Et displicuit Flandris omnibus tam subita, nondum rentatis Oceani fluctibus, discessio: cùm satis perspicerent, sese denuò infestis abeuntium populationibus haustum iri. Apud nonnullos auctores inuenio, impeditam hanc fuisse nauigationem diuinitus. Summam quippe Principum superbiam, qua quisque suum nauigium variis coloribus & auro perelegantet impenséque ornare certauerant; ad hos inutiles sumptus faciendos imperatam subditis pecuniam; oppressos, quà copiæ ducebantur, indigenas; ieiunia & preces Anglorum, apud quos summa erat trepidatio; imprecationes Gallorum & Belgarum, qui in magnas erant necessitates redacti, plurimam è cælo vim traxisse perturbandis dissipandísque rebus & consiliis.

Ac deinde in Gallo-flandriam venit.

Auctores ætati.

Tandemque Flandriam Teutonicam petit.

Auctores ætati.

B

Ibi bellum maritimum Biturix dissuadet, ideóque per Gallo-flandriam in Franciam Rex exercitũ reducit.

Auctores ætati.

C

Iac. Meyer. l. 14. *Froiss. Paradin.*

D

Classis Flandrorum ab Anglis inuaditur.

Iac. Meyer. l. 14.

AN. 1387. Non multo elapso temporis spatio, reuertens Rupella mercatorum Flandriæ classis, quæ plurimos aliarum ditionum negotiatores, doliorum vini maximum numerum, aliásque merces propemodum infinitas vehebat, in Anglorum intra portum ostiúmque Tamesis fluuij latitantium insidias delapsa Martio mense est: ortóque ingenti prælio, partim capta, partim depressa. Horas quatuor ea tenuit pugna; & cùm Angli fugientes Sclusam vsque persequerentur, propiùs à periculo hæc abfuit. Venit tamen Brugis auxilio Robertus Waurinius Flandriæ Mareschallus & Lilerij toparcha, eiúsque accessu repressus est victorum impetus. Anno sequenti Burgundiæ Dux Philippus cùm animaduerteret eos Magistratus, quorum curæ Orphanorum fortunæ committuntur, in dies grauiora peccare; eorúmque nonnullos ita pupillorum pecunia bonísque frui, vt posteà soluendo non essent, ac ideò plerosque vel nummis, vel hereditatibus frustrarentur: noua lege sanxit, ne quis in illud Colle- AN. 1388.

Decretũ Philippi Burgundiæ Ducis de Orphanorum Custodibus.

A giuni asciſceretur, qui non eſſet proba vita, ſanis moribus, intaminata fama prædi-
tus; ne quis eum Magiſtratum adeptus, pecunias orphanorum ſuos in vſus conuer-
teret. *Litteræ Ducis.*

AN. 1389. Exacto ferè anno, Duaci mulier quædam mirum facinus aggreſſa eſt. Frater eius
Simon nomine in cuſtodia detinebatur ob violatas inducias, reúſque capitis erat.
Igitur hæc magno fratrem liberandi ardore ſuccenſa, de propinquis & familiaribus
viros fortes aliquot iuxta turrim, vbi frater cuſtodiebatur, in occulto collocat, eíſque
imperat, vt quando ſignum dederit, irrumpant. Et mox ipſa carceris ianitorem con-
uenit, ab eóque, vt cum fratre colloquatur, impetrat. Ergo dum ianitor eum pur-
gandæ alui cauſa producit, accepto ſigno illi conſurgunt, factóque in ianitorem im-
petu, mortem minantur exſertis pugionibus, niſi os comprimat. eo mortis metu ta-
cente, mulier foras erumpit, & fratri ab Canonicis Amatenſibus Aſylum obtinet.
Tunc Simon ab ſuis è caſtro funibus in cœmeterium D. Amati demittitur. Dum
vterque in tuto illic conſiſtit, vrbis Balliuus & Scabini tantæ rei nouitate perculſi, ad
B omnes aditus cœmeterij cuſtodias diſponunt, ne quà euadere queant. Patuit tamen
eorum fugæ via, eluſis cuſtodibus. Et quò faciliùs excubantes ad vrbis portas vigiles
falleret, habitu virum mulier ſimulauit, capitique plenum farina ſaccum impoſuit.
Vbi frater extra periculum fuit, Tornacum ipſa petijt à Burgundiæ Duce facinoris
veniam, & Duacum ad ſuos redeundi gratiam poſtulatum. & per Ducis coniugem,
Duciſſamque Brabantiæ (quibus ingens mulieris animus atriſerat, cùm paratam ſe
rurſus tantum facinus aggredi, fratrémque potius ferro tollere, quàm è patibulo pen-
dentem videre,aſſereret) poteſtatem Duaci vitâ fortuniſque ſaluis degendi obti-
nuit. Pariſios ipſo S. Dionyſij feſto Iſabella Caroli Regis vxor ingreſſa eſt primùm
maxima Principum frequentia, pompaque celeberrima. Inter alia feſtiuæ voluptatis
ludicra id maximè placuit, quod Walterus Marquiclus Duacenſis excogitauerat. Is
enim puerulos viuos ab turri ædis Marianæ in palatij portam per funes ita demiſit, vt
pænè ſubeunti palatium Reginæ coronam Angelorum ſpecie imponerent. Torna-
C cenſium Pontifici Petro ab Auxeio (cui tota Flandria nullus paruerat, quamdiu Ec-
cleſiam eam moderatus eſt, quòd Clementis Pſeudopapæ partibus nimium adhæ-
reſceret) Pariſijs anno precedenti defuncto; Ludouicus Trimoulius Philippi Ducis
voluntate ab eodem Clemente fuerat ſurrogatus. Et quò plus gratiæ ab vtroque au-
AN. 1390. cuparetur, aduerſus Papam Vrbanum acerrimus exſtitit. Nihilo tamen plus aucto-
ritatis pepetit ſibi, quam Petrus: omninóque paſſim ſpretus eſt. Et fruſtrà fuit Bur-
gundus, varijs Flandriam vniuerſam modis ab Vrbano ſeducere aggreſſus. Certa-
tum ſcilicet ab omnibus, ne latum vnguem ab vero Eccleſiæ capite diſcederent:
fuitque periucundum vexationem ſexaginta nummorum millibus Duci oblatis re-
AN. 1391. dimere. Igitur aliquamdiu ab horum vexatione ceſſatum eſt. Exarſit tamen denuò
Philippus ad Clementem pertrahendi cupidine, poſtquam flagitantibus cuſæ à Co-
mite Ludouico pecuniæ vſum reſtituit. Et tunc nonnulli ex voti Ducis Vrbanum
vel ſponte, vel metu potiùs execrati. Ita diuiſis incolarum ſtudijs tota Flandria triſte
præbuit ſpectaculum. Clementis aſſeclæ Sacerdotum Vrbano fauentium conſortia
D fugere miſſaſque aſpernati. Vrbani ſectatores Clementinorum ſocietatem, & ſacra
vitare. Et hinc locis quibuſdam ab omni ſacrorum vſu ceſſatum, ne partes miſceren-
tur. Gandenſes firmiſſimè ſemper Vrbanum tutati ſunt. Brugis pars ciuium Ducis
importunitate, minis, terrore ad Clementem conuerſa: aliorū quidam aliò migraue-
AN. 1392. re; quidam Vrbano conſtanter adhæſerūt. Et tunc in hac vrbe populi motus exortus
eſt non modicus, cùm plerique palàm eam Ducis tyrannidem increparent. Quòd eo
ſe Clementem auerſari prodidiſſent, Petrus Rollarienſis è primarijs ciuibus, & Ioan-
nes Hecla Eques nobilis in carcerem abducti Inſulam. ac non multò pòſt Petro ca-
put ablatum; Ioannes in cuſtodia mortem obijt. Tracti poſteà in ſententiam Ducis
Iprenſes, ac pænè omnes Flandriæ inferioris incolæ. Plus in Gallo-flandria con-
ſtantiæ fuit, etſi quoque vrgerentur incolæ. Intereà loci Atrebatenſium Pontifex
Petrus Maſoërius vita defungitur. Infulis deinceps ornatus eſt Ioannes Canardi,
quem Dux Burgundiæ & Flandriæ Comes Philippus ſuum fecerat Cancellarium.

Sororis erga fratrē amor inſignis.
Lib. ms. Duac.

Inſignis VValteri Marquicli Duac. excogitatio.
Lib. Ms Duac.

LVDOVICVS TRIMOVLIVS fit Epiſcopus Tornacenſis.
Iac. Meier. l. 14. Ioan. Conſin. l. 4.

Dux Burgundiæ aduerſus Vrbaniſtas conſurgit in Flandria.
Iac. Meier. l. 14.

PETRVS creatur Epiſcopus Atreb.
Locr. in Chron.

Rex Franciæ in Gallo-flãdros liberalis. *Regis littera.* *Cysonienfi monasterio desolato curã adhibet Burgũdus.* *Littera Ducis.*

In Gallo-flandros eo tempore munificum fuisse Regem comperio. Ab Philippo A
Rege concessa olim Insulensibus Priuilegia confirmauit. Quod sensim Orchiaci AN. 1393.
pannorum leuidensæ textura consenesceret, vnde plurimum antè opum comparabatur, alterius normæ opificium cinibus indulsit. Gemebat interim desolatum Cysoniense monasterium. Ædificiorum maximam partem incendium absumpserat. Vix erat super locus sacris peragendis opportunus. Plurimos census fundósque Præsulum quorumdam vel socordia, vel liberalitas abalienauerat: vt neque soluendis nominibus, neque Religiosis alendis quidquam ferè suppeteret. Ergo Burgundiæ Dux Philippus eius monasterij rebus in melius restituendis operam nauans, quæ supererant bona tres in partes diuidi iussit, vt portio vna necessitates Monachis suppeditaret, altera in ædificiorum reparationem impenderetur, tertia in creditorum
manus cederet. Tornaci posteà magno concursu hominum celebrati arcubalistario- AN. 1394.
rum ludi Iulio mense sunt, quo tempore Franciæ Rex Carolus propter ægritudinem lecto affixus iacebat. Quamuis enim propter eum Regis morbum per totum
Franciæ regnum omnia ludorum genera fuissent inhibita, licuit tamen omnibus ar- B
cubalistæ iactibus sese oblectare. Igitur cùm omnia ingenti luxu arcubalistarij Tornacenses apparâssent, ex vrbibus oppidísue octo & quadraginta conuentum est. Qui iacularentur, trecenti & octoginta septem numerati. Illuc Insula decem iere, Duaco sex, totidem Bassea. Quòd bysso & auro fulgerent Brugenses, elegantissimi paratus præmium tulere. Datum etiam laudis & præmij aliquid Parisiensibus, quòd è remotissima omnium ciuitate aduenerint. Iaculandi peritia primam Iprensibus palmam addixit amphoras duas argenteas auro illitas, quinque libras pendentes. Secundùm hos Duacenses amphoras duas etiam argenteas, & auro fulgentes, trium pondus librarum, iaculationis præmium tulere.

Ludi arcubalistariorum Tornaci. *Iac. Meier. l. 14.*

Inter Francũ & Anglum annorum triginta induciæ stabiliuntur. *Iac. Meier. l. 14. Polydor. Vergil. l. 20. Paradin.* *In Turcam copiæ mittũtur, quibus Ioannes Burgundi filius imperat: exque grauiter cæduntur.* *Froissart. to. 4 cap. 79. Michael Rit de regib. Hungar. lib. 2. Nauclor. gener 47. Gaguin. l. 9. Æmyl. lib. 10. Nicol. Gillius, Iac. Meier. l. 14 Paradin. lib. 3. Heuter lib. 3. ibi.*

Ad Fanum S. Audomari Franciæ Angliæque Reges Carolus & Richardus de pa- AN. 1395.
ce colloquium miscent. Anglo tandem Isabella Franci filia despondetur, & in annos triginta firmantur induciæ. Dein ab Carolo Conuentus Lutetiæ habitus. Ibi multum ab eo, sed frustrà, de exstinguendo schismate laboratum est. Burgundiæ Ducis C
filius Ioannes in Hungariam aduersus Turcam profecturus, Gallicanis Belgicísque AN. 1396.
copijs præficitur. Ad eam expeditionem multa nummûm millia Burgundi Flandríque omnes tribuere. Cessit ea tamen admodum infeliciter. Audiores tunc pugnæ Galli, quàm prudentiores, alios secum in ruinam traxere, dum primi prœlium intempestiuè capessunt. Captus ibi Burgundi filius cum multa Galliæ Nobilitate. Ad eius paucorúmque Principum redemptionem, quæ ducentis aureorum millibus censebatur, ab Flandris multum pecuniæ collatum. Postquam in Flandriam ad patrem Ioannes è barbari custodia reuenit, passim iactatum est à quibusdam, ob schisma
Gallorum Grecos admodum sauciari, idque propter impios homines ludibrio Chri- AN. 1397.
stianos habere. Ergo primùm Remis ab Cæsare Wencеslao, & Carolo Rege ad hoc opprimendum labor impensus. Nihil tamen confici potuit, plerísque Principum ac Episcoporum Galliæ aduersantibus. Lutetiæ posteà eiusdem Regis voluntate feliciùs conuentum est. Pseudopontifex illic ab ipsa præsertim Parisiensi Schola dam-
natus: missique mox abs Rege, qui reluctantem armis persequerentur. Interim Dua- D
ci habitus est generalis Conuentus omnium Galliæ monasteriorum, quæ D. Domi- AN. 1398.
nico pârent. Proxima hyeme gelu primùm, dein lues Belgas vehementer afflixit. AN. 1399.
Flumina frigore adeò constricta, vt vectores currúsque tergo sustinuerint. Sæuiente AN. 1400.
pestilentia magna pars hominum absumpta. Franciæ gubernationem ambiens
Dux Aurelianensis Ludouicus, in patruum suum Burgundiç Ducem armis surrexit: AN. 1401.
& quò faciliùs ei noceret, à Bohemiæ Rege Luxemburgensis Ducatus imperium obtinuit, Geldriæ Ducem sibi adiunxit. A prælio & párticidio res propiùs abfuit. Haud procul Parisiis hinc patruus, inde nepos in acie constiterant, Galliæ vires in mutuum exitium trahente regnandi cupidine, atrocissimo inferendarum iniuriarum stimulo. Sed Biturigis Burgundi fratris auctoritate & prudentia fractus est animorum impetus, páxque composita.

Ad opprimẽdum schisma incumbitur. *Gill Gag. lib 9. Iac Meier l. 14. Regist. Duac. Iac. Meier l 14.* *Contentio inter Aurelianensem & Burgundum.* *Nicolaus Gill. Monstrelet. to. 1. c. 5 Meier. l. 14. Paradin. lib. 3. Heuterus ibi.* *Antonij Burgundi nuptiæ.* *Monstrelet to. 1, c. 11. Meier l. 14.*

Anno sequenti datur Atrebati Antonio Burgundi filio coniux Ioanna Valerani AN. 1402.

A Comitis S. Pauli, & Insulensis Castellani filia: è quibus posteà progenitus Ioannes Brabantiæ Dux, qui Louaniensem Academiam condidit. Eorum nuptiæ apparatu quàm maximo celebratæ fuerunt, Principum multos ad eas euocante Burgundo. Ardebat tunc idem Valeranus ingenti odio Anglorum Regis Henrici Lancastrij, ob inuasum Angliæ regnum, & peremptum immaniter Regem Richardum, cuius sororem nobilissimo sibi connubio iunxerat. Iámque ad eum litteràs miserat, quibus & ipsum in certamen prouocabat, & profitebatur in eius damnum, vbicumque posset, armis se grassaturum. Et quò plus initio simultatum Regis animum irritaret, plúsque faceret iniuriæ, eius effigiem secundùm Caleti portas è patibulo suspendi ab suis curauit. Igitur eam ob causam vehementer ad Comitis infestationem Angli Casleto impositi posteà incubuere. Interim ab Rege Carolo regni gubernatione nudatur Burgundio, eámque capessit ex eiusdem voluntate Aurelianensium Dux Ludouicus. Exinde motus grauis exortus, cùm vectigal hic grauissimũ etiam à Clericis extorquet. Lapsóque in morbum Carolo Rege, imperium rursus Philippo Duci

Valerani S. Pauli Comitis & Insul. Castell. in Anglos odiũ, & bellum.
Monstrel. ibid. cap. 10.
Nicol Gillius. Iac. Meier. l. 14. Paradin. l. 3.

B à proceribus restituitur. Indictum paullò pòst ab Gallis bellum Anglorum Regi Henrico. Causam huius asserunt necatum ab eo fœdissimè, regnóque exutum fratrem Richardum, & spoliatam bonis omnibus Reginam Franciæ Regis filiam. Huius belli principio Flandricum mare infestum classe Anglus reddidit, éque Rupella reuertentes Flandrorum naues vinis onustas in potestatem redegit. Frustrà tunc Flandri ab Philippo Duce flagitarunt, vti sibi belli pacísque mediis cum Anglo negotiari, & merces vltrò citróque distrahere liceret. Contrà Castellanus Insulensis

Bellum à Frãcis in Regem Anglorum oritur.
Nicol Gillius. Iac. Meier. l. 14.

AN. 1403. Valeranus Luxemburgius in Anglos acerrimus bellum gessit; eóque grauiùs in eos maritimis infestationibus sæuiit, quòd Grauelingis Oceani æstuario nobilibus imperaret. Impediit tamen plurimum eius conatus aduersa hyemis tempestas. Ea namque tam atroci frigore horruit, vt fluminum pleraque gelu indurauerint, & glaciei fragminibus multi fuerint pontes disiecti. Sed longè grauius ab intestino bello malum timebatur. In patruum Aureliani odia recruduerant: iámque copiæ ab vtro-

Valeranus Luxẽburgius Anglorum hostis.
Iac. Meier. l. 14.
Hyẽs atrox.

C que scribebantur. Verùm Principes alij rursum tempestiuè obuiàm iuere. Ab Ioanna Margaretæ Flandricæ matertera Dux Brabantiæ Antonius Burgundi filius renuntiatur.

AN. 1404. Anno proximè secuto Aprilis initio vehementer Aquilo flatu & frigore nocuit. Depasti huius vredine arborum flores herbæque, vt pauci fructus adoleuerint. Peruasit inde hominum pecorúmque corpora tussis anhela, & difficilis raucedo. Eodémque mense exeunte Philippus Audax Burgundiæ Dux & Flandriæ Comes morbo viuis eripitur Hallis nobili Hannoniæ oppido. Corpus eius primò Insulam delatum, dein Duacum. Comitabantur eius liberi, ac plerique Principes & nobiles viri. In principem vtrobique ædem deportatum est Clero ducente, ac multis collucentibus tedis. Decem dies in Amatensi templo Duaci seruatum reperio: quo tempore quotidie celebratum est solemnibus cæremoniis, & pullatis parietibus Missæ sacrificium, omnibus semper ibi coactis Magistratibus. Decimo die cùm asportaretur, totus ei Clerus præibat, ac centum & viginti facibus viri primores colluminabant ea-

Sæuit Aquilo.
Iac. Meier. l. 14.
Philippus Burgundiæ Dux moritur.
Monstrel. 1. vol. c. 18. Iac. Meier. Paradin. l. 3. Heuter. alij.
Et parentatũ Duaci.
Registr. Duac.

D dem prorsus pompa, qua priùs in vrbem ferebatur. In Burgundiam posteà delato Diuionensis vrbs sepulchrum præbuit. Valeranus S. Pauli Comes Insulensísque Castellanus nauium aliquot instructa classe, multísque secum tractis nobilibus viris Vectiam Insulam, Regis Anglorum ditionem, aggreditur subigendi, aut saltem expilandi desiderio. Sed plus in ea præsidij repertum, quàm sibi promiserat: propiúsque ab internecione abfuisset, si diutiùs cum Sacerdote, qui de insulæ redemptione simulatè tractabat, vt intereà temporis Angli omnes armati conuenirent, colloquium seuisset. Igitur ab aliquo periculi admonitus, in naues suos tempestiuè recepit; indeque nulla re memorabili facta Grauelingas rediit. Mortuus est interim Petrus Vanderzippius Gallo-flandriæ Præfectus, Præfésque Insulensis Curiæ, quem maximi semper fecerat Burgundio. Et paullò pòst Margareta Flandrica Philippi Ducis vi-

Valeranus Luxẽburgius Anglos infestans periculum adit.
Monstrel. vol. 1. c. 19. Meier. l. 14.
Petrus Vanderzippius moritur.
Epitaph.
Burgũdi vxor vita defungitur.
Monstrel. 1. vol. cap. 21. Epitaph. Meier. Parad.

AN. 1405. dua repentè vitam posuit Atrebati: illatúmque corpus eius D. Petri templo Insulæ, spectantibus ac lugentibus eius liberis Ioanne, Philippo, & Antonio. Iuere posteà hi

Monstrel. c. 28. IOANNES Dux Burgũd. Insulá intrat. *Liber Rossm.* Item Fland. Comes inauguratur. *Monstrel. vol. 1. cap. 22. Iacob. Meier. l. 15.* Quæ tunc ab eo Flãdri petierint obtinuerintque. *Iac Meier. l. 15.* *Monstrel to. 1. c. 28.* Valeranus Luxẽburgius cõtra Anglos infeliciter bellum gerit. *Monstrel 1 vol cap. 24. Meier. lib. 15. Polydor. Vergil. l. 21.*

tres Parisios ad Regem, tum vt quædam matrimonia conficerent, tum etiam vt aliquam ab Rege inirent gratiam, eiúsque voluntate paternas adirent ditiones. Postquam inde redierunt, venit Insulam Ioannes. Hîc publico plausu, & summa lætitia exceptus, sacramento se Magistratibus & ciuibus obstrinxit, eíque vicissim Senatus vrbis nominè fidem obligauit. Interiectis diebus aliquot idem Gandauum abiit solemnibus Principatum Flandriæ cæremoniis initurus. Aderant illic quatuor Flandriæ membra, vt pompa quàm maxima exciperent. Ausi tunc proceres ab eo ardentiùs flagitare, vt suum in Flandria domicilium statueret: libertatem, priuilegia, consuetudines, legum capita, cuique ciuitati olim concessa iurando firmaret: dissidentibus Franciæ Angliæque Regibus, cum Anglis sibi liceret negotiationem habere, lanásque ab iis pretio petere: in Comitatu Flandrico Grauelingæ vicináque castella censerentur: quem parens Senatum cognoscendis decidendísque litibus Insulæ collocauerat, in Teutonicam Flandriæ regionem transferret, sola Rationum Curia Insulæ remaneret. Vt animos omnium sibi conciliaret, nihil horum Ioannes postulantibus denegauit: indictámque ab Duce Aurelianensi pecuniæ collectionem fieri vetuit. Maio mense Castellanus Insulensis, & Picardiæ Procurator Valeranus non leues Audomarum iuxta copias conscribit. Sub eius signa venere quingenti equites, totidem Genuenses Balistarij, è Flandria pedites hastati haud minus mille. Cum his in Anglorum fines penetrans, non procul Caleto Marckense castellum obsidio eingit. Primo impetu capta est munitio inferior, ac multum illic pecoris repertum. Erupit die sequenti Caleto Richardus Aschthonus, secúmque non leuem ducens Anglorum manum, hærentem intra dictæ munitionis vallum aggressus est Valeranum, ingentíque perculit iaculatione. Quo se tegerent Valerani milites aduersus sagittas, nihil intus erat: & iam ipsi iaculis destituebantur. Ergò nonnulli fuga dilabi, & primùm quidem equites, dein Genuenses, Flandríque: ac tandem ipse Valeranus loco cedere cogitur, plerísque suorum vel amissis, vel captis, ac Teruannam sese recipere. Non defuit tamen animus Valerano rursum copias contrahendi, nouóque Anglos bello lacessendi. Sed postquam eum in finem ipsi plerique nobiles viri, ac milites sese adiunxerant, vltrà progredi Franciæ Rex vetuit. Itaque Rex Anglorum memorata iam victoria tumidus, multis Flandriæ littora nauibus infestat, portúmque Sclusanum ingressus, arcem oppugnat. Sed rapta mox Flandrica iuuentute Ioannes Dux Burgundiæ hostis conatibus obuiam procedit. Depulso igitur Anglo, in Atrebatibus nouum militem legit. Et Valerano Luxemburgio Franciæ Rex noua mittit auxilia, quibus maritimam oram tueretur. His aliísque copiis inter Grauelingas & Boloniam dispositis, nihil Valeranus integrum linquit, Anglósque magnopere infestat. Iunio mense Dux Ioannes publica Duaci exceptus est pompa, cùm eò venisset multa septus Nobilitate tum Burgũdica tum Flandrica, vt solito apparatu fidem seruandorum priuilegiorum Senatui ac ciuibus iureiurando præstaret, ab iisdem ipse fidelitatis iusiurandum acciperet. Non diu pòst euocatus Parisios adit, vt Delphinum aduersus Aurelianensis Ducis machinationes incolumen seruet. Et cùm obsequentem sibi vrbem animaduertit, etiam aduersus Aurelianensem in armis constitit. Laboratum tamen ab variis Principibus, vt positis odiis fastúque amicitiam inirent. factúmque tandem est, vt verbis osculísque pacem firmantes, Aurelianus in Aquitaniam, Burgundus Caletum aduersus Anglos, arma conuerterent. Et factis inter Anglos Flandrósque induciis libera cõcessa est mercatoribus negotiatio. Extremis quinque anni mensibus continuæ ferè pluuiæ cælum terrámque fœdauere. segetes ideò passim corruptæ. Et vix licuit in annum sequentem serere.

A *B* *C* *D*

Dux Burgundiæ Anglos reprimit. *Iac Meier. l. 15. Monstrel. to. 1. c. 24.* Bolõiẽ vexat Valeranus Luxemburg. *Iac. Meier. l. 15.* Burgundus Duacum intrat. *Regist. Duac.* Burgundus Parisios adit. *Nicol. Gillius. Monstrel. vol. 1. cap. 25. Iacob. Meier. Lib. 14. Paradin. lib. 3. Heuter.* Flandri cum Anglis inducias habent. *Iac. Meier. l. 14.* Burgundus insignẽ exercitum ad Caleti obsidionẽ ducit. *Monstrel. vol 1. cap. 29 Iacob. Meier. lib. 4. Paradin. lib. 3. Heuter. l. 3.* Sed eius impeditur expeditio. *Authores citati.*

AN. 1406. Accepto Ioannes Dux in Picardiam imperio, & firmata Compendij cum Aureliano pace, insignem conflat exercitum; turres ligneas non paucas molitur; omnis generis apparatum bellicum maturat. Equitum peditúmque non leuia Rex auxilia submittit. Ergo nobilissimis & florentissimis instructus copijs, ad Caleti obsidionem castra promouet. Verùm Aurelianus, qui rem malè ad Burgum oppidum in Aquitania gesserat, magna Ioannis ardens inuidia, Regi Carolo persuadet, vt à cœptis eum desistere imperet: quasi minùs idoneum bello tempus hybernum appeteret.

A rer. Igitur Ioannes prohibitus regio mandato Calerum iis copiis aggredi, quas contraxerat, Duacum descendit. Istic agitans, certis nuntiis accepit extremum vitæ diem clausisse Brabantiæ Ducissam: deinde Ducis Aurelianensis factione interdictum sibi Caleti obsidium. Et mox ingenti tumens iracundia, dito se Aurelianum cædendi iuramento constringit. Vltimo huius anni die territi vehementer Flandri omnes fuere tonitruis immanibus, insolitisque fulgoribus: cùm præsertim multa de

AN. 1407. cælo tacta flammis ædificia consumi aspicerent. Et secunda sequentis Ianuarii die perflantibus ventis vehementibus plurimæ arborum stirpitus euulsæ; turres multæ domúsque humi deiectæ. Et fulsit per id tempus Cometa, solúmque tremuit. At cum Anglis permissu Ioannis Flandriæ negotiatores per inducias liberam paciscuntur lanæ aliarúmque rerum mercaturam. Et paucis diebus interiectis, ab vtroque Rege anni vnius quies ab armis concessa Francis Anglisque. Abiit posteà Parisios Burgundus, ibique Aurelianum Ducem secundo ac vigesimo die Nouembris vesperi occulta quorumdam factione opprimit; tantique facinoris gratiam lætis ferè omni-

B bus Francis ab Rege impetrat. Verùm postquam animaduertit parum sibi tuta esse omnia Parisiis, Aurelianensium cæcis & apertis molitionibus: paruo septus comitatu occultè profugit, magnisque itineribus Insulam venit: quò etiam eum quidam illorum secuti, quorum manus Aurelianensis Ducis cædes imbuerat. Hic maximum Cleri Nobiliúmque Conuentum indicit. De cæde Aureliani ab se Parisiis imperata omnes edocet. De ipsa quid sentiant, perrogat; auxiliúmque aduersus hostes flagitat. Ob eam ne perturbetur hominis exosi mortem, animos omnes ei faciunt, & auxilia pollicentur. Hac igitur sententia & promissione hilarior, Gandauum Ioannes abiit, vbi coniux degebat. Illic congregatis quatuor Flandriæ Membris eadem, quæ Insulæ, proposuit. Accepta sunt omnium secundis auribus quæ dixit, decretáque ipsi auxilia. Et cùm magnam vim pecuniæ accepisset, multos quà Nobiles, quà milites Atrebati coëgit: indéque Ambianum mouit, quò Siciliæ Rex Ludouicus, & Biturigum Dux ad colloquium euocauerant. Ibi cùm ab his vehementer rogaretur,

C vt criminis ab se commissi veniam postularet: nunquam id se facturum asseruit. haud enim eo facinore ab se Regem offensum. magnas sibi potiùs grates habendas, qui tali Franciam homine liberauerit. Et aderant ipsi non parum imbuti quæstionibus Theologicis homines, qui factum eius apprimè defenderent. Igitur grauiter offensi Ducis obstinatione Ludouicus & Biturix, ne Parisios intendat causam suam acturus, admodum nomine Regis Franciæ interdicunt. Iuit nihilominus posteà Lutetiam Dux insigni Nobilium & militum numero stipatus. Ibique multa Parisiensium voluptate susceptus, & quorumdam Principum amicitia cultus, per Ioannem Paruum è Franciscana familia Doctorem Theologum in Comitiis S. Pauli palatio facti sui causas explicuit: ac tandem ab Rege veniam cædis perpetratæ tabulis inscriptam, & sigillo consignatam imperrauit. Veræne rationes ad hoc Regem impulerint, an metus, non ausim arbitrari. Ferunt quidam præter publicas odii in Aurelianensem concepti causas, hæc etiam vlciscendi ardorem in Burgundo succendisse; postulatam & tentatam ab illo de stupro coniugem; infractum sibi ab eodem cola-

AN. 1408. phum; irrogata pleraque inuidiosa nomina. Sed hæc omnia vt vera fuissent, visus est

D tamen minùs rectè, ac perperam absque iudicum sententia in hostem Ioannes tam crudeli parricidio consurgere. Eo tempore apud Atrebates vitam posuit eorum Pontifex Ioannes Canardi. Perseuerat hodiéque non leue huius monumentum pietatis, quod viuens iuxta Duacum ad portam Morelliam hospitium erexit dotauitque leprosis sub tectum recipiendis. Eius præsertim opera & liberalitate Virginei templi apud Atrebates nauis surrexit, duarúmque turrium imperfectam fabricam ostentat. In eadem æde munera sunt eius, argentea & auro superinducta Deiparæ Virginis imago, mitra pedúmque magni pretii, alia sacri cimelii decora. In eius locū substitutus est Martinus Porræus, qui vitam priùs Religiosam in Senensi D. Dominici familia egerat, ac tunc suprema ornatus Theologiæ laurea Duci Burgundiæ à peccatorum confessionibus erat. Cum Parisiis Atrebatum Intrepidus reuertisset, honorificum huius in vrbem ingressum sua decorauit præsentia.

Fulgura insolita. *Iac. Meier. l. 15.*
Vēti maximi. *Iac. Meier. l. 15.*
Monstrelet. c. 32.
Burgundus Aurelianensē Ducem vita exuit. *Monstrel. vol. 1. cap. 36. Gillius, Gaguin. Æmyl. Polydor. Vergil. VVassebur. Paradinus, Heuter. aliiq.*
Idem Insulæ Conuentum ea de cæde habet, auxiliumque aduersus hostes imperrat. *Monstrel. to. 1. c. 38. Meier l. 15. Parad. Heuter. aliiq.*
Et Gādauum profectus Flandros sibi conciliat. *Iidem auctores.*
It deinde Ambianum sese excusaturus. *Nicol. Gillius. Monstrel d. l. Iac. Meier. l. 15. Paradin. l. 3. Heuter. l. 3.*
Et Parisios petit, vt suam illic causam agat. *Auctores citati Iac. Meier. l. 15.*
Episc. Atreb. decedit. *Epitaph. & tabula marmorea.*
MARTINVS ei succedit. *Locr. in Chron. Gazaus, Parad. lib. 3.*

Dux Burgundiæ aduersus Leodios exercitũ ducit, eosque grauiter cædit.

Nicol. Gilbus. Monstrel. to. 1. c. 47. Sammag. in Contin. Chron. Fland. cap. 68. Iac. Meier. l. 15. Suffrid. Petri c. 8 de Leod. Episcop. Bellefor. VVassebuig. Paradin. lib. 3. Meier. l. 3.

Grauiter interim Leodienses ab Episcopo suo Ioanne Bauaro dissidebant, eóque Pontificatu per summam iniuriam exuto, Theodoricum Peruisium substituerant. A Et iam Ioannem Traiecti vetusta Pontificum Leodiensium sede, amplissimáque vrbe, obsidebant arctissimè. Mouit vehementer id facinus Hannoniæ Comitem, & Ioannis Episcopi fratrem Guilelmum, vt tam ipse copias è ditionibus suis contraheret, quàm subsidium à Burgundo flagitaret. Promptum ad ferendas suppetias Burgundio se præbuit: lectúsque statim est in Artesia & Flandria miles, multique Nobilium operam addixere. In his emicuere Valeranus S. Pauli Comes Insulensísque Castellanus, & filius eius Petrus Conuersani Comes. E Duacensibus & Insulanis non paruus numerus duces eos secutus est. Sed priusquam Valeranus in castra venisset, cum Leodiensibus ab Ioanne Duce collata fuerant signa. Quòd quinquaginta pugnatorum millia in prælium educerent Leodienses, nihil aduersum formidabant: & victoriam prorsus animo deuorauerant, si priùs Ioannem Burgundum adorirentur, quàm ceteræ, quas præstolabatur, copiæ accederent. Sed vix eos quingenti Equites Burgundi, & pedites paullò plures à tergo circumuenere, quà currus B muniebant, cùm fugere rati, pugnam auidiùs, quàm prudentiùs, capessiuere. Bellum initio dubium videbatur, cùm vtrique acerrimè pugnarent. Vbi tamen immissi à tergo equites peditésque submotis curribus viam fecere, perrupti mox Leodiensium ordines, ingénsque cædes edita, totúsque intra horæ vnius spatium fusus fugatúsque est eorum exercitus. Vt minimum ferro sublata viginti hominum millia.

Regisr. Duac.

Leodium, aliæque vrbes deditionem fecere, datique Duci obsides. Ea Ioannes parta victoria Insulensium ac Duacensium Magistratibus per epistolam gratias egit; cúmque in Flandriam reditum maturaret, partem obsidum Montibus & Valencenis posuit; partem Insulam & Atrebatum misit. Vbi de rebus Leodiensibus agitaretur, electum præsertim Tornacum, quò Burgundus, Leodiensis Pontifex, & Hannoniæ Comes ad festum S. Lucæ conuenirent. Sed ipsis Tornacensibus admodum deprecantibus eius Conuentus impendia, Insulæ congressum est Octobris quarto & vigesimo die. Illic adstantibus obsidibus in multum Leodicæ gentis damnum ex C victorum libidine pacis leges compositæ.

Monstrelet. & Meier. locis cit.

Insulæ pacis leges Leodiẽsibus dantur.

Monstrelet. Paradin. Meier.

Burgũdus iterum Parisios adit, vt se purget.

Nicol. Gill. Monstrel. to 1. c. 49. Sammag. Contin. cap. 68 Iac. Meier. l. 15. Bellefor. Parad. Heuter.

Iuit posteà Parisios Burgundiæ Dux cum Hannoniæ Comite, vt se rursus apud Regem de cæde Aureliani purgaret. Iam enim Valentina huius vidua summis precibus ab Rege impetrauerat, vt quam Ioanni necis veniam litteris impertiuerat, irritam haberet, idque crimen iudicio vindicaret. Eo minori formidine iter illud arripuit Burgundus, quòd insignis de Leodiensibus victoriæ fama latiùs spargeretur, iámque omnes eius hostes attonitos reddidisset, & florentissimo esset ipse septus comitatu. Cùm igitur in Franciam venit, prona in se omnia facilè vidit; & ab quibusdam legatis Angliæ Intrepidi cognomen accepit, cùm audaciam eius admirarentur scilicet, qua paucis copijs instructus Leodienses fuerat aggressus, rursúmque in Franciam sine metu proficisceretur.

Inter eum hostésque pax Carnuti cõposita.

Auctores antea citati.

Ergo Rege ad pacem denuò inclinante, vbi cum Aurelianensibus ea componeretur, Carnutum ciuitas delecta. Ibi coram Carolo, ac Regina, multísque regni Principibus, conciliati dissidentium animi sunt, tactísque sacris paginis dictum fœderis carmen. Philippo Aureliano Virtutum Comiti vxor data Catharina Burgundi filia, vt firmior amicitia coalesceret. D AN. 1409.

Burgundus aliique Principes Insulæ varijs de rebus habent colloquium.

Monstrel. to. 1. cap. 55. Sammag Contin. cap. 68. Iac. Meier. l. 15. Paradinus.

Inde cùm in Flandriam sese Ioannes recepisset, Insulæ aliquamdiu degit. Huc ad eum venere Antonius Dux Brabantiæ, Guilelmus Hannoniæ Comes eiúsque coniux, Ioannes Leodiensis Pontifex, Comes Namurcęus, aliique nobiles viri quamplurimi. Actum varijs de rebus: sed præcipuè laboratum est, vt pax inter Brabantum & Hannonium, qui grauiter dissidebant ob centum & quinquaginta florenorum millia, quæ Antonius de Guilelmo repetebat olim ab amita Duci Alberto Guilelmi patri pecuniam mutuitanti concessa. Inter eos ita denique conuenit Intrepido conciliante, vt Guilelmus Antonio septuaginta aureorum Franciæ monetæ florenorum millia numeraret.

Burgundus Iudices à Camera Insul. abstrahit.

Iac. Meier. l. 15. Oudegh. c 188 Iac. Marchant. in Fland.

Et quod antè promiserat se facturum, Burgundus, solis rationum Præfectis Insulæ relictis, causarum Iudices abstraxit, eósque Gandaui constituit.

Fames & pestis grassatur.

Iac. Meier. l. 15.

Vtramque Flandriam annonæ caritas famésque vexauit. Visaque passim istic mendicantium agmina. Laboratum ideò est pestilitate maxima, quę

Cortraci

A Cortraci exorta; omnes huius regionis locos atrociter corripuit. Adijt interim rursum Parisios Burgundus, ibique regium Caroli conuiuium celebrauit, quod insigni magnificentia totius regni Principibus exterisque præbebatur. Tantúmque tunc auctoritatis contraxit, vt cùm regni administratio Duci Aquitaniæ Delphinóque committeretur, hic parente in morbum relapso nihil statueret faceréue, nisi Biturige & Burgundo assentientibus.

Burgundus Parisios petit. Nicol. AEg. Gill. Monstrel. to. 1. c. 78. Sammarg. Contin. cap. 69. & 70. Iacob. Meier. lib. 15. Belleforest. alij.

AN. 1410 Sed in eum paucis pòst diebus ingens facta coniuratio, cui Dux etiam Biturigum eius patruus subscripsit. Quòd huius factionis caput haberetur Comes Armeniacus, inde profluxit, vt postmodum Burgundionis hostes Armeniacorum nomen induerint. Conscripti mox ab vtrisque ingentes exercitus. Plures Burgundioni adhærebant, quòd Regis nomine copias contraheret: omnísque ad eum Flandriæ & Artesiæ Nobilitas confluxit. Iuxta Parisios acies in armis stetere. Perfectum tamen Brabantiæ Ducis ac Biturigis labore, vt Nouembri mense pax Vincestriæ conficeretur: eiúsque legibus Biturix ac Burgundio regni administratione cederent, domúmque B redire iuberentur. Paruo tamen interiecto tempore ab Aurelianis ea pax violata, intercepto & dirissimis exercito cruciatibus Croyaco, quem Intrepidus ad Biturigem mittebat. Et pulsatus ab ijs Carolus Rex, vt grauem de Burgundo vindictam caperet. Nihil tamen is promisit, plúsque ponderis obtinuit Burgundionis amicitia. His omnibus per nuntios litterásue acceptis, Ioannes admodum vehementer incanduit, móxque ad belli apparatus faciendos consilia intendit. Vt pecuniæ multum corraderet, Gandensibus ea vendidit, quæ iure in fiscum eius concederent: quibusdam ciuitatibus sua priuilegia nummis acceptis restituit: per plurimas Belgij vrbes Philippum filium circumduxit, eóque, ceu futuro suarum ditionum herede, collaudato, ingentia expressit munera. Eum igitur in modum collectis belli neruis, insignem Tornaci Conuentum habuit variorum Principum, quos in belli societatem pertrahere nitebatur. Adfuere tunc Guilelmus, qui Hannoniensibus imperabat, & Leodiensium Pontifex eius frater, dein Comes Namurcensis, aliíque Imperij proceres. C Ab omnibus Duci opem flagitanti, aduersus Aurelianum Ducem eiúsque socios, promissa liberaliter auxilia. Ducti posteà hi Principes omnes Insulam à Burgundo, ibíque lautissimè tractati. Venit eodem Castrorum Franciæ Metator Bouciquaultius, qui Genuensibus ab Rege fuerat præfectus. Eum postquam Intrepidus honorificè excepit, audiuítque: Atrebatum cum ipso profectus est. Ibi conuocatis Artesiæ Nobilibus de Aurelianensium in suos insidijs & sæuitia questus, omnes, vt fidem sibi seruarent, verbis impulit, impetrauítque. Carebant eo tempore Tornacenses Episcopo. Etenim Ludouicum Trimoulium Octobri mense mors è vinis abstulerat Parisijs, quò nuper se receperat, cùm ciuitas Tornacensis adeò pestilentia consumebatur, vt vix vlli Sacerdotes vim eius euaserint, opúsque fuerit Insula, Duaco, Atrebato & Cameraco viros accersere, qui tum ad aras operarentur, tum Ecclesiastica beneficia capesserent. Et quem eius successorem Ioannem Toisiacum Pontifex Maximus confirmauerat, is non priùs Tornacum inijt, quàm tertius ac decimus AN. 1412. Christi annus post millesimum & quadringentesimum, procurreret. Interim Flan- D dri Ioannis permissu cum Anglis annorum quinque paciscuntur inducias, lanæque plurimum, variíque generis merces nauibus in patriam reportant. Verùm Intrepido multa cum Nobilitate Duaci degente, venit eodem trium Aureliani Ducis filiorum Fecialis, oblatísque horum litteris, ipsum ad bellum prouocauit. Et adhibitis statim consultationi plerisque prudentibus & militiæ veteribus viris, in eam Intrepidus sententiam lætus animum impulit, vt simili scripto bellum ijs indiceret. Ac missus est tertio & decimo Augusti die, qui litteras ad eos perferret suscepti belli nuntias. Iraque Burgundio bellum in Franciam portaturus, ex omni Flandria insignes armis, numero, & commeatibus copias collegit, iussis Insulæ alibíque Nobilibus & iaculatoribus arma induere, ac militiam capessere. Pugnatorum millia quinque ac viginti cernebantur, quibus omnia horrebant ferro corporum membra, &, quibus hostem impeterent, aderant hastæ, gladij, secures, mallei. Bis mille currus eos comitabantur quaternis tracti equis, & commeatibus, tentorijs, machinis, alijsque rebus onusti.

Noua in eum coniuratio. Nicolaus Gill. Monstrel. to. 1. cap. 63. Sammarg. Contin. c. 70. Iac. Meier l. 15. Paradin. alij tum etiam.

Pax Vincestriæ composita. Monstrel. c. 66. alij etiam etc.

Monstrel. c. 68. Sammarg. Contin. cap. 71. Meier. Bellefor. Parad. Heuter.

Burgundus pecuniam & vires ad bellũ comparat. Monstrel. to. 1. cap. 68. Meier. Paradin. alij.

Tornacensis Episcopus à viuis abripitur. Tabb. Tornac. Eccles.

Succedit IOANNES TOISIACVS.

Flandri cum Anglis inducias obtinent. Iac. Meier. l. 15.

Burgundo bellum indicitur. Nicol. Gillius. Monstrel. c. 70. Iac. Meier. l. 15. VVassebourg. Heuter. alij tum etiam.

Id Burgundio fidenter suscipit, & copias comparat. Auctor. citati, Oudegh. c. 189.

Apparatus bellicus & copiæ Burgũdium Fràciam proficiscẽtis. Iac. Meier. l. 15. Paradin. lib. 1.

qui tamen mediã & cursorem numerũ primo auget, dum illos ad quinquagesima millia, hic ad duodecim millia recenset. Heuter. l. 3.

onusti. Qui Flandrorum domi remanebant, hæc omnia liberaliter subministrauerant. Gandauenses vnà cum clientibus Aldenardam veniunt dundecimo Kalendas Septembris domo profecti. Inde promouentes castra metantur Wasniæ in Gallo-flandria non procul Turnaco, Insuláque. Hic Cortracenses suos eis manipulos iungunt. Tertio die ab omnibus Duacum tenditur. Aduenïunt eodem è ceteris Flandriæ partibus legiones, quò Burgundus euocauerat. Haud dubiè grauis ea fuit Gallo-flandris profectio. Fines eorum scilicet vastabantur, cùm præsertim Gandauenses turmam aliquam Albatorum, vt vocabant, Capitiorum præmiserint populatum, quibus insignis inerat ferocia, & latrocinandi cupido. Igitur his copijs Ioannes instructus, omnibúsque militaribus rebus, magno fastu in Galliæ ditiones ferebatur: tantáque tam ipsum, quàm exercitum spes ceperat omnia primo impetu corripiendi, vt spargeretur passim, his viribus obsistere nihil posse. In Veromanduos primò arma conuersa. Illic Hanum Somonæ amni impositum circumductæ copiæ, eiúsque muri tres horas machinis concussi. Nec facilè Dux eo potiri per vim potuisset, nisi Clugnetus Brabantus & Manasses Queretus formidine impulsi, auersâ portâ præsidium ac ciues præcipuos eduxissent occultè, fugáque sese Coucyacum & Chaunyacum recepissent. Tunc sola imbelli multitudine quà ciuium, quà rusticorum, qui res suas eo detulerant, propugnante, iniectis fluuio cratibus, inuasi vndique muri, superatíque, intra oppidum in homines sæuitum promiscuè; nudatæ rapinis domus; in tecta flammæ coniectæ. Capta deinde, oppidum Nigellense, Roia, Chaunyacum, & pleraque in proximo castella. Verùm vbi Dux castra circum Desiderij Montem disposuit, eámque vrbem aggredi cœpit: Gandenses domum repetere obstinatis animis statuunt, vnáque reliquos Flandriæ populos ab eius nunc vehementer frementis, nunc precibus demississimis retinere frustrà nitentis exercitu abducunt, conuasatis noctu rebus omnibus. Ardebat scilicet Intrepidus hostes suos, qui non procul aberant, vel metu dispergere, vel signis collatis cædere: certóque alterum fore horum sibi promittebat, si plusculum illic temporis cum ceteris copijs Flandri morarentur. Postquam tamen animaduertit, nulla posse horum animos ratione leniri, quam ipse aluus iracundiam conceperat, in præsens compressit. Peronam vsque deduxit abeuntes, ibique mollibus verbis allocutus, de collato sibi ad bellum auxilio, factísque grandibus impensis, prolixas egit gratias: ac ne quid per viam insolentiæ committerent, præfecit ijs Brabantiæ Ducem Antonium; qui Duacum vsque reduxit, & Gallo-flandriam ab omni maleficio intactam seruauit. Grauis ea fuit suorum obstinatio cunctis Flandriæ proceribus, ingratúsque omninò reditus. Verùm ijs potiùs dissimulandum fuit, quàm minis aut pœnis agendum. Iuit posteà Lutetiam Dux Ioannes nouis septus copijs, quas partim Brabantus, partim Angli submiserant: obtentáque non leui ad Pontem S. Clodoaldi victoria, etiam D. Dionysij oppidum de hostibus recepit, præclaram ei semper operam nauante Castellano Insulensi Valerano Luxemburgio. E captiuis Armeniacarum partium Nobilibus plerosque cecidit, nonnullos Insulam, & in alias Flandriæ vrbes misit attinendos. Interim Senatus Insulensis edicto cauit, ne quis ciuium hebdomadaria sportula hospitalium SS. Trinitatis, & Diuorum Nicolai ac Nicasij frueretur, nisi pedum albi coloris duos digitos latum, pedem vnum longum conspicuo loco vesti assueret; vt hoc symbolo deterriti, paullò ditiores eius ambitu arcerentur, qui iam tum frequentes eam petebant, obtinebántque, fraudatis speiurèque pauperibus. Verùm Intrepido per Franciam omnia ex animi sententia feliciter eueniebant: multísque locis fausto successu Valeranus Luxemburgius Regis mandato bellum inferebat. Igitur vterque magnam apud plerosque, at potissimùm apud Regem, sibi gratiam conciliauere. Cùm Parisios aduersus Armeniacos Ioannes insigni præsidio retineret, etiam ab Rege Parisiensibus vetera priuilegia, libertatémque rursus impetrauit. Eam ob rem creuit in eum vehementer amor Parisiensium & fides. Iam eius partibus accesserat Siculorum Rex Ludouicus. Et permiserat Carolus legationem ab eo in Angliam mitti, conciliando inter Walliæ Principem, eiúsque filiam matrimonio. Igitur à patre tot successibus lætis inflato, è Belgio Philippus Quadrilegij Comes Lutetiam

Oppida quædam Intrepidus capit.

Monstrel. to. 1. c. 78. Sannag. Contin. cap. 71. Iac. Meier. l. 15. Oudegh. c. 189. Paradin. Bellef. Heuter.

Flãdri Intrepidum deserunt, & domũ abeunt.

Monstrel. d. l. Sannag. Contin. c. 72. aliý loc. cit. Longe ab hac narratione discedit Gaguinus, cum scribit Intrepidum turpiter castris desertis fugisse. Tu ipsum consule.

It posteà Burgundus Parisios cũ exercitu, & per viam victoria potitur.

Nicolaus Gill. Monstrel. to. 1. cap. 81. Sannag. Contin. cap. 74. Iac. Meier. l. 14. Polydor. Vergil. Parad. Heuter.

Edictum Senatus Insulensis.

Liber Rosfin.

Intrepidus Regis Frãciæ & Parisiensium fauorem sibi conciliat.

Nicolaus Gill. Iac. Meier. l. 15. Monstrel. c. 81. 82. Heuter.

Monstrel. c. 86. Sannag. Contin. cap. 74. Iacob. Meier. l. 15.

A B C D AN. CHR.

A euocatur, vt Paschalia illic cum Rege festa peragat. Ac tunc Valeranus Luxemburgius ab Carolo dictus est equitum Franciæ Magister. Et mox insignem hic exercitum conflauit, cúmque aduersus Druidas duxit, Comitémque Alenconium. In huius Comitatu grauiter ab eo cæsæ Armeniacorum copiæ sunt, haud paucioribus quadringentis interemptis; ad centum & viginti catenis onusti. Intereà temporis apud Regem & Burgundiæ Ducem questi sunt Duacenses Magistratus, multos eorum, quos exilio propter flagitia multauerant, regressum in vrbem moliri quorumdam ab ipsis impetratorum diplomatum obtentu. Adeóque valuit querimonia, vt mox vterque remissiones ac diplomata resciderit; datísque ad Gubernatorem Galloflandriæ, & Balliuum Duacensem litteris, ne cui exulum ciuitas restituatur, prohibuerit. Sed paucis diebus interiectis Anglorum Regem Armeniaci suas in partes traxere: acceptísque ab eo non leuibus auxiliis, inter Principem Walliæ filiámque Burgundionis disrupta sunt matrimonij pacta. Et mox Lutetiam iuere trium Flandriæ vrbium legati Ducem oratum, ne diutiùs Philippum filium in Francia, rebus
B nondum pacatis, degere pateretur: quòd magnoperè timerent, ne quid in eum aduersarij molirentur hostile. Impetratum facilè quod petebant: vnáque promissum, vt, quam recèns is Caroli Regis filiam vxorem acceperat, Michaëlidem Gandauum abducerent; ibique vtrumque, ceu Principes suos, omni colerent officio. Tentati subinde ab Rege Anglorum Flandri; velléntne pactas anteà cum ipso, eiúsque hostibus, inducias seruare. Ab his responsum liberè; Nec se frangere inducias velle, nec suam ad turandos Franciæ Regem Ducémque Intrepidum operam desiderari. Igitur ab Anglis in Artesiam hostiliter incursum, captáque est Balinghemi munitio. Verùm Magister equitum Franciæ Valeranus ea re cognita non paruam militum manum Audomaropolim versus celerrimè rapit: indéque Bononiam petens, oppida castelláque in littoribus Oceani posita firmis aduersus Anglorum incursionem præsidiis munit. Obsessum deinde ab Rege Carolo & Duce Burgundiæ Auaricum Bituricensis caput ditionis: pugnatúmque aduersus erumpentes feliciter, iique in vrbem
C coacti sunt retrocedere. Verùm data quiete armorum, ipsis præsertim Delphino ac Biturigum Duce impetrantibus, in præsentissimum Rex & Burgundio periculum venere. Horum quippe exarmatis copiis, Armeniaci derepentè summa perfidia improuidos adoriuntur eo consilio, vt, captis Rege Delphinóque, Burgundum opprimant. Fuit tamen his tempus aliquod diuinitus concessum, vt raptis celeriter armis sese contegerent, aduersíque hostem magno agmine ruentem exciperent ac frangerent. Datum tamen Delphino, vt cum hostibus Antissiodori pax iniretur, quamuis eam parum æquo ferret animo Burgundus. Rursúsque firmatum fœdus est, quod in Carnutibus Aurelianus & Burgundio iurantes conceperant.

AN. 1413. Agebatur Christi annus supra millesimum quadringentesimus & decimus tertius, cùm duas in partes scissum est vulgus Parisiis. Duodecim millia candidis sese capitiis amicientes in Regem ac Delphinum surrexere. Ab his capti complures viri principes: ac deinde Rex atque Delphinus intra S. Pauli ædes, quasi in custodiam coniecti, sese continere iussi sunt. Eorum rebellium caput censebatur Intrepidus: &
D plurium vox erat, salutis publicæ causâ hæc fieri. Sed cùm Principes grauia Parisiensibus minarentur, nisi solueretur factio, coniurati Ducis Intrepidi consilio animos demittunt, pacémque orant suppliciter. Ea ipsis concessa, & bonis legibus ad Pontem Isaræ composita. Paullò pòst tamen quidam è Burgundionis comitatu vinculis onerati; quidam etiam sponte defecerunt: abstractíque ab eo Parisiensium quamplurimi Aurelianensium artibus. Igitur cùm satis animaduerteret, nihil iam tutum esse Parisiis, clàm inde ad suos Insulã Dux rediit. Hic quo faciliùs pernosceret de Ducis Aureliani nece, ac bello, suorum Principum ac procerum iudicia, generalem Flandriæ Conuentum indixit. Igitur Gandenses, Brugenses, Iperani, & ab Quatuor Officiis delegati, vnà cum Insulensibus, Duacenis & Orchiensibus in tres Ordines distincti iure cæsum Aurelianum censuere, ac plurimum æris Ioanni ad capessendum bellum promisere. Erat illic etiam Valeranus Luxemburgius Insulensis Castellanus, qui recèns ab Caleti finibus reuenerat impetratis ab Rege Anglorum aliquot mensium

Valeranus Luxemburg. fit Magister equitũ Franciæ, & victoria potitur. *Monstrel. to. 1. c. 86 Meier. l. 15. Contin. Sauuag. c. 74. Paradin. l. 1.*
Duacẽses impetrant, ne exules in vrbem admittantur. *Registr. Duac.*
Anglus Armeniacis se iungit. *Monstrel. to. 1. c. 90. Sauuag. Contin. cap. 75. Iac. Meier. l. 15. Paradin.*
Philippus Intrepidi filius ex Frãcia huc reducitur. *Iac. Meier. l. 15. Auctores anonymi.*
Anglus Intrepidi ditiones aggreditur. *Monstrel. c. 92. Iac. Meier. l. 15. Bellefor.*
Rex Franciæ & Burgundus periculum adeunt. *Monstrel. c. 93. Sauuag. Contin. c. 75. Meier. l. 15. Bellefor. Parad. Heuter.*
Pax cum Armeniacis cõponitur. *Nicol. Gilles. Monstrel. c. 95. Contin. Sauuag. c. 75. Meier. l. 15. Paradin.*
Factio Parisiensium. *Monstrel. c. 102. & seqq. Sauuagii Contin. c. 76. Iac. Meier. l. 15. Vvassebourg. Parad. Heuter.*
Intrepidus in Belgiũ redit. *Monstrel. c. 107. Sauuag. Contin. c. 78. Meier. l. 15. Parad. Heuter.*
Insulæ Ordines cogit, vt intelligat, quid de Aureliani cæde sẽtiãt, quidúe ad bellũ velint conferre. *Monstrel. to. 1. cap. 108. Iacob. Meier. lib. 15. Heuter.*
Rex Franciæ Valeranum Luxemburg.

Magisterio equitũ priuare molitur.

Monstrel. c. cit. Sauueg. in Contin. Chron. Fland cap. 78. Paradinus.

Valeranus suam agit causam.

Monstrel ibid. Sauueg. ibid.

A

induciis. Sed hunc allatæ ab Rege Francorum litteræ perculerunt, quibus admodum iubebatur extemplò gladium Parisios remittere, vt equitum Magisterio exueretur. quia tamen Intrepidus ensem ad Regem mittere vetabat, Insulæ se continuit retento Magisterij symbolo. Hîc transactis aliquot diebus ad D. Pauli Fanum sese contulit, indéque Ambianum. Qui causam suam apud Regem agerent, eò de Inco nepotem suum Conuersani Comitem, Vicedominum Ambianensem, & M. Robertum Iuuenem Aduocatum, Parisios misit. Coram Rege, Cancellario, & magno regiorum Senatorum consessu permissum est Robertó ea dicere, quæ Valeranus ipsi mandauerat. Inter alia proposuit, *Nunquam Valeranum in Francia regno factiosorum partibus adhæsisse, nullas eum arces, vrbésue regias bellò aggressum, armisue subegisse; nihil itaque causæ datum, cur equitum Magistri officio priuetur.* Eáne dici mandasset Valeranus, quæ Robertus pronuntiauerat, ab legatis aliis quæsitum est. Cùm illi nihil afferent, in custodiam coniectus est Robertus, ægréque post biduum ei libertatem impetrauit Dux Barensis Valerani socer. Eius rei factus certior Valeranus Ambiano in S. Pauli Comitatum tristis abscessit. Etpost breue tempus Coucyacum & Petrifontem castella Duci Aurelianensi restitui Rex imperauit, quæ idem Comes Valeranus retinebat, iísque anteà cedere omninò recusauerat. B

Burgundi factio imminuitur.

Ac tunc plurimùm apud Regem & Aquitaniæ Ducem Armeniaci valuere. Contrà Burgundi factio Parisiis alibique magnoperè debilitari, ac minui cœpit. & plerique ab eo vel metu, vel sponte ad partes Armeniacorum defecere, postquam præsertim aduersus eum edicta regia in vulgus emissa.

Nouum Insulæ Cõuentũ habet Intrepidus.

Monstrel. to. 1. c. 109. Sauueg. c. 79 Meyer. l. 15.

Erat tum Insulæ Dux Ioannes, cùm hæc tum famâ, tum frequentibus litteris Lutetia missis pernouit. Ergo Principum ac procerum præcipuos è ditionibus suis Belgicis eò confestim aduocauit. Quòd animo iam tum præciperet, fore, vt breui hostes Regem ad bellum sibi inferendum pertraherēt, consilia vimque sibi ab his subministrari denuo postulauit. Et nihil reliqui factum ab iis, quò Ducis animum erigerent, omniáque bello sustinendo idonea, vt priùs promiserāt, sufficerent.

Angliæ Regis ad Intrepidũ legatio de nuptijs.

Monstrel. to 1. c. 109. Meyer. l. 15.

Venit interim eamdem in vrbem ab Angliæ Rege legatio. Inter legatos præcipui nominis erant Comes Walericus, Sanctique Dauidis Episcopus. De nuptiis inter Regis filium, & Burgundi filiam contrahendis actum. Vbi tamen multa vtrimque proposita fuere, parum arridentibus quibusdam conditionibus, nihil constitui potuit. C

Cultus S. Cornelij increbrescit Hemi.

Litter. Cardin.

Ea tempestate admodum Hemi, Gallo-flandriæ nobili pago, florebat sanctissimi Martyris, ac Romani Pontificis Cornelij cultus. Nuper Maio mense cùm seni Ecclesiæ Romanæ Cardinales multa de rebus admirandis certa fama cognouissent, quas idem Martyr iis sanitatem restituendo, qui præsertim eo epilepsiæ malo laborabant, quod Maculatam nominant, perpetrabat: præclarum illico diploma conscripsere, quo sexus vtriusque mortalibus centum singuli dies debitarum criminibus pœnarum indulgebant, qui præcipuis per annum festis Hemense templum adirent, ibique coram S. Cornelij sacra icone preces ad Deum funderent, nummósque ad sumptus ędis necessarios porrigerent. Hac igitur non modò Gallo-flandri, verùm etiam Tornacenses, Hannonij, & alij liberalitate pellecti, hunc locum frequentiùs petiere, ac in eo ad preces ardentiùs incubuere sibi aliísque obtinendæ sanitatis gratia.

Rursus agitur cũ Valerano Luxemb. vt Magisterium equitum deponat.

Monstrel. to. 1. c. 109.

Monstrel. to. 1. c. 110. Sauueg. Contin. c. 78.

Octobris quarto die S. Pauli Fanum adiere Moij & Offemontij toparchæ ad Valeranum Comitem abs Rege Franciæ legati. D Repetitus per eos gladius equitum Franciæ Magistri. Nihilo tamen se prompriorem ad reddendum Comes præbuit, quàm priùs fecerat: remissique vacui sunt ad Regem legati. Acuit iram Regis ea Comitis tergiuersatio: ideóque propiùs abfuit paullò pòst, quin Valeranus Magistratum deponeret. Vbi tamen Insulam ad Burgundum, qui recèns Audomaropoli redierat, sese contulit: in ea sententia per eum confirmatus est, nè gladium ad Regem remitteret. Igitur promissis oneratus prębendi aduersus Regem ab Duce auxilij, Vicedominum Ambianensem Parisios misit Regem oratum, nè grauiùs ferret, quòd nondum eius mandatis paruisset. Interim ad Ioannem è Burgundia equites mille ac sexcenti per Campaniam & Cameracesium venere. Iam enim is copias, quibus in Franciam penetraret, comparabat, multósque Principes, ac viros nobiles, quibus ad bellum vteretur, secum habebat Insulæ. Eodem mense iam desinente, postquam Franciæ

Rox

A Rex Carolus edixit, ne quis vſpiam delectum militum haberet: Intrepidus equeſtres ludos & decurſiones Inſulæ præbuit. Qui cum alia Nobilitate plurima eos celebrarent, aderant filius eius Quadrilegij Comes Philippus, Brabantiæ Dux Antonius, & Niuerſij Comes. Vix inde Brabantus & Niuerſius poſteà diſceſſerant, cùm initio Decembris ad Burgundum Franciæ Rex Dampetræ toparcham, & Eburouicenſem Epiſcopum legauit. Per eos Duci prohibitum Regis mandato eſt, ne filiam ſuam per nuptias Angliæ Regis filio iungeret, vllúmue cum eo Rege fœdus percuteret. quædam etiam arces repetitæ, quas is nuper acceperat. iniunctum denique grauibus verbis, ne qua ratione ictam cum Aurelianenſibus pacem violaret. Verum. Intrepidus hanc legationem nullo dignatus reſponſo, equum extemplò conſcendit, & Aldenardam iratus abiit. Paucis diebus illic exactis, Inſulam rediit; ibíque grauis eum perculit, remiſſæ filiæ nuncius. Hanc nomine Catharinam ſuauiſſimis præditam moribus Siciliæ Rex Ludouicus filio ſuo natu maximo vxorem petierat, cùmque pactis matrimonij legibus parens cum inſigni comitatu ad Regem miſerat. Vbi tamen

Intrepidus equeſtres ludos edit Inſulæ.

Monſtrel. to. 1. cap. 110. Iacob. Meier. lib. 15. Sauuag. c. 79. Paradin. l. 3.

Legatio Regis Fráciæ ad Burgundum.

Monſtrel. to. 1. c. 110. Iacob. Meier. lib. 15. Sauuag. c. 79. Parad. Heuter.

Siciliæ Rex filiá ad Intrepidũ remittit.

B Ludouico placuit Aurelianenſis partes amplecti, intactam Bellouacum remiſit, Ducíque per litteras ſignificauit, vt eam inde domum reduceret. Pupugit altiſſimè Ducem id facinus: ſtatímque multis equitibus mandauit, vt abductam Bellouaco filiam cum nobili comitatu Inſulam ad ſe perducerent. Iuit poſteà Intrepidus Ambianum, ibíque Nobilem Principum aliquot & procerum Conuentum habuit. Inter alios ibi cum eo fuerunt Antonius Brabantiæ Dux, Guilelmus Hannoniæ Comes, Leodienſium Epiſcopus Ioannes, D. Pauli Comes & Caſtellanus Inſulenſis Valeranus, Cliuienſium Comes. Hos alióſque illic cogendi ratio præcipua fuit, vt cognitum haberet, quibus ab his auxiliis fulciretur, ſi fors ab Francis bellum ingrueret. Magna omnes iterùm ſubſidia polliciti fuere modò bellum in hoſtes dumtaxat, non in Regem eiúſque filium gereretur. Vix in Flandriam inde Ioannes reuenerat, aliíque aliò diſceſſerant: cùm ad Comitem Valeranum in fano S. Pauli commorantem ab Re-

Monſtrel. to. 1. cap. 113. Iacob. Meier. lib. 15. Sauuag. cap. 79. Parad. Heuter.

Eaque Inſulá ducitur.

Intrepidus cũ Princip. viris de bello rurſus conſultat.

Monſtrel. to. 1 c. 114. Sauu. c. 79.

Valerano Luxemb. Rex Franc. prohibet, ne militẽ colligat.

C ge Carolo miſſus apparitor venit, qui Regis nomine vetaret, ne quas copias pro Duce Burgundiæ alióue Principe iniuſſu Regis legeret, armarétue. Interim quaſi captiuus in Lupara Delphinus ab Aurelianenſibus Pariſijs detinebatur. Quæ res cùm eum vehementer angeret, ternis Burgundiæ Ducem litteris occultè exciuit, vt magnis viribus ſeptus quamprimùm Pariſios aduolaret, éque manibus hoſtium eximeret ſeſe. Haud putauit Intrepidus opem ſuam ab genero diutiùs requirendam. Et mox ex omnibus ditionibus ſuis copias contraxit; ab ſociis promiſſa ſubſidia mitti ocyſſimè flagitauit; & locum iuxta S. Quintini vrbem in Veromanduis præſcripſit, vbi ex omnibus copiis exercitus conflaretur. Sed hæc neque tam occultè, neque tam celeriter expediri potuêre, quin ad hoſtes fama Pariſios perferretur. Ergo diſſipandis Burgundi apparatibus Aurelianenſes apud Delphinum quà precibus, quà terroribus agunt, vt is per litteras Duci prohibeat, ne quem in Franciæ regnum ducat exercitum: cóque Rex adductus, vt ſcripto idem vetaret: Et quoniam nihilominus Ioannes ſub ſigna ſuos cogebat, etiam Regis mandato contractæ ſunt aduerſus

AN. 1414.

Monſtrel. to. 1. c. 114. Sauuag. c. 79. Meier. l. 15.

Intrepidus copias cõtrahit ad liberãdũ Delphinũ.

Auctor. iam cit. Paradinus.

Verùm ei per Regẽ & Delphinum mandatur, in Fráciam eas ne ducat.

Auctor. iam cit.

Dum tamen eò pergit Pariſijs non admittitur.

Monſtrel to. 1. cap. 115. Sauuag. Meier. Parad. Belleforeſt.

D eum regni vires. Igitur cùm propiùs Pariſios Burgundus capto iam S. Dionyſij oppido militem duxiſſet, fruſtrà ingredi tentauit, tandémque coactus eſt in Belgium iter relegere. Admiſſus tamen eſt, dum reuertitur, intra muros Sueſſionis & Compendij, ac præſidium vtrobique poſuit. Cameracum etiam per viam ſubegit, ac præſidiario milite muniuit. Verùm his in Francia vulgatis, mandato Regis apertum in Burgundionem bellum decernitur. Et iunctis mox Franciæ viribus Sueſſioni & Compendio Carolus ingruit, arctáque vrbem vtramque premit obſidione. Flagrabat contrà magno Intrepidus deſiderio bellum Francis inferendi. Quapropter Arteſianos, & Flandros vtroſque ad arma exſciuit, cùm præſertim animaduerteret multam ditionum ſuarum Nobilitatem in magno Compendij & Sueſſione periculo verſari. Sed animos Flandri omnes obſtinauere, vt nullum priùs bellum aduerſus Franciæ Regem eiúſque liberos ſuſciperent, quàm ij Flandricos inuaderent fines: auctoréſque duci fuerunt, vt alibi, quàm in Francia, liberis matrimonia quæreret. Ægerrimè tulit eam liberrimæ gentis reſponſionem Intrepidus. Quia tamen ſuo-

Iidem auctores.

In reditu aliquot vrbes capit.

Nicolaus Gil. Monſtrelet. cap. 120. 121. Sauuag. Meier.

Decreto in Burgũdũ bello, Rex Compẽdiũ & Sueſſionẽ obſidet, recipitque.

Nicol. Gillius. Gaguin lib. 9. Monſtrelet. alij iam citati.

Monſtrel. to. 1. c. 20. Meier. l. 15. Paradinus.

A

rum diſcrimen vrgebat, Hugoni Lannoyo præſidij præfecto mandauit, vt æquis conditionibus obſidenti grauiter Regi Compendium dederet. Impetrata ſuis vita, ſaluiſque fortunis Lannoyus præſidium eduxit, & cum eo in fines Atrebatium venit. At inſidentes Sueſſionem milites magna prorſus calamitas oppreſſit.

Sueſsione Burgũdi præſidium malè tractatur.

Auctores citati.

Cùm Franci muros vrbis grauiſſimè concuterent, præfectus Anglorum, qui Belgis & Burgundionibus erant illic coniuncti, ſumma perfidia oppugnantes effracta porta intrò admiſit, & cum iis ad cædem & rapinas incubuit. Igitur præſidiarij cum ciuibus partim prima impreſſione occiſi, partim variis affecti ſuppliciis. Ægrè Lamon Lannoyus magno, vt Hugo iam memoratus, apud Gallo-flandros genere ortus, ingenti numerata pecunia redemptus eſt.

Burgundio Duacum venit.

Monſtrel. to. 1. cap. 222. Iacob. Meier. l. 15.

Haud multò pòſt venit Duacum Intrepidus, ibíque non modicum tempus agitauit. Interim quidam Burgundiones, dum ad eum armis inſtructi proficiſcuntur ex Picardia, magnum vitæ diſcrimen incurrunt perſequentibus Francis. pars eorum cæſi, pars capti, fuga dilapſi ceteri tandem Duacum ad Ducem perueniunt. Ex aduerſo, ingentes ducens copias Franciæ Rex ad D. Quintini oppidum, dein Peronam caſtra promouit.

B

De pace fruſtrà apud Francum agitur.

Id animaduertens Intrepidus ad pacis conſilia mentem conuertit: eiúſque nomine ad Regem iuere pacem oratum Margareta Princeps Hannoniæ, Dux Brabantiæ Antonius, trium Flandriæ vrbium legati. De pace nihil impetratum. Culti admodum ab Rege ſunt Flandri, & magnis muneribus donati, quo ſenſim ab Duce deſciſcerent.

Ad bellum ſe parat Intrepidus.

His igitur infecto pacis negotio Duacum reuerſis, Intrepidus ita bellum capeſſere ſtatuit, vt neque Regi, neque liberis eius noceret; ſolis tum regni tum ſuis hoſtibus obſiſteret. Et mox Ioanne Luxemburgio Duaci ad præſidium relicto, Inſulam venit.

Bapalmas Rex obſidet capitque.

Nicol. Gillius. Iacob. Meier. Monſtrel. c.123. Bellefor. Parad. Heuter.

Sed incuſſus tam Gallo-flandris, quàm Atrebatibus ingens metus eſt, cùm maximis Rex copiis Bapalmas obſedit: ac ne aquarum penuria in edito loco laboraret, apertis quinquaginta puteis, præſidium ad deditionem compulit. Inde qui Ducis voluntate bonis conditionibus oppidum arcémque Regi patefecêre, ad eum Inſulam omnes veniunt.

Rurſus in vanum de pace tractatur.

Monſtrel. to. 1. c. 123.

Eo tempore cùm agerent Cameraci Margareta Comes Hannoniæ, & Dux Brabantiæ Antonius, ad eos ab Rege legati venere, vt de pace rurſus agerent. Nullis tamen ea legibus componi potuit. Ergo reuerſis ad Regẽ legatis, Antonius & Margareta Inſulam ad Ducem profecti ſunt, vt eum de omnibus illis docerent, quæ fruſtrà cum Francis tractauerant.

C

Franci Atrebatũ obſidio cingunt.

Nicol. Gillius. Gaguin. Iacob. Meier. Sannag. Monſtrel. c.125. Bellefor. Parad. Heuter.

Nihil interim cunctatus Francorum exercitus, maiori cienda Belgis formidine, vrbem Atrebatium obſidio cingit. Rarus iam tum erat illic ciuium numerus, horum pleriſque Bethuniam, vel Ariam, aliis Duacum & Inſulam obſidionis metu dilapſis. Commeatus & præſidij affatim ſuppeditabat: ſummámque præfecturam Nobilium ac militum obtinebat Ioannes Luxemburgius Comitis Valerani nepos, nuper illuc ab Intrepido miſſus vrbem tuendi gratia.

Verùm eius præſidium egregiè ſe defendit.

Mõſtrel. Meier. Sannag.

In ſeptimam dierum hebdomadam extracta obſidio: adeóque obſeſſorum animus & virtus bellica hoſtium labores fruſtrabantur, vt paucis amiſſis, frequentibus eruptionibus aut multos Francorum caperent, aut interimerent. Et preſſit malum aliud obſidentes, cùm dyſenteria pleroſque corripuit, & abſumpſit: vt quodammodo Regem tæderet obſidionem vrbi admouiſſe.

Pax inter Francum & Burgund. concluditur.

Igitur cùm poſtridie illius diei, quo D. Ioannis Baptiſtæ recolitur interitus, ad Regem veniſſent pacis conciliandæ gratia Dux Brabantiæ Antonius, & Hannoniæ Princeps Margareta, itémque trium Flandriæ vrbium legati:

D

Monſtrel. c.127. Gaguin lib. 9. Nicol. Gillius. Iac. Meier. l.15. Sannag. c.80. Parad. Bellefor. Heuter.

non parua hi omnes voluptate & gaudio excepti fuere; tandémque bonis legibus pax impetrata, & quarto die Septembris in Francorum caſtris promulgata eſt. Nec multò pòſt Inſulam legati omnes venere, vt confectæ pacis nuntij Ducem voluptate afficerent. Itaque tradito Regi Atrebato, vt per leges pacis conuenerat, in Franciam regius abducitur exercitus. Priuſquam ea pax componeretur, quidam Inſulenſi oppido admodum nocuere. Etenim per foſſores aquam eam quæ ab Lendio, & Baſſea Inſulam deducitur, aliò diuertêrant, vt eius vrbis foſſæ aqua deſtitutæ nullo poſſent negotio tranſiri.

Litter. Ducis.

Verùm ad Inſulenſium querimonias Intrepidus eius facinoris auctores & corripi, & caſtigari curauit Iulio menſe. Iuit paullò pòſt Cameracum Intrepidus. Ibi cùm aliquamdiu de rebus Belgicis cum fratre Antonio Brabantiæ Duce tractaſſet, in Burgundiam abijt multo ſeptus militum comitatu, relicto in Flandria

Philippo

A Philippo filio, vt eam moderaretur prouinciam.

AN. 1415. Ineunte anno Christi millesimo quadringentesimo & decimo quinto per mensem Ianuarium primò Compendium, dein Syluanectum, ac denique Parisios petiere Brabantiæ Dux, Hannoniensis Comitissa, & trium Flandriæ vrbium legati: ac tum lætis omnibus pax Atrebatensis confirmata est. Mense Martio huius stabiliendæ gratia Tornacum legatos Rex Carolus misit: eodémque profecti sunt Philippus Ioannis Burgundi filius, & quos in Franciam iuisse iam memorauimus. Pridie Idus Apriles Insulensis Castellanus, & S. Pauli Comes Valeranus Luxemburgius è viuis abijt Iuodij. Opes eius Ioanna filia, quam vnicam reliquerat, Antonij Brabantiæ Ducis coniux adijt. Sic igitur filiorum eius alter Philippus Burgundus Insulensis factus est Castellanus. Orchiacum pridie Kal. Maij ignis fortuitus adeò corripuit, vt exceptis modò nouemdecim ædibus, tota vrbs conflagrauerit. At reuersus è Burgundia Intrepidus Ipras sese contulit, ibique dies viginti cum legatis Angliæ Regis absumpsit. Paucis inde diebus aduersus Gallos Anglus expeditionem decreuit. Ab

Eademque confirmatur Parisijs. *Monstrel. c.134. & 135. 137. Iac. Meier. l. 15. Sauuag. c. 81. Bellefor. Heuter. ijdem auctores.*

Monstrel. c. 139. Meier.

Iac. Meier. l. 15.

B hac frustrà Caroli Regis Franciæ legati moliuntur eum auertere, promissa in nuptias ipsius Catharina virgine regia, & auro quamplurimo. Igitur finitis inducijs Augusto ferè mense Bononiense territorium ab Anglis grauiter infestatur, & in Normannia Francis eripitur Harefluctus. Magnam deinde Henricus Rex per agrum Caletensium, Ambianorum, & Bellouacorum suæ gentis manum rapit, prædis vbique hostiliter agendis. Immensa vis ab eo rerum iuxta & animalium hominúmque ablata. Et quò tutiùs eâ diues prædâ domum repeteret, intra Corbeiam ac Peronam Somonæ amnem copias transduxit. Fremebat interim Delphinus, ac ægerrimè tolerabat, ita Galliam à paucis hominibus vastari. Statimque pro sua regni moderandi potestate totam vbique iuuentutem ac Nobilitatem armari imperat. Contracta breui tempore dena equitum millia, peditum vltra centies mille. Ne castra sequerentur, Regem ac Delphinum Biturix absterruit, eósque Rothomagi continuit. Ad ea frustrà inuitatus Ioannes Burgundio, qui cum suis in Burgundia consederat, prælióque

Angliæ Rex aduersus Francum bellum suscipit. *Monstrel. c. 142. & aliquot seqq. Nicol. Gillius. Gaguin. lib. 9. Sauuag. 85. Iac. Meier. l. 15. Belef. Polydor. Vergil. lib. 22. Paradin. alij.*

C statuerat abstinere. Et bis obrogatum est equitum Magistri mandatis, qui Philippum eius Ducis filium in castra vocauerat: darúmque laudi Roubaisiæ & Viesuillæ regulis, quòd eum iuuenem pugnæ studio ardentem, frementibus licet Gallis, Ariç continuerint, ne cum alijs prælium capesseret. Iuit tamen ex eius sententia Francos adiutum plurima Flandriæ vtriusque, & Artesiæ Nobilitas. Igitur equitum Franciæ Magister Hesdinium inter & Taruannam castra promouit, & proximè Azincuriam consedit eo consilio, vt reuertentes, ac prædis & captiuis impeditos hostes opprimeret. Quippe certò cognouerat illac eos Caletum versus iter facturos. Iam pontes & vada fluuiorum impediendo transitu Franci tenebant. In pagis vicisque pabuli nihil ac ciborum imperio Delphini relictum erat: vt hostis, qui parum vehebat commeatus, inedia conficeretur, si gladios euaderet. Vix superabat Angliæ Regis exercitus sagittariorum millia tredecim, bina equitum. Hinc ei metum faciebant hostium multitudo, & infessi exitus: illinc victus necessitas grauissimum exitium minabatur. Hæc itaque Rex animaduertens primùm per caduceatorem transitum ab

Prælium Azincurianum. *Monstrel. to. 1. c. 148 & 149. Nicol. Gillius. Gaguin. lib. 9. Æmyl. lib. 10. Polydor. Vergil. Iac. Meier. l. 15. Ioan. Tillet. Sauuag. cap. 83. Bellefor. l. 5. cap. 76. VVassoburg. Parad. Heuter.*

D Gallis suppliciter petit, eóque faciliùs impetrando Harefluctum offert. dein, vbi perspicit ferro viam sibi aperiendam, nihil reliqui facit, vt animis corporibúsque suorum quàm diligentissimè caueat. Magna noctis pars orationibus, & eluendis apud Sacerdotes conscientijs absumpta, inflandísque lugubriter tubis & cornibus. acies trifariam diuisa præacutis sudibus, arcenda equitum hostilium incursione, munitur. manè recreantur cibis corpora, quæ labor hesternus nocturnúsque, & fames debilitauerant. Apud Francos è diuerso fieri omnia. cum summa nox ducitur voluptate, blandientibus musicorum instrumentorum cantibus. de purgandis animorum sordibus nullos cura sollicitat. castra nullis obducuntur munitionibus. ad varias ciuitates, conclusos iam victósque hostes ab ducibus perscribitur. Dies sanctis Crispino & Crispiniano sacer illuxerat, cùm aduersis aciebus vterque constitit exercitus. Ab Gallis segnius, minúsque hostiliter agebatur, quòd iam crederent hostes esse metu consternatos, ideóque facilè obrutum iri. Contrà, nihil Anglus tardare, & victo-

riam in velocitate ponere, quòd Britanniæ Dux non procul abesset, multáque hominum millia in Francorum auxilium adduceret. Ergo primus ipse pugnam ardenter inire locaris in fronte sagittarijs, quorum plurimi erant capita nudi pedésque, ac leuiter vestiti, soláque ad cingulum instructi securi. His ab Francis oppolita octo ferè Nobilium millia, quibus auro fulgebant calcaria. pudebat enim his aliquem è grege miscere, quòd sola victoriæ Nobilitas inhiaret. Ingenti sublato clamore, tam validè densèque iaculari arcubus Angli cœpere, vt sagittarum nubes cælum eriperet, multíque Francorum grauiter læderentur. Nulla siquidem frustrà mitti sagitta, quòd arctissimè coniuncti hostes irruerent. Cùm igitur vnà cum sessoribus multi vulnerum dolore equi conciderent, omnibúsque ferè pugnatoribus compressio brachiorum telorúmque vsum eriperet, ingens Gallorum cædes coorta est. At multò grauiùs in eos sæuitum est, vbi proiectis arcubus, in fugientes cominus validis ictibus incussæ secures. Vbique cæsorum corporibus solum spargebatur. Multi vltrò se capiendos præbebant. sed horum pars longè maxima, ne pugna recrudesceret, nouis ingruentibus à tergo copijs, ferro iussu Regis perempta. Igitur eo die nobilissimam Angli victoriam retulere, multis ex hostibus Principum cæsis, captísque. Inter peremptos eminebant Brabantiæ Dux Antonius, & Niuernius Comes Ducis Intrepidi fratres, Barorum Dux, & Comes Alenconius. Captiuorum præcipui fuerunt Aurelianorum & Bourbonij Duces. Si verus est Monstreletus, Nobiles plus octo millibus cecidere, ad mille & quingentos catenis onusti. In vtriusque partem stragis venere quidam Gallo-flandri. Ferro cæsi occubuere toparcha Raissius. & Quercetanus, Petrus Rosimbosius, Carolus & Robertus Montignij, magno omnes genere nati. Inter captiuos abducti Hugo Lannoyus, Carolus Quercetanus, Philippus Lannoyus, & alij complures gradus inferioris. Lectis cæsorum spoliis melioribus, captiuos Anglus Caletum abduxit, indéque nobili lætus victoria in Angliam vela fecit. B

Polydor. l. 22. Ad superandos hostes non parum ponderis huic attulisse prohibitas sacrorum locorum expilationes, & ablatum ferro caput eius, qui Christi corporis hierothecam furto substulerat, inuenio. Ea tempestate Cameracensibus D. Gaugerici Canonicis sedem ad tempus præbuit Insulense oppidum. Rem omnem paullò altiùs repetam. C

Cameracẽses D. Gaugerici Canonici ad tempus Insulæ consident.

Monstrel. to. 1. f. 143. Sauuag. Contin. c. 82. Iac. Meier. l. 15. Parad. Heuter. lib. 4.

Inter Carolum Franciæ Regem, & Ioannem Burgundum ardente bello, eius flamma Cameracensem agrum vehementer inuaserat, cùm præsertim Bapalmas Francus obsideret. Inde grauis Cameraci omnes incessit pauor, & duri ab Rege obsidij metus. Variis tanto malo modis & consiliis occursum ac ciuibus non mediocre visum est remedium, multos disiicere Canonicorum in monte D. Gaugerici parietes murósue, mœnibus liberè obeundis tutandísue. Haud æquis eam oculis & animis Canonici ruinam spectabant. Ne quid tamen in populum metu fractum querelis tunc agitarent, lubricus rerum status effecit, & trepidis in rebus facilis ad peiora plebis animus. Postquam igitur inter Regem & Burgundum stabilita pax omnem Cameracensibus obsidionis metum discussit, tum denique Canonicos impulit voluntas ciues in ius trahendi, vt eam tot murorum ruinam publico ære farcirent. Vehementiùs inde commota est populi multitudo: & quòd hostis metu liberam se videret, magna in illos creuit audacia. Quam igitur illi construendis denuò muris pecuniam petebant, obstinatiùs, quàm iustiùs, negauit. Ac ne venale postmodum in cella vinum haberent noxio vt videbatur, ciuitati commercio, grauiter Senatus edicto vetari voluit. Ad parietum molitionem ære priuari, & ea non vendendi vini lege constringi arctiùs, id verò Canonicis intolerabile est visum. Ergo de suis ad Burgundiæ Ducem quosdam quiritatum ablegant: quoniam ipse omnium Cameraci Ecclesiarum sit defensor, per eos obnixè rogant, vt etiam atque etiam videat, ne murorum demolitio, quam publici metus causa pertulerint, sublato pauore, & stante Republica sibi sit fraudi: néue tot annis confirmata vini vendendi potestas maligno ciuium obruatur edicto metúque. Quam ea postulata Burgundo iustissima sunt visa, is tam celeriter aliquot Cameracum Nobiles viros misit, qui ciues ad sarcienda murorum damna excirent. Sed non seciùs his, quàm Canonicis, ab ciuibus responsum est. Nihil sani, aut æqui verba minæúe, vt plerumque in tumultu assolet, D

extor-

A extorquent. Ea res ingentem Ioanni Duci bilem conciuit Cameracum properè venturo, nisi tanta locorum intercapedine Seqnanica negotia distringerent. Totam igitur causam Philippo fillo Insulæ tuncagenti commisit. Haud leui consilio regulorum Roubaisiæ, & Viesuillæ (quibus à patre designatis moderatoribus vtebatur) Cameracum Philippus aliquos transmittit, qui eadem, quæ parens, ciuibus renuntient. Atque vbi legationibus nihil profici, nullum sib responsum dati sentit: tum deniqne Canonicis suam per fidos homines mentem insinuat. suas mox ipsi fortunas & supellectilem calm ciuibus Insulam ferri curent. ipsi subinde furtim Cameraco se subducant, & tutis itineribus eodem ad se commigrent. quibus commodè habeantur, hac in vrbe florentissima domos haud defuturas. postquam aduenerint, operam se daturum, vt tum denique sentiant Cameracenses, quàm suo se obstinauerint malo. Nulli Canonicorum id consilij ab re visum. & quamuis aliò rebus translatis sedem mutare omnes difficile arbitrarentur, tamen vt necessarium arripuere. Præmissis igitur occultè fortunis, alij aliò, Insulam plurimi, non sentientibus

B ciuibus, migrant. Excepti benignè, qui ex Comitis sententia Insulensem sibi sedem legêre, ac commodis istic ædibus tantisper vsi, donec Cameracum rebus compositis redirent. Vrget interim Cameracum Philippus, misso cum trecentis equitibus Hectore Saueusio. Hic consilio prudens, manu impiger, dum frequens è villis ad vrbem rusticorum agmen res venales deportat, locis opportunis primùm incubat, prædàque ingenti potitur: dein omnes Cameracesij agros populabundus, totam direptionibus regionem, incendiis, calamitatibus obnoxiam facit. Vbi hæc impetio signisque Burgundi Ducis agitari palàm fuit, ingēti omnes in Canonicos odio ciues arsere. Sed contrà vehemens nimium atterendæ perdendæúe patriæ timor incubuit. Igitur quamuis odium grauiter incesseret, patriæ tamen metus potior fuit. Statimque per Guilelmum Hanoniæ Comitem apud Philippum de pace tractari cœptum. Eam his conditionibus vltro citróque conceptis firmari placuit: *Suis muros impendijs erigerent ciues, quos deiecerant; centum in singulos annos Canonicis florenos penderent; Ca-*

C *nonici postmodum nulli de cella sua vendibile promerent vinum.* Postquam vtrimque talibus statum est legibus, consuetis Hector sese populationibus abstinuit: reuectísque secum rebus Insula Canonici discessere. Interim magnas Intrepidus copias fratrum suorum cæde grauiter sauciatus in Burgundia comparat: breuíque in Franciam venit. Tentatis incassùm Parisijs, Lagniacum intendit Matronæ fluuio imminens oppidum. Illic euocatis tum aliunde, tum ex Flandria & Artesia viris nobilibus, adeò creuit indies eius exercitus, vt equitum viginti millia quidam assignauerint. Sed frustrà tot eæ vires collectæ, cùm Parisios Ducem ingredi Rex vetuerit; eiúsque gener

AN. 1416. Delphinus non absque propinati toxici suspicione vitam amiserit. Ergo veris initio dum perspicit nullam dari spem Lutetiam ingrediendi, regnique moderationem aucupandi, Lagniaco per fines Remorum & Landunensium Cameracum descendit, indéque Duacum & Insulam petit. Hic aliquantulum demoratus, Brabanriam, aliáque loca, nepotum Brabantiæ Ducis prælio Azincurianó cæsi filiorum negotiis intentus adit. Æstate media confectis rebus omnibus Insulam repetit. Hic vnà cum

D filio Philippo & nepotibus Spinetanos spectat ludos, quibus Rex Spineti vel Spinulæ, vt vocabant, cum ciuibus tum Insulensibus, tum Brugensibus, variis decursionibus certabat apparatu maximo, & impendiis quamplurimis, quà theatrorum, vnde nobiles matronæ ac puellæ prospiciebant, quà conuiuiorum & comessationum sacchareis bellariis instructarum, quibus hæ accipiebantur, luxum ostentabat. Eo tempore Comes Varuicensis, ab Anglorum Rege induciarum causa missus, Insulam ad Burgundum peruenit magno septus nobilium virorum comitatu. Post multa colloquia illuc denique deductum est legationis negotium, vt ab S. Ioannis Baptistæ festo in decimum & sextum inde mensem inducias Intrepidus pacisceretur, quibus præsertim Attesiani Flandríque omnes cum Anglis mercaturæ causa fruerentur. At Ioannes Toisiacus Tornacensium Pontifex plerisque rebus in melius commutandis, ac nonnullis, quæ animaduerterat, malis prorsus exstinguendis, Synodum intra muros Tornacenses habuit, ex omnibus diœcesos partibus euocatis Præsulibus

Exercitum conscribit Intrepidus, & Franciam ingreditur.

Nicolaus Gill. Monstrel. to. 1. cap. 152. Iacob. Meier. lib. 15. Sauuag. c. 83. Heuter.

Frustrà tentat Parisios ingredi.

Monstrel. c. 153. alij.

In Belgium inde se recipit.

Monstrel. c. 154. Contin. Chron. Fland. cap. 84. Iac. Meier. l. 15. Meurer. l. 3.

Spinetanos Insulæ ludos spectat.

Iac. Meier. l. 15.

Cum Anglo inducias ibidem paciscitur.

Monstrel. to. 1. cap. 156. Contin. Chron. Flãd. per Sauuag. cap. 85. Iac. Meier. l. 15.

Synod. Tornaci.

Mouscon. MSS. Eccles. Tornac.

ac De-

Rursus bellū in Francos mouet Burgundio. *Monstrel. to. 1. cap. 158 159. Iac. Meier. l. 15. Contra. Chron. Fland. Bellefor. l. 5. Paradin.*

ac Decanis. Vastarunt interim Franciæ fines plerique nobiles viri Burgundo adhærentes, tractis illuc multis equitibus. Id grauissimè tolerans Rex Francorum aduersus eos atrocissimum scripsit edictum; eóque potestatem cuique fecit ipsos è medio tollendi, eorúmque diripiendi bona. Verùm inde nouus Intrepidum ad bellum Francis inferendum ardor incessit: statimque copias ingentes contraxit, eásque partim Cameracensium finibus, partim Viromandiæ & Picardiæ imposuit, data libertate quidlibet audendi. Eodem propè tempore Caletum ex Anglia Sigismundus Impetator, & Angliæ Rex appulere. Illuc cùm ad eos Burgundus, accepto missóque Audomaropolim obside Clocestrio Duce, profectus fuisset, incassùm, vt Franco in Anglos bellum gerenti arma viresque ne iungat, ab Cæsare impellitur: tantúmque ab eo potuit impetrari, vt in annum 1419. ad Kalendas Octobris inducias produceret. Igitur postquam ob Burgundicum & Alostensem Comitatus Sigismundo se Ioannes adstrinxit iuramento, per Flandriam eum in Brabantiam deduxit, vt Germaniam ad Constantiense Concilium profecturus repeteret. Inde ad Delphinum Franciæ Regis filium in Hannoniam iter flexit Valentianas. Ibi cum eo arctissimum aduersus omnes cuiuscunque generis hostes, fœdus percutit, Guilelmo Hannoniæ Comite ipsiúsque socero, & nobilibus viris quamplurimis adstantibus. Duacum inde cum suis reuertitur. Verùm paucis diebus exactis cùm Hannoniæ Comes generum in Franciam reduxisset, hic Aurelianensium, vt fertur, maleficijs toxico infectus vitam perdidit, eiúsque loco dictus est Viennæ Delphinus frater eius Carolus, Intrepido grauiter infensus. Igitur sepulto Compendij genero, Hannonius eiúsque coniux Duacum ad Burgundiæ Ducem venerunt: & quæcunque Delphino, vel sibi per Francos acciderant, narrauere omnia, multúque madentes lachrymis misericordiam mouere. Et statim ob miserabilem tanti Principis interitum, & impendentium Franciæ sibique malorum formidinem exarsit maximo dolore Intrepidus. Igitur de nece Delphini cùm per litteras apud plerosque Franciæ populos fuisset admodum conquestus: triginta circiter hominum millia in armis educit, & cum ijs Franciæ fines irrnmpit. Frustráque eum ab incœpto vel Regis mandata, vel minæ Aurelianensinm reuocare moliuntur. Eum tunc secuti sunt è Gallo-flandria viri genere armísque nobiles Hugo & Guilbertus Lannoyani, Ioannes Courcellius, Mainilij regulus, Roubaisiæ & Cominij toparchæ, non leuem è popularibus manum trahentes. Horúmque in varijs vel vrbium obsidionibus, vel alijs militiæ laboribus insignis virtus emicuit. Adit interim Atrebatum Philippus Intrepidi filins. Ibi plurimam patris voluntate Nobilitatem vrbiúmque legatos è Picardia, finibus Atrebatium, Veromanduis, & Flandria cogit. Quæ subsidia fidémque pro Franciæ Rege ac parente flagitat aduersus inimicos, haud difficulter impetrat. Noua igitnr auxilia in Franciam ab eo mittuntur duce præcipuo Ioanne Luxemburgio. Dum alij alia moliuntur, Parisios Intrepidus capit. Et non multò pòst cum Delphino pacem componit. Verùm quamuis huius capita sese seruaturum Delphinus interposito iureiurando asseuerauerit, fidémque dederit, sumpto Christi corpore, securi ad pontem Monteravij occursus & colloquij, fœdissimo tamen eum parricidio perimi iussit, prauis vsus tanti sceleris impulsoribus. In eius faciem primus securim Taneguyus Chastellius impegit, eóque mentum verbere abscidit: hausere posteà alij alias corporis partes, inque ventrem altissimè gladium egere Oliuerius Lauietus, & Petrus Frotierius. Et ne facinori species deesset, Parisios alióque causas eius litteris mandatas misit Delphinus, fluxæ fidei Ducem accusans. Hæc dum geruntur Septembris decimo die ad Icaunam influentem Sequanæ amnem, Philippus Intrepidi filius Gandaui cum vxore Delphini sorore agebat. Igitur postquam illuc ad eum de miserando patris interitu tristissimi allati sunt nuntij: ingens eum dolor inuasit, & per dies aliquot adeò deiecit, vt nullum in animum à proceribus & amicis solatium admiserit. Vbi tamen animaduertit in Francia Delphini facinus à plerisque maximi nominis & auctoritatis hominibus, dein à nonnullis ciuitatibus palàm damnari: de tristitia paullum remisit, & Flandriæ, Artesiæ, aliarúmque relictarum à patre sibi ditionum possessionem inijt. Ad hoc pri-

A

Monstrel. c. 160. Idem cū Delphino foedus ferit. *Monstrel. c. 161. Contra. Chron. Iac. Meier. l. 15. Belleforest. l. 5. c. 77. Paradin. Heuter.*

Delphinus exstinguitur in Gallia. *Monstrel. c. 162. Iacob. Meier. Contra. Chron. Bellefor. Parad. Heuter.*

B

AN. 1417.

Monstrel. c. 165. Iac. Meier. l. 15. Ob eius interitum arma rursus cōmouet Burgundus. *Monstrel. c. 166. Iac. Meier. l. 15. Belleforest. lib. 5. c. 77. Paradin. qui sexaginta equitum millia Burgundo tribuit. Heuter.*

C

Eum Gallo-flandri multi sequuntur. *Monstrel. c. 176. Iac. Meier. l. 15. Paradin.*

AN. 1418.

Noua ei subsidia decernuntur. *Monstrel. c. 185. Iac. Meier. l. 15.*

Captis Parisijs, cum Delphino pacem facit; sed paullò pòst per eum occiditur. *Nicolaus Gil. Monstrel. to. 1. c. 211. Gaguin. Paul. Aemyl. Iac. Meier. l. 15. Masson lib. 4. Tilet. Bellefor. VVassebourg. Polydor. Parad. Meier. alij.*

AN. 1419.

D

De patris interitu dolet Philippus Burgundio: *Monstrel. c. 215. Iac. Meier. l. 15.* & subinde hereditatē eius adit. *Iac. Meier. l. 16. Sammarth. c. 91. alij.*

A mum Gandaui tertium proceres vrbium conuenere. Iuit posteà Dux Mechliniam, & dies aliquos illic cum Brabantiæ Duce, Ioanne Bauaro, Ioanne Cliuiensi, Hannoniæ Comitis vidua, varijs de rebus suis consultationibus absumpsit. Eo de loco sub finem Septembris Insulam magna ingreditur pompa, vt Gallo-flandriæ possessionem capiat. Huc ad eum plurimi nobiles viri conueniunt, operámque, & ad vindicandam patris necem vires offerunt. Adfuit etiam Philippus Moruillerius Parisiensis Curiæ Præses, quem cum alijs ciues Parisienses ad Ducem legauerant amicitiæ sarciendæ gratia. Gratum id omne fuit officium Philippo: & cùm is cunctos peramanter fuisset complexus, vt in fide & officio permanerent, commonuit; vtque idem præstarent, ad multas Franciæ vrbes litteras dedit, quibus etiam animos fecit certò impetrandarum ab Rege Anglo induciarum pollicitatione. Viros etiam tum ex omnibus ditionibus suis, tum ex amicis in Gallia vrbibus Atrebatum mitti mandauit, qui rerum conficiendarum potestate præditi ad decimum octauum diem Octobris præsto essent, habendo de nece paterna, & rebus agendis colloquio. Legati quòque ab eo Rothomagum ad Angliæ Regem Atrebatêsis Episcopus, Thoulongij toparcha, Guilbertus Lannoyus, aliíque fuerunt, vt aliquot mensium inducias tum ijs, qui Franciæ Regi parebant, tum suæ ditionis populis impetrarent. Cùm igitur ex animi sententia successisset ea legatio, & pacta cum Anglis armorum quiete, Atrebatum Episcopus ad Ducem rediuisset: Octobris decimatertia luce Intrepido parentatum est magnificè in D. Vedasti templo, Episcopis quinque, Abbatibus nouemdecim lugubri pompæ sacro amictu operantibus. Quod illic à Petro Flouro Theologiæ Magistro, & è Prædicatorum familia per Remensem prouinciam summo Fidei Quæsitore, pronuntiatum fuit disertè, vt de patris cæde nullam Philippus vindictam sumeret, si Christiano Principe dignam adipisci laudem cuperet, cùm scelera vindicare proprium sit Numinis; tantúmque vt parricidium per Iudices pœnis elueretur, insisteret: parum equidem appetentibus vindictæ Nobilium animis placuit. Post breue temporis spatium à Parisiensibus eodem missi venere legati aliquot submissè rogatum, quid ipsis Philippus imperaret: omnia enim paratos se mandata eius exsequi. Cùm benignè legationem suscepisset, eò se Philippus animum intendere respondit, vt post dies paucissimos cum Rege Anglorum fœdus percutiat non abnuente Rege Franciæ: ac subinde ad capiendam de patris interitu vindictam incumbat vehementissimè. ideóque Parisios redirent, eámque ciuitatem aliásque socias in amicitia retinerent. Ad condictam Octobris diem plurima tum sacra, tum prophana Nobilitas Atrebati cum Duce conuenit. Essétne armis persequendus Delphinus, & ferro vindicandum eius parricidium, præsertim illic agitatum est sententijs. Quibus saniora mentem consilia muniuerant, ij ab vindicta Ducem auertebant maximè. Euicit tamen eorum violentia & ardor, qui faces ad reposcendas armis pœnas ingenti Ducis animo vehementissimis orationibus aggerebant. Et quoniam ad hoc opus aggrediendum necessaria videbatur Anglorum Regis amicitia, etiam illic placuit cum eo fœdus pacisci: quod ijs tandem legibus percussum fuit, vt neque Franci Regem suum tuentes, neque Burgundus, Anglis bellum inferrent; neque illos Angli armis impeterent. Ergo rebus ad portandum in Franciam aduersus hostes Ducis bellum paratis, è tota Flandria & Artesia delectis copijs præfectus est Ioannes Luxemburgius. Is cùm ad Royam ex hostibus, qui nuper nocturno furto interceperant, recipiendam incumberet, ex Artesia, & Gallo-flandria mitti arcubalistarios petijt. Duaco præsertim & Orchiaco periti iaculationis homines ad eum profecti sunt: iísque non parum adiuuantibus ad deditionem eius vrbis Delphinij coguntur. Et paruo inde temporis spatio Dux Burgundiæ allum Atrebato exercitum eduxit: & cùm in Laodunensi territorio Crespiacum obsidio cinxisset, boníque deditum conditionibus præsidio muniuisset: Trecas in Campaniam, ad Regem adijt; ibique Reges inter pacem ita composuit, vt Anglo Francus filiam suam Catharinam matrimonij nexibus illigaret, ac in eum Francici regni per eas nuptias hereditatem transmitteret, Delphino iure successionis exuto. Igitur eo fœdere, legibúsque matrimonij summam adeptus Anglorum Regis amicitiam, securiùs ad cædis

(Left margin: B, C, D; AN. 1420.)

(Marginal notes: *Monstrel. to. 1. c. 15. Meier l. 16.* Insulã venit. *Parad. Heuter. Iidem auctores. Liber Rosan.* Huc ad eum multi conuolant auxilia pollicentes. *Sauuag. cap. 93. Monstrel. c. 215. Iac. Meier. l. 15. Parad. Heuter.* Atrebati Cõuentus indicit. *Monstrel. to. 1. cap. 15 Belefor. l. 5.* Pro inducijs ad Regẽ Anglorũ mittit legatos, easque impetrat. *Monstrel. to. 1. cap. 15. Meier. Sauuag. d. l. Polydor. Vergil. Parad. Heuter.* Intrepidi exequiæ Atreb. celebrantur. *Monstrel c. 216. Iac. Meier. l. 15. Sauuag c. 93. Heuter.* Vindictam Burgũdo dissuadet interorandum Petrus Flourus. *Monstrel. d. l. Meier. Parad.* Parisienses legati Atrebatũ veniunt ad Burgundum. *Monstrel to 1. c. 216. Meier d. l. Parad. Bellefor.* Eadẽ in vrbe Conuentus habetur. *Monstrel. d. l. Iac. Meier. d. l. Parad. Bellefor.* Illic ad vindictam plures Ducem accendunt, *Iidem auctores,* & cum Anglo foedus percutitur. *Auctores citati. Polydor. Vergil. Belleforest l. 5. Paradinus.* Bellum in Delphinicos inchoatur. *Monstrel. c. 217. Iac Meier. l. 16. Sauuag. c. 93. Monstrel. c. 219. & 220. Meier. Sauuag Bellef.* Burgũdus inter Francũ & Anglũ pacem componit. *Auctores citati.*)

A

Monstr. c. 222.

Gallo-flandri domum reducuntur è Gallia.

Monstrel. c. 223. Iac. Meier. l. 15.

Monstr. c. 224

Multa in potestatem redigit Burgundio.

Monstr. c. 225. & seq. Meier. Sennag. Bellef. Heuter.

Hæretici Duaci capiuntur & puniuntur.

Regist. Duac. Mag. lib. MS. Duac.

paternæ vindictam exarsit, & in hostes exercitum rapuit. Captum eius mandato per Ioannem Luxemburgium Alibauderium, ab Delphinijs insessum, & Trecis sex millia passuum distans castrum. Illic facultas concessa Picardis & Flandris ab Philippi castris domum redeundi. Gallo-flandros secum reduxere Cominij, Roubáisiæ, & Halewini toparchæ, quorum virtus ad Grespiacum insignem Duci operam præstiterat. Quæ cum Duce in Francia remanserant copiæ, varios posteà locos Delphino eripiunt. Auxitque Philippi animos transactum feliciter Trecis inter Francum Anglúmque Reges pacis negotium, & contractum perfectúmque Angli cum Catharina Franci filia matrimonium. Igitur in potestatem Senonum vrbem, Monterauium, Melodunum, & Ligniacum redigit: refossum ex humo patris cadauer Monterauio Diuionem in Burgundiam mittit, vt lugubri pompa in Carthusianorum æde sepeliatur. Hæc aliáque dum fiunt à Burgundo per Franciam, in hæreticos partim Atrebati, partim Duaci animaduersum est grauiter. Iuxta Duacum ad portam Morelliam in villa Ioannis Ficrini Duacensis oppidani conuentus frequenter occultos agitabant octodecim numero viri. Eorum aliquot Duaco, alij aliunde, Valencenis omnium magister, adueniebant. Ex Iudæorum libris fœdos errores præsertim hauserant, iísque alios adiunxerant è varijs hæreticorum libris desumptos, vt præcipua Fidei Catholicæ dogmata conuellerent. Et quò firmiùs memoriæ infigerent quæ docebantur, ea quotidie manibus terebant, ac certis diebus præceptor sermonem ad omnes habebat. Erat in partibus Ioannis villicus, auebátque maximè suum impijs erroribus herum imbuere. Sed is firmioribus Fidei Catholicæ tibicinibus nitebatur, quàm vt facilè in turpissimos errores pessumdaretur. Cùm igitur Ioannes ab villico sæpiùs inuitaretur, vt cœtus eorum celebraret, ac perdiscendorum dogmatum suorum gratia magistrum è pulpito docentem audiret: is assensum denique præbuit, non animo pestem hauriendi, sed quò faciliùs errores deprehenderet, ac in omnium familiaritatem insinuatus ad Iudices indicio certiori deferret. Alium etiam ciuem sibi socium adiunxit, vt simulata bibendi auribus errores auiditate, testis suppeteret eorum, quæ viderat, audierátue. Annuntiati maximæ Virgini partus dies delectus, quo magistrum vnà cum discipulis omnibus congregatum vterque celebraret dicto anteà loco. Verùm priusquam eò Ioannes cum socio pedem inferret, ad Vicarium Gubernatoris, & Scabinos oppidi, rem omnem occultè detulerat, ac plurimùm eos obtestatus fuerat, vt tempestiuè cum magna satellitum manu villam circumuenirent, impiósque homines turpissimis dogmatibus intentos opprimerent. Ergo dum nihil sinistri suspicantur, iámque Ioannis & socij animos spe deuorant, inter pestilentes magistri voces, strepentium vndique armorum sonitu, & satellitum clamoribus percelluntur: & quia nullum patuit effugium, capti omnes fuere. Vbi tamen de coniectis in carcerem deliberatur, sintne pœnis omnes paribus afficiendi: adsunt ab Episcopo Atrebatensi legati, qui Attrebatum eos deducant. Ibi magister infelicis illius scholæ iudicio Episcopi, & Inquisitoris Fidei flammis addicitur. quidam minùs corrupti in libertatem asserti. nonnulli perpetuo ergastulo damnati: quidam tantùm aliquot annorum custodia, Ieiunio, & peregrinatione. Ceteris Duacum reductis, aliquot ignibus cremati sunt. quidam vel perpetua, vel temporaria carceris pœna coërciti. Sed hi omnes cùm publicè in theatrum producerentur, mirum quiddam accidit. In vasta fori area duo Senatores theatra erigi curauerant, vnum minus, alterum maius. Igitur cùm publicè concionem haberi, & damnatos errorum pœnis addici placuisset: in illam reos machinam satellites eduxere: ab Vicario, Inquisitore, Senatoribus, DD. Amati & Petri Canonicis, alijsque viris Ecclesiasticis, Patribus Dominicanis, & Franciscanis, ac nonnullis nobilibus viris theatrum capacius insessum fuit. Verùm vix populum sacer concionator alloqui cœpit, cùm repentè ingens ista machina, quæ Senatores aliósque sustinebat, in medio violenter abrumpitur, torúmque humi consessum effundit; malignis, vt à quibusdam creditur, spiritibus mali huius auctoribus. Ibi Decanus Christianitatis oppressus animam egit, itémque puer vnus obrutus. plerisque alijs crura, vel brachia casu confracta. Et cùm extra vrbem paullò pòst ignibus rei traderentur, adeò mu-

B

C

D

lier

A lier quædam eo in numero præfracti animi, & obstinatæ impietatis exstitit, vt priusquam flammis tangeretur, seipsam vinculis, quibus palo ad fauces alligabatur, strangulauerit. Morte consumptorum fortunas Gubernatoris Vicarius fisco Ducis addixit. Verùm Senatus nihil Duaci obnoxium fisco asserens, eius edicto grauiter obrogauit: & statim ab Hugone Lannoyano Gallo flandriæ Præfecto imperatum seuerè est, vt heredibus restituerentur. At propiùs ab maximæ cladis periculo Duacum abfuit. Exhaustum erat vrbis ærarium, & multis Senatus nominibus obligabatur. Exinde magna vrbem penuria rerum fatigabat, cùm institores ad alia oppida commeatus mercésue comparandi gratia proficisci metuerēt, ne publicorum debitorum causa in custodiam traderentur. Ergo qui rem pecuniariam agitarent, Vigintisexuiri è ciuibus primariis delecti. Quòd passim spargeretur vulgi vocibus, eos omnes, qui Rempublicam moderati fuerāt, exinanitis oppidi loculis factiosos & opibus florentes euasisse: mandatum illis fuit, vt rationes dati acceptique diligenter excuterent. si quid mala fraude ab iis, qui Magistratus obierant, pecuniæ publicæ retentum expensúmue deprehenderent, id protinus refundi iuberent. Perlectis & examinatis attentè rationum libris, ac priuilegiis oppidi, ab Duce Burgundiæ Vigintisexuiri tandem impetrant, vt quidquid circa ærarium publicum constituerint, firmum & stabile habeatur. Exinde variis Conuentibus habitis decernunt, vt ciues omnes capitatim aliquid pro facultatibus pendant, quò nomina vrbis expungantur faciliùs. Verùm vbi vulgus id accepit, palàm multi fremere, æs nullum polliceri. Et è Parœciis Diuorum Iacobi & Albini octoginta circiter viri magno tumultu porta Esquercinia erumpunt. Ibi collatis capitibus in hæc coniurant: vt noctu cymbalum publicum excienda multitudine vehementer quatiant: ad portas omnes armati excubent: nullum oppido egredi permittant: domos ciuium vicatim adeant: illic cunctos armari iubeant, sibique obsequi: in reluctantes ferrum stringant, eósque interimant: vbi magna vi hominum septi fuerint, Vigintisexuiros, & qui Magistratus iam inde ab duodecim annis gesserint, nihil mali opinantes iugulent. Sed diuini Numinis misericordia tam atrox facinus ab innoxiorum capitibus auertit. Quippe vnus coniuratorum conscientia stimulante occultò hæc omnia indicio ad Senatum pertulit: statimque tantæ cladi multis satellitum ciuiúmque armatis itum obuiàm: ac ne quid posteà mali incurrerent, sponte se abdicarunt Magistratu Vigintisexuiri. Interim ægrè Orchiacum resurgebat, cuius ædes ferè omnes, quemadmodum anteà narrauimus, flammæ consumpserant. Igitur magna ciuium tactus miseratione Dux Burgundiæ trium dierum nundinas iis concessit ad Deiparę Matris Natalem: quóue frequentiùs eæ celebrarentur, indéque multum instaurandis ædificiis pecuniæ colligeretur: per octo dies ad tutò commeandum abeundúmue fidem publicam in perpetuum dedit. Eodem ferè tempore exorto fortè incendio plurima pars Armenteriæ ignibus absumpta est, quòd etiam tum ædificia culmis modò tegerentur.

Nulla Duaci confiscatio.

Magnus Duaci tumultus oritur ob publica vrbis nomina. *Lib. ms. Duac.*

Nundinæ Orchiacensibus concessæ. *Litteræ Philippi Ducis.*

Armenteria incendio deformatur. *Vett. mon. & mss. Arment.*

AN. 1421. Anno sequenti reuersus in Belgium ex Francia Burgundiæ Dux, vt nouos haberet delectus, sexto die Maij solemni pompa vesperi Duacum iniit facibus accensis. iámque tum nona sonuerat, cùm ab templo D. Petri ciuibus fidem iuraturus in Senatorum Curiam deducereiur. Inde alias ad vrbes profectus nunc ciuilibus rebus componendis, nunc bellicis comparandis operam nauat. Venit interim ex Anglia Caletum Henricus Rex insignes classe copias aduehens, quibus Delphinum aggrederetur. Vixque exscensionem fecerat, cùm Burgundus in Picardiam iter rapuit multo septus milite, vt aduentum eius Monstrolij præstolaretur. Quò minùs propinquanti obuiàm in equo processerit, repentina corporis infirmitas effecit. Misit tamen cum omni Nobilitate Ioannem Luxemburgium, iam vt suam excusaret inualetudinem, quàm vt Regem honorificè exciperet, ac in vrbem deduceret. Tribus intra muros diebus Rex Dúxque morati, multa de Franciæ rebus, & bello, consiliis agitauere. Eo de loco iter cum suis Abbatisuillam intendunt. Recepta per viam de Delphinensibus S. Richarij oppidum, Fertea, & quædam alia. Inde per fines Bellouacorum castra promouent in Cænomaniam, & profectionem aduersus Delphinum Carnutensem vrbem arctissimâ prementem obsidione adornant. Ve-

Burgundio Duacum init. *Regest. Duac. Sen.*

Anglorū Rex exercitum in Galliam portat. *Monstrel. to. 1. cap 242. Iacob. Meier. lib. 16. Sauuag. cap. 97. Polydor. Vergil. l. 22. Belleforest. l. 5. c. 82.*

Ei se iungit Burgundio, amboque aduersus Delphinum bellū gerunt. *Monstrel. to. 1. 241. & 243. Iac. Meier l 16. Sauuag. cap. 97. Bellforest. Loc.*

A rùm vix primos de ipsorum aduentu nuntios Delphinus percepit, cùm castris ad Carnutum desertis in Turonum regionem magnis itineribus se recepit, vt tutiùs inde bellum gereret. Igitur Henricus Philippo Duci mandauit, vt quàm primùm in Picardiam militem suum reduceret: illic aduersus eos, qui Delphini partes tutabantur, armis cõsurgeret. Recenter illic Offemontius & Haricuria S. Richarij oppidum, Fertcam, & Drugyum arcem in potestatem Delphini redegerant, iisque de locis multum incommodi damnique regiis afferebant. Ea res quàm grauis Burgundo accidit, tam ipsum ad ea loca bello subigenda impulit. Ergo postquam Ambianum retulit sese, per totam extemplò Picardiam, Artesiam & Flãdriam cogi militem iubet, éque ciuitatibus sagittarios & arcubalistarios ad se mitti flagitat. Data est vbique opera diligenter, vt mandatis & postulatis eius fieret satis. Ex vnaquaque prouincia bonus militum ciuiúmque numerus est delectus, hósque viri tum genere tum armis nobiles duxere. Inter Gallo-flandros eminebant Robacensis regulus Ioannes, eiúsque filius, Cominij toparcha, eiúsque frater Colardus, Halevini dominus cum fratre Guilleno, Ioannes Rosimbosius, Lamon Lannoyus. Eas postquam copias accepit Burgundus, ad Pontem Remigij oppidum castra mouit. Eo subacto S. Richarij Fanum à mille & ducentis Delphinensibus insessum obsidet ferè sex oppugnantium millibus extremo Iulio. Iam muros variis locis concusserat, & portarum quasdam machinis deiecerat, cùm Haricuria obsessorum discrimen animaduertit, ac Delphinum monuit, quàm ocyssimè subsidia iis submittenda, ne hostis oppido potiretur. Non defuit partibus suis Delphinus. Quàm celerrimè fieri potuit, ex Campania, Valesio, Brya, Compendio, aliisque locis educta sunt præsidia, indéque aduersus castra Burgundi magnis itineribus rapta. Interim Haricuria & frequenter obsessis per occultos nuntios, vti constanter se defenderent, animos faciebat, quòd iam persuasum haberet obsidionem breui solutum iri nouorum aduentu sociorum; & non leuem ipse militum manum colligebat, quos submissis à Delphino subsidiis coniungeret. E contrario, Burgundus ad S. Richarij muros nihil eorum omittit, quę maturandæ obsidioni opportuna iudicat. Verùm vbi maximam animo spem concipit intra paucos dies oppidum capiendi: & se ad pugnam præparantis Haricuriæ, & Delphinensium aliunde ad soluendam obsidionem properantium nuntio percellitur. Ergo ductoribus ordinum in cœtum euocatis, quid facto sit opus, inquirit, & omnium sententias perrogat. Nulli non visum hostes priùs petendos, quàm castris propinquarent, & armis in eos decernendum. Opportuniores eos cladi futuros, si priusquam Somonam fluuium traiecerint, inopinato aduentu opprimantur. Itaque sub noctem Philippus Saueusius & Creueceurius cum centum ac viginti equitibus præmissi Abbatisuillam, vt inde Vimiacensem agrum ingressi hostium aduentum, virésque explorent. Hi dum celerrimè viam faciunt, Burgundus minimo strepitu per noctis tenebras suos conuasare imperat, iniectóque castris igni cum copiis eodem itinere proficiscitur. Vbi peruenit Abbatisuillam, militi tantùm ex equo leuiter edendi bibendíue potestatem facit, vt ad primos de hostibus nuntios vlteriùs procedant. Nondum flumen transierant Delphinenses, cùm sub auroram eos deprehendêre Saueusius, & Creueceurius. Ac feliciter euenit, vt hi quosdam palabundos interceperint. Ab iis enim cognitum fuit, quibus hostis viribus polleret; qua fluuium traiicere constituerit; quibus eum copiis in aduerso margine Haricuria prestolaretur. Ergo certior eorum factus Burgundio, relictis Abbatisuillæ arcubalistariis, & missis ab ciuitatibus subsidiis, solùm equites in aduersarios celerrimè duxit. Iam se flumini committebant Delphinenses, cùm eius exercitum conspicati sunt. Quamobrem abiecto traiiciendi consilio, equos celeriter conuertunt, & desiderio pugnæ ardentes aciem componunt. Sperabant enim Ducem adhuc militiæ rudem superari facilè posse: ac, si eum vel peremissent, vel cepissent, magnã apud Delphinũ ituros se gratiam. Ex aduerso, ingens Burgundum ad hostilis agminis conspectum lætitia inuasit: & cùm maximo teneretur certandi desiderio, suos alacriter ad pugnam disposuit. Sed priusquam signis aduersis concurreretur, ciendis maioribus animis in vtroque exercitu equites aliquot creati sunt. In Burgundi acie Ioanni Luxembur-

B C D

Marginal notes:

Nouæ copiæ ad Burgundũ ducuntur.

Cum his S. Richarij oppidum is obsidet.

Monstrel. vo. 1. cap 245. Iacob. Meier. lib. 16. Sauuag. cap. 97. Bellefor. l. cit. Paradin. lib. 3. Heuter. lib. 4.

Ad pugnam contra Delphinenses se præparat.

Prælium Vimiacése, quo Delphinenses à Burgundo superati sunt.

A gio facta potestas solitis cæremoniis è fortibus viris aliquos Equestri baltêo donandi. Primus ab eo cinctus est Dux Philippus, dein cum Flandris quibusdam bi Gallo-flandri, Colardus Cominiensis, Ioannes Roubaisiæ regulus, & Guislenus Halevinus. Missi mox ab Duce cum signo Philippi Sâueusij centum & viginti equites, qui ductoribus Mauro à S. Leodegario, & Notho Roussio ab latere hostem aggrederentur. Contrà, Delphinenses toto agmine, ingentibus clamoribus, impetuque maximo in Burgundi aciem equos admittunt. Grauis ea fuit impressio, magnúmque discrimen Philippo attulit. Quippe multis tum equis, tum viris hoc insultu confossis, secuta confestim est insignis perturbatio. Et plerisque omnibus metu perculsis, plus quàm pars media Ducis fortiter pugnantis latera nudauit: ac multi maxima versus Abbatisuillam & Pinciniacum effusi fuga sunt. Varios id prælium euêtus habuit. Ioannes Rosimbosius Nobilis Gallo-flander militare nactus signum Ducis, quod nôdum explicatum humi iacebat, in manus illicò sumpsit, ac euolutum erectúmque sociis ostendit. Ibi Belgæ ac Burgundi Ducem esse rati, eo per errorem
B inter hostes relicto, ad hoc celeriter accurrunt. Contrà, Rex armorũ Flandriç seu Fecialis pro certo sibi persuadens aut fugisse, aut cæsum esse Burgundum, omnem eum cuneum in fugam secum abripit. Hos Petrus Lupellus & Ioannes Rauletus cum aliqua manu hostium insecuti, partim obtruncant, partim capiunt. In alia parte pugnam fortiter obit Burgundiæ Dux: & quamuis tantùm quingenti propugnatores eum cingerent, ac defenderent; adeò tamen in manifesto vel prehensionis, vel vitæ periculo ingentes animos aluit, vt plerosque manu sua ceciderit, duos ceperit ipse nobiles viros, suísque tandem ad insignem victoriam iter strauerit. Qui rem ex vero memorant, ad quadringentos referunt è Delphinensibus cæsos, in iisque viros aliquot nobili loco natos; ex iisdem centum & quadraginta circiter viros insignes captos & in vincula coniectos: è Burgundi copiis non ampliùs triginta peremptos. Sed quorumdam è Belgis captiuorum dolore temperata victoriæ voluptas est. Præter alios, ab hostibus in custodiam abducti Colardus Cominiensis, Guislenus Halevinus, Sa-
C liacensis toparcha, & Lamon Lannoyus, Gallo-flandri omnes. Ægrè famam inuiolatæ fidei Ioannes Rosimbosius Abbatisuillam fuga delatus sustinuit. Magnam quoque Ducis indignationem omnes incurrerunt, quotquot in fuga vitæ præsidium turpiter posuere: mulsque ex iis palatinis exuti sunt ministeriis. Cùm è pugnæ loco Burgundus Abbatisuillam iuisset, inde per Auxium in Artesiam Hesdinium intendit. Hîc cùm aliquot dies moraretur, captiuorum præcipuos ab suis obtinuit, eósque Insulam misit, vt in arcem abderentur. Et non multò pòst huc ipse descendit, celerique Hallas in Hannoniam itinere petiit, vt pro felici pugnæ successu Christi parenti grates ageret. Eo de loco in Flandriam regressus, partim alibi, partim Insulæ plusculum temporis absumpsit eius prouinciæ negotia componendo. Dum Insulæ agit, cum Delphinensibus captiuis colloquia frequenter habuit eò maximè intentus, vt bonis eos conditionibus ad suos remitteret. Idque tandem feliciter confectum est, vt Delphino adhærentes D. Ricbarij oppidum Duci Burgundo dederent, eique captiuos restituerent; contrà, ipsi ab eodem omnes reciperent, qui tum Insulæ
D tum alibi in custodia è suis attinebantur. Hæc dum fiunt Nouembri mense, Burgundicus interim sex millium equitatus Insulam propiùs venit, vt Philippum Ducem ad matrem in Burgundiam ducat. Quia tamen hic nondum ad iter omnia comparauerat, partem eorum equitum Ioannes Luxemburgius, ipso volente, vltra S. Quintini oppidum aduersus hostes Mouyum deduxit. Pauci dies exacti sunt illic, quòd spes nulla proderetur eo loco intra breue tempus potiundi. Igitur quamuis contrà niteretur Luxemburgius, Duacum versus & Insulam Burgundiones redeunt. Verùm vbi Philippus animaduertit multis eos damnis regionem afficere, quàm citissimè potuit in Burgundiam iter aggressus est, vt horum molestia Gallo flandriam liberaret. Insula digressus cum vxore & multa Nobilitate Atrebatum abiit. Paucis inde diebus Duacum illinc se contulit, quò nupertimè amita ipsius Hannoniæ Comes aduenerat. Eo ex oppido rursus cum ea & multis Hannoniæ Nobilibus Atrebatum petiit. Traductum illic aliquod tempus festiuis conuiuiis, & de publicis rebus colloquijs.

Nicolaus Gill. Monstrel. to. 1. c. 247. Iacob. Meier. lib. 16. Sanmag c. 97. Parad. Heuter. Bellefor. est lib. 5. c. 82. alij.

Burgundio Hesdinium, deinde Insulam redit.

Monstrel. to 1. c. 249. Iacob. Meier lib. 16. Bellefor. Parad.

Commutatio captiuorum.

Monstrel. to. 1. c. 251. Meier. d. l. Bellefor.

Burgũdiones mali multum afferunt Gallo-flandriæ.

Monstrel c. 252. Meier. Paradin.

Dux Philippus in Burgũdiam proficiscitur.

Auctores citati.

quijs. Transactis denique Natalitijs Domini festis, in Burgundiam Dux profectus est, eiúsque coniux Insulam venit, vt Gandauum intenderet. Hæc inter Duacenses metu compressi creditorum vix oppido pedem efferebant. Propiúsque abfuit, quin Ægidius Bussius nauigio sale onusto multaretur, eùm id Duacum auerso flumine traheretur. Quidam enim Gandensium, cui certis nominibus grandem Senatus Duacensis pecuniam debebat, eam Lalainij nauem salémque sisti iussit, qua parte flumen Duacensibus obnoxium est. Verùm Senatores Duacensis oppidi ad primos eius rei nuntios magnam sagittariorum & arcubalistariorum manum noctu armari imperarunt, & cum ijs ipsi tres in naues distributis secundo fluminis alueo Lalainium descendêre. Interim Lalainij Regulus in partem amnis ditioni suæ subiectam nauigium subduxit. Ea res quamuis Duacensium labores conatúsque frustrata est: magnos tamen ijs stimulos irarum subdidit. Quippe nulla vi adhibita tacitè domum reuersi, quosdam ad Burgundiæ Ducis coniugem Gandauum de iniuria postulatum misere. Et valuit apud eam accusatio: statimque Gandauo eius imperio quidam Lalainium venere, qui de facto diligenter inquirerent. Ad tres Hannoniæ viros nobiles Equitésque delata posteà est controuersia: quibus pro Duacensibus litem decidentibus, in Lalaignij toparchiam multum discrimen ingruebat, nisi precibus auertisset Hannonij Comitis vidua.

Duacenses ob debita publica valdè affliguntur.

Lib. ms. Duac.

A

B

AN. 1420.

Annus sequens ad Martium vsque processerat, cùm Ioannes Luxemburgius, Hugo Lannoyus arcubalistariorum Franciæ Magister, & Gallo-flandriæ Gubernator, aliíque nobiles viri non exiguam militum manum in Picardiam duxere. Capta illic ab his Quesnoya, Louroya, & Hericuria, vnde Delphinij multum Picardis detrimenti vicinísque afferebant. Obsessúmque arctissimè castrum Arramense, præcipua fermè Delphiniorum munitio. Impulit ea res aliquot Delphini militum ductores, vt quamprimùm apud Compendium equites non paucos sub signa cogerent; eósque ad castrum Arramense liberandum celerrimè traherent. Hi mille circiter erant. Per viam Petræ-pontem irrumpunt, impositámque ipsi arcem valido insultu subigere tentant. Incassùm tamen susceptus hic labor. Quippe locum præsidiarij fortissimè tutati sunt. Et mox à Luxemburgio suppetias veniunt Hugo Lannoyus, alijque nobiles armis viri, quibus erat constitutum aduersus hostem pugna confligere. Verùm Delphinij percepto Lannoyj aduentu, iniectis Petræ-pontis ædibus flammis, vltrà progressi sunt. Nihilo tamen magis Lannoyum ignis perterruit, quin per ardentem Petræ-pontis plateam suos in hostem, qui iam pugnæ locum ad S. Desiderij Montem ceperat, audenter raperet. Igitur postquam in Delphiniorum agminis conspectum venit, aciem Hugo instituit, & nonnulli celeriter Equestri dignitate ornantur, in quibus de Gallo-flandris Balduinus Lannoyus fuit cognomento Balbi, & militari virtute cognitus. Sed illic tantùm à velitibus leuiter pugnatum est. Accepto enim paruo Delphinij damno, fugientibus similes abiere. Ergo deditum paullò pòst Luxemburgio castrum Arramense, qui posito illic præsidio suis domum redeundi potestatem fecit. Exactis aliquot diebus Conum insidentem Ligeri vrbem Delphini legatus obsidio cinxit viginti ferè millibus armatorum hominum septus. Et iam adeò premebantur obsessi, vt deditionem paciscerentur, nisi Burgundus intra sextum & decimum Augusti diem auxilio veniret. His rebus cognitis Burgundus & obsessis adfuturum se tempori mandat, & Delphino, ad diem prædictum totis se aduersus ipsum copijs pugnaturum significat. Igitur quamuis priùs in Artesiam Dux proficisci statuisset, omnino tamen in Burgundia morari decreuit, donec ad diem cōstitutum iuxta Conum in armis se sisteret. Intereà loci per Artesiam, Picardiæ fines, & Flandriam omnem delectus haberi voluit. Legatos quoque ad Regem Angliæ misit supplicatum, vti copiam aliquam Anglorum ac ductores ordinum submitteret, qui pugnam vnà secum capesserent. Plusquam rogabatur Henricus Rex promisit, eum suis enim affuturum se spopondit, vt pugnam simul cum Duce aduersus hostes committeret. In Picardia & Artesia militem legêre Ioannes Luxemburgius, & Croyus toparcha. è Teutonica Gallicáque Flandria Hugo Lannoyus vires contraxit. In viam hi omnes extremo ferè Iulio dederunt se, ac tempestiuè

Ductores Burgūdi bellū gerūt in Gallia.

Monstrel. to. 1. c. 257. Parad.

Monstrel. to. 1. c. 259.

C

Insignis Hugonis Lānoyi virtus.

Monst el. l. cit. Paradinus.

D

Burgundus ad pugnam se cōparat apud Conum cum Delphinensibus conserendam.

Monstrel. to. 1. cap. 265. Iacob. Meier. lib 16. Sammog. cap. 98. Bellefor. lib. 5. cap. 83. Parad. Heuterus.

A stiue ad Ducem Vezeliacum in Burgundiam peruenere. Anglorum Rex cùm Syluanecti aduersa se impediri valetudine sentiret, Bethfordium Ducem cum exercitu eodem iter maturare iussit Parisijs. Postquam omnes Vezeliacum intendêre, suas ijs copias in Burgundia collectas Philippus coniunxit. Verùm vbi Conum versus ad tempus præfinitum tam insignis exercitus deducitur, Delphinus ad eius nuntios ingenti formidine perculsus haudquaquam se suósque pugnæ discrimini obijciendos arbitratus est: statimque Biturigas in tutum abijt. Burgundo alijsque admodum graue fuit certissima spe victoriæ deijci tam fœda hostis frustratione. Plus tamen extemplò doloris pepererunt tristissimæ de proximo Regis Anglorum exitu litteræ. Igitur ad eum in Silua Vincennæ iacentem celerrimis equis profectus est Bethfordius, vt extrema eius mandata perciperet. Eodem à Burgundionum Duce legatus est Hugo Lannoyus, tam vt eum salutaret, quàm vt nonnulla cum ipso eius nomine tractaret, priusquam exstingueretur. Perfecit quod volebat Hugo, & prolixè cum Rege locutus, ad Ducem redijt. Post dies paucos Henrico vita defuncto, ad Bethfordium ibidem loci lugentem Burgundus accessit: & postquam alloquijs solatus est, non pauca cum eo publicis de rebus agitauit. Inde cùm Parisios iuisset, rursúsque cum Bethfordio & Principibus alijs de regni administratione fuisset aliquàmdiu collocutus, reiecto in Bethfordium Franciæ regimine, in Artesiam Flandriamque iter conuertit. Abijt interim è viuis coniux eius Michaëlis, Delphini soror, graui morbo consumpta Gandaui. Infecti veneno corporis famam sustinuit Vrsula Coppini Villæ-veteris vxor, quam ægritudine laborans Michaëlis domo tandem exegerat, licet ipsi prius in profundissimam admissæ familiaritatem signatorium annulum credidisset. Impactúmque à Gandensibus Roubaisiensi toparchæ (Gallo-flander is erat admodum nobili genere ortus, & Burgundo charissimus) ingentis crimen negligentiæ, quòd minùs, quàm par erat, ei Principi seruandæ operam dedisset: ac tota is proscriptus est ab ijsdem Flandria. Sed quoniam eo tempore, quo morbum Michaëlis contraxit, apud Ducem in Gallia morabatur, neque prius in Flandriam remeauit, quàm ea vitam perdidit: omni eum Philippus criminis suspicione absoluit, ac denique in Gandensium gratiam restituit. Octobris die secundo ac vigesimo Francorum Rex Carolus vitam cum morte mutauit Parisijs. Angli Regem suum Henricum adhuc impuberem ei suffecere, regnique cura Bethfordio data est. Contrà Franci ab Anglo & Burgundo dissidentes, Delphinum Regem suum dixere, eúmque sceptro & corona solemniter ornarunt Augustoriti Pictonum. Indéque grauiùs, quàm anteà, in Anglos & Burgũdos ab ijs bellum exarsit. Huius formidine commoti Parisienses, & qui Franciæ regnum Henrici nomine moderabantur, legationem ad Burgundum, & Regem Angliæ mittunt, cuius caput erat Taruannensis Episcopus. Conuentus primùm ab his legatis Burgundiæ Dux Insulæ: isque non difficulter militaria subsidia promisit. Adierunt ijdem posteà Caletum, eóque de portu in Angliam vela fecere. Septima & decima luce Nouembris Philippus Valesius S. Pauli Comes, & Castellanus Insulensis maxima Insulam pompa primùm inijt. Ab Senatu, qui Haubourdinium vsque obuiàm cum ciuibus armatis processerat, deductus in vrbem est. Hic postquam ab vtrisque in Senatorum Curia fides iuramẽto firmata, vini rubri vas vnũ, & quinque libras argenti in vasa elegãter deformati Magistratus obtulit. Nepos is Comes erat Ioannis Intrepidi, & Ioannis Brabantiæ Ducis frater, ac Philippi Burgundi cognatus: eámque Insulensis Castellaniæ dignitatem nuper adiuerat matris adeptus hereditatem, quæ sola Valerano Luxemburgio S. Pauli Comiti & Insulensi Castellano filia obtigerat, ac per nuptias cum Antonio Brabantiæ Duce Ioannem & Philippum genuerat.

Sed id prælĩũ Delphinus subterfugère. *Auctor. citati.*

Burgũdi coniux moritur. *Monstrel to. 1. cap 266. Iacob. Meier. lib. 16. Sauuag. cap. 99. Parad. Heuter.*

Franciæ Rex viuis eripitur.

Angli Henricum, Galli Carolum ei sufficiunt. *Monstrel. to. 2. Gaguin. lib. 10. Aemyl lib. 10. Iac Meier. l. 16. Sauuag. cap. 99. Bellefor. l. 5. cap. 83. & 84. VVassebург. Parad. Heuter.*

Aduersus Carolum auxilia promittit Burgundio.

Philippus Insulensis Castellanus Insulam intrat. *Liber Roisin.*

AN. 1423. Anno sequenti nouus Duaci motus mense Maio exortus est, ac repentè oppressus. Soluendorum causa nominum, quæ iam diu cum externis mercatoribus ciuitas contraxerat, in singulos farinæ modios indicti fuerant oboli duodecim: & qui pecuniam istam colligerent, ac syngraphas testes solutionis traderent, aliqui ciuium publicè constituti. Multis ea res vehementer displicuit. Et cùm seueriùs ea pecunia exigeretur, ira quidam grauiter arsere. E parochia præsertim S. Albini homines te-

Motus Duaci ob vrbis nomina. *Lib. ms. Duac.*

 nuis

A

nuis fortunæ aduersus Magistratum fremebant; & tandem eorum vis magna in cuneum coaluit. Raptis igitur primo die Maij armis, ad vrbis Curiam ferociter conueniunt, ibique Senatoribus congregatis insultant audaciùs: & nisi duodecim onus obolorum antiquent, etiam grauia minantur. Illic Senatum ingens metus inuasit: ideòque ad sedandam multitudinem, per aliquam Curiæ fenestram proclamari publicè iussit, impositum farinæ vectigal abolitum esse. Eo statim edicto desinuti, domum ciues abeunt. Verùm Senatores, vt similem in posterum audaciam comprimerent, déque alia nuper exorta seditione vindictam caperent, ad Hugonem Lannoyum Gallo-flandriæ Præfectum retulere. Is postridie S. Crucis multis cinctus militibus Duacum adijt. Hic statim ciues aliquot, seditionis & motus capita, in vincula coniecit: & palàm oppido eductos in arcem Insulensem curribus deuehi iussit. Quòd alij partim latuissent, partim Cameracum, Valentianas, Tornacum fugissent occultè: postmodum edicto eiusdem Præfecti in arcem Insulensem euocati sunt. Et quidam eorum pecunia mulctati: coactúsque est Martinus Gouyus, vt se capitis periculo liberaret, duodecies centum coronatos aureos pendere. Ceteri aliquot annorum exilio perculsi.

In quosdam eius motus auctores animaduertitur.

B

Ciues Tornacenses commouentur.

Comment. MSS. Tornac. Iacob. Meier. lib. 16. Ioan. Confinus lib. 4. c. 38.

Trepidatum est posteà per Gallo-flandriam ob tumultuantes Tornacensis vrbis incolas, & quorumdam illic aduersus Carolum Franciæ Regem studia, qui magno eius tenebantur desiderio. Nihil magis in votis erat Burgundiæ Duci, quàm vel Tornaco potiri, vel saltem liberum Flandris cum ciuibus eius commercium habere. Eam ob rem cum Senatu colloquium instituit, & ab eo decretum obtinuit, suis vt subditis per triennium liceret Tornaci liberè negotiari, nullique hostium suorum intra muros vrbis eius commorari permitteretur. Ergo die Iunij tertio ciues omnes in parœcias distributos Senatus in Curiam conuocat, vt pro more plebs id decretum approbet sciscátque. Verùm vix omnia decreti verba publicè pronuntiata sunt, cùm ex ciuium curiæ, quibus trans flumen habitantibus Cameracensis Pontifex imperat, palàm obrogauerunt, ac fidenter dixere, nullos Burgundo aduersari præter eos, qui Franciæ Regi Carolo adhæresceren, quem ipsi dominum agnoscebant: ideóque Senatusconsultum, quo hæc capita duo in gratiam Burgundi fuerant decreta, omninò sibi displicere. Et horum sententiam parentes Episcopo Tornacensi parœciæ adeò mox amplexæ sunt, vt etiam circumuentas se, ac rescindendum id decretum, vociferarentur. In vrbem igitur recepti fuere Conflantius, & Mouyus Francorum ductores, iísque plurimum in eam auctoritatis concessum, quòd sequerentur Regis Caroli partes. Et mox gnari harum rerum Gallo-flandri Tornaco vicini non leuem animo metum cepere, quoniam arbitrabantur imponendos breui Francos vrbi, quorum incursionibus infestarentur grauiter. Inanis tamen ea fuit formido. Haud enim multis pòst diebus elapsis inter ciues eorum ductorum Regis gratia non leue ortum est dissidium, quo Francis in vrbem militibus interclusus est aditus. Quippe signis explicatis, strictísque aduersus ciues opulentos, & Magistratus ensibus, opificiorum collegia forum obtinuere, ad imponendi præsidij mentionem. Verebatur scilicet plurimùm ea multitudo, ne plus Mouyus & Conflantius Francorum ad vrbis præsidium introducerent, quàm vel ipsi possent sustinere, vel libertas, cuius magna cupidine semper arsere, pareretur. Nihil tamen atrociùs tunc admissum, & intra minas verbáque motus concidit. multúmque securitatis conceptum est, vbi Mouyus ex vrbe discessit, & Leodium petiit, alióque intendit Conflantius. Quæ res non minùs grata Gallo-flandris, quàm Tornacensibus euenit. Cùm enim ij iam liberi essent impendentium à Francis malorum metu: etiam posteà commercium cum ea vrbe impetrandi spem capiebant. Intereà temporis Dux Burgundiæ (qui cum Bethfordiæ & Britanniæ Ducibus nouum Ambiani fœdus pepigerat, Annámque sororum suarum vnam Bethfordio, & Margaretam alteram Comiti Richemontio Britanni fratri coniuges promiserat, parandis aduersus Francos maioribus auxiliis) ex Artesia primùm Parisios, dein Burgundiam adiit; ibíque Margaretæ sororis cum Richemontio Comite nuptias celebrauit. Illic dum publicis Franciæ rebus operam nauat, haud immemor Gallo-flandriæ fuit. Quippe ad maiorem eius

C

Monstrel. to. 2. Comment. MSS. Tornac. Iacob. Meier. lib. 16. Consin.

Ob impositos Tornaco Francos ductores Gallo-flandri frustrà trepidarunt.

Auctores citati.

D

In Burgundiá abit Dux Philippus.

Monstrel. to. 2. Iac. Meier. l. 16.

A tutelam omni ratione conatus est conciliare sibi Tornacum, vnde plurimùm metuebat. Iam enim non obscurè ciues vrbis eius, plusquam anteà, Carolo Regi fauere deprehenderat, qui magnam Iulio mense ad nuntios de suscepto ex Regina filio voluptatem & lætitiam excitatis ignibus, & faustis acclamationibus prodiderant. Igitur ad Magistratus Tornacenses hanc in sententiam è Burgundia scripsit: *Adiuisse Parisios se, vt redditus aliquot perciperet, qui iure sibi ob contractum cum Michaële de Caroli Sexti Regis filia matrimonium debebantur: illic cùm ageret, à Bethfordio Duce regni Moderatore datum sibi Tornacum, & obnoxium ei territorium. Eapropter petere se quammaximè, vt in suam ipsi potestatem cum populo concedant. ne quid tamen præcipitanter agere videatur, in Paschatis tempus eius negotij deliberationem duci sese permittere.* Hæc vbi coram multitudine ab Senatu lecta fuere Octobris decimo die, ingens omnes subiit admiratio & anxietas. Hinc animos Caroli Regis amor vrgebat: inde premebat Burgundicæ potentiæ metus. Vt igitur nihil decerneretur, quod posteà pœnitentia ducti damnarent, placuit in Paschatis diem responsum differre, breuique aliquos ad
B Regem in Franciam mittere, qui & moneant eum Burgundiæ Ducis petitionis, & quid facto sit opus exposcant. Ea dum Tornaci agitantur, damni plurimum maximæ aquarum eluuiones attulere, cùm frequentissimi grauissimique imbres defluerent. Vltra modum Lisa fluuius vtramque Flandriam disterminans alueo egressus est, Scaldimque Gandaui, quà confluunt, contra solitum vehementer excessit. Exinde oppidorum vrbiúmque partes magnę aquis contegi, & cymbis nauigari: stabula in villis cum pecoribus, & horrea vndis natare. nec potuit multis in locis terræ sementis mandari.

> Inde Gallo-flādriæ quieti prouidet.
> *Comment. mss. Tornac. Cousin. lib. 4.*
> Damnosæ exūdationes.
> *Iac. Meier. l. 16.*

AN. 1424. Secuto proximè anno iis Carolus Rex intellectis, quæ Burgundiæ Dux redigendo in potestatem Tornaco moliebatur, duos ad eam vrbem viros legauit liberalibus instructos disciplinis, & dicendi peritos, vt ciues in officio & fide retinerent. Accepti magno hi apparatu fuere: nihilque in ipsos omissum amicitiæ & cultus ab nobilibus viris populóque, vbi præsertim asseruere, magnis Regem beneficiis compensaturum
C quam ipsi fidem seruarent. Igitur sumptuosis ij conuiuiis exhilarati, & pretiosis donati muneribus sunt, vt his suum erga Regem Tornacenses studium patefacerent. Exegerāt iam dies aliquot magna perfusi voluptate, cùm Bituriges ad Regem Carolum alter eorum abiit Tornacensium obsequia fidémque relaturus. Alterum diutiùs in vrbe studium retinuit in officio erga Regem ciues confirmandi. Verùm vbi frequenter nunc publicè, nunc priuatim eumdem de colendo Rege Carolo sermonem ingerit: nonnihil sensim eius auctoritati detractum fuit, ac in eum Tornacenses cultū officiúmque contraxere. Et post breue temporis spatium visi sunt quidam eius vrbis ciuium ad Burgundionem Flandrósque animum inflectere. Quippe tantum apud suos potuere, vt ad Ducem Philippum & Flandros legationem miserint impetranda commerciorum libertate. Igitur primùm data est iis facultas ad vsque festum S. Ioannis anni sequentis absque periculo in Flandriam commeandi, ibique negotiandi. Ea dum fruuntur licentia, nouis Burgundiæ Dux cum Bona Philippi Atrebatis Vgellensium Comitis filia, & Philippi Niuernensium Comitis vidua illigatur nu-
D ptiis. Magnus posteà timor inuasit Gallo-flandros, moto aduersus Ducem Clocestrium bello. Hic Iacobam Guilelmi Bauari Hannoniç & Hollandię Comitis filiam nuper vxorem duxerat, eius marito Ioanne Brabantię Duce (quem ipsa vehementer auersabatur, & irritas cum eo nuptias obtendebat) adhuc in viuis agente. Ob id matrimonium Hannoniam & Hollandiam, quas paternam Iacoba ereuerat hæreditatem, repetebat. Contrà nitebatur Brabantiæ Dux Ioannes, qui legitimas se nuptias cum Iacoba contraxisse sentiebat, ideóque Hannoniam & Hollandiam negabat sibi iure detrahi posse. Verùm aliquot millibus Anglorum instructus, primùm in Hannoniam penetrauit Clocestrius, eámque obtinuit. Permolestè grauissiméque id ferebat Burgundiæ Dux Philippus: & cùm per Ducem Bethfordium impetrare non potest, vt Clocestrius ex Hannonia discedat, armis aduersus eum pro Brabanto decernere constituit. Igitur in Artesia Flandriáque delectus militum habiti. His præsertim ductores dati Ioannes Luxemburgius, Croyj & Lilladami toparchæ. Paraue-

> Mittuntur à Carolo Rege quidam Tornacū, vt eam vrbē in officio retineant.
> *Monstrel. to. 2. Cousin. lib. 4. cap. 38.*
> Tornacenses à Burgundo petunt commercandi libertatem.
> *Comment. mss. Tornac. Cousin.*
> Burgundus nuptias contrahit.
> *Monstrel. to. 2. Iac. Meier. l. 16. Sanuag. c. 101. Parad. Heuter.*
> Cum Duce Clocestrio bellum oritur Brabanto & Burgundo.
> *Monstrel. to. 2. Iac. Meier. l. 16. Sanuag. c. 101. Bellefor. lib. 5. cap. 84. & 85. Paradin. lib. 3. Polydor. Vergil. l. 23. Heuter.*

A AN. 1425.

ratin Brabantia fratris sui ac Ducis nomine copias insignes Philippus S. Pauli Comes, & Insulensis Castellanus, vt partim Anglorum excursiones comprimeret, partim vrbes oppidáque caperet. Ad eum Luxemburgius, aliíque ductores cùm Flandros vtrosque, & Artesios duxissent, in Hannoniam vnà grassari cœpere, multáque in eam prouinciam inuexere damna. Rediit interim ex Gallia Burgundiæ Dux, nouísque auctus copijs cum Brabanto in Hannoniam se contulit. Cincta illic obsidio Brainia, & ad deditionem coacta mense Martio. Permissum est legibus deditionis, vt Angli, quos illic ad ducentos Clocestrius posuerat, ad suos salui discederent: oppidum ciues, bona, vitámque certa pecuniæ summa redimerent. Verùm miles magna æstuans prædæ cupidine, ignaris nolentibúsue ducibus, per hiatus murorum in oppidum varijs à partibus irrupit; ex Anglis ciuibúsque multos cecidit; direptis rebus omnibus flammas ædibus iniecit. Opprobrauit tunc passim Burgundioni Clocestrius, pacti Lutetiæ Anglicani fœderis fidem eum fregisse. Ex aduerso mentiri Clocestrium Burgundio palàm iactauit: & quò famam inuiolatę fidei tueretur, eum in singularis vocauit arenam certaminis. Non renuit duellum committere Clocestrius. Et dictus ab vtroque pugnæ dies, locúsque est. Igitur donec Audomaropolim iuxta in certamen descenderent, à belli maleficijs Brabantus abstinuit, eiúsque frater Philippus & Ioannes Luxemburgius in finibus Brabantiæ, Flandriæ, & Artesiæ, militem præsidij causa locauere: Clocestrius cum Anglis in Angliam vela fecit. Multum posteà studij & laboris Burgundus absumpsit Hesdinij, vt sese ad duellum componeret. Iámque arma, militares ornatus, ceteráque ad pugnæ pompam & vires corporis necessaria comparauerat: cùm Bethsfordius tantùm apud fratrem Clocestrium valuit, vt animum certaminis cum Burgundo ineundi deponeret. Iacoba interim Bauara, quam post discessum Clocestrij in custodiam Burgundus Gandauum miserat, virili habitu vigiles frustrata in Hollandiam aufugit, ibique res cœpit turbare. Hoc de motu perceptis nuntijs Dux Philippus, ab Duce Brabantiæ procurationem Hollandiæ, Hannoniæ, ac Zelandiæ obtinuit: moxque bellum in Hollandiam ductis secum è Flandria copijs portauit; ibíque à plerísque ciuitatibus amicè, magnóque cultu exceptus est. Inter hæc, quam ipse Tornacensibus libertatem in Flandria negotiandi concesserat, iam propemodum exspirabat. Igitur ij, quamuis adhuc Caroli Regis amore tenerentur, eique fidem seruarent, tamen non leuis lucri dulcedine illecti, eam facultatem commercandi longiùs extendi cupiebant. Quamobrem ad Burgundionem legauere qui nouas ad exercendam negotiationem impetrarent inducias. Sed Philippus ægrè tolerans nimio ipsos erga Regem Carolum studio ferri, non priùs id quod flagitabant, concessit, quàm millia septem cotonatorum numerauerint. Post aliquot menses cum bellum in Hollandia & Zelandicis Insulis contra Iacobam alere Burgundus statuisset, ad eius ingentes sumptus ducenta nummorum millia sibi ab Flandris donari postulat. Dimidium hi concesserunt iis legibus, vt cum Anglis armorum quietem & negotiationem habere sibi liceret. Igitur missa in Angliam legatione, cùm pax & negotiandi libertas ab Rege pro Flandris obtenta fuisset, hique promissam pecuniam Duci pependissent: acerrimum Burgundus in Zelandos Hollandósque aggressus est bellum; statimque de ipsis Anglisque à Clocestrio missis, ad Zirixæam in Scandia Zelandiæ insula præclaram retulit victoriam. Quòd alios inter Gallo-flandros Ioannes Halevinus insignem illic operam posuerit, Equestrem post prælium adeptus est dignitatem. Incidit ea pugna in Idus Ianuarij, quo tempore grauissimum gelu sæuiebat. Hyemem enim ea tẽpestate acerrimo frigore vexasse mortales, reperio, iamque inde ab nonis Decembris ad nonas vsque Februarij omnia gelu fuisse constricta. Cùm rediisset in Flandriam Burgundus, ad nouum suos Iacoba bellum incendit, Harlemúmque cinxit obsidio. Vbi verò nuntios accepit, nouas in Flandria copias legi, rursúsque Ducem ad bellum accingi: quamuis paullò antè Ioannem Vterkanum mille Flandros ad vrbis eius liberationem ducentem fudisset pridie Kal. Maias, id obsidium tamen intermisit, & ad Hornam traduxit exercitum. Illic occursus quorumdam Burgundi militum ei grauissimus accidit Ioanne Villersio, & S. Pauli

Marginal notes:

Burgundus Clocestrium ad singulare certamẽ prouocat. (B)

Monstrel. to. 1. Iac. Meier. l. 16. Sauuag. c. 101. Paradin. lib. 3. Heuter.

Idemque in Hollandiam arma conuertit. (C)

Auctores antè citati.

Tornacẽsibus accepta pecunia lõgiorem permittit negotiationem.

Iac. Meier. l. 16. Comment. MSS. Tornac. Consul.

Pecuniam pro bello Hollandico petit, & impetrat.

Iac. Meier. l. 16

Victoriam in Zelandia obtinet. (D) AN. 1426.

Monstrel. to. 1. Iac. Meier. l. 16. Sauuag. c. 101. Heuter. l. 4.

Hyems sæua.

Iac. Meier. l. 16.

Burgundus per suos victoriam ha-

A Pauli Notho ductoribus. Tunc enim non leuem ipsa pertulit cladem, quadringentis suorum amissis, & vulneratis compluribus. Eam ob rem multarum vrbium ad Burgundiæ Ducem facta est accessio. Post aliquod tempus luce sexta Septembris Martinus Porræus Atrebatium Episcopus viuis eximitur. Apud Ioannem Burgundiæ Ducem magna valuerat auctoritate, ac de huius sententia Pisanum & Constantiense Concilium Legatus celebrauerat; in Angliam quoque, vt filiæ Burgundicæ cum Walliæ Principe nuptias conciliaret, vela fecerat. Hugo Cayetanus vir nobilis, quo S. Audomari Canonici Præposito lætabantur, quémue priùs Galliæ Rex, & Burgundiæ Dux consilijs admouerant suis, in eius locum suffectus est. Magnum Octobri mense periculum adijt Tornacum. Præteritis tumultibus non pauci è ciuibus vel in exilium acti fuerant, vel sponte aliò se suáque transportauerant. Non deerant in vrbe, qui vel sanguine, vel propinquitate ducti exules intra muros reducere laborarent. & quoniam id præstare volentibus & permittentibus Magistratibus non licebat, ad furtum ij nocturnum vimque animos vertêre. Igitur ad tertium &
B decimum Octobris diem hoc facinus sic erat aggrediendum, vt aditum exulibus occultè Iacobus Especierus, Ioannes Fachonius, aliique in vrbe commorantes facerent: cum his ipsi suos armis aduersarios adorirentur, ijsque peremptis vrbem Duci Burgundo traderent. Sed infelicem ea res factiosis exitum attulit. Animaduerterant plerumque viri nobiles in varijs vrbem circum pagis degentes, ab exulibus quædam peragi, quæ suspicionem excæ alicuius machinationis afferebant. Ergo sæpiùs ij Senatores vrbis admonuere, sibi vbique vt cauerent. Serpsit subinde rumor Tornaci, deprehensam esse factionem aliquam: & ideò frequentiores in muris alibique adhibitæ sunt custodiæ. Id cùm perspiceret Iacobus Especierus, inquirentibus de suarum statu rerum, exire scilicet ex animi sententia succederent, detectam esse machinam per litteras significauit; ideòque capiendam ipsis aliò fugam. Sed priusquam is puer, quem cum litteris ad nemus Beusium, vbi latebant exules, perueniret, ab quibusdam deprehensus est, Iacobique epistola in Senatorum manus peruenit. Igi-
C tur comprehensis & in partes diuisis Especiero & Fachonio, quieti est ciuitas restituta. Vrgebat tamen rerum quarumdam indigentia non leuiter ciuium animos, quas necessario ex Flandris petere oportebat. Ideò rursus ad Burgundiæ Ducem producendarum inducīarum & liberæ negotiationis gratia mittitur legatio. Verùm nihil potuit ab eo priùs impetrari, quàm ipsi numeraturos se quindecim aureorum millia promitterent.

AN. 1427. Anni sequentis principio Flandros rursus in Hollandiam duxit Burgundus instaurandi aduersus Iacobam belli causa. Ibi ante omnia circumuenta est eius obsidio Zeuemberga insidens littori maris oppidum. In tres ferè menses producta est oppugnatio eius reguli virtute, qui se suósque fortissimè tuebatur, neque vllam deditionis mentionem admittebat, etsi ad eam precibus & pretio inuitaretur. Verùm pertæsi tot malorum quæ patiebantur, cùm ab domino suo ciues secessissent, bonis Ducem legibus intra muros recepere Aprilis initio. Illic ergo capitur Zeuembergensis toparcha, & vinculis constrictus Insulam mittitur, vt peruicaciæ pœnas luat.
D Post breue temporis spatium in Hollandia Burgundi exercitum pestilentia corripuit, multósque viros insignes abstulit. Eius ergo vitandæ gratia in Gallo-flandriam Dux rediije, & Insulæ consedit. Venit eodem ex Anglia Dux Bethfordiæ, vt pacem inter Philippū & fratrem suum Clocestriæ Ducē cōponeret. Varia eò colloquia sunt habita. Verùm vt hûc frustrà laborē Bethfordius susceperit, ipse Clocestrius effecit, qui copias eo tempore aduersus Philippum ex Anglia in Hollandiam portandas conscripsit. Conatus tamen eius exemplò repressit pronuntiata in ipsum Martini Pontificis Maximi sententia, quæ simul & contractas cum Iacoba nuptias adulterinas censuit, & mortuo Ioanne Brabantino Duce cum eadem ipsum vetuit matrimonio coniungi. Vitámque paucis inde diebus Maio mense Brabantiæ Dux amisit morbo Bruxellis. Frater eius Philippus S. Pauli Comes, & Insulensis Castellanus omnem ipsius adijt hereditatem, quòd nullos reliquisset liberos. Insulæ verò animaduersum fuit, sæpenumerò quæ in Curia Senatorum secretissimè agitabantur, in mul-

Bel in Holland.
M. nstrel. to. 2. Iac. Meier. l. 16. Sauuag. c. 103. Heuterus l. 4.
Episcopus Atreb. decedit.
Epitaph. eius. Tabb. Atreb. Gazaus.
HVGO CAYETANVS succedit.
Tabb. Atreb.
Proditio quibusdam Tornacensibus malè cessit.
Comment. MSS. Tornac. Annal. Ferd. Monstr. to. 2. Cousin. l. 4. c. 18.

Tornacenses emunt negotiationem à Burgundo.
Iac. Meier l. 16.
Redintegratur bellum in Holland.
Monstrel. to. 2. Iac. Meier. l. 16. Sauuag. c. 103.
Zeuemberga obsidetur & capitur.
Iidem auctores. Heuter.
Dux Bethfordiæ Insulam venit.
Monstrel. to. 2. Heuter.
Brabātiæ Dux moritur.
Monstrel. to. 2. Iac. Meier. l. 16. Pont. Heuter.
Edictum Insulæ promulgatur aduer-

in multorum aures manare, indéque grauia oriri mala. Igitur eam ob rem edicto perpetuo ab Senatu sancitum fuit, vt is in iudicium pertrahatur, qui conscium se pronuntiauerit eorum, quæ Magistratus secretò consiliis expenderit decreuerítue: ac nisi tandem indicet, à quo id Senatorum hauserit, graui pœna multetur. is verò, qui ex ordine Senatorio compertus fuerit arcana vulgasse, confessu eiiciatur, omníque spe exuatur adipiscendi posteà Senatum. Iuit deinde rursus in Hollandiam Dux Burgundiæ Artesios Flandrósque nauibus deuehens, vt quorumdam illic perfidiam opprimeret, qui turpiter ad Iacobam defecerant. Propiúsque à periculo vitę abfuit, cùm frustrà oppidum Armerfordię oppugnat. Aduersus Brederodium Iacobæ ducem magna septum multitudine Hollandorum, à fœderatis cum Burgundo nauali pugna certatum est feliciùs. Multis hostium cęsis, captiuúsue, viuus in manus venit Brederodius. Subinde Cominium Gallo-flandriæ oppidum ad decimum sextum Martij diem fortuito arsit incendio. Ingressus est posteà denuò classem Burgundus in Sclusæ portu præstolantem, multósque ex Flandria & Artesia viros in Hollandiam duxit, vt bello finem imponeret, quod contra Bauaram gerebat. Cùm igitur rectà inde Goudam nauigasset, ibi Iacobam obsidio circumdedit. Obvires eius potentiámque trepidarunt vehementer Goudani, eóque Iacobam denique perpulerunt, vt cum Burgundo pacem conficeret: eum verum ac legitimũ heredem suum diceret: Hollãdiæ Hannoniæque administrationem ei committeret: absque venia eius cũ nullo matrimonium pacisceretur. His itaque Philippus acceptis legibus firmatísque ab Iacoba iureiurando in Flandriã milites suos nauibus reuexit, iísque domum abeundi fecit potestatem. Iulio mense Brugas ad eum Ioannes Haequardus; & Michaël Gandauius Tornacensis vrbis nomine profecti sunt, vt nouas ab eo inducias peterent, & in aliquot annos liberè per Flandriam negotiandi potestatem impetrarent. Verùm ibi dum nullam nauant operam, vt quod habebant in mandatis extorqueant: nullo ipsos Burgundus responso dignatur. Eum enim exasperauerat Tornacensium facinus, quo Mauretaniam nuper ipsi adimere tẽtauerant. Nihil tamen ea legatos fregit repulsa. & cùm vident parum supplicationibus promoueri negotium, multam quoque pecuniam pollicentur. Ita denique, magno licet pretio, in senos annos quies armorum empta, & mercaturæ licentia. Primo siquidem anno vnum ac viginti coronatorum millia, aliorum quinque singulis decem pendere oportuit. Verùm ea pecuniæ solutio haud sine grãdi tumultu posteà Tornaci concessa est. Quippe Ioannes Mauretanius Decanorum seu Tribunorum populi princeps, ad seditionem extemplò multitudinem impulit, signísque explicatis cum ea forum obtinuit, vbi palàm fuit, legatos tam carò inducias & commercium emisse, vt esset necessariò cereuisiis, & seruitiis ad eam repræsentandam Duci summam vectigal indicendum. Propiúsque res abfuisset ab mutuæ cædis periculo, nisi tempestiuè quorumdam sapientia opificum furor posuisset. Apud Atrebates in monasterij Vedastini Antistitem electus est Ioannes Clericius patria Duacensis. Multa hominem fuisse virtute comperio, & sapientia: plurimúmque studium & opes maximas ad subleuandas egentium necessitates contulisse. & cùm insigni amicitia beatissimam Christi parentem prosequeretur, in eo denique monasterio legem sanxisse, vt perpetuum ad eius honorẽ Missæ sacrificium peragatur in eo sacello, quod ipse plurimus exornauit. Postmodum hoc anno desinente, ac ineunte sequenti, cùm frequens Insulæ esset Dux Burgundiæ, magnam in Gallo-flandria concionibus famam sibi conciliauit Thomas Conecta religione Carmelita, Britannus genere. Pridie Natalium Christi Duacum appulit multo discipulorum & sui Ordinis hominum comitatu. In domo Templariorum sedem delegit. Nocte media, & sub auroram Missæ sacrificium obtulit: deinde pastis Christi corpore sociis, è pulpito ad circũfusam multitudinem tanta vi, adeóque doctè concionem habuit, vt omnes admiratione defixerit, & sparsam, priusquam veniret, famam superauerit. Sequenti luce, cùm passim vulgaretur, de S. Stephani agone sermonem facturum, tantus hominum ibidem loci concursus fuit, vt templum vix mediam partem caperet, ideóque in prato propter ędem concionari oportuerit. Ac tum auditores in maiorem sui admirationem pertraxit.

Margin notes:

sus eos, qui secreta Senatus euulgant.
Liber Rosfin.

Burgundus iterum copias ducit in Hollandiam.
Monstrel. to. 2. Iac. Meier. l. 16. Parad. Heuter.

Ibique hosté superat.
Iac. Meier. l. 16. Monstrel. to. 2.

Cominium ardet.
Iac. Meier l. 16.

Hollandiam rursus adit Burgundio, ibique pacem compoνit.
Monstrel. to. 2. Iac. Meier. l. 16. Sauuag. c. 103. Parad. Heuter. Monstrel. to. 2. Iac Meier. l. 16 Sauuag c. 103.

Tornacenses denuo inducias & negotiationem à Burgundo pecunia impetrant.
Iac. Meier. l. 16. Monstrel. to. 2.

Ioannes du Clerc fit Abbas Vedastinus.
Iacob. Meier. Chron. Vedast. Berred. Locr.

Thomas Conecta in Gallo-flandriam venit, ibique concionatur.
Monstrel. to. 2. Iac Meier. l. 16. Lib. MS. Duac. Paradin.

A

AN. 1428.

B

C

D

Protenso

A Protenso fune mulieres à viris semper arceri iubebat concionis tempore. Cùm diceret, in vitia totus ardebat: sed præsertim fractam Sacerdotum pudicitiam, sordesque pecuniarias carpebat: ciuium vinolentiam & matronarum luxus criminabatur. Postridie S. Stephani Insulam venit. Multum hîc tempus agitauit, ac septemdecim sacris sermonibus ab vitiis ad virtutem omnes traducere conatus est. Frequentabat eum locum, vbicumque diceret, eum multa Nobilitate Burgundiæ Dux Philippus. Ferunt ea semper hac in vrbe Thomam septum cōcione hominum, vt, cùm paucissimi numerarentur, octo circiter millia conuenerint, ad duodecim pluráue millia sæpiùs aures dicenti præbuerint. Quòd in hoc oppidum Burgundus, viríque principes multi generis luxum induxerint, tum temporis omnia festis lusibus, choreis, & insanis conuiuiorum apparatibus feruebant. Vario matronæ corporis cultu speciem venditabant pudorémque: & quasi tæderet breuitatis corporum, aut libertatis, aliè surrectis cornutísque turribus inserebant capita. ita cum viris nobilibus vel diem mero frangebant in conuiuiis, vel saltationibus & lusibus variis operam dabant,
B pronis ad pessumdandum pudicitiæ florem rebus. Igitur cùm hæc Thomas accepisset, ad ea penitùs tollenda nequitiæ instrumenta laborem & industriam contulit. In eum ipse fastum cultúmque mulierum, in ludorum genera, epularúmque luxum acerrimis è sacro pulpito verbis inuectus est. Dein pueris potestatem fecit ita cultas mulieres conuiciis incessendi, earúmque per ludibrium detrahendi capitibus turres & cornua, necnon ipsas sordibus & luto inficiendi, postquā admonitæ non resipiscerent. Adeòque hæc valuere, vt nullæ ampliùs fœminæ tali ornatu conciones eius celebrauerint: quædam etiam pœnitentia ductæ ad ipsum id genus mundi muliebris detulerint: aleæ, fritilli, chartæ lusoriæ, schacchi, eiúsque modi ludorum instrumenta quamplurima ipsi tradita fuerint, quæ mox in foro palam populo eius imperio flammæ hauserint. Ergo succensis vitæ melioris desiderio multorum pectoribus, Tornacum Thomas abiit. Sex ibi dies transegit, eiúsque concionibus par fructus respondit. Inde cùm Duacum repeteret, per viam Orchiacum, & Caruinium sermonibus cor-
C ripuit. Pridie Purificatæ Virginis Duacum ingressus, aliquanto plus temporis exegit increpandis illic hominum vitiis. Et quamuis tanta libertate in cuiusque ordinis mores inueheretur, vt etiam maximos quosque pudore suffunderet: adeò tamen ea dicendi ratio placuit, vt fermè ad quingentos ciues Atrebatum vsque audiendi cupido pertraxerit. Memorat Enguerrannus Monstreletus, cùm iter faceret, in breuis staturæ mulo sedisse; Ordinis sui nonnullos Religiosos ac discipulos pedibus incedentes comitatum in primis præbuisse: itum passim obuiàm ab ciuitatibus, ad quas erat diuersurus: non modò è vulgo, verùm etiam è primaria Nobilitate viros magnos & cingulo fulgentes Equestri portis effusos: ex his aliquos muli frænum contingentes ad hospitium deducere solitos, quod semper apud hominem opulentissimum parabatur: socios eius in alias primorum ædes receptos: summum eos beneficium sibi factum reputasse, quorum ipse tecto mensáque vtebatur: quocumque Thomas peruenirer, maximo ciues studio è materia ingens pegma surrexisse, idque maximi pretij pannis, & tapetibus decorasse, vbi sacrum ipse perageret, & multis ad
D virtutem è pulpito verbis populum accenderet. Premebatur interim ab Anglis arctissima obsidione Aurelianensium ciuitas: ideoque sexcentis septus equitibus Parisios Burgundus abijt, vt cum Bethfordio Duce nōnulla tractatet. Venit tunc eodem ab Rege Carolo & Aurelianensibus legatio, vt Burgundo vrbem eiuesque dederēt, quòd Anglorum ij superbiam & insolentiam auersarentur. Noluit legatis quidquam Philippus respondere, priusquam Bethfordius annueret. Bethfordio Anglisque displicuit tum legatio, tum oblata Burgundioni deditio: statimque superbè responderunt; Haud esse rationi consentaneum, vt ipsi labores impensásque obsidionis tolerent, alius victoriæ fructu gaudeat. Eo sermone non parum ab Anglis alienatus Philippi est animus: ipséque post breue tempus in Gallo-flandriam remeauit. Hic grauissima pulsatus ægritudine non procul à mortis limine abfuit. Verùm in pristi-
AN. 1429. nam ope Medicorum sanitatem restitutus, Hesdinium adijt. Illic dum se recreat in amœnissimo totius Artesiæ tractu; Ioannæ virginis opera commeatus Aurelianum

Burgundio in Galliam ad Bethfordium abit.

Monstrel. to. 2. Iac. Meier. l. 16. Heuter. l. 4.

Inde reuersus ægrotat.

interuntur, eàque ciuitas Anglorum liberatur obsidio. Et mox ad eum à Bethfordiç Duce legati venere, qui Parisios ad colloquium euocarent. Post dies paucos equitibus octingentis comitantibus eò Philippus intendit. Inter alia illic ab vtroque constitutum est, vt, renouato fœdere, aduersus Carolum Regem totis viribus decernerent. In Artesiam inde regrediens, sororem suam Bethfordij coniugem secum deduxit, eámque Lendij collocauit. Elapso breui tempore, magno comitatu Carolus Remos proficiscitur, ibíque solitis in Franciæ Regem vngitur cæremonijs. Multos subinde locos Anglis & Burgundis eripit. Obuiàm ei posteà venit Franciæ Rector Bethfordius ingentes Anglorum, Francorum, & Burgundionum copias ducens. nihílque magis optabat, quàm manus cum hostibus conserere. Duos dies, totidemque noctes aduersæ acies in procinctu pugnæ constiterunt iuxta Syluanectum. Sed breui tantùm in Francos à Picardis velitatione certatum eo successu, vt maximam à Bethfordio laudem meruerint. Inter alios Burgundionis ductores stabant illic auidi pugnæ Hugo & Ioannes Lannoyj, magna Gallo-flandriæ lumina. Paucis diebus interiectis, Carolum Regem incessit cupido pacem à Burgundo petendi: eiúsque

Carolus Rex Franciæ vngitur. Monstrel. to. 2. Gaguin. lib. 10. Æmyl. lib. 10. Nicolaus Gill. Iac. Meier. l. 16. Sauuag. c. 104. Belleforest. l. 5. c. 89. Heuter. Bethfordius in eum copias ducit. Auctores citati.

Carolus Rex à Burgundo pacem petit. Monstrel. to. 2. Iac. Meier. l. 16. Sauuag. c. 106. Belleforest. l. cit. Parad. Heuter lib. 4. Sed non impetrat. Auctores citati.

B

gratia legatos Atrebatum misit, quietem armorũ, & patrati in Ioannem Burgundiæ Ducẽ parricidij veniam oratum. Non abhorrebat à ponẽdis armis, exstinguendísque odijs Burgundus. & Principum ac procerum plerique, dum Regis petitio in Conuentu agitatur, ad pacem eumdem vehementer impulere: ideóque Francis responsum est, breui ad Regem ituros ea de re legatos. Verùm à Duce Bethfordio iam reuersi Ioannes Toisiacus Tornacensium Pontifex, & Hugo Lannoyus Gallo-flandriæ Præfectus, Ducem Philippum seriò admonuerunt, ne quos maturaret ad Regem Franciç Carolum de pace legare. omninò enim quç nuper cum Bethfordio pepigerat, integrè seruanda, nisi aduersam fractæ fidei famam contrahere optet. Igitur nullos, qui cum Rege Carolo de pacis legibus tractarent, Burgundus ablegauit. Contrà, ipse sub finem Septembris multo instructus comitatu per Picardiam Parisios proficiscitur, quos frustrà virgo Ioanna oppugnauerat. Illic dum agit, & honore plurimo à Parisiensibus colitur, eius Præfecturam vrbis capere cogitur absente

Burgundus in Galliam proficiscitur. Monstrel. to. 2. Iac. Meier. l. 16. Sauuag. c. 107. Belleforest lib. 5. cap. 90. Parad. Heuterus.

C

Bethfordio. seruandas ad vsque sequentis anni Pascha suos inter regiósque inducias paciscitur, quò multa quietius domi peragat. Exactis illic tribus dierum hebdomadis, relictóque ad vrbis tutelam Villersio, in Flandriam reuertit. Hîc nonas cum Elisabetha Lusitaniæ Regis filia nuptias contrahit, & quæ tum ipsi excipiendæ, tum festo connubiali opportuna iudicabat, ingenti cura luxúque comparat. Ad diem Ianuarij decimum indictus est cæremoniarum nuptialium, & conuiuij triumphus:

Ibique Francis inducias concedit. Iac. Meier. l. 16. Paradinus.

Nuptias cum Elisabetha celebrat Brugis. Monstrel. to. 2. Iac. Meier l. 16. Parad. Heuter.

isque Brugis magnificentissimè, & apparatu regio celebratus est. Ac tunc nouo Dux creauit instituto Equestre Velleris Aurei Collegium, inque illud ex varia Nobilitate quatuor & viginti Equites adsciuit. Postquam octo dies apparatissimis conuiuijs, equestribus decursionibus, ludísque varijs absumpti sunt Brugis: nouam Burgundus nuptam Gandauum deduxit, indéque alia Flandriæ oppida cum ea peragrauit, vt magno vbique cultu exciperent ciues, ac pretiosis muneribus donarent. Grauis interim motus omnia Gerardimonte turbauit, cuius prætor erat Guislenus Halevinus apud Gallo flandros magno genere natus. Vitales quosdam redditus, vt vocant, quibus oppido pendendis obnoxij quidam erant, Senatus vendiderat. Ægrè

Aurei Velleris Equites instituit. Iidem auctores. Sauuag. c. 107. Belleforest. lib. 5. cap. 90.

Motus Gerardimonte oritur. Iac. Meier. l. 16.

D

id factum ciues tulere: ac Ioanne à Bocholto & Colardo tonsore ducibus arma corripuere. Propiúsque à cędibus popularis furor abfuisset, nisi Guislenus secundùm factam sibi à Burgundo potestatem motus principes manu prehendisset, eorúmque capita ferro abscissa portarum fastigijs imposuisset deterrendis eo ceteris spectaculo. Sub Paschatis festum è ditionibus suis insignem armatorum hominum multitudinem Peronæ sub signis esse iussit Dux Philippus, eóque cum vxore profectus, nouum in Francos, inducijs iam finitis, bellum orditur. Thoisiacum imminens Isaræ flumini oppidum capit diruítque. Aduersus Caroli Regis copias iuxta Clariacum pugnat feliciter, eóque prælio Ioanna virgo in manus Burgundionum venit. Vallatum posteà obsidione Compendium. Ijs in castris dum hæret Dux Burgundiæ, in Brabantia Philippus eius Princeps, & Castellanus Insulensis mortem oppetit Louanij.

Eum cohibet Guislenus Halevvinus.

Burgundus in Galliam bellum renouat. Monstrel. to. 2. Iac. Meier. l. 16. Sauuag. c. 108. Belleforest l. 5. cap. 91. Parad. Heuter.

Dux Brabantiæ vita defungitur. Monstrel. to. 2. Iac. Meier. l. 16. Parad. Heuter.

A uanij. Diuturno priùs morbo, eóque perdifficili contabuerat. Innata plerisque ideò fuit suspicio, lethum ei quorumdam maleficio procuratum. Et mox aliqui è familia eius comprehensi, ac dirissimis quæstionibus excruciati sunt, vt eius criminis veritas extorqueretur. Nihil tamen ab ijs exprimi potuit: iactatúmque à Medicis est, quibus fuerat vsus, per iuuenilem intemperantiam, equestrium immoderationem certaminum, aliósque creberrimos eius generis labores contractam eam ægritudinem fuisse, acceleratámque mortem. Perlatis ad Burgundionem in castra Compendiana eius de Principis exitu nuntijs, Insulam is maximis itineribus venit. Hic suarum proceres ditionum in cœtum conuocat, vt eorum consilijs expendatur, num iure Brabantini Ducis, qui nondum nuptijs constrictus vitam exuerat, hereditatem petere possit. In varias itum sententias est. Ad viduam Comitis Hannoniæ, vtriusque Ducis amitam, eum potiùs Ducatum spectare quidam arbitrati sunt. Pars tamen potior ob cognationem Burgundo eum deberi decreuit. Igitur ea fultus sententia Burgundio in Brabantiam magna pōpa & apparatu profectus est, vt eam cerneret hereditatem.

Burgundio Insulam redit, & Conuentum habet de Ducatu Brabantiæ. *Monstrel. to. 2. Iac. Meier l. 16. Sauuag. c. 109. Paradinus.*

Inde Brabantiam adit, eiusque possessioné init. *Iidem auctores. Heuterus.*

B Ibi non leuiter aduersari sibi amitam sensit: duósque menses absumpsit, priusquam pacificè eius possessionem Ducatus iniret, vnáque Limborgum in potestatem pertraheret. Quæ per matrem Walerandi Luxemburgij filiam Brabantus possidebat, ad Margaretam, Ioannis Luxemburgij Walerandi fratris viduam, deuoluta sunt omnia. Erant ea præsertim D. Pauli Comitatus Lignijque, & Insulensis Castellania. Quòd igitur illa Petrum & Ioannem filios haberet, D. Pauli Comitatum & Insulensem Castellaniam Petro, Lignium Ioanni attribuit. Priusquam è Brabantia Burgundus excederet, hi duo fratres, Hugo Lannoyus, ceterique Ductores Compendium obsidentes, magnam à Francis cladem accepere. Etenim plerisque suorum in conflictu peremptis, & castris exuti sunt, & omni apparatu bellico. Affecit vehementer Burgundum ea calamitas: vtque de hostibus vindictam caperet, Peronam adiit. Sed quos inde aduersus eos equites misit Germiniacum, in via deprehensi à Ponthone Santreilla cæduntur grauiter. Fusi quoque Burgundiones multi ad Crosettam in Cathalaunicis campis.

Petrus Luxemburgius fit Insul. Castellanus. *Francisc. Pietrus. Vanderhar, de Insul. Cast. li. Monstrel to. 2. Iac. Meier l. 16.*

Varijs cladibus copiæ Burgundi afficiuntur. *Nicolaus Gill. Monstrel to. 2. Gaguin. lib. 10. Iac. Meier. l. 16. Sauuag. c. 109. Belleforest lib. 5. cap. 91. Parad. Heuter.*

C Et non diu pòst in Flandria motus ingens Colardum à Clyto Gallo-flandricæ Nobilitatis principem virum, & Casletum in maximum discrimen adduxit sequentis anni

AN. 1431. Ianuario mense. Supremus erat Colardus Casletensis oppidi ac territorij Baillivus: eúmque Magistratum seueriùs administrabat (quippe à natura æqui tenax, & violatarum vindex legum acerrimus) quàm plerique cuperent. Cùm igitur inolitam illic per rixas & domesticas contentiones mutuo corpora ferro induendi consuetudinem opprimere moliretur: complures eiusmodi certaminum & plagatum auctores grauibus admodum pœnis coërcuit. Quædam insuper ab antiquo perperam in mores inducta, & recenter edicto Burgundiæ Ducis prohibita, prorsus abolere contendit. Hæc omnia dum plerique ciues, quibus eæ consuetudines placebant, exulceratis iam animis perspiciunt, quàm maximo tandem aduersus Colardum furore rapiuntur, & tumultum in oppido suscitant. Reliqui confestim armis telísque instructi, ad voces eorum domo erumpunt, & in Bailliuum ac Senatum feruntur præcipites.

Tumultus Casleti suscitatur, opprimiturque. *Iac. Meier. l. 16.*

D E pagis etiam vicinis oppidóque obnoxiis plurimi perditæ frugis homines aduolant, ac intra breue tempus ad triginta circiter millia varios in cœtus coëunt, & grauissimis regionem damnis afficiunt. Verùm vix eam Colardus seditionem & tempestatem Burgūdo significauit, & aduersus eam auxilia petijt, cùm is ex Atrebatibus & Gallo flandris (iam enim ex Gallia reuerterat) exercitum cogit, & quamuis atrocissimè frigus sæuiret, in Casletensem agrum rapit. Constitutum huic erat in coniuratos impetum facere, nisi arma ponerent, & in gratiam redirent traditis capitibus factionis. Trepidauere ad eius aduentum quamplurimi, ideóque manus conserere abnuerunt. Pars igitur in latebras condi; pars aliò in tutum diffugere; pars misericordiæ se Ducis committere positis armis. Cum his actum clementiùs. Aliorum quidam è fuga & latibulis retracti, captiue. In Nepiensi nemore deprehensis iniectæ catenæ. Quibus facinoris venia concessa, sex aureorum ij millia soluēre. In vinculis Duacum abductus est Balduinus Bauinchouiæ regulus, quem coniurati Præfectum

legerant, eiúsque bona in fiscum Principis redacta. Præcipuis factionis auctoribus Arnoldo Kiekeno, & Iacobo Lottenio fractæ ferro ceruices. Ardebat interim graue bellum in Lotharingia, Renato Barrorum Duce, & Comite Vaudemontio, de Lotharingiæ Ducatu disceptantibus. Licet enim secundùm Renatum Basileense Concilium sententiam tulisset, quòd is defuncti Ducis vnicam filiam coniugem haberet: nihilominùs tamen eum sibi Principatum deberi Vaudemontius contendebat; quòd ipse demortuo Duci frater superuiueret. Et iam ab Renato Vaudemontium vrbs arctissima premebatur obsidione: nulláque fermè spes dabatur liberandi, nisi aliunde accirentur subsidia. Igitur Vaudemontius à Burgundo copias auxiliares petiit. Is partim è Belgio, partim è Burgundia quatuor millia misit armatorum hominum, in quibus erant Atrebatenses, Ambianenses, alijque sagittarij. His acceptis Vaudemontius copiis, quas Antonius Tholongius Burgundiæ Præfectus ducebat, aduersus Renatum progreditur adulto mense Augusto. E castris cum suis ex opposito Renatus occurrit longè maiori instructus exercitu, & contemptim prælium capessit. Verùm ipse, cùm validam hostium impressionem minimè toleraret, suos illicò fundi fugarique admodum sensit; viuúsque ab vno clientium Insulensis Castellani Petri Luxemburgij captus est. Ergo victoria insigni potito Comite Vaudemontio, in Burgundiam à Tholongio Diuionem, dein eo de loco ab aliis Insulam Renatus abducitur. Hic tamdiu est in custodia detentus, donec filios obsides dedit: neque hos priùs recepit, quàm ingentem numerauit pecuniam. Exeunte Nouembri Anglorum Rex Henricus annos vix duodecim natus Parisios adiit, ibique maximo Parisiensium plausu cultúque in Franciæ Regem vnctus est. Ipso D. Andreæ Apostoli festo nobilissimum Dux Philippus Insulæ consessum Aurei Velleris indixit. Biennio antè fuerat institutus is Ordo Brugis, cùm is Princeps ducta in coniugem Elisabetha Ioannis Lusitaniæ Regis filia celebraret apparatu regio nuptias: Ictíque tunc erant certo Equites numero, qui sub Philippo capite Collegium militare constituerent, aureo torque ac Vellere insignes. Nondum tamen huius Ordinis Comitia vsquam habita fuerant, nondum leges traditæ. Igitur cùm venisset Insulam Philippus, omnémque secum Burgundiæ ac Belgij Nobilitatem traxisset: nonaginta circiter & quatuor legum capita conscripsit, quæ ab sociis Equitibus seruari cuperet, eáque sigillo suo muniuit die Nouembris vigesimo septimo. Vbi verò Conuentus Equitum primus haberetur, delecta est Canonicorum D. Petri ædes. Illic ante omnia nono ac vigesimo die Nouēbris eo decori omnes habitu, quem Dux præscripserat, ac in equis sublimes, combinatim ad Beati Petri templum progrediuntur, vt ab Clero cum cantu inducti Vesperas audiant. Itur eodem postridie (lux ea Beato Andreæ sacra erat) vt omnes sacra mysteria, concionem, & oblationem celebrent. Inde reuersos magnificentissimum excipit conuiuium. Insecuto die Roberto Masemæo ab toto iusta Collegio persoluuntur. Interim scriptæ legis capita Equitibus ab Duce oblata, summóque à singulis honore, & gaudio suscepta sunt. Duo ac viginti tantùm Equites aderant. Aliorum Philippus Dux vnum è catalogo expunxerat, alterum mors fortiter pugnantem abstulerat. Illi nomen erat Ioanni Nouocastello, Montis Acuti domino. Alter Robertus nomine Masemæij, seu Mamisnij, regulus fuerat. Horum igitur locum adepti Fridericus Meursij Comes, & Simon Lalainius Hantæ dynasta. Triduum absumpsit is Conuentus: eóque tempore, peracto Missæ sacrificio, conuiuiis, saltationibus, & ludis vbique Insula feruebat. Peruenit interim ad Nicolai titulo S. Crucis in Ierusalem Cardinalis Rothomagi agentis cognitionem, quanta Insulenses religione sacram Deiparæ Virginis, quam à Cancellis nominant, statuam in D. Petri templo prosequantur; quantóue ardore indictam ad eius honorem quotannis proxima post festum Sanctissimæ Trinitatis Dominica Supplicationem obeant. Vt igitur eam ciuium aliorúmque aduenientium foris hominum pietatem sanctúmque studium in dies magis acueret; omnibus, qui dicta luce suppliciter viam sacræ Processionis pompæ destinatam carperent, dies centum iniunctæ pro peccatis pœnitentiæ liberaliter remisit; qui verò diebus octo sequentibus idem peragerent, quadraginta.

Comiti Vaudemōtio subsidia mittit Burgundus.

Monstrel. to. 2. Auct. Anonym. Iac. Meier. l. 16. Belleforest. lib. 4. c. 94. Polydor. Vergil. VVassebury Paradin. Heuter.

Renatus Lotharingiæ Dux capitur, & Insulam ducitur.

Auctores citati.

Vet. Chron. Fland. ms.

Henricus in Franciæ Regem vngitur.

Monstrel. to. 2. Iac. Meier l. 16.

Primus Aurei Velleris Equitum consessus Insulæ.

Monstrel. to. 2. Iac. Meier. l. 16. Ludouic. Guiccard. Antiqq. monum. Insul. Vide Gallo-flandr. nostram l. 2. c. 13.

Nomina eorum vide in Gallo-flandr. loco citato.

Indulgentiæ pro Supplicatione Insul. concessæ.

Littera Nicolai.

A

B

C

D

A AN. 1432. Anni sequentis initio vehementer auctum est annonæ pretium. Sed Augusto
mense allata vndique in Gallo-flandriam vina, frumentáque adeò viluerunt, vt ea-
vtrorumque vbertas prioris necessitatis memoriam induxerit. Frustrà his tempori-
bus in Francia laborauit S. Crucis Cardinalis, cujus antè meminimus, ad Regum
Franciæ Angliæque, & Burgũdiæ Ducis conciliationem incumbens Martini Ponti-
ficis Maximi mandato, tantúmque ad sex annos inducias potuit impetrare. Verùm
vix datum his initium fuit, cùm assuetorum prædis militum vitio violantur maximè.
Per Augustum interim exortus est in Flandria non leuis tumultus nouæ monetæ
gratia. Ea enim dum cuditur, plurimum veteris pretio detractum fuit. Id quod popu-
lus grauiter ferens, palàm fremit, paucorum auaritia Rempublicam pessumdari, nul-
lo se vnquam modo passurum, vt tãto Reipublicæ damno quorumdam inexplebilis
cupido pascatur. Cùm igitur omnes Flandriæ ciuitates frustrà contendunt, vt Bur-
gundiæ Dux huic iniuriæ modum afferat: textores, aliíque opifices Gandaui arma
corripiunt, iráque æstuantes, quosdam è ciuibus obtruncant, aliorum ædes diripiunt,
B qui fuga euaserant; publicum vrbis carcerem irrumpunt, indéque captiuos extra-
hunt; aduersus Senatores stringunt gladios; vrbem totam seditionibus miscent. Tam
prauo ciues alibi exemplo ad rerum turbida rapiebantur. Verùm breui oppressum
id malum fuit, condonata Gandensibus facinorum venia, solâque in pœnas indicta
per Ducem pecunia. In Francia rursus de pace inter duos Reges, Ducémque
Burgundiæ componenda, per Pontificios, aliósque Legatos actum est Autissiodo-
ri. Nihilo tamen plus effectum, quàm anteà. Ad paternæ cædis expiationem ea
Burgundus flagitabat, quæ Carolo Regi minimè tolerabilia videbantur.

AN. 1433. Currente anno Christi supra millesimum & quadringentesimum tertio ac trigesi-
mo, apud Præfectum Gallo-flandriæ questi sunt grauiter Duacenses, concessum sibi
à Flandriæ Comitibus forum frumentarium violari. Cùm enim lege statutum fuis-
set, ne quis per circumfusam Duaco regionem intra quinque leucas vllum frumenti
genus in pagis emeret: magnum iis dolorem faciebant, qui nihil pensi ad illud edi-
C ctum habentes, multam frumenti vim Lalainij, Courtieriis, & alibi pretio compa-
rabant, alióque vel curribus, vel flumine deuehebant fraudandis vectigalibus. Quòd
igitur ea res in maximum vergeret tam Comitis Flandriæ, quàm Duacensis oppidi
damnum, quos ea vectigalium furtiua defraudatiò grauiter afficiebat: Præfectus Dua-
censi Baillino, aliísque Principalibus ministris admodum mandauit, vt diligenter
animaduerterent, ne quid in posterum Duacensium priuilegium, & vtrumque æra-
rium detrimenti pateretur. Secunda Iunij luce supremum diem obiit Insulę Ioannes
Toisiacus Tornacensis Episcopus, magna vir ætate, quem charissimum semper ha-
buerat Philippus Burgundiæ Dux, supremúmque sibi legerat Cancellarium. De suc-
cessore grauissima exorta est contentio. Regis Francorũ Caroli fultus auxilio Ioan-
nes Haricuria hunc Episcopatum ab Summo Pontifice primus impetrauerat. Erat is
Ambianensis Pontifex, parum Burgundo acceptus. Et quamuis ab eo Duce rogatus
fuisset, ad eam ne dignitatem aspiraret vnquam, tamen vel vtriúsque Pontificatus
iungendi, vel saltem pinguioris Magistratus acquirendi cupidine impulsus, nihil non
D egerat, vt Tornacensibus præesset. Exarsit eam ob rem Burgundus vehementer,
quòd omninò statuisset, Ioannem Cheuerotum Rothomagensem Archidiaconum,
quem in suorum participationem consiliorum adsciuerat, Tornacensibus infulis or-
nare. Et grauiter Haricuriæ mandauit, ne Tornaco pedem ad capessendum eum
Pontificatum inferret. Spreuit nihilominus Ducis imperium Haricuria, & Torna-
cum misit, qui nomine suo sacri possessionem Magistratus caperet. Dum ita Dux &
Haricuria contendunt, Iulio mense D. Pauli Comes & Castellanus Insulensis Petrus
Luxemburgius ad obsidionem S. Richarij mille ac ducentos partim Anglos, partim
Burgundiones & Picardos deduxit. Postquam id oppidum in deditionem venit,
Blangiacum easdem traxit copias, vt arcem subinde Mouchiacensem suæ potestati
subderet. Verùm ibi dum quietè sub tentoriis tantisper agitat, donec Præfectus eius
arcis dedat sese pactis iam conditionibus, intra breue tempus epidimica lue absumi-
tur. Filius eius maximo natu Ludouicus admodum iuuenis, & annum vix quintum

Annonæ caritas, & vilitas. *Lib. ms. Duac.*

Inter Reges & Burgundũ induciæ. *Monstrel. to. 2. Iac. Meier. l. 16. Heuter. lib. 4.*

Motus in Flandria ob monetam. *Monstrel. to. 2. Iac. Meier. l. 16. Bellefor. Heuter.*

Inter Francũ, Anglum, & Burgondum pax denuò frustrà tentatur. *Iac. Meier. l. 16. Bellefor.*

De priuilegio frumentario violato Duacenses queruntur. *Regest. Duac. Senat.*

Tornacensis Episcopus moritur: & de successore ingens oritur controuersia. *Monstrel. to. 2. Commentar. mss. Tornac. Iacob. Meyer. lib. 16. Paradinus. Iean. Cousin.*

Castellanus Insulensis S. Richarij oppidum capit. *Monstrel. to. 2. Iac. Meier. l. 16.*

Et paullò post extinguitur. *Ijdem auctores.*

Nouæ ob Insulẽsem Processionẽ Indulgẽtiæ conceduntur. *Litter. Eugen. Papæ.*

ac decimum explens, in partem hereditatis S. Pauli Comitatum, & Insulensem traxit Castellaniam. Gliscebat interim ad eorum memoriam, quæ nuper S. Crucis Cardinalis Insulensibus concesserat, in animo Philippi Ducis erga D. Virginis Cancellatæ statuam Insulæ constitutam religio. Quam ob rem vt non modò ipse maiori eam cultu in dies prosequeretur, verùm etiam plurimi mortales studio eius exardescerent, apud Eugenium totius caput Ecclesiæ per litteras egit, vt aliquid eam venerantibus indulgeret. Igitur is Pontifex Maximus Romæ dum ageret, Septembri mense sacrum Insulam diploma misit; quo singulis hominum ea Dominica, quæ proximè succedit venerabili Christi Corporis festo, ambulabilem, sacrámque cælorum Reginę Supplicij pompam frequentantibus annos septem totidémque dierum pœnitentiæ quadragenas remitteret; aliis per octonos posteà dies eiusdem piæ Processionis viam suppliciter obeuntibus quaque vice iniunctas in dies certum pœnas abstergeret. Ipso posteà D. Andreæ festo, dum esset Burgundus Diuione, nobilissimum habuit Equitum Aurei Velleris consessum: ibique alios inter Ioannem Luxemburgium Hauboutdinij regulum in id militare Collegium admisit. Paucis inde- B

It Burgundus in Burgund. & Sabaudiam. *Monstrel. to. 2. Iac. Meier. l. 16. Heuter.*

diebus in Sabaudiam idem abiit, vt cognati sui Ludouici Gebennensis Comitis cum AN. 1434.
Anna Ioannis Cyprij Regis filia nuptias celebraret. Illinc per Burgundiam in Flandriam iter relegit sexcentis equitibus cataphractis comitantibus. Vix hic pecuniam ad noui belli neruos collegit, cùm rursus in Burgundiam profectus est aduersus Bourbonij Ducem Carolum. Vbi Villam Nouam de Bourbonio cepit, ditiones eius admodum copiis suis infestas habuit. Ergo dum posteà Niuernij sub finem anni moratur, supplex eò ad ipsum Agnes soror, eiúsque maritus Bourbonius veniunt, pacémque flagitant. Non renuit bonis hanc conditionibus impertiri Burgundus, vt AN. 1435.

Monstrel. to. 2. Iac. Meier. l. 16 Paradin.

Legatio Frãci ad Burgundũ pro pace. *Monstrel. to 2. Iac. Meier. l. 16. Paradin.*

quem belli iam eius tædium cepisset. Parum temporis intercesserat, cùm eodem adeunt Richemontij Comes equitum Frãciæ Magister, Remensium Dux ac Pontifex Reginaldus, Franciç Cancellarius, alijque de pace cum Rege Francorum Carolo ineunda sermonem iacturi. Et hos Philippus animo minimè aduerso recepit, póstque varia de amicitia & armorum quiete colloquia, diem statuit conciliandæ Atrebati æquis legibus paci ad mensis Iulij Kalendas. Hæc dum illic tractarentur, acerrimum C

Frigus ingẽs. *Monstrel. to. 2 Iac. Meier. l. 16.*

frigus erat, quo December, Ianuarius & Februarius adeò nobiles fuerunt, vt mensuram vlnæ glaciei densitas excederet. Verno tempore coniugem, filiúmque Carolum ex Burgundia ducens in Belgium rediit Burgundus. Hic è tota Flandria, Atrebatibus, Brabantia, ceterísque aliis ditionibus suis viros nobiles Atrebati esse Kalendis Iulij imperat. Qui ad eum diem legatos Regis Anglorum eodem inuitent, Hugonem Lannoyum, aliósque in Angliam mittit. Interim Ludouicus S. Pauli Comes & Insulensis Castellanus cum Maria Roberti Barrensis Marliæ Comitis filia contrahit celebrátque magnificentissimè nuptias Bohani, Ioanne Luxemburgio patruo sumptus ingentes faciente, vt vario conuiuiorum ludorúmque apparatu lætitiam patefaceret. Postquam verò Cardinales Sanctæ Crucis Cypríque à Pontifice Maximo missi, Francorum Regis Caroli, Anglorúmque Henrici legati, déque omnibus ferè Christiani orbis regionibus nobilissimi homines Atrebatum eo numero peruenere, vt intra vrbem supra decem equorum millia numerarentur: de pace cœptum est agi D

Dies dicitur stabiliendæ paci Atrebati. *Monstrel. to. 2. alij postea citandi.*

Ludouici Insul. Castell. nuptiæ. *Monstrel. to. 2. Iac. Meier. l. 16.*

Conuentus pro pace Atrebati. *Monstrel to. 2. Nicolaus Gill. Gaguin. lib. 10. Æmyl. lib. 10. Iac. Meier. l. 16. Parad. Bellefor. Heuter. aly.*

feriò. Inter Francum Anglúmque ea minimè potuit componi: quòd Anglus titulo Regis Franciæ exui nollet, pluráque peteret, quàm Francus statuisset concedere. Ad molliendum vehementiùs Burgundum Caroli Regis legati supplices ei fuerunt, éque genibus paternæ cædis veniam domini sui nomine flagitarunt. Non tenuit tunc lachrymas pius Princeps, omnémque ex animo iram eradens, pacem facturum se promisit iis legibus, quas vnam & triginta proposuit. Post varia colloquia eo Franci deducuntur, vt in omnia Burgundi capita iusiurandum Cardinalibus prętent, itáque pacem adeò desideratam impetrent. Ac tum firmandæ amicitiæ gratia, inter Carolum Burgundi filium, & Catharinam Franciæ Regis filiam contractum est matrimonium: & ab omnibus cum Anglo initis fœderibus Cardinales Pontificis Maximi voluntate Philippum Ducem soluêre.

Ibique pax confecta. *Iidem auctores.*

ANNALIVM GALLO-FLANDRIÆ LIBER NONVS.

A IGITVR postquam æquis conditionibus pax composita fuit, & in Francia Belgióque promulgata vndecimo Kalendas Octobris: ingens vtrobique omnes voluptas & lætitia incessit, quos grauia diuturni belli damna vehementer affecerant. Solùm Angli ob eam turbati concordiam, & maximis in Philippum Ducem iris accensi sunt, quem acerbissimis, vt periurum, probris passim & calumnijs lacerauere. Statimque Rex eorum Imperatorem, Leodienses, Geldros, Colonienses, adeóque Gandenses contra ipsum ad arma impellere molitus est per litteras. Verùm Burgundus interceptis omnibus eius epistolis de bello priùs arripiendo, Caletóque obsidione circumueniendo colloquia

B instituit. In his cùm varijs certaretur sententijs, eò tamen vis maior euasit, vt eam copiæ vrbem circumdarent. Obtentúmque facilè à Gandensibus, Brugensibus, Iperanis, & Franconatibus est, vt pecuniam, viréfque ad eam expeditionem terra conferrent; & ab Hollandis impetratum, vt per Oceanum obstruendo portu multarum classem nauium ducerent. Igitur tempestiuè opportuna bello per Flandriam, Artesiam, Hollandiam, & alias Ducis ditiones comparantur. Mœret interim per Flandriam vtramque quidquid sacro subest iuri Tornacensis Episcopi. Nuper Ioannes Haricuria, cuius anteà meminimus, solemni pompa, & Pontificijs fulgens decoribus Tornacum subiuerat, vt Summi Ecclesiæ Sacerdotis diplomate fultus subditam ei diœcesim capesseret: lætisque ipsum animis Tornacenses effusi portis muros intra duxere, & solitis coluere studijs officijsque. Verùm displicuit ea res magnopere

Burgundus ad Caleti obsidionem se comparat.
Monstrel. to. 2. Iac. Meyer. l. 16. Paradin. l. 3.

Ioannes Haricuria Tornacensem init ciuitatem, ibique Episcopum agit.
Mons. M S S. Tornac. Ecclesi. vide Cousin l. 4. Rer. Tornac. c. 40.

C Burgundo, qui Ioannem Cheuerotum ad eam dignitatem euexerat. Ergo primùm is per omnes Flandriæ locos, qui Tornacensem Episcopum Pastorem agnoscunt suum, prohibuit seuerè, ne quis Haricuriæ iussibus pareret, ne quis pro Episcopo eum coleret: deinde obnoxios Episcopatui redditus per omnes subditas sibi regiones ei pendi vetuit, suóque attribuit fisco. Hæsit nihilominùs Tornaci Haricuria, & quamuis tenui familia vteretur, apud ciues tamē multum venerationis obtinuit. Laborabat hęc inter quidquid extra Tornacum ei suberat, rerum sacrarum inopia: tum quòd Haricuriæ non liceret ad functiones Episcopales portis pedem efferre: tum quòd nondum Cheueroto potestatem fecisset Pontifex Maximus sacram induendi dignitatem. Id quod sanè permultis erat grauissimum, quibus vel necessitas, vel reli-

Burgundio vetat foris quemquam eum pro Episcopo agnoscere.
Eadem mono.

D gio cupidinem iniecerat sacris vtendi. Verùm data post dies nonnullos est insignis opportunitas horum faciendi satis desiderio. Cùm enim Narbonensis Archiepiscopatus Præsule nudaretur, multóque labore apud Romanum Pontificem Burgundus insisteret, vt Cheuerotus Tornacensi Ecclesiæ præficeretur: nihil prius is habuit, quàm vt ortam inter Ducem & Haricuriam controuersiam componeret: ideóque Haricuriam Narbonensem Archiepiscopum nuncupauit, Tornacúmque Ioanni Cheueroto attribuit. Sed quàm ea Pontificis Maximi sententia Burgundo grata extitit, tam iracundiam mouit Haricuriæ obstinatio. Ab eo scilicet nondum impetrari potuit, vt Tornaco discederet, Narbonémque proficisceretur: vel quòd officia ciuium retinerent; vel quòd Ecclesia Narbonensis minùs arrideret. Ergo vehementissimè in eum Tornacúmque exæstuans Burgundus, grauissimo per Flandriam &

Instat, vt Cheueroto adhuc Episcopatū promoto Haricuria Narbonensibus præsit.
Eadem mono.

Cum Tornacēsibus commercium prohibet.
Eadem mono.

A

Hannoniam edicto vetuit quemquam Tornaco inferre commeatus mercésue, ac bonorum eos confiscatione, & capitis pœna perculit, quos eius compertos facinoris deprehendisset. Ciuium quoque Tornacensium bona, vbi per Flandriam, & Hannoniæ fines iacerent, in fiscum redegit. Neque diu pòst Stampanum Comitem cum insigni Auratorum Equitum & Nobilium comitatu misit Tornacum, vt per Stephanum Viuiensem Cheuetoti nomine sedis Pontificię possessionem apprehenderet. Verùm vix Stephanus, inspectante cum suis Comite, Episcopali throno impositus fuit, cùm vis ingens ciuium in ædem se penetrat ferociter, cúmque per summam iniuriam eo de loco sacrilegè extrahit, eiúsque sacram lacerat vestem. omninóque manus suas eius sanguine quidam infecissent, ferro corpus hauriendo, nisi Præpositus vrbis sumptum iri supplicium pollicitus, Stephanum vinculis constrictum in custodiam misisset; ipséque Haricuria furorem oppressisset blandis eos verbis allocutus. Hæc omnia cùm reuersus Atrebatum Stampanus Philippo Duci retulisset, maioribus iracundiæ flammis in Haricuriam & Tornacum is exarsit. Dux tunc aliæ ipsum curæ in varia ducebant studia. Prior ad religionem pertinebat, ad militiam altera. Igitur exeunte Ianuario ad Patres Oecumenici Concilij Basileæ coacti litteras scripsit, quibus admodum flagitabat, vti B. Petrus Luxemburgius Cardinalis in ordinem cælitum referretur. Fuerat is à Guidone Luxemburgio S. Pauli Comite & Insulensi Castellano genitus; matrémque habuerat Mathildem Castillioneam: ipsúmque sanguinis necessitate Burgundum tangebat. Dum viueret, probi mores, Iuris cognitio, nobilissimum genus, obtinuerant, vt Metensium Pontifex anno ætatis quinto ac decimo, quamuis eam dignitatem omnino subterfugeret, crearetur, ac non diu posteà inter Patres Purpuratos à Clemente legeretur. D. Georgij ad Velum Aureum Cardinalem vocabant. Ijs in dignitatibus, tantóque generis splendore, nihil magnum spirabat quærebátue. Animi depressionem, & castigationem corporis vt amabat maximè, ita studebat ijs apud Deum præstare vehementer. Quæ passus erat generis humani gratia Christus Dominus, ea frequentissimè voluebat animo, vti iucundiùs libentiúsque carnem pœnis attereret. eámque ob rem à quibusdam memoratum fuit, oblatum ei per aërem Christum è cruce pendentem, qualis olim affixus patibulo mortem pertulit. Vt summum, vitæ annum vigesimum & secundum agebat, cùm diem extremum obijt. Sed quantum intra id tempus ipsum maturitas morum, & magna vis sapientiæ ornauerant: tantum celebertima post mortem ei famæ sanctissimæ conciliauere miracula. Intra duos ab obitu annos supra nongentas & sexaginta res admirabiles ab eo profectas quatuor reperio. Hæc igitur cùm magnopere multorum animos in stuporem iuxtà & amorem eius raperent: iam aliquoties in Concilijs actum fuerat, vt Diuos inter Petrus conscriberetur. Nihil tamen hactenus eo in negotio admodum fuerat promotum: parúmque Burgundus litteris ac precibus effecit. Eò fortassis non obtentæ à Conciliorum Patribus petitionis causa reijciatur, quòd in Collegium Cardinalium is Clemens adsciuerit, qui vitio creatus Pontifex Auenione contra Vrbanum & Bonifacium legitimè Summos Ecclesiæ Pastores nuncupatos consederat. Alterum autem, quod admodum Burgundus meditabatur, in Anglos bellum erat, & Caleti obsidio. In Flandria multus hominum numerus armabatur. Quæ promiserant, auxilia Gandenses, Brugenses, Iperani, Cortracenses iam sub signa cogebant. Alias in Artesia copias Hannoniaque Dux conscribebat. Nobiles etiam complures ad eam se expeditionem comparabant. Instruebatur quoque classis in Hollandia. Ergo Iunij principio Gandensium eísque iunctorum pagorum copiæ, & Cortracenses, Colardo Cominiensi duce, per Gallo flandriæ fines properant Armenteriam vsque Lisæ fluminis ripam legendo. Alia subinde viâ Ioannes Cominius Iprenses, Ioannes Steenhulius Brugenses, Merchemius Franconates deducunt. Ad triginta ferè obtectorum armis hominum millia numerata, dum Burgundus eum magna cum voluptate lustraret exercitum. Curruum vel machinis, vel commeatibus onustorum vix poterat iniri numerus. Verùm hic omnis breui apparatus in nihilum recidit. Etsi námque florentissimis ijs copijs circumdatum fuerit Caletum, Hollandúsque multis nauibus ex opposito eius vrbis

Margin notes (left): *Stephanum Viuiensem mittit, vt Episcopatus possessionem pro Cheuetoto capiat.* — *Eadem mona.* — *De B. Petri Luxemb. Canonizatione agit Burgundus.* — *Tom. 4. Concil. Fran. [illegible] Pietm [illegible] Curen. MS. Phœnop mona-st. Vita Pet. MS. Ioan. Molan. in Natal. SS. B[illegible]* — *Apparatus Burgundi pro Caletana obsidione.* — *Chron. Fland. MS. Nicol. Gill. Iac. Meier l. 16. Monstrel. to. 2. Polydor. Vergil. lib. 23. Paradin. Belleforest. l. 5.*

Margin (right): AN. 1436. — B — C — D

mare

A mare infeſtauerit: nihil tamen magnopere ad expugnationem ex vires contule-
runt. A mari portum obſtruere nauibus Hollandi nequiuere; móxque animaduerſa
ingenti Anglorum claſſe, turpi diffluxere domum fuga. Et vix oppugnauerant à ter-
ra Flandri vrbem, cùm perſpecto leui ſuorum damno (è Brugenſibus enim & Gan-
denſibus aliquot ad muros, & in propugnaculi defenſione ceciderant) diſceſſum
cogitant. Nihil Nobilium preces, nihil Ducis imperium potuere, quin conuaſarent,
domúmque repeterent. Primi tentoria vellêre, & conſarcinatis impedimentis in
viam dedere ſe Gandenſes. ceteri mox idem inſtitutum rapuere. Turbata fuit non
leuiter poſteà varijs motibus Flandria, dum modò Gandenſes, modò Brugenſes
domi graues cient tumultus, & cum armis ſigníſque fora inſidentes, ſui Principis iras
acuunt vehementiſſimè. Ea propter Gandauum primò, dein Brugas Ducem adire
oportuit. Sed quamuis rebellium capita plectere in animo eſſet, plus tamen ad ſe-
dandos tumultus benignitas, & factorum venia potuit. Inde cùm Octobri menſe In-
ſulam veniſſet Burgundus, huc ad eum acceſſit Renatus Lotharingiæ Dux, quem
B Bourboniæ Dux Carolus, & Franciæ Cancellarius cum multa Nobilitate comita-
bantur. Is anteà, vt memorauimus, à Vaudemontio captus, & à Burgundo in cuſto-
diam fuerat Inſulam miſſus. impetrauerat tamen poſteà, vt, datis in obſides liberis
duobus, è cuſtodia domum diſcederet. Cùm igitur feſtiuis Renatum alióſque om-
nes epulis & oblectationibus varijs Philippus accepiſſet, ad pacem illum admiſit,
accepióque pro redemptione Calletenſi oppido agróque, obſides filios ei reſtituit.
Vltimo die Nouembris rurſum Inſulæ Burgundus indixit Equitum Aurei Velleris
Comitia. Præter ipſum triginta tunc erant Equites. In D. Petri templo conſeſſum:
vbi hac etiam tempeſtate ſingulorum Equitum nomina, dynaſtias, ſymbola pictæ
ad ſedes Canonicorum præbent tabulæ. E Lannoyana domo tres in eo Conuentu
fulſere, Hugo Santenſis toparcha, Guilbertus Willeruallis regulus, Balduinus co-
gnomento Balbus, Molembaiſij dynaſta. Ex alijs in Gallo-flandria potentibus, Ioan-
nes Roubaiſiæ dominus, Ioannes Cominienſis regulus, Ioannes Haubourdinij to-
C parcha.

> Flandri Burgundum turpiter deſerūt in obſidione Caletenſi.
> *Auctores citati. VVaſſeburg. l. 7.*
> Varij proptereà tumultus fiunt in Flandria.
> *Auctores citati.*
> Renatus Lotharingiæ Dux venit Inſulam, & pacē ab Philippo impetrat.
> *Iac. Meier. l. 16. VVaſſeburg.*
> Capitulum Aurei velleris Inſulæ.

AN. 1437. Annum ſequentem frequentes, iíque grauiſſimi Gandenſium & Brugenſium
motus nobilem fecere. paullúmque abfuit, quin à Brugenſibus Burgundiæ Dux
perimeretur. Etenim ardentibus tumultu Brugenſibus Inſula Iunio menſe cùm diſ-
ceſſiſſet, per Rolariam Brugas petiit magna Nobilium & militum manu ſeptus, vt
rebelles incolas in vrbem receptus opprimeret. Vlteriùs ſe tendere ſimulabat, cùm
aditum intra muros petiit: ideóque faciliùs inducti ſunt ciues, apertis vt portis in-
troducerent. Verùm vbi ſuſpectam habuere tantam equitum armatorúmque pedi-
rum multitudinem, quam Dux intromittebat; & non dubiè dolo ſecum agi animad-
uertêre, cùm idem validum ad portam tuendam præſidium conſtituit: mandato Se-
natus his excubitoribus vi ſemotis, & portas occludunt, & magnam comitatus Phi-
lippi iam ingreſſi partem arcent introitu. Illic eorum, quæ gerebantur ad portam,
ignari Ducis ad forum progredientis ſagittarij extemplò in ciues iaculantur, eorum-
que cæſis aliquot, captam vrbem inclamant. Turbatis ad eam iaculationem & voci-
D ferationem animis, quòd inermes Principi occurriſſent, illicò Brugenſes domos
adeunt, & raptis ferociter armis in ſagittarios Nobiléſque impetum faciunt. prorſuſ-
que cum ſuis omnibus Philippus fuiſſet oppreſſus, niſi tempeſtiuè, dum pugnatur,
Iacobus ab Hardoya cum fabro ferrario ad portam conuolaſſet, apertíſque valuis
exitum fugientibus dediſſet. Sluſâ poſtmodum à Brugenſibus obſeſſâ, nunc Inſulæ
Cortracíque, nunc Teneramondæ & Alosti Comitia Flandriæ Ordines habuerunt,
componendis Burgundi & Brugenſium animis. nuſquam tamen eos ſua dignatus
eſt Princeps præſentia. Neque priùs ab eo pax impetrari potuit Atrebati, Eliſabethæ
coniugis, Caroli filij, aliorúmque nobilium hominum precibus, quàm rebellium
quidam capite perduellionem luerunt; multa in multam numerata eſt à Brugenſi-
bus pecunia; in Sluſam imperio hi exuti; ab his omninò Franconates ad conſtituen-
dum quartum Flandriæ membrum ſeparati ſunt. Intereà loci Patres Franciſcani ip-
ſo Diuæ Magdalenæ feſto Generalem totius Franciæ Conuentum habuere Duaci,

> Burgundi periculum Brugis.
> *Nicolaus Gill. Monſtrel. to. 2. Iac. Meier. l. 16. VVaſſeburg. l. 7. Paradin. lib. 3. Belleforeſt. lib. 5. cap. 99.*
> Quibus conditionibus pacē ab Duce Brugenſes obtinuerint.
> *Monſtrel. to. 2. Iac. Meier. l. 16. Paradin. l. 3.*
> Capitulum Franciſcanorum Duaci.
> *Regiſt. Senat. Duac.*

quò ducenti circiter affluxerant. Vbi templa Dominicanorum, S. Amati, ac D. Petri supplices adiere, datum est ab iis in claustro Patribus D. Dominici regula obstrictis A conuiuium, ibique laniones vrbis albas induti tunicas ministrarunt. Cumeffet posteà Duaci Burgundus, ab Rege Franciæ iussum est, vti Stephanum Hyrum, quem Charniaci regulus Enchriis in custodia detinebat, libertate donaret. Noluit tamen id priùs facere Philippus, quàm vtrumque Duacum euocauerit, causámque discusserit. Datum Charniaco, vt quamuis pila ludentem aduersarium intercepisset Bellouaci, pecuniam tamen aliquam exigeret, eáque numerata hostem Regi petenti redderet. Oppressæque sunt ab Duce graues inimicitiæ, quibus Hyrus & Ioannes Luxemburgius vehementissimè flagrabant. Inductus etiam tandem est Ioannes Haricuria, vt Episcopatum Tornacensem Ioanni Cheueroto cederet, isque Tornaco paucis comitibus in Franciam mense Nouembri ad Regem abiit. Missus tunc Tornacum à Cheueroto Robertus Auclarius Cameracensis Canonicus, vti per eum possessionem eius Ecclesiæ capesseret. Mitigati tum erant aduersus Cheuerotum animi Tornacensium: ideóque Robertum in vrbem admissum omni studio officióque coluere. B At in Francia, Picardia, & omnibus Belgij nostri ditionibus, agricolas frustrati sunt huius anni labores, nihilque passim frumenti collectum fuit. Exinde fames his in regionibus admodum grassata: dein etiam pestis multos mortalium absumpsit. Vtrumque malum extremis huius anni mensibus vtramque Flandriam inuasit, & maximam anni sequentis partem miserandum in modum agitauit. AN. 1438. Nusquam tum temporis viliori pretio, quàm Duaci, annona diuendita; nusquam plus frumenti repositum: ideóque Burgundiæ Dux familiam eò traduxerat. Illo tamen in oppido etiam tristissima rerum facies fuit. Intra muros, egentes, foris per pagos, etiam aliàs opulenti rarissimè triticeo pane vtebantur. Imperatum ab Senatu pistoribus, vti panibus conficiendis triticum, auenam, alicastrum seorsim adhiberent, ne cui pro modulo fortunarum panis deficeret. Inuenti tamen plerique, quibus ne quidem ad hordeaceam vel auenaceam farinam pecunia suppetebat. Ita nonnulli fabas viciásque molere & pinsere coacti sunt. Et auidè quidam dentes iniecere confectis C ex olei fæcibus pastillis, passímque herbarum quælibet ad pastum quærebantur. Exinde multis luridi fluidique macie vultus. Et quosdam inter fœdos esus vires animæque deficiebant. Alios rerum inopia viuis subtrahebat. Villaticis hominibus hoc etiam durius videbatur, quòd ne quidem numerato pretio quantum cuperent frumenti efferre liceret oppido. Vt summum, octauam medimni partem impetrare poterant. Sed ingeniosa quibusdam necessitas vigiles ad portas ideò constitutos fallendi rationes varias expressit. Quò scilicet plus frumenti, quàm permitteretur, exportarent oppido, intra carbones fœnúmue occulere; nonnulli equorum ephippia helciáue eo farcire; quidam paratas funeri sandapilas implere. Vbi tamen animaduersum est, vehementer vrbis frumentum imminui, ac quorumdam ea fraus deprehensa est: ne quid omninò foras portaretur, prohibuere Magistratus. Et vetitum seuerè, quemquam familiæ caput plus panis in dies oppido efferre, quàm duodecim obolis veniret: vbi quid secùs factum excubitores portarum comperissent, eum panem vt in vrbanos distribuerent, mandatum est. Quantum his mensibus exterorum hominum ex Francia & aliunde mendicitas, & frumenti abundantiæ fama huc D pertraxerint, difficile est dicere. Eiusmodi mendicorũ quotidie Xenodochia, & Nosocomia plena erant omnia: vt in quibusdam centum & quadraginta, vel sexaginta numerarentur. ac plerosque ciuium adeò tangebat miseratio, vt præter hos, multi priuatas in ædes reciperentur, cibis alendi, & tecto tegendi. Cogebantur nihilominùs alij quamplurimi vel in domorum vestibulis, vel sub dio noctem agere. Tandem ea multitudo Magistratibus metum iniecit: ideóque exturbari portis placuit. Verùm vanus is labor erat, cùm vna extrusi porta per aliam regrederentur. Et tum insignis emicuit Burgundiæ Ducis vxoris pietas. Ea quippe comperto, inopes illos foras exigi, & in extremam coniici miseriam, omnes in vrbem recipi iussit, ac singulos liberaliter pane cibísque donauit. quò statim exemplo plurimi aulæ proceres ad subministranda mendicis auxilia stimulati sunt. Glíscebat interim fames, socióque pesti-

Monstrel. to. 2. Iac. Meier. l. 16.

Haricuria Cheueroto cedit Episcopatũ, & Tornaco discedit. *Monstrel. to. 2. Comment. MSS. Tornac. monum. Archiuis Tornac.*

Fames & pestilentia. *Monstrel. to. 2. Christian. MSS. Nicolaus Gil. Iac. Meier. l. 16. Lib. MS. Duac. Thomas Regius Parad. Belleforr.*

Quid tunc factum Duaci, vbi magna erat frumenti copia, iuuandis pauperibus. *Lib. MS. Duac.*

A pestilitas malo inualescebat. Eapropter Senatus inopum turbam aduenarum in horreum Xenodochij vastum prorsus coëgit: ac ne quid panis deesset, Quatuoruiros cõstituit, qui pecuniam vicatim ostiatímque, vel frumentum peterent. Multi nihilominùs quotidie in plateis animas efflabant partim fame, partim tabe confecti. Quæ secundum Duacense oppidum ob frumenti copiam egentibus subueniret, à Monstreleto Cameracensem vrbem censeri video. Laudem eo quoque tempore maximam meruere Antistites duo Benedictini nominis. Prior fuit Ioannes Clericius, quem antea Duaci ortum diximus, apud Atrebates D. Vedasti Archimandrita. Is enim cùm frumento partim Duaci, partim Atrebati abundaret, id pauperibus aut vili admodum pretio vendidit, aut recusata pecunia donauit liberaliter. Alter erat Simon Ghisegnius S. Martini Præsul apud Neruios, cuius vel publica in mendicantes panis erogatio, vel priuata in homines quidem honestos, at penuria frumenti pereuntes, munificentia emicuit. Per id tempus, dum adhuc moratur Duaci Burgundus, ab Rege Nauarræo nobilis ad eum venit legatio. Eam quatuor circiter ac viginti
B Equites conficiebant, magnificè instructi. Miserat hos Nauarræus, vti neptem Ducis Burgundiæ, ac Cliuiæ Ducis filiam in coniugem filio suo natu maximo peterent. Illic agitatum diu hoc negotium fuit, ac tandem conciliandæ amicitiæ gratia, donatum Regi est, vt ex contraherentur nuptiæ. Et pòst breue tempus ex oppido Duacensi sororem suam primogenitus Cliuij filius in Nauarram ad sponsum apparatu pulcherrimo deduxit. Interim Atrebati tertio & decimo Ianuarij die è viuis morte sublatus fuerat Hugo Cayetanus vrbis eius Pontifex. Paucis pòst diebus Fortigarium de Placentia gente Brugensem, ex Insulensi S. Petri Præposito ad eius Ecclesiæ
AN. 1439. Pontificatum euexere omnium vota Canonicorum. támque gratum id fuit Philippo Burgundiæ Duci, vt quo die (erat is septimus Kalendas Februarij) inaugurabatur, Atrebatum ineunti ad portam vsque S. Michaelis obuiàm processerit, magno Principum comitatu; inde ad templum D. Virginis deduxerit; vnà conuiuium in Episcopio cum suis celebrauerit. In Stephanum Nicasij grauissimo animaduersum est sup-
C plicio Duaci quarta Februarij luce. Compertus is erat cudendorum numismatum formas ferro incidisse, ac cum quibusdam iuxta Valcuriam in Moriammensi castro adulterinam signasse pecuniam: eiusmodi nummos aliquos obtrusisse Tornaci, Duacique. Ea sententia Senatus hominem perculit, vt in bullientem aquam publicè viuus immergeretur. Huic carnificinæ locus in foro frumentario delectus est. Ibi quatuor è palis ingens lebes aqua plenus in sublime suspensus. eúmque latex igni subiecto vehementer vndaret, in eum è proxima Stephanus machina ligatis manibus, pedibúsque auersim proiectus est. Verùm statim ruptis vinculis in pedes constitit, ac miserandum omnibus spectaculum præbuit, defluente iam cute; Christique nomen ore lamentabili edidit: vt necesse fuerit acceleranda morte rursus in vndans ahenum demergi. Ineunte Iunio deducta est Cameracum Catharina Franciæ Regis Caroli filia, quam parens Carolo Burgundi filio coniugem addixerat, iámque ad sponsum mittebat. Erant in eius Comitatu Remensis & Narbonensis Archiepiscopi, Comes Vaudemõtius, Borboníj Ducis filius, Rupisfortis domina, & cõplures tum
D matronæ, tum viri primariæ apud Francos Nobilitatis, dein equites fermè trecenti. Iuerant ei obuiàm Burgundi mandato Niuernij & Stamparum Comites, Burgundiæ Cancellarius, ingens Equitum Nobiliúmque numerus, Niuernensis Comitissa, Creueceurij & Hauboutdinij dominæ: tum vt eam excipe rent Cameraci, tum vt Audomaropolim ad Ducem sponsúmque deducerent. Illic triduum varia epularum, ludorum, & decertationum voluptate ad ciendam recreationem absumptum. Octauo eiusdem mensis die cum omnibus iam nominatis eadem Princeps Duacum ingreditur. Hic ad portam D. Eligij Clerus omnis & varij Magistratus excipiunt: octóque puellæ certis locis constitutæ incedentem floribus aspergunt. D. Dominici Familia duabus è machinis vario schemate annuntiatum D. Virgini partum, Christique Natales in platea D. Eligij repræsentans, eius lætitiæ obsecuta est. In foro D. Francisci Asseclæ Christum è tumulo surgentem, & Magdalenæ hortulani figura sese obijcientem in theatri scena transeunti proposuere. Nihil posteà defuit ad patefa-

ciendum

A quibus aliis adiuti paupe-res.

Monstrel. to. 2. Francisc. Bald.

Thomas Regm.

Legati Regis Nauarræi ad Burgundum Duaci agentem pro neptis filij.

Monstrel. to. 2. Ia. Meier. l. 16.

Epitaph eius.

Fortigarius fit Episcop. Atrebat.

Guill. Gaz. Ferreol. Locr.

Adulterinæ pecuniæ artifex Duaci comburitur.

Regist. Senat. Duac lib. ms. Duac.

Catharina Frãciæ Regis filia Cameraci excipitur, & ad Burgundũ deducitur.

Nicolaus Gill. Monstrel. to. 2. Iac. Meier. l. 16. Paradin. lib. 3. Bell-forest. lib. 5.

Eadem Princeps Duacum subit.

Regist. Senatus Duac.

ciendum erga ipsam studium vrbis officiúmque, seu conuiuia, seu dona spectarentur. Hinc abductam magnificentissimè Burgundus Audomaropoli accepit, omníque coluit festarum rerum genere, vt iucundiùs pactæ cum Carolo nuptiæ firmarentur. Mense Iulio ab die S. Alexij ad septimam vsque lucem adeò fœdi imbres è cælo fluxere, vt plerisque locis supernatantes humo aquæ omnem vel pedibus, vel equis, vel curribus incedendi facultatem præriperent.

A

Pluuiæ magnæ. Iac. Meier. l. 16.

Anno sequenti ad duodecimum Ianuarij diem Ioannes Cheuerotus magnifica Tornacum pompa ingressus est, vt primùm à suscepto Episcopatu D. Virginis Ecclesiam iniret. Cum insigni Nobilium multitudine comitata est eum Isabella Ducis Burgundiæ coniux. Propiùs paullò pòst à magno discrimine abfuit Francorum Rex Carolus. In eum scilicet Ludouicus maximo natu filius, Bourbonij Dux Carolus, Dux Alenconius, Comes Vindocinensis atrociter conspirauerant. eòque tendebat illa factio, vt ipso regni decoribus & imperijs exuto, ad Delphinum Regia potestas sceptrúmque transferrentur. Verùm Burgundiæ Dux cùm in perduellionis societatem illiceretur, nunquam, vt rebellaret, animum induxit, & nobilem ad Regem eò misit legationem, tum vt sibi caueret, tum vt reis veniam impertiretur. Qua sanè perfectum est breui, vt his suppliciter criminis veniam flagitãtibus Rex salutem concesserit. In maritũ liberósque mulier quędam Basseæ aliter bacchata. Ardebat ipsa vtrorumque odio grauissimè, ideoque toxicum propinauit, vt vita eos citissimè exueret. Quóue certiùs exitium properaret, alteram sceleris participem fœminam fecit. Verùm extemplò tam atrox facinus deprehensum est, ignibúsque in parricidam Senatus Basseensis animaduertit: iuxta Duacum flammis absumpta est altera. Detinebatur interim captiuus in Anglia Dux Aurelianensis, neque spes affulgebat eius ab Francis liberandi. Igitur vt ipsum magno virum natu, & multa pollentem prudentia Burgundus arctiori sibi amicitia deuinciret, ex ea custodia extrahit numeratis Anglo quadringentis nummûm millibus, quæ liberaliter redemptionis ergò donabat, reductúmque Anglorum nauibus Audomaropoli magnificentissimè excipit. neptem ei suam Mariam Cliuiæ Ducis filiam matrimonio iungit: Aureo denique ipsum Vellere exornat, & vicissim eius Ordinis Equestris torquem induit. Post festas dierum aliquot epulas, ludósque, Audomaropoli Brugas deducit, quò diu iam fuerat euocatus pacis confirmandæ gratia. Eam in vrbem dum apparatu maximo ab ciuibus introducitur, eiusdem Ducis precibus concedit, vt expetitam ij pacem impetrent. Exactis aliquot diebus, eodem cum vxore profectus est Quadrilegij Comes Carolus, insignique pompa exceptus nouam attulit ciuibus voluptatem. Ibi non paruo tempore varijs conuiuiorum ludorúmque recreationibus absumpto, Gandauum ab Duce liberísque Aurelianensis ducitur, similíque illic honore colitur. Eo de loco per Aldenardam, Tornacum, Valentianas, Quercetum, in Franciæ fines perrexit. Paullò pòst Burgundus, incertum qua de causa, institutum decidendis Flandriæ litibus Senatum Gandauo Cortracum transtulit. Ac tunc Ioannes Luxemburgius Lignij Comes Guisiæ mortem oppetijt, eiúsque corpus in templo D. Virginis Cameraci maximo apparatu terræ mandatum est. Quòd is liberis careret, nepos eius Ludouicus S. Pauli Comes, & Insulensis Castellanus, omnem eius hereditatem adire iure poterat. Quia tamen Ioannes nunquam in pacem Atrebatensem iurauerat, parúmque ideò fuerat Regi Francorum acceptus: vix vllam inire quibat rationem quibusdam locis potiundi. Obfuitque ipsi quamplurimùm audax suorum facinus, qui regium militem aggressi, multos peremere; ceteris in fugam actis, magnam collegere prædam. Id agmen Francorum iussu Caroli Regis Tornacum venerat. empta illic & in proximis Flandriæ finibus arma, bellicáque tormenta curribus imposuerat, eáque Parisios ducebat vrbis muniendæ causa. Quamdiu per ditiones Burgundiæ Duci obnoxias iter habuerat, nihil passum fuerat aduersi, & pacificè processerat. Vbi verò non procul Rippemontio viam fecit, impositus ei loco miles Ludouici Comitis ad pugnam imparatum derepente aggressus est, ac plerisque cæsis, omnibus exuit rebus. Sed quamuis ignaro id factum Comite fuerit, ísque suos ideò acerbissimè reprehenderit: tamen ingenti Rex in ipsum iracundia exarsit,

AN. 1440.

Ioannes Cheuerot. Torn. Episcop. inauguratur. Ioan. Cousi. l. 4 Rer. Tornac. c. 41.

Coniuratio in Franciæ Regem. Nicolaus Gill. Monstrel. to. 2. Iac. Meier. l. 16. Parad. Bellefor. lib. 5.

B

Parricidij rex mulieres puniuntur. Lib. MS. Duac.

Burgũndi erga Ducem Aurelianẽsem munificentia. Iac. Meier. l. 16. Parad. Bellefor.

C

Cameram Flãdriæ Cortraci Dux collocat. Iac. Meier. l. 16.

Ioannes Luxemburgius moritur, & heredẽ suum relinquit Ludouicum S. Pauli Comitem. Monstrel. to. 2. Meier. Bellefor.

D

Hic in Frãciæ Regis iram incurrit, & difficulter ei est reconciliatus. Iydem auctores.

pror-

A protiúsque asseruit, armis se facinus vindicaturum, nisi Ludouicus ablata restitueret, ijsque pro ditionibus, quas nuperrime per patrui mortem adiuerat, fidem præstaret. Irruitque mox regij pars exercitus in parentes ei Comiti fines, desertúmque à præsidio Rippemontium in potestatem redegit, indéque Marliam obsedit. omninóque funestus eius loci defensoribus ingruebat exitus: nisi Comes adito Rege pacem inuenisset, obstrictáque iureiurando fide conciliasset eius amicitiam. Dum hæc fiunt, extremum vitæ diem clausit Ioannes Halevinus è nobilissima Gallo-flandriæ familia, quem propter sapientiam & virtutes Burgundus cubiculo suo & consilijs admouerat. Gandaui multus primores ac multitudinem dolor angebat, ob ereptam sibi, & Cortraci stabilitam iudicandarum Flandriæ litium Curiam: & crebris ideò precibus eorum Burgundiæ Dux fatigabatur, vt eam ipsis restitueret. Ex aduerso Cortracenses, ijsque proximi Gallo-flandri nitebantur, quibus anteà durum fuerat, ad causarum decisionem Gandauum euocari. Permisit tandem sese Dux ab Gandensibus exorari, ne quis ab ijs tumultus exoriretur. Ergo læti tanto Burgundi beneficio, suam in vrbem illi confestim præfectum et Curiæ Senatum reduxere.

B

AN.1441. (margin) Ioannes Haleyvinus moritur. Epitaph. Concilium Flādriæ Gandauensibus restituitur. Iac. Meier. l. 16.

AN.1442. Iuit posteà in Burgundiam Dux Philippus. Illic cùm ageret, Romanorum Rex Fridericus, qui nuper Aquisgrani regia fuerat corona insignitus, in Austriam per Burgundiæ Comitatum iter relegere statuit. Eius de via certior factus Burgundio, Vezontionem prior adijt, ibique omnia, quæ tanto Principi excipiendo congruebant, comparauit luxu maximo. Igitur cùm proximus vrbi esset Fridericus, cum nobilissimo Burgundionum comitatu obuiàm iuit, eúmque in vrbem deduxit. Quamdiu hæsit vterque Vezontione, nihil omissum studij cultúsque, tum vt voluptatem hospiti suo Burgundus cieret, tum vt altiùs in eius se insinuaret amicitiam. Et sanè tam magnifici pretium hospitij fuit egregium id munus Regis, quo ius omne in Hollandiam, Frisiam, Brabantiam, Hannoniam, & Imperialis Flandriæ partem Duci cessit. Illinc per S. Claudium reuersus Diuionem, Burgundus aucupijs, venationibus, conuiuijs, ac certaminum equestrium simulachris hyemem exegit, licet ea tam pertinaci gelu, acríque frigore sæuiret, vt piscinæ omnes ad fundum vsque indurerint multa piscium iactura.

C

(margin) Dux Philippus in Burgūdiam proficiscitur. Olivier. Marchan. lib. 1. c. 9. Pont. Heuter. Meyrus in Chron. Ibi Regem Romanorum excipit. Iidem auctores. Acre gelu. Christian. Massæ. Iac. Meier.

AN.1443. Non multis interiectis mensibus, Diuionem ad Philippum Ducem profecta est Elisabetha Luxemburgij Princeps, quam olim Antonius eius parruus & Brabantiæ Dux, dein Ioannes Bauarus, vxorem habuerant. Itineris causa fuerant, quas ea grauissimas à subditis iniurias patiebatur, vrbium portis exclusa, & nudata ditionibus. Vt faciliùs opem præstaret Philippus, ea in primis ratio permouebat, quòd hunc ipse Ducatum sic emerat, vt non nisi post obitum Elisabethæ frueretur. Ergo ne regionis eius imperio posteà priuaretur, censuit omnino vindicandas armis factas aduersus Elisabetham iniurias. móxque in Luxemburgios, qui Saxonum Ducem Guilelmum in Principem recipere moliebantur, cum quadringentis equitibus Simonem Lalainium, præmittit, ac subinde cum reliquo exercitu castra mouet. Illic subacto Luxemburgo regionis capite, cetera facilè oppida in potestatem redacta. Igitur

AN.1444. restituta in pristinum imperium Elisabetha, in Brabantiam redijt Burgundus anni

D 1444. Iunio mense.

(margin) Burgundus in Luxemburg. Ducatum expeditionem suscipit. Olivier. Marchan. lib. 1. c. 8. Monstrel. to. 2. Iac. Meier. l. 16. Heuter. Parad. Marchan. c. 10. & sequ. Marchan. c. 13.

AN.1445. Cùm decurritur annus Domini supra millesimum & quadringentesimum quintus & quadragesimus, ipso die Palmarum ventus ingens Flandriam omnem concussit: eóque plus damni allatum, quòd vnà nix, grando, imbres grauiter incubuerint. Ac tunc rursus ademit Gandauo Iudiciariam Flandriæ Curiam Philippus, eámque Teneramondæ collocauit. Impetratúmque fuit per eumdem à Carolo Rege Francorum, ne quis ex Flandriæ Comitatu Parisios causas euocaret nouem annorum spatio. ex quo sanè maximam Flandri voluptatem hausere, quibus veterem ea res libertatem in memoriam regerebat, quâ priùs lites ipsi decidebant, nulla in Franciam ad Senatum Regium permissa prouocatione.

(margin) Ventus vehemens. Iac. Meier. l. 16. Cameram Flandriæ Dux Teneramondæ constituit. Iac. Meier. l. 16.

AN.1447. Biennio pòst Maius, Iunius, ac Iulius insolita siccitate transacti, vt nullo tunc imbre terra maduerit. Die tamen quarto & vigesimo Iulij ab sexta in septimam horam vesperi tonitru, fulmen, venti, grando admodum hic omnia perculere. Gementium

(margin) Tempestas horribilis. Lib. ms. Duac.

ingenti fragore nubium, & micantibus fulgurum ignibus territi mortales profunda quærebant latibula. Ventorum vehementia euulsæ radicitus, procúlque abiectæ arbores. quæ per agros iacebant, segetes in altum sublatæ, & magno agricolarum dolore ita permixtæ, vt internosci non potuerint. ædificia pleraque disiecta. Et damni plurimum attulit grando, quæ lapidum crassitiem æmulabatur quinque sexue digitorum ambitu. Eodem anno inter Canonicos D. Petri & Ioannem Pochon grauiter disceptatum est Insulæ. Moliebatur Ioannes in id Collegium ingerere se, quamuis illegitimis ortus esset natalibus: factámque sibi potestatem ab Summo Pontifice asserebat, ob collatum in se beneficium, inter Canonicos eius Ecclesiæ considendi. Contrà, nitebantur veteri priuilegio Canonici, quo Papa Gregorius eos donauit. Eo quippe Pontifex Maximus disertè aditum in eorum societatem Canonicorum omnibus negauit, qui per illicitos geniti essent complexus, etiamsi ab aliquo Romanæ Sedis Episcopo datam sibi potestatem affirmarent in eo Collegio vitam degendi, & impetrato fruēdi sacerdotio. Qui litem dirimeret, aditus est Simon Lalainius Montignij topatcha, Ducis Philippi Cubicularius, & Bailliuus Ambianensis: ab eóque secundùm Canonicos D. Petri sententia est pronuntiata sexto ac vigesimo die Septembris: cùm animaduertisset nunquam aliàs violatum fuisse Gregorij priuilegium. A B

Nothus in Collegium Canonicorū S. Petri Insulæ nō admittitur.

Littera Simon. Lalainy.

Florebat interim Flandriæ Comitatus, ob armorum quietem, variis negotiationibus, & ingentibus diuitiis: ideóque mirum in modum eius incolæ tollebant animos. Contrà, Burgundiæ Dux ad perpetuam desertæ obsidionis Caletanæ memoriam aduersus Flandros non leuem in animo id factum vindicandi, eorúmque superbiam comprimendi cupidinem alebat. Ergo mense Martio anni sequentis legem tulit, qua singulos in salis saccos (mensuręapud Flandros id genus) nouem, aut duodecim stuferos (variant enim hoc in numero auctores) pendere oporteret tota Flandria: bellóque se coacturum eos id vectigal tribuere minatus est, qui sponte abnuerent concedere. Nullis non Flandriæ membris ea grauis pensio visa est, cùm præsertim sallitis carnibus piscibúsque frequenter huius regionis incolæ vtantur. Nihil tamen ausi rum Brugenses, Iprensésque sunt. Brugensium animis adhuc tunc oberrabat id vulnus, quod nuper irato Duce perpessi fuerant numerata ingenti pecunia, & auulsis Franconatibus. Iprenses horum malo cautiores euaserant. Soli Gandenses nouum id vectigal decoquere animis nequiuerunt. impactámque sibi putant iniutiam, quòd ignaris se tanti momenti lata lex fuerit. Et mox Ducis voluntati palàm obrogauere. Vulnerauit altissimè animum Burgundi ea populi ad tumultus torusque procliuis peruicacia. Nihil tamen in pręsens aduersus eum apertè sibi moliendum arbitratus est. Interim Augusti nono ac vigesimo die sol defecit grauiter, ac subinde pestis homines inuasit. AN. 1448. C

Salis vectigal Flandris ab Duce indicitur, vnde posteà motus exorti.

Iac du Clerc l. 2. Monstrel. to. 3. Iac Meier. l. 16. Pont. Heuter. Paradin. lib. 3. Bellefor. lib. 5.

Solis defectio. Mess. lib. 19.

Anno sequenti, luce feriis S. Georgij Martyris dicata Flandriam totam terræ trepidatio bis concussit intra horæ dimidium ante solis exortum. Visæ tum in aquis naues saltare: & nutabant huc illuc agitata ædificia, vt plurimos ruinæ timor exsangues redderet. Septimo die Iunij vitæ cursum expleuit Ioannes Roubaisiæ regulus anno ætatis octogesimo. Inter Aurei Velleris Equites adlectus, cubiculóque & consiliis Burgundiæ Ducis adhibitus, multa pręclarè gesserat. Hierosolyma Sinámque montem adiuerat religionis gratia: plerásque obiuerat difficiles longásque legationes: inter Philippum Burgundiæ Ducem & Isabellam Lusitaniæ Regis filiam nuptias conciliauerat. In Prussia, Hungaria, Cypro, Africa, bellis grauissimis nauantem hostes formidauerant. ad Rosebecam, in ditione Leodiensi, iuxta Niuellam Longúmque Pontem, haud procul Gandauo, pugnas fortiter commiserat. D

Terræ motus in Flandria. Mess. lib. 19. Iac. Meier l. 16. Lib. ms. Duac.

Ioānes Roubaisius moritur. Epitaph. eius.

Septembris initio, quæ iamdiu aduersus Gandenses animo voluebat, Burgundus patefecit. Redactis in potestatem Teneramondæ, Aldenardæ, Ruplemondæ, Gauereque validissima imposuit præsidia, vt inde Gandensibus ingruerent, si tumultum ipsi bellúmue facerent. Et mox ad salis tributum aliud adiunxit, certa in singulas siliginis ac tritici mensuras indicta pecunia. Nihil tamen magis à Gandensibus, quàm anteà, impetrari potuit. vtrumque vectigal admittere pertinaciter renuerunt. Ergo

Burgundus frumento vectigal imponit. Iac. Meier. l. 16. Pont. Heuter. l. 4.

nequa-

A nequaquam vlteriùs producendam ratus vindictam Dux, iis, qui Gandensem vrbem moderabantur, Magistratus adimit: & sexto Kal. Deceb. omnibus Flādris grauissimè imperat, ne quam cū Gandensibus consuetudinē habeant, néue ipsis pateant. Iniecta tunc formido ceteris Flandriæ Membris, ne quod Gandenses bellum ciuile aduersus Principem mouerent: ideóque nonnulli proceres è singulis Gandauum tere, vt quæ iactabant ciues concessa sibi priuilegia perlegerent, examinaréntue. Ex iis planè cognitum fuit, licere Principi quos vellet amouere Magistratibus, aut iisdē admouere.

Idem Gandensibus ob negata vectigalia Senatū adimit. *Auctores citati.*

AN. 1450. Igitur anni sequentis Martio Burgundus Consules ac Senatores eos creauit, quos sibi non aduersaturos cognouerat. Tolerant illam Ordinum sentētiam Gandenses, & impositos sibi ab Duce Magistratus ad quintum ferè mensem. Per Augustum impulsi quorumdam factiosorum hominum vocibus, omnes eos ab vrbe depellunt, qui Principis partes tueri videbantur, alióſque donant ciuitate, quos spes erat contra Ducem in partibus futuros. Exacerbauit quidem Burgundum grauiter id facinus: nihil tamen hic putauit contra Gandenses suscipiendum, antequam ipsi maiores ferent belli causas. Tantùm vtrisque Flandris omni cùm iis interdixit negotiatione

Alios ibidem Senatores constituit. *Auctores citati.*

Quos tamen Gandenses exigunt vrbe. *Idem.*

B

AN. 1451. & commercio; vt neque Gandauum quidquam deuehi, neque aliquid inde aliò deferri permiserit. Et sic Duacenses eius imperata fecisse inuenio, vt quamuis ad mille & sexcentos tritici medimnos Gandaui haberent, ipsíſque supra duo florenorum millia Gandensium quidam deberent, omnem nihilominùs cùm iis negotia-

Cum Gādensibus cōmercium interdicitur ab Duce. *Littera Ducis. Lib. ms. Duac.*

AN. 1452. tionem resciderint. Post dies paucos insigni apparatu conuiuiorum & ludorum celebratæ sunt Insulæ Adolphi Cliuij Rauestaïni toparchæ, Cliuiensium Ducis fratris, & Burgundi nepotis, ac Isabellæ Conimbricensis nuptiæ. Erat scilicet Isabella Burgundi coniugis neptis, eámque nuper cum fratre non leui iniuria ex Lusitania depulsam Philippus eiúſque filius Carolus magna permoti miseratione exceperant honorificè, omníque cultu tum propter genus, tum propter virtutum decora, prosequebantur. E contrario in Colardum à Clyto è familia Cominiensi apud Gallo-flandros nobilem virum, & supremum totius Flandriæ Bailliuum, Gandenses atrox

Rauestaïni reguli nuptiæ celebrantur Insulæ. *Oliuer. Marcham. l. 1. c. 22.*

C edictum sanxere. Eum námque absentem cùm ciuitate priuassent, éque subiecta sibi ditione proscripsissent, etiam bona eius hastæ subiecerunt. Quòd eum hostem suum rebantur, & in Principem pronum animaduertebant, tali sententia perculere, cùm aliter in ipsum sæuire non possent: quamquam is priùs apud Ducem Philippum supplex pro eorum salute factus fuisset. Ita scilicet cæci furentis populi impetus etiam benefacta vindicandi cupidine obruunt. Non multis diebus interiectis, dum per legatos de pace apud Principem tractant, Gauerense castrum ad Scaldim opportuno situm loco, dein arcem Poucquensem per insidias Gandenses intercipiunt. Aprili mense Aldenardam arctissima premunt obsidione, & Gerardi Montis oppido potiuntur. Magnus tunc Gallo flandriam, & vicinos Teutonicæ Flandriæ locos metus inuasit: adeóque trepidatum est Insulæ, vt simul cum ciuibus tam Ecclesiastici, quàm genere nobiles vici ad obeundas noctu vigilias ex Burgundi facultate ab Senatu coacti fuerint. Tum igitur, vel ne quid Nobilitas Aldenardam propugnans aduersi pateretur, vel ne Flandri in Ducis fide constantes à Gandensium incursionibus

Colardum à Clyto Gandenses proscribunt. *Iac. Meier. l. 16.*

Loca quædā intercipiunt Gandenses. *Monstrel. to. 3. Marcham. lib. 1. cap. 23. Iacob. Meier lib. 16. Lib. Insul. ms.*

D damnum tolerarent: insignem Philippus exercitum colligi iubet. Stamparum Comes in Picardia; Ludouicus S. Pauli Comes & Insulensis Castellanus, ac Ioannes Crouyacus Chimai regulus in Hannonia, Comitatu Namurcensi, & Flandria; Nassouiæ Comes & Bausignij toparcha in Brabantia delectus militum habuere. Halevini dominus eiúſque frater, ac Ludouicus Gruthusius Flandriæ Nobilitatem exciuerunt. In Hollandia Zelandiáque copias scripsere Ioannes Lannoyus Hollandiæ Gubernator, Veræque ac Bredæ reguli. In Burgundia Bellomontanus eius regionis Mareschallus militem coëgerat. Sub finem Aprilis relicta Insulæ cum Isabella Conimbricensi aliíſque nobilibus matronis coniuge, Hannoniam Burgundus cum Adolpho nepote, aliíſque principibus viris petiit; ac promerendi per Diuam Virginem auxilij gratia oppidum Hallense ingressus est. Ibi dum moratur, & copias colligit, ad Comitem Stampanum in Gallo-flandria partem exercitus sub signis habentem nuntius perfertur, ingens Flandrorum Gandensibus fauentum agmen

Exercitus cōtra Gandenses à Duce colligitur. *Oliuer. Marcham. l. 1. c. 23.*

Hallas Dux petit. *Marcham. lib. 1. cap. 24. Iacob. du Clerc lib. 2. Monstrel. to. 3. Iac. Meier, l. 16.*

iuxta Ponte Lapideum, vel Spirensem (inter Aldenardam & Lannoyam is cernitur) consistere, vt Scaldis fluminis trasitu hostes arceat: eóque iam castrum Helchiniense, impositis ad presidium viris aliquot, obtinere. Waterloum Stampanus tum temporis tendebat. Igitur Saueusio toparchæ annis iam graui, & militiæ artibus claro mandauit, vt cum equitibus leuis armaturæ confestim eò procurreret. Hunc secuti sunt Robertus Miramontius, & plerique alij nobiles viri. Ad quingentos ij sagittarios ducebant, partim Picardos, partim Hannones. Vbi Flandris propinquauere, dimissis equis, pugnam pedites capessunt: adeóque frequenti aduersarios iaculatione obruunt, vt effusè fugam ij ceperint. Tunc grauis equitatus à tergo institit, ipsósque sic prostrauit, vt pedites nullo negotio plurimos iugulauerint. Ausi tamen eorum ducenti sacram in proximo ædem penetrare, longísque gladiis & sarissis Picardos Hannonésque aditu prohibere. Et plerumque temporis fortiter obsistêre, quamdiu equites lanceis tantùm frustrà nitebantur ab foribus propellere. Simul verò sagittarij iaculando primos confodere aggressi sunt, varia ceteri per templum latibula quærunt. in turrim aliqui euadere, alij aras prehendere. ferro tamen cæsi omnes, nulli patrocinante loci reuerentia. Igitur Stampanus ad diem Aprilis primum & vigesimum obtento Ponte Spirensi, & recepta mox Helchinij arce, copias Waterloum & Lannoyam deduxit. Illic dum quiescit, nonnullos præmittit equites Gandensium castra speculatum, quos nunc Saueusius, nunc Ioannes Haubourdinij dominus ducebant. Vbi satis gnarus fuit, qua parte infirmus esset hostis, quáue tutissimum esset eum aggredi: octo circiter hominum millia in armis ad soluendam Aldenardæ obsidionem contraxit. Præmissi milites duo, qui noctu per Scaldim enantes aduentum exercitus Simoni Lalainio eius vrbis Præfecto nuntiarent. Et postquam in hostium venit conspectum, tres in acies copias Stampanus diuisit. Harum primam Antonius Burgundiæ Ducis Nothus obtinuit, eique Georgius Rosimbosius magna vir militari scientia præditus adfuit. Nondum tunc erat Equestri ornatus dignitate Stampanus. Ergo priusquam manus cùm hoste consererentur, ea se ab Ioanne Haubourdinio insigniri petiit. Simul ac Equestri cinctus est balteo, multósque Nobilium solemni ritu Equites creauit, signum pugnæ dari iubet, cósque repentè Gandenses adoritur, qui muros oppidi ad sinistram fluminis circumuenerant. Ibi graue certamen initio fuit, propiusque à periculo abfuere Iacobus Lalainius Herignij toparcha, & plerique alij Equites. Vbi verò totis hostem copiis aggressus est Stampanus, partim eum fortiter cecidit, partim in fugam coniecit. Ergo superatis, ac dissipatis ea parte castris, in vrbem cum suis ingreditur octauo Kalendas Maij. Et mox ad dexteram fluminis ripam per impositum ipsi pontem eos pertrahit, vt Gandenses illic castra metatos opprimat. Verùm ij graui metu compulsi fugam priùs arripuerant, & iam versus Gandauum iter maturabant. Tempestiuè tamen cæsorum perduellium, & solutæ obsidionis admonitus Burgundio à Gerardi Monte cum exercitu descendit, ac fugientes secutus adusque muros Gandenses non leuem eorum cædem edidit. Post breue tempus, apud Lokeras vltra Gandauum ab Philippi ductoribus infeliciter pugnatum est. Ægrè Gandensium impetum sustinuere Iacobus & Philippus Lalainij, Ioannes Lannoyus, Ioannes Rentiacus, & Humerius: ideóque nonnullis suorum amissis, coacti sunt retrò pedem vertere. Vt igitur ea victoria, quamuis non admodum magna, tumidos Gandenses Philippus comprimeret, nouum militem ex Atrebatibus, Hannonia, Duaco & Insula coëgit: quóue libentiùs militiam capesserent, mensis vnius stipendia numerauit, priusquam iter aggrederentur. Et feliciùs sanè posteà Ludonicus S. Pauli Comes, & Castellanus Insulensis, in Gandenses arma conuertit in Wasia, eosdémque ad Neuelam Ioannes Stampanus cecîdit. Et cùm legatos Gandensium impetrandæ pacis gratia missos Bruxellas Burgundus spreuisset, in Wasia non procul Wazelia nobilissimam de hostibus victoriam retulit: vbi præclaram posuere operam Insulensis Castellanus S. Pauli Comes, Hauuardriæ toparcha, & Ioannes Rosimbosius Formellarum regulus. Venere paullò pòst in Belgium à Carolo Rege Francorum legati Guilelmus Pouppincourtius Archidiaconus Turonensis, supremus Franciæ regni Procurator, & Pontiuensis Senescballus. Eos Tornaci excepit

Fauêtes Gandens. Flandri à Comite Stampano cæduntur. *Auctores antea citati. Paradin.*

Idem Aldenardam obsidione Gandensi liberat. *Marchan. lib. 1. c. 25. Monstrel. to. 3. Iacob. Meier. lib. 16. Paradinus.*

Gandenses à Duce premuntur. *Auctores citati.*

Contrà Gandenses Burgundi copias cædunt. *Marchan l. 1. c. 25. Monstrel. to. 3. Iacob. Meier. lib. 16. Paradin.*

Ad Neuelam & VVazeliam Gandenses cladem patiuntur. *Auctores citati.*

A B C D

D. Pauli

A D. Pauli Comes, quem Carolus Rex legationis caput instituerat. Igitur hi omnes primùm ad Burgundum iuere Caroli mandato, vt de concilianda inter ipsum & Gandenses pace agerent. Quò plus ad eam Burgundum impellant, ab Anglis periculum ingruere asserunt, si cum iis Gandenses iciant fœdus. Verùm his aliud nihil Philippus respondit, quàm nullum discrimen ab Anglis se timere. vbi petulcaciam animorum Gandenses compresserint, veniámque facinorum flagitauerint, hanc se perlubenter iis daturum æquis conditionibus. Irent ipsi Gandauum, ciuésque ad officium reuocarent. Vt illuc proficisceretur, à S. Pauli Comite impetrari non potuit. ceteris intra muros delatis omnem cultum exhibuere Gandenses: nullam tamen spem fecere in amicitiam cum Principe redeundi, quem odio nimiùm prosequebantur, & calumniis lacerabant. Postquam igitur legati ad Ducem rediere, nouis excursionibus Gandenses bellum redintegrant: haud mitiores tamen ij, quàm priùs, Burgundicas sunt copias experti. Redacta mox in Ducis potestatem Quatuor Officia: eiúsque iussu ad Gandauum molę omnes, villæ, ędificia, absumpta prorsus incendiis,

Legatio Frãciæ Regis pro conciliandis Duci Gãdensibus, quæ nihil efficit.

Marchan lib. 1. c. 26. Monstrel. to. 3. Iacob. du Clerc lib. 2. Iac. Meier. l. 16. Parad. Bellefor.

B vt metu Gandenses corriperentur; dein ad præcipua itinera ductores aliqui cum validis agminibus constituti, vt omnes commeatus interciperent. Itaque graui famis formidine perculsi, & populantis magnam ciuium partem pestilentiæ pertæsi, Gandenses ad pacem animos inclinant, quam missis ad Burgundum legatis Franciæ Rex optauerat. Permisit Philippus, vt cum regiis ij legatis agerent. Et quia multum temporis id negotium postulabat, in sex hebdomadas pactę sunt induciæ, quibus initium daret D. festum Magdalenes: dictúsque dies est, quo Franciæ legati, & Gandenses ad conficiendas leges pacis Insulæ conuenirent. Interim Bruxellas Dux intendit, magnámque copiarum partem domum dimittit, ac plerosque ductorum & Principum vnà cum præsidiis Cortraci, Aldenardæ, & alibi collocat. Cùm verò iam tempus ingrueret Insulæ de pace agitandi, ægrè hic induci potuit, vt cum legatis & nobilibus viris ad eam vrbem descenderet: paruit tamen denique legatis Franciæ admodum id flagitantibus, ac sexto Kalend. Septembris Insulam cum multa Nobilitate peruenit.

Gandenses malis franguntur & pacem petunt.

Auctores citati.

Insulam Dux venit, vbi frustrà de pace colloquium institutum.

C Ab Franco iidē, quos diximus, legati aderant. Gandenses è proceribus quinquaginta viros misere. Delecti aliquot viri nobiles à Burgundo, qui cum illis pro se agerent. Diu certatum est de pacis conditionibus: neque feliciter successit hoc negotium. Cùm enim Gandenses multa in caput suum cudi, jámque finem induciarum imminere animaduerterent: specie cum suis de propositis legibus pacis agitandi, solo interprete, & Caduceatoribus duobus relictis Insulæ, domum omnes abeunt. Neque posteà condicto die iter huc relegêre, neque saltem litteris de impedimento teditus, vel differendo colloquio, aliquid mandauere. Igitur eorum frustrà reditum præstolati, capita quædam legum pacis legati regij conscribunt, eáque per Fecialem Gandauum transmittunt. Verùm quamuis hæc ciuium melioribus placerent, pars tamen maior respuit: sumptísque statim armis in Burgundum hostilia rursus Gandenses moliuntur. Quibus breui cognitis, Franciæ Regis legati sex scutorum aureorum millibus ad Duce donati, Insula domum discedunt: nouum Philippus exercitum colligi iubet, vt maioribus, quàm anteà, copiis & animis hostem persequatur.

Auctores citati.

Bellũ à Gandensibus recrudescit.

Auctores citati.

D Hæc dum geruntur in Flandria, bis Atrebates Episcopo viduati sunt. Prior iis ereptus morte Fortigarius nono Kalendas Martij. Eum Burgundiæ Dux Philippus à consiliis & eleemosynis sibi legerat, suísque capellanis præfecerat: vt non leuem ex eius obitu dolorem ceperit. In eius locum breui suffectus est Iacobus Conimbricensis è clarissimo Lusitaniæ Regum sanguine ortus. Verùm vix quatuor mensibus Atrebatensium Ecclesiæ præfuerat, cùm Maximus eum Pontifex Vlyssipponensem Archiepiscopum in Lusitania constituit, & Cardinalium purpura decorauit. Igitur ab eo ad Ioannem Ioffridum, qui Legum Doctor Lexouiensem moderabatur Abbatiam, Pontificalis Atrebatium dignitas fluxit.

Intra breue tempus duo dantur Atrebat. Episcopi IACOBVS & IOANNES.

Epitaph. Tabula Atreb. Gaz. Locr.

Nihil interim quietis à Gandensibus ijs datur, qui Principis partibus adhęrebant. Hannoniam & Flandriam ij inuadunt: frequentibus excursionibus multos ibi locos aggrediuntur, & incendio corrumpunt. Arsere flammis eorum Axella, Hulstum, Harlebeca. Itaque licet suos milites in statiuis ob hyemem contineret Burgundus,

Gandenses multa loca, incendio vastant.

Marchan lib. 1. c. 26. Monstrel. to. 3. Iacob. du Clerc lib. 2. Iac. Meier. l. 16. Parad. Bellefor. Heuter. l. 4.

A

ijs tamen iniurijs hostium lacessitus, in ipsos arma conuerti imperat. Et mox Cortracum nepotem suum Adolphum Cliuium vnà cum valida equitum & peditum manu mittit, vt eos iuxtà sæuientes adoriatur, & Gallo-flandriæ finibus arceat. Verùm priusquam is Cortracum perueniret, in tuta sese Gandenses receperant. Adduxit paullò pòst ex Burgundia insignem equitatum Bellomontanus eius regionis Mareschallus. Ergo digressus Insula Philippus rem bellicam aduersus Gandenses hunc in modum ordinauit. Bellomontanum Cortraci, Simonem & Iacobum Lallainios Aldenardæ, Antonium Wissocum Alosti, cum præsidijs constituit; eósque ad omnem intentos occasionem esse iussit hostem aggrediendi opprimendiue. Vnà deinde cum Adolpho Cliuio Insulam redijt. Quippe tunc infirma valetudine vtebatur, ipsíque satius erat quietem hîc carpere procul à tumultu bellico. Et non multò pòst edixit publicè, vt omnes vesti suæ Crucem Burgundicam assuerent palmo æqualem longitudine. qui enim hoc symbolum minimè gestarent, hostium loco cum Gandensibus habendos. Ita non modò viri ac mulieres, verùm etiam pueri ac puellæ per regiones Belgicas insigniuere vestes Crucibus. Sed quamuis Insulæ Dux degeret, per suos tamen ductores ordinum adeò Gandenses grauibus affecit incommodis, vt denuò de pace consilia ceperint. Et missi mox ab ijs, qui per Stampanum Comitem à Principe locum tempúsque habendo pacis gratia Conuentu peterent. Nihil à Burgundo ijs negatum. Brugis indictum est colloquium Februario mense. Iuit eò Burgundi nomine Comes Stampanus. Gandauo illuc legati Prior Carthusianorum, Balduinus Vossius Eques Auratus, & plerique alij. Ne quid per eum Conuentum efficeretur, Gandensium superbia impulit, qui nullo se Principi obstrictos crimine iactabant. Igitur ceteri Legatorum præter Priorem & Vossium, qui Brugis popularium suorum peruicacia offensi remansere, iter ad suos repetunt. Verum ij, dum viam segniùs carpunt, ac priusquam Gandauum ingrediantur, concessæ fidei publicæ tempus effluit, à Burgundi militibus intercepti sunt, & Brugas in vinculis perducti. Exacerbauit ea res vehementer Gandensium animos. Ac repentè Tribuni aliquot octauo Kalendas Martias ingens ciuium armatorum agmen corripiunt, rectàque Cortracum intendunt, vt eam assultu impetant vrbem subigantque. Agebat tunc Insulæ apud Principem Burgundiæ Mareschallus, cui Cortracensis oppidi cura fuerat commissa: ideóque spem ceperant Gandenses eo loco facilè potiundi. Verùm Gauuanus Quieretus, quem Mareschallus absente se præsidio ciuibúsque imperare iusserat, horum conatibus fortissimè obstitit, omnémque ab oppido vim & iniuriam repulit. Absumpta sunt tamē quædam hostilibus flammis suburbia: multáque onusti præda Gandentes domum rediere. Et post breue tempus propiùs à periculo absfuit Ducis vxor, cùm Insula Martio mense discedens Brugas peteret, Gandensibus in occulto insidias parantibus. Placuit tamen Burgundo eodem mense Gandensibus permittere alterum de pace colloquium Siclinij. Eò Ducis loco profectus est Comes Stampanus: Gandauo cum alijs nouemdecim adfuit Carthusiæ Prior. Nihil tamen magis effectum, quàm priùs, ad omnia semper obstinatis Gandensibus. Ergo rursus de bello cogitationes Ducem stimulant. Copias is magnas in Gallo-flandria cogit, omniáque ad nouam expeditionem aduersus Gandenses comparat. Sed eo his Insulæ vehementer intento, Gandenses Duce Petro Moireauo Teneramondam ferociter aggrediuntur Aprilis tertio die. Aberat eo tempore, & apud patrem agebat Insulæ Antonius Burgundus, cui huius loci defensio fuerat concredita: ideòque plus animi Gandenses hauserant. Verùm opportunè Georgius Rosimbosius Gallo-flander, qui propter egregia facinora Equestrem fuerat adeptus dignitatem, Antonij vices in oppido gerebat. Is itaque cùm videret è propugnaculis vnum vehementer à Gandensibus inuadendum, trecentos extemplò sagittarios, & quinquaginta equites illic constituit, omnémque vim tormentorum opposuit: adeòque prudenter & fortiter cum suis aduersus hostem se gessit, vt is magno cum dedecore, & quibusdam amissis, retrò pedem vertere sit coactus. Paucis inde diebus elapsis, facinus quidam grande aggressus est. Machinarum & tormentorum bellicorum vim maximam Insulæ Dux habebat in palatio, quæ recens aptari iusserat, multósque sulphu-

[Margin notes:]

Aduersus eos res bellica sic ab Duce ordinatur. *Auctores citati.*

Burgundi edictum de Burgundica Cruce vestibus assuenda. *Litter Ducu. Iac. Meier. l. 16.*

Gandenses damnis afflicti iterum de pace agunt Brugis. *Monstrel. to. 3. Marchan lib. 1. cap. 26 Iacob. Meier. lib. 16.*

B

AN. 1453.

Sed nihil tunc effectum.

Gandenses conātur Cortracum capere. *Monstrel. to 3. Marcham. lib. 1. cap 26 Iacob. Meier. lib 16.*

C

Vrbs tamen egregiè defenditur. *Auctores citati*

Tertiò de pace agūt Gandēses Siclinij, nullo successu. *Monstrel. to 3. Marcham. lib 1. cap. 26 Iacob. du Clerc lib. 2. Iac. Meier. l. 17.*

D

Georgius Rosimbosius Teneramondam contra Gandenses defendit. *Marcham. lib. 1. cap. 27.*

Ignis in cellā Ducis Insulæ coniectus, ni-

A fulphurei pulueris cados in fubterranea ibidem cella condiderat, quà parietem Deulla fluuius alluebat. Id homo quifpiam ſatiofus animaduertit, ac deprehendit per anguftam feneftram ignem conijci poffe, quo puluis tormentarius corriperetur, & damni plurimum pareret, ipfique certum faceret Duci periculum. Et mox nullis arbitris adeò feliciter ex animi fententia rem confecit, vt, quem immiferat, dolij cuiufdam vincula ignis apprehenderit, iifque confumptis afferes depafci cœperit. Verùm in tempore Numen fubueniffe maximo difcrimini videtur. Dum enim aliquis, incertum qua de caufa, in penuarium defcendiffet, oculos in eam fortè partem coniecit, ignémque animaduertit, ac fubitò extinxit, cùm nihil propiùs abeffet, quàm vt puluis flammam conciperet, totúmque fubuerteret ac confumeret ædificium. In facti auctorem fruftrà diu quæfitum. Interim bello Gandenfes graffabantur, damnique plurimum agris & oppidis afferebant. Plus ceteris Brugenfes patiebantur, quibus hoftis erat infenfior. Ergo præcipui nationum negotiatores, qui fedem in ea vrbe fixerant, apud Ducem diu egere, vt liceret fibi cum Gandenfibus B pacem tentare: cúmque hos viderent ad quietem armorum animos inflectere, apud eumdem precibus effecere, vt data fide publica rurfum Gandenfibus poteftas fieret Infulam adeundi, ibique de pace colloquendi extremo menfe Maio. Ac tunc Brugis opulentiffimorum quidam mercatorum Infulam venere. Gandauo Prior Carthufianorum vnà cum oratoribus alijs nouemdecim adfuit. Verùm quæ capita pacis hi fcripfere, populus Gandenfis afpernatus eft, bellíque ftudia denuò arripuit. Haud fegnior ad arma Burgundus recurrit: & poftquam Infulæ plufculum temporis fefto ludorum & conuiuiorum luxu transfegit, quæ circùm varijs in locis præftolabantur, copias in vnum contraxit. Multa militum aderant millia, multi foffores fabríque; ingens numerus tormentorum & machinarum. Paratis igitur rebus omnibus, è Gallo-flandria difcedit Cortracum verfus Iunij vigefimo die. Manfit interim vxor eius Infulæ (iam enim Brugis reuerterat) cum multis nobilibus matronis. Obfeffa primùm à Burgundo, captáque arx Scandebecquana, vnde multùm Gan-C denfes agros vicinos infeftabant. Admotum deinde caftro Poucquenfi obfidium, coactique funt inferfores fefe Duci dedere. Eo loco in poteftatem redacto, Philippus Cortracum redijt, omnémque circùm militem licentiùs populari cuncta permifit, quòd ftipendia pecuniæ defectu pendere nequiret Ergo damni multum ideò vtrique Flandri paffim perpeffi: omninòque nihil reliqui vicinis in agris factum fuiffet, nifi poft dies paucos numerata pecunia copias inde aduerfus Gandenfes aliò duxiffet Burgundus. Placuit tunc in primis Gaueram imminens Scaldi fluuio caftellum obfidione cingere quintodecimo Kalendas Augufti: ingénfque Ducem ftimulabat defiderium vel eo loco potiundi, vel Gandenfes fuppetias ferentes infigni cladè præliando afficiendi. Et quia nouerat filium fuum Carolum, quem fecum in caftris habebat, non minori cupidine fortiter agendi fuccenfum, eique plurimùm, quem vnicum heredem vxor ipfi dederat, formidabat: hunc procul periculo arcere voluit. Igitur matrem eius graui finxit ægritudine vexari Infulæ: ftatimque huc per D fpeciem confolandi cum magno comitatu dimifit. Verùm vbi Carolus Infulam deuenit, matrémque integra valetudine fruentem nactus eft; tum facilè animaduertit impofitum fibi à patre, vt hanc in vrbem relegatus nullum vel obfidij, vel pugnæ periculum fubiret. Quia tamen ingentes animos alebat, & pugnandi defiderio ardebat: nullis vel maternis precibus, vel paternis ftudijs Infulæ retineri potuit. ac repentè ad Gaueram in caftra reuolauit, vt patris quodlibet periculum adeuntis latus premeret. Fruftrà tum Gandenfes Burgundi caftra eluuione fluminis fubmergere tentarunt. vique tormentorum fefe dedere coacti funt, qui Gaueram propugnabant, iique omnes ad vnum fufpendio necati; folus enim Arnulphus Specanus occulto Gandauum effugio repetijt. Armabant eo tempore vicena circiter Gandenfium millia Iacobus Meuflonius, & Theodoricus Scoonbrochius, quo vrbem ingreffus eft Specanus: multique ad eius voces (carpebat enim grauiter primorum vrbis negligentiam, qui fuppetias ferius parauerant; Ducifque caftra fegniùs cuftodiri afferebat, multis ob dilatam ftipendiorum folutionem mi-

Margin notes:

nihil tamen nocuit. *Monftrel. vo. 4. Iac. du Clerc l. 2.*

Rurfum Infulæ Gandenfes de pace colloquuntur, & eius leges conſcribunt incaſſum. *Monftrel. vo. 3. Marchant lib 1. cap. 27. Iacob. du Clerc lib 2. Iac. Meier. l. 16.*

Bellum igitur renouatum eft. *Auctores citati.*

Arces quafdam recipit Burgundus. *Auctores citati.*

Ducis copiæ agrum Cortracenfem & Infulenfem diripiunt. *Auctores citati.*

A Burgundo Gauerẽfis arx obfidetur. *Monftrel vo. 3. Ouvier Merchan. l. 1. c. 27. 28. Iacob du Clerc lib. 2. Iac. Meier. l. 16. Pont Heuter. l. 4. Paradin.*

Et tandem capitur. *Auctores citati.*

A

litum eius diffluentibus) animos incitantibus præsertim mulieribus, arma celeriter corripuere. Verùm hi omnes longè alio successu, quàm sperauerant, aduersus Philippi castra profecti sunt. Cùm enim ex opposito Burgundi exercitus tres in acies dispositus consisteret, nondum canentibus pugnæ signis, neque concurrentibus vtrimque velitibus, incerta de causa (nisi verum sit casu puluerem tormentarium arsisse, huiúsque Præfectum inclamasse, vt circumstantes aufugerent) quasi panico terrore perculsi, terga vertere cœperunt. Statimque Dux in eos ita cum suis irruit, vt mille circiter, intra pratum fossis circumdatum sese tuentes animosiùs, obrueriis ceteros ferè omnes partim ferrò alij ciciderint, partim vndis hauserint profundi Scaldis vortices. Et subinde Gandenses Philippi Principis liberalitate inuitati pacem flagitauere. Ad Gauetam ea ipsis concessa molliori, quàm sperabatur, Burgundi animo. Igitur dictis legibus pacis Gandauum propiùs accessit Philippus, veniamque criminum Gandensibus in lineis occurrentibus, & suppliciter misericordiam implorantibus concessit. Inde Flandris omnibus insigni perfusis voluptate Gaueram rediit, eóque de loco petiit Aldenardam prælatis Gandensium opificum vexillis, quorum posteà partem Hallas, partem Bononiam misit, & coram Sanctissimæ Virginis Mariæ statuis, quasi trophæa, in signum victoriæ suspendi voluit. Eo ex oppido Insulam cum magno Nobilium numero venit. Multum hîc posteà tempus transactum ludis varijs, equestribus & pedestribus certaminibus, conuiuiorum multiplici luxu, saltationibus ludicris, & Musicis concentibus: vt eam omnes voluptatem patefacerent, quam compressis tumultibus, & conciliatis Principi Gandensibus ingentem conceperant. Ac tum iniit Dux Cliulensis cum Isabella Stampani Comitis filia & herede matrimonium: nihilque ad nuptiarum celebritatem magnificentiæ, variique luxus omissum. Sed dum multa epularum, symphoniæ, ludorúmque lętitiâ personat omnis Insulana ciuitas, venit ab Summo Pontifice Nicolao Legatus ad Burgundum. De subdita Turcarum imperio Constantinopoli tristes is nuntios attulit, ac nomine eiusdem Pontificis Maximi Ducem hortatus est, vt, quantis posset viribus, ceteris se Christianis Principibus aduersus immanem Ecclesiæ hostem iungeret. Temperata vehementer omnium voluptas his rebus. Statimque Burgundus quatuor triremes armauit, eásque tormentis & commeatu instructas ad Pontificem misit, maioribus Legato promissis onusto. Paucis diebus exactis veniunt etiam ad Ducem Insulam viri nobiles, quos Imperator Germanicus legauerat. De clade ab hostibus Fidei accepta hi quoque nuntiauere: ac deinde Cæsaris nomine obtestati sunt, ne Burgundus in Germaniam ad Conuentum generalem proficisci recusaret, cùm vltrò alias in Asiam copias se ducturum promiserit. Abundè satisfecit huic etiam legationi Philippus. Et quamquam factos Antistites, ac viros Equestri balteo decoratos præmiserat in Germaniam, eodem tamen iter se facturum recepit.

B

C

Gandenses à Burgundo cæduntur ad Gaueram. *Auctores sam citati. VVasseburg l. 7.*

Iidem à Doce pacem impetrant. *Auctores citati.*

Insulam redit Burgundus, ibique ob pacem multa Lętitiæ signa exhibentur. *Auctores citati.*

Dux Cliuiensis vxorem ducit Insulæ. *Oliuer. Marchan. l. 1. c. 28*

Summi Pontificis ad Burgundum legatio pro Sacro in Turcas bello. *Manfred. to. 3. Marchan l. 1. cap. 28 Iacob. du Clerc lib. 2. Iac. Meier. l. 16. Paradin.*

Imperatoris legati eamdē ob causam veniunt. *Marchan. lib. 1. c. 28.*

Laborandum huic posteà Principi fuit cum armis luxúque Flandrorum. Consuetudinem induxerat bellum Gandense, vt omnes ferè tum vrbani, tum villarici homines gladijs accingerentur, armáque gestarent. Id dum periculi plenum videretur, quòd exortis fortè rixis & contentionibus in cædes quidam facilè ruerent: data quidem est opera, vt eorum vsus armorum interdiceretur; haud priùs tamen ipsa detrahi potuere, quàm grauissimo Philippus edicto geri vetuit. Et mos apud pollentes genere ac diuitijs viros inualuerat, vt ministris omnibus suis ac clientibus vnicolores togas impertirentur, eóque subditorum habitu gloriam sibi conciliarent. Profusam eam liberalitatem, & numerosæ clientium turbæ iactantiam cùm auersaretur Philippus, etiam edicto coërcere statuit: omninóque sanciuit, ne quis togas in posterum alijs, quàm familiaribus, Baillivis, Quæstoribus, Apparitoribus, & villicis primoribus donaret. Et huius Principis iudicio, propter Sodomiæ flagitium, quod iam locis quibusdam in Belgio fœdè vsurpabatur, igne consumptus est, inque cineres redactus Insulæ vir quidam gente Pedemontanus, & opibus præpollens. Quæcumque extra fines Insulenses possidebat, in fiscum Ducis omnia cesserunt.

D

Arma geri vetat Burgundus. *Litter. Ducis.*

Eiusdem de togis edictū. *Litter. Ducis.*

Sodomiticus exustus Insulæ. *Lib. Rosfin.*

Grauiter hoc tempore dissidebant Canonici Tornacenses ac cœtus sacer Cysoniensis monasterij. Cùm enim illis huius loci cura interdictum fuisset, multísque

Dissidium inter Canoni-

A priuilegijs eidem libertas assereretur, permolestè scilicet id ferebant, semperque aliquid moliebantur, quo libertatem eam conuellerent, suæque cœnobium potestati subijcerent. Igitur ijs machinationibus exacerbati Cysonienses ad Franciæ Regem misere, de molestijs eorum & iniurijs questum. Audiuit benignè legatos Carolus: & confestim ad principem Apparitorum scripsit Tornacum, vt eò laborem impenderet, ne quid aduersus Cysonienses Canonici Tornacenses susciperent, facerèntue: sua ei monasterio sarta tecta seruaret priuilegia, quibus ab Tornacensium Canonicorum potestate vendicabantur. ac si porrò pergerent Tornacenses eos molestijs afficere, ad Iudicem eos euocaret. *cos Tornacenses, & Religiosos Cysonienses. Litter. Reg. Franc.*

AN. 1454. Principio sequentis anni, magno apparatu celebrata sunt Insulæ, quò iam visendi auunculi gratia Cliuiæ Dux Ioannes aduenerat, virorum illustrium, & Principum conuiuia: in eámque profusionem expensum auri plurimum est: quoniam alteri cedere pudor vetabat. Ab minoribus Equitum Aurei Velleris epulæ dari cœptæ. secuti sunt Principes, dein Dux ipse Burgundus. Sumptúmque tempus aliquod apparan- *Conuiuia Insulæ præbita. Olivier. Marchan. l. 1. c. 29. Meier. Heuter. Paradin.*

B dis tum irritationibus gulæ, tum oculorum spectaculis, quibus ea conuiuia vehementer luxuriabant. Trium hîc modò epulorum mentionem faciam. Exeunte Ianuario. Dux Cliuiensis Burgundi nepos totam cum Duce auunculo Nobilitatem conuiuio accepit. Quidquid deliciarum & lautitiarum comminisci potuerat, id abundè præbitum. Inter ea, quæ oculos pascebant, occultísque ingenij sensibus blandiebantur, nauis præsertim primariæ mensæ multum occupauerat locum. Ea plenis velis ferebatur elegantissimè compacta, & rebus omnibus instructa. Solus eam insidebat vir armatus, erecto corpore, cuius sagum Cliuiensibus insignibus sparsum erat. Præ naui cygnus argenteus natabat, cuius collum torquis aureus obiuerat; eámque aurea catena deducere nitebatur. Pone nauigium arx eminebat insigni structura: & quà fluuius ima prætetfluebat, inter vndas falco denatauit. Id primò datum veteri Cliuiensium narrationi. Fertur enim, cygni ductu delatum ad arcem Cliuiensem per Rheni flumen nauigium, quo vir nobilis, ac multa virtute præditus vehebatur. attonitam eo miraculo huius arcis ac subiectæ regionis dominam, quæ tum vidua erat, nuptijs cum illo coaluisse. exortos inde liberos, vnde Cliuiensium Duces denique manauerint. Et animum Adolphi Cliuiensis Rauestainij toparchæ arguebat ea repræsentatio. Nam hic eo conuiuio proclamari per Fecialem in triclinio iussit, Equitem Cygni, quo die Burgundus epulum præberet, accinctum fore, vt quolibet armorum genere cum ijs omnibus concurrat, qui secum in arenam descenderint: dandúmque victori præmium laboris cygnum aureum, qui collo auream, & ad extremum annulum insigni carbunculo splendentem catenam traheret. Octauò ferè pòst die Comes Stampensis apparatu maiori tam epularum, quàm spectaculorum Principibus conuiuium struxit. Ac tum nudatis rebus omnibus mensis, impositum fuit Burgundo sertum adornandi posteà conuiuij argumento. Hoc ita peractum comperio. E proximo cubiculo in conclaue multi iuuenes prosiluere tedas manibus lucentes. Hos secutus est Dourdanus Stampani Caduceator sago militari, & aureis insignibus Comitis conspicuus. Huic erant proximi Drueullius & Miramontius aurati calcaris Equites, ac Comitis Cubicularij. Capita nudi, corpus obtecti talaribus ex holosetico & suffultis martium pellibus togis, sertum varijs floribus implexum altera manu ferebant. Pone succedebat eleganti virgo apparatu annos ferè duodecim nata. Corpus velauerat ianthino colore vestis byssina, cuius limbum opere Phrygio multum auri decorabat, vibrantibus à tergo è tenuissimo panno serico, & Græcis characteribus aspersо, manicis. Compositis arte crinibus pyramidis specie caput assutrexerat, ex eóque retrorsum defluebat varijs ornatum gemmis flammeum. Ipsa pulcherrimo asturcone, panno byssino cærulei coloris instrato, vehebatur. Tres eam viri nobiles ducebant rubeis amicti pallijs, tectique verticem capitijs viridi bysso fluentibus. Et ciendis conuiuarum animis, assa voce suauiter simul accinebant. Postquàm omnes in conspectum Ducis venere: pauca præfatus est Caduceator: Ab Comite Stampensi sertum transmitti: virginem id tradituram, cui persona Lætitiæ sit imposita. Igitur tunc datum ab Equitibus virgini sertum: eáque *Ducis Cliuiensis epulũ. Marchan. d. l.* *Comitis Stampensis conuiuium. Iidem auctores.*

C

D

A

Nobilium manibus ex equo demiſſa, per gradus in menſam conſcendit, ibique duplici geniculatione Ducem venerata, contactam oſculo corollam eius capiti circumdedit. Burgundus ea cęremonia conuiuator renuntiatus, in decimum ac ſeptimum Februarij diem epulum indixit. Et quoniam hoc pręſertim Principes Equitéſque ad Belli Sacri labores ſtimulare optabat, eámque capeſſendi expeditionem voto ſeſe conſtringere: cum luxu epularum & ſpectaculorum impendiis religionem aſpergi voluit. Qui totum conuiuij apparatum pręſtruerent, electi pręſertim Ioannes Lannoyus Aurei Velleris Eques, ac Ioannes Boudautus, inſigni vterque ad res nouas & ſubtiles excogitandas ingenio: ſępiúſque habitis Cancellarij, Cubiculariorum, & ſapientum hominum Conuentibus, quæ potiſſimè fieri oporteret, agitatum fuit. In hęc, quę paucis perſtringam, omnibus itum ſententiis. Igitur die condicto ſtatim poſt meridiem, ad equeſtrem concertationē Raueſtaïnum eduxere Dux Burgundię, Carolus eius filius, Comes Stampenſis, Ducíſque Nothus Antonius, ad numerum reboantibus tympanis. Pręibāt ij, quos iam memorauimus; dein aliquot tympaniſtę ſequebantur. His ſuccedebat Fecialis ſagum indutus cygnis aſperſum. Ingens poſteà cygnus gradiebatur faberrimè compoſitus, inſerto coronę aureę collo. Altrinſecus eum comitabantur ſagittarij duo pari artificio, qui tenſis arcubus ſagittæ iactum iis minabantur, qui propiùs accederent. Cygno proximus erat Raueſtaïnus armis elegantiſſimis obtectus, & in equo magnificè inſtrato conſidens: quem ab cygni collo ad ſcutum pertingens aurea catena ducebat. Ab vtroque latere, ac retro tres in equis aderant ephebi Angelorum habitu conſpicui. Proximè quidam equorū curator, bellatorē equum inſigni ornatū apparatu ducebat. Agmen claudebant Dux Cliuienſis, Ioannes Conimbricenſis Luſitaniæ Regis nepos, multíque tum Equites, tū Nobiles albo cincti ornatu, & lanceas manibus gerētes. Alios aliunde cōcurrendi ardor Principes Equitéſque adduxit. Hi præcipuè certamen iniuere, Ludouicus Cheualantius, Ge ardus Roſſillonius, Ioannes Montfortius, Chriſtianus Digeoinus, Philippus Lalainius, Ioannes Ghiſtellius, Euerardus Digeoinus, Gruthuſiæ & Mourcourij toparchæ, Fiennatum Regulus, S. Pauli Comes, Carolus Burgundus, eiúſque frater Antonius Ducis Nothus. Cum Cheualantio adeò vehementer Raueſtaïnus congreſſus eſt, vt impetus vtrumque humi ſtrauerit, ac tantùm non equi caſu oppreſſerint. Primis facibus in aulam epulo præparatam conuiuas Burgundiæ Dux induxit. Ampliſſima hæc erat, & tapetibus Herculeos labores egregiè perrextos obiicientibus tota ridebat. In medio menſæ tres ſtratæ cernebantur, quarum ſingulæ aliqua fercula ingenioſè fabrefacta intuentibus ad voluptatem oculorum auriúmque præbebant. Stabat in prima ete&um altè templum, vbi organa pulſantibus digitis ederent harmoniam, & tres pueri cum viro cantiones Muſicas modularentur. Ibidem puerulus viſebatur in edita rupe aquam roſaceam perpetuùm fundens. Dein nauis quaſi iactis anchoris conſiſtens, quæ vim maximam omnis generis mercium ac hominum nauticorum & vectorum, rebus omnibus naualibus inſtructa, continebat. Ad vltimum ibi fonticulus admirationem ciebat. Prati ſpecie factus erat ſapphirinis aliorúmque colorum rupibus cincti. Materiam partim plumbum; partim vitrum ſuffecerat. Ex vitro multæ ſurgebant arbuſculæ, folia, flores, fructúſque vnà prębentes. In medio D. Andrææ ſtatua editior ſpectabatur Crucémque manibus geſtans, cuius alterum extremum aquam ſemper pedis vnius altitudine iacularetur tanto artificio, vt delapſa in pratum aqua oculos ſtatim fugeret, ſurſúmque aſcenderet. In altera menſa multò longiori fercula nouem conuiuis ingerebantur. Primum erat artocreas tantæ molis, vt octo ac viginti homines comprehenderet, qui modò teſtudine, tibiis, cornibus, vtre, citharis; modò vocibus aures iucundè afficerent. Proximè caſtrum erat eleganti ſtructura compoſitum, è cuius turribus duabus cùm placeret, malorum aureorum ſuccus in ſubiectam foſſam abundè fluebat. Vt cetera taceam, vltimo loco lacus ingens cernebatur, oppidis variis, pagíſque circumdatus. In medio nauis erecto malo, velis turgentibus huc illuc ſemper nullo mouente volitabat. Tertia menſa, quæ omnium erat minima, primùm nemus oſtentabat Indicum, vbi varij generis trucéſque aſpectu feræ, quaſi viuerent, modò huc, modò illuc gradiebantur. Erat etiam

B C D

Marginal notes:

Conuiuium Ducis Burgundiæ quo ſane apparatum. *Idem auctor. Huius conuiuij meminerunt ſecum Monſtrel. to. 3. Iacob. Meier. lib 16. Pont Heuter. l. 4. Iacob du Clerc in Comment MSS. lib 2. Paradin. l. 3.*

Eius die conuiuij ad concertationes equeſtres Raueſtaïnus inſigni pompa proceſſit. *Marchan. d. l. Paradin.*

Qui cum Raueſtaïno decurrerint.

Menſæ conuiuij Ducis Burgundiæ quæ fercula oculis intuentium obiicerent. *Oliuer. Marchan.*

iam illic alligatus arbori leo, qui, licet non viueret, à seipso tamen artificiosè mouebatur. Et in huius cōspectu canem vir baculo percutiebat. In aulę medio multis abacus gradibus consurgebat, vbi malluuia, polubra, gutti, pocula, paterę, cyathi, aliáque vasa partim aurea & argentea, partim crystallina toreumatis & emblematibus aureis gemmísque magni pretij exornata, insigni ordine composita erant, ingentésque diuitias intuentium oculis obiiciebant. Ex opposito mensæ maximæ haud procul pariete, fœminæ partem corporis nudæ statua columnæ capitello insistebat sparsis ad renes capillis. rutilabat eius caput auro plurimo, vnionibus, varijsque generis lapidibus. quæ tegi oportebat, velum lineum Grecis inscriptum litteris obnupserat. ipsa perpetuum ex vbere dextro vinum cinnamomo & sacchаro conditum magna copia fundebat cœnæ tempore. Iuxtim alia colūna surgebat capite modo theatri admodum lato. Ibi leo viuus ferreo constrictus vinculo excubias agebat, quasi statuæ muliebris custos. erátque fixum ex argento scutum hæc verba litteris aureis ostentans: *Ne quis dominam meam contingat.* Vtrimque ad parietes aulæ conuiuij spectatoribus erecta fuerant theatra quinque multorum hominum capacia, quæ mox Nobilibus quà viris, quà fœminis impleta. Magnam partem ij faciem laruis contexerant, ne cognoscerentur: cùm plerique summo loco nati ex Gallia, & Anglia, totóque Belgio conuiuij apparatum visendi gratia conuenissent. Postquam verò Principes plusculum temporis impendêre spectandis, quæ diximus, oculorum illicibus ferculis: in mensas illati sunt cibi tanto luxu copiáque, vt singuli missus octo & quadraginta varij generis ferculis struerētur: elixa frixáque lanceis argenteis præberentur, assata curriculis auro & cęruleo colore splendentibus, quæ pretiosis funibus è tabulato supernè insigni arte ministri demittebant. Dum conuiuæ famem epulis explent, & suaui se mero distendunt: nunc in templo, nunc in artocreate multiformi harmonia & symphonia certabatur: gratúmque erat omnibus, modò voce, modò acroamate deliniri. & in extremo triclinij scenę spectacula præbebantur lucinū pręuio cantu: interdúmque mensas obibant vel ridicula, vel seria. Initio sexdecim equites talaribus è panno Damasceno togis induti equum adduxere, qui pedibus auersis ingrediebatur, cuiúsque tergo tubicines duo insidebant bellicum aliquid tubis personantes. Secutum est posteà monstrum huncin modum. Infermè gryphem tibiis, vnguibus, & pilo mentiebatur: supernè hominem vultu barbáque horridum. sessorem eum gerebat ferus aper viridi panno sericó instratus. at suprà vir aliquis eminebat ita compositus, vt pedibus in altum erectis, innixóque deorsum capiti capite monstri humeris manus sustinerentur. Hoc extra triclinium deducto, in scena Iason apparuit armis contectus: statimque boues aliquot vegrandes ignem naribus & oribus vomentes in eum vehementer impetum fecere. quos cùm frustrà primùm lancea, dein gladio appeteret, iámq; propior periculo satisceret; affuso è phiala liquore, quem Medea olim suffecerat, derepentè coërcuit, & potestati subiecit. Visus deinde ceruus inusitatæ magnitudinis, pilo candido, & inauratis cornibus, triclinium ingredi. Puer in eo pulcherrimè ornatus sedebat. Vbi verò hic suauissimè acuta voce cantionem modulari occœpit, ceruus ipsi accinuit ore firmiori, quamdiu mensas circuibat. Ac tum rursus in scenam Iason prodiit, illique ex aduerso serpens immanis obiectus est patulo hiatu, collo tumenti, stantibus flamma oculis, fœtidum virus flammásque rictu, oculis, naribus proiiciens. adeóque crudele certamen exortum, vt in vanum diu lancea Iason hostem transfoderit, validisque ensis ictibus percusserit. Opposito tamen annulo, Medeæ munere, adeò demum prostrauit, vt ferro caput absciderit, exemptósque abstulerit dentes. Vix abscesserat Iason, cùm ab extremo triclinij draco ignitus per aërem volauit, & totum ferè spatium cœnationis emensus disparuit subitò. & ab angulo prodiit ardea, statimque quasi accipitrariorum vox audita falcones inuitantium. Tunc ex aduerso erupit falco vnus ardeámque circumuolitauit, eo tamen diutiùs hostem ambiente, alter aliunde impetum faciens ardeam prostrauit, quæ mox Duci Burgundiæ oblata. Ac tum tertiò Iason in proscenium venit boues aratrúmque agitans. Atque vbi paullùm arauit, pro semente serpentis dentes humi coniecit: exortique sunt extemplò armis instructi homines, quos

Abacus in aulæ medio.

Statua muliebris ex vbere vinum fundens.

Leo viuus in columna.

Theatra quinque pro spectatoribus.

Epulæ conuiuij quam variæ fuerint.

Musica, & spectacula alternis cō ... & spectatores recrearunt.

A pugnandi ardor in mutuam compulit cædem, vt multo erumpente ex vulneribus sanguine ad internecionem sese deleuerint, Iasone spectante. Hæc partim oblectandis tum conuiuis, tum spectatoribus concessa, partim Equitum Aurei Velleris animis ad fortiter agendum stimulandis edita, quorum plerique aderant, quósue secum Burgundus aduersus grauissimos Fidei Christianæ hostes Turcos in bellum trahere moliebatur. Quod sequitur, lachrymis ciendis inductum, vnáque cum Duce ad Belli Sacri susceptionem Principibus, Equitibúsque apertiùs incitandis. Procera mole gigas ingrediebatur, viridi tunica corpus, tiara caput tectus Saracenico more. Hastile longum sinistræ pondus erat; dextrâ turritum elephantem ducebat. Inerat turri puella Monialis specie. è candido sericóque panno hæc vestem induerat, pullo superambiente pallio, capútque albenti ricâ velauerat. Vbi paullùm in aulam processum est, ea ductorem flagitauit, vti consisteret, sibíque ad loquendum moræ aliquantulum concederet. Is tamen toruis eam oculis aspiciens vltrà progressus est, nec priùs gradum fixit, quàm in conspectum Ducis venerit. Ibi consistere iusso elephante, ac circumfusa vndique mirantium hominum turba, vocem puella flebilem in modum abrupit; & postquam Christianæ Ecclesiæ nomen sibi personámque imposi- B tam asseruit, primùm multis se ab infidelibus iniuriis damnísq; affici questa est: dein Ducis aliorumque Principum, Equitumque mensis accumbentium opem & auxilium implorauit carmine Gallico. Vix ea cunctis commiserationem & lachrymas exciuerat, cùm statim ornatu militari in triclinium sese penetrat, multis aliis præeuntibus, Velleris Aurei Fecialis armorúmque Rex, ac viuum manu Phasianum prætendit, cuius collum torquis aureus, & variis rutilâs gemmis, ambiuerat. Ponè sequuntur virgines duæ nobilissimæ, cultu eleganti, formáque egregia, quibus latera iungebant Aurei Velleris Equites duo. Etiam propior Duci factus Rex armorum ita breuiter orauit: *Missum se cum virginibus à principibus & nobilissimis mulieribus, vti viuum Duci Phasianum offerret, ac coram eo ad votum aliquod nuncupandum ipsum induceret.* Burgundus satis gnarus, quo fine conuiuium struxerat, in Ecclesiam oculos coniecit, quasi magno eam adiuuandi desiderio incenderetur: ac mox è sinu chartam extraxit C paucis complexam, quæ Christianæ Fidei causa voueret. *Iturum scilicet se quocumque aduersus impios bellum traheret, siue Rex Franciæ, siue quis alius eius nomine sacræ præesset militiæ. illic non modò se viribus, opibúsque barbaros persequuturum, sed etiam, si Turcorum Imperator in arenam descendere velit, singulari cum eo certamine pugnaturum.* Vix hæc è charta Rex armorum elata voce pronuntiauerat Ducis nomine, cùm Ecclesia multo perfusa gaudio, gratias egit Burgundo, ceterósque Principes ac Equites ad idem audendum incendit. Abducta dehinc Ecclesia, vario murmure triclinium personuit quà Principum & Equitum, quà nobilium virorum Belli Sacri labores & impendia sese suscepturos vouentium. Maluit tamen Dux in lucem crastinam ea vota scripto mandari: idque per Caduceatorem edixit. Et mox epulæ ferculáque remota, prorsúsque nihil præter fontem in mensis relictum. Paullò pòst multi funalia gestantes aulam ingrediuntur iuuenes, eísque magna tympanis concrepantium, fidésque testudinis aut citharæ pulsantium turba succedit. Sola dein progreditur Gratia Dei Sanctimonialis habitu, togam induta sericam candidissimi coloris, cui D pallium etiam album Damasceni operis obuoluebatur: solúmque candidum è lino tenuissimo velum caput obtexerat. Incedunt pòsteà duodecim Equites eleganter ornati, ac singuli singulas virginum cultu puellas inducunt, quibus toga conchyliato murice rutilabat, superinducta pellucida veste linea; itáque caput velo candido bracteísque aureis exornato tegebatur, vt pars eius retrorsum volitaret, pars vultus aspectum eriperet. Hæc erant earum nomina, Fides, Charitas, Iustitia, Ratio, Prudentia, Temperantia, Fortitudo, Veritas, Liberalitas, Diligentia, Spes, Strenuitas. Igitur simul omnes coram Burgundo stetere, paucis eum Gratia Dei verbis affata est: *Grata summo Numini vota esse, quibus tum ipse, tum alij conuiuæ ad subeundos sacræ militiæ labores sese obligauerint. ab eo se missam, vt duodecim comites eius nomine ipsis offerat, hortetúrque, vt harum opera & consilijs semper vtantur. haud dubiè tali comitatu fultos & sacram expeditionem aggressuros, & bellum confecturos feliciter.* Ac tum lectis iis carmini-

In aulam Ecclesia inducitur.

Eaque Ducis & aliorum opem implorat.

Dux Burgundiæ bello sacro se deuouet.

Principes alij votum etiam sacræ militiæ concipiunt.

Gratia Dei duodecim comites Sacri Belli ad Ducem adducit.

A bus, quæ singulæ attulerant idiomatis Gallici verbis concinnata, veniam abeundi Gratia Dei à Burgundo petijt, sociásque in triclinio cum Principibus relinquens discessit. Datum posteà tripudijs aliquod tempus, propinatum subinde vinum, & tragemata varij generis prolata, quorum pars maior ex vnionibus, & lapidibus pretiosis confecta. Ad horam noctis tertiam è cœnatione ab omnibus discessum est. Insecuta luce Principes, Equites, ac nobiles viri tradita litteris vota sua Duci obtulere, quorum hæc nomina, titulique, vt Oliuerius Marchanus proposuit: Carolus Ducis filius, Charolosij, vel Quadrilegij Comes, Dux Cliuiensis Ioannes, Stampanus Comes, Adolphus Raueftaïni dominus, Antonius Ducis Nothus, Regulus de Pons, Ludouicus Comes S. Pauli & Castellanus Insulensis, Regulus Charniacus, Antonius Crouyacus, Ioannes Chymai toparcha, Hugo Lannoyus dynasta Santensis, dominus Crequiacus, Ioannes Haubourdinij toparcha, Nicolaus Raulinus Burgundiæ Cancellarius, dominus Bergensis, Ioannes Cominij Regulus, Carolus dynasta Rochefortis, Philippus Lalainius, Boussuti dominus, Ioannes du Bois,

Qui cũ Duce Belli Sacrum vouerint. Oliuer. Marchan. l. 1. c. 30.

B Claudius de Tholongeon, Christianus & Euerardus de Digoine fratres. Verùm Comitis S. Pauli votum Duci parum placuit, cùm is ita conceperit, vt Regi Franciæ magis, quàm ipsi sese subijceret: ac tum iacta sunt quædam inter vtrumque dissensionum semina. Eodem die ab Comite Carolo, & Antonio Burgundo, aliísque, ad præmium laudémque comparandam lanceis concursum est: iísque peractis certaminibus conuiuium denuò Philippus spectatoribus & Equitibus dedit. Ceterùm de Ludouico S. Pauli Comite, Insulensíque Castellano, quædam hîc latiùs paullò explicanda sunt. Conuenerat inter eum & Antonium Crouyacensem Regulum, vt Ioannes Antonij filius natu maximus, Comitis filiam vxorem duceret. Igitur contractis nuptijs, apud Crouyacum Ludouici filia collocatur educatúrque. Sed priusquam ij coniuges sese contingerent, eius matrimonij fastidium Comitem cepit, filiámque repetijt. contrà Crouyacus à contractu nuptiarum nullo modo resilire statuit, ac celebrari perficíque matrimonium iussit. Multus eò factus conuiuiorum &

Marchan. ibid.

Cur se Comes S. Pauli à Burgundo alienauerit? Oliuer. Marchan. l. 1. c. 31.

C ludorum apparatus. Sed quamuis ad eam Comes pompam inuitaretur, haudquaquam tamen adire voluit. Igitur eam ob rem grauior inter Antonium & Comitem simultas intercessit: ab eóque tempore mutuis sese machinis subuertere aggressi sunt. Plus apud Principem Burgundum valebat Antonius, ideóque sępenumerò aduersus Comitem eum incendebat occultè. Cùm itaque Cameraci Comes insigne conuiuium appararet, idque varijs decursionum equestrium certaminibus ornare contenderet, è subiectis Burgundo ditionibus viros nobiles quamplurimos euocauit. Verùm Philippus ex aula sua quemquam eò proficisci vetuit grauiter: eóque mentem aduertit, vt quas idem Comes filio suo annis maximo nuptias conciliare nitebatur, omninò disturbaret. Effecerat scilicet apud Bourbonij Ducem Ludouicus, vt is Ioanni filio suo Isabellam filiam in vxorem concederet. Sed ea tum temporis apud auunculum suum Burgundiæ Ducem agebat, in cuius palatio ipsam Isabella coniux educauerat. Ergo vel Crouyaci verbis impulsus; vel alia incensus occasione, eas Burgundio nuptias impedijt. Id cùm animaduerteret Ludouicus longè maioribus se ab Duce odijs seiunxit, totúsque ad comparandam sibi Regis Franciæ gra-

D tiam incubuit.

Facta tunc à parente potestas Carolo Comiti in Hollandiam abeundi, vt Rempublicam curaret. Vix tamen attigerat Hollandiæ fines, cùm Duci mens inijcitur eum nuptijs illigandi: & quoniam domi alebat, quam diximus, Isabellam Bourbonij Ducis filiam, optimis præditam moribus virginem, statuit eam ipsi vxorem tradere. Igitur ignaris puellæ parentibus ab cœpto itinere Carolum reuocat Insulam, & solitis Ecclesiæ ritibus vtrumque fidem matrimonij spondere iubet octauo post epulum votorum die. Adulto mense Martio, cùm in dies ipse maiori desiderio arderet in Germaniam ad generalem pro Belli Sacri susceptione Conuentum adeundi, Belgicis ditionibus filium præfecit, & qui consilijs adiuuarent, vnáque labores moderandi susciperent, Burgundiæ Cancellarium, Antonium Crouyacum, Gouxijque dominum adiecit, multæ viros prudentiæ, & bellicæ fortitudinis. Ac rebus ad iter

Carolus Burgundi filius in Hollandiam discedit. Marchan. lib. 1. c. 31. Monstrel. to. 3. Iacob. du Clerc l. 2.

Idem paullò pòst cum Isabella spõsalia contrahit. Marchan. l. 1. c. 31. Monstrel. to. 3. Iacob du Clerc. Paradin.

Burgundus in Germaniam proficiscitur. Auctores citati.

A

paratis, in viam se dedit quintodecimo Martij, haud maiori comitatu, quàm equitum ferè centum. In Germaniam cùm peruenisset, à multis Principibus exceptus est honore maximo, multísque cultus officijs. Verùm ab Imperatore Friderico impetrare nunquam potuit, vt is Principum Germaniæ Comitia de bello contra Christianæ Fidei hostes gerendo haberet. Cúmque idem nusquam in conspectum veniret, in morbum sanè grauem incidit, ex eóque releuatus ope Medicorum, in Burgundiam, transactis aliquot mensibus, reuertit. Inde per litteras Carolo filio mandauit, vt matrimonij cæremoniæ peragerentur: ideóque missus etiam Philippus Potius, qui verbis eadem patris mandata exponeret. Ergo matre omnia procurante nuptias Insulæ celebrari placuit: vixque omnia festis epulis & pompæ necessaria, propter vehementem Ducis instantiam, festinata fuere. Maximo tamen apparatu dies nuptiarum celebratus: & tunc insigni robore & magnificentia ludos equestres iniuere Rauestaini dominus, Ducísque Nothus Antonius. Hæc cùm facta fuissent Octobri desinente, plusculum tempus egit in Burgundia Philippus, neque priùs ea de regione in Gallo-flandriam redijt, quàm Februarius anni sequentis procederet.

Ibique grauiter ægrotat.
Iidem auctores.
Carolus Comes nuptias cum Isabella Insulæ celebrat.
Iidem auctores VVasseburg.

B

AN. 1455.

Insulæ præsertim magno tunc exceptus est gaudio, ibíque dies aliquot egit, vt vires in Germania morbo tentatas conuiuijs & ludis reciperet. Hinc firmiori vtens valetudine primò Atrebatum petijt, deinde Flandriam Teutonicam, Hannoniam, & Brabantiam adijt. Iis omnibus in regionibus euocatis Ordinibus, ad suscipiendum aduersus impios bellum, pecuniam sibi donari flagitauit. Multa vbique aureorum millia ea lege promissa, vt in eam ipse expeditionem proficisceretur: quam conditionem sic accepit, vt promiserit, ne obolum quidem se cupere, nisi ductorem se suis præberet. Pòst hæc cùm animaduerteret Burgundus circa litium iudicia peccari quàm plurima, Sanctiorem sibi Senatum adlegit, qui causas ad se per appellationem delatas cognosceret ac decideret. Eius caput Præsidem esse voluit, eique generalem omnium suarum ditionum Procuratorem addidit. Quocumque pergeret, id Iudiciale Collegium vnà progredi voluit expediendis diligentissimè causis, issue pugnis & latrocinijs tollendis, quibus anteà potentiores infirmos opprimebant, cùm dissidia litésue exorirentur. Et quamuis admodum huic instituto Parisiensis Curiæ Senatores obniterentur, nullo tamen frangi se modo Dux passus est, vt abrumperet: solúmque permisit, vt cuique Patisios ex Flandria & Artesia causam liceret euocare. Eodem anno id pulcherrimum ex ære & marmore nigro mausoleum Philippus in sacello Deiparæ Matris ad D. Petri ædem erigi curauit, quod perpetuæ Ludouici Maleani Flandriæ Comitis, eiúsque coniugis Margaretæ, ac filiæ, quorum in eo tumulata sunt corpora, memoriæ consecratum voluit. in quo certè cum pretio statuarum ænearum varietas & elegantia plurimùm certant insigni Iacobi Bruxellensis artificio.

Burgundus ex Burgundia reuersus Insulæ se recreat.
Monstrel to. 3. Iacob. du Clerc lib. 2. Tabula Archiu. Atreb. Iac. Meier l. 16.
Pro Bello Sacro pecuniam impetrat.
Tabb. Atrebb. Author. citati.
Concilium Priuatum instituit.
Iac. Meier. l. 16. Iac. Marchant. Aubert. Miraeus.

C

Mausoleum Ludouici Maleani Fland. Com.

Octauo & decimo Kalendas Iulij mortem oppetijt Iudocus Halewinus, magna Eques virtute militari, & consilijs optimus. ideóque non vulgarem Burgundus dolorè percepit, quòd eum cubiculi sui arcanorúmque participem cõsiliorum fecisset.

Iudocus Halevvinus moritur.
Iac Meier l. 16.

D

Tornaci Augusto mense maximâ pompâ celebrati sunt ludi arcubalistariorum, Eò de suis aliquos insigniter ornatos quinquaginta nouem vrbium oppidorúmue Collegia misere. Iuerunt illuc Insula decem, totidémque Duaco & Orchia. Insulenses ducebat Antonius Burgundi Nothus tanto vestium luxu, támque insigni pompa, vt pulcherrimi ingressus primas tulerint. Et cùm intereà loci nunc Gallicis, nunc Flandricis scenæ rythmis personarent, iisdem Insulensibus fabulæ optimè peractæ præmium cessit vnciarum octo scyphus argenteus.

Ludi arcubalistariorum Tornaci, vbi præmia Insulenses promeriti.
Iac. Maier, l. 16.

Sub finem Septembris, in Hollandiam Burgundus abijt magna septus hominum manu: ibique multos menses laborauit, vt quem ex illegitimo toro susceperat, Dauidem filium, ex Summi Pontificis venia, Vltraiectinis Episcopum daret, eóque ad tantam dignitatem & potentiam euecto, quas verebatur Hollandorum turbas faciliùs comprimeret. Vbi tandem id, quod admodum vrgebat, impetrauit, Dauentriam subegit armis, & iacentes ad Isalam locos aduersus nouum Episcopum rebellantes domuit.

Burgundus in Hollandiam proficiscitur.
Monstrel to. 3. Marchan. l. 2. cap. 32 Iacob. Meier. lib. 16.

Ea dum

A AN. 1456. Ea dum fiunt in Hollandiæ vicinia, primo die Maij ſequentis anni ſupremum vitæ diem obijt Hugo Lannoyus, toparcha Santenſis, è nobiliſſima Lannoyorum domo in Gallo-flandria exortus. Vt paucis laudes eius complectar, apud Regem Franciæ Carolum Sextum, Ducesque Burgundiæ Ioannem & Philippum eius filium, plurima virtus charum fecerat. Vix adoleſcentiam egreſſus, Hieroſolymam iuerat, ibique cingulum Equeſtrem adeptus fuerat. Inde per Pruſſiam armis laudem quæſiuit, Tartariſque bellando metum intulit. Iis de locis in Galliam regreſſus, cùm ciuilibus armis iſtic arderent omnia, Ioannis Burgundi partes ſecutus, cum Hellyaco Pictauienſem Comitatum bello ſubegit. Aquis & munitionibus in Pictauia Præfectus, etiam militem duxit: adeóque militaris fortitudinis & prudentiæ nomine gliſcebat, vt Magiſter arcubaliſtariorum Franciæ diceretur. Imperterritum, belliqueſcientem hoſtes ſenſere, cùm apud Leodios, in Hannonia, iuxta Syluanectum, ad Pontem S. Clodoaldi acies congrederentur: dum in Francia & Hollandia, nunc vrbes obſideret, nunc cingeretur obſidio. In Belgio primùm Gallo-flandriæ fuit
B Præfectus, dein Zelandiæ, Hollandiæ, & inferioris Friſiæ gubernaculum tenuit difficillimis ſanè temporibus. Ad varios Principes tum Regis Franciæ, tum Burgundiæ Ducum nomine legationes obiuit. Vbi verò in nobilem Equitum Velleris Aurei Ordinem aſcitus, conſiliorúmque & cubiculi Burgundiæ Ducis Philippi particeps, annis ſe grauem percepit: aulicis tandem moribus, officijs, ac Principum penſionibus nuntium remiſit, & in aliquam ſe Canonicorum D. Petri domum Inſulæ abdidit. Ibi reliquum tempus in ſuauiſſima quiete agitans, quotidie diuinis laudibus in ſacra æde operam dabat: miſſiſque ad plurima tam Franciæ, quàm Belgij templa, quæ temporum bellorúmque iniurijs conciderant, inſtauranda, plurimis aureorum nummorum millibus, ad mortem animum ſapienter comparabat. Annos natum duos & ſeptuaginta lenis morbus abſumpſit. In æde m S. Petri corpus eius illatum, & in eo ſacello tumulatum, quod ſuis ipſe ornauerat impendijs, ab eóque Lannoyanum etiam hodie nuncupatur. Ad huius ergo mortis nuntios haud leuem concepit
C dolorem Burgundio, coi grauiſſimum erat viris conſilio ſanctiſque moribus præditis priuari. Fuit tamen ei ſolatio Ioannes Lannoyæ Regulus, qui plurimam apud eum virtutibus & factis gratiam fuerat conſecutus; & magnis iam diu rebus admoueri conſueuerat.

Hugo Lannoyus vita exuitur.

Epitaphium.

Eius Elogiū.

Iunio menſe Cometes in Occidente paruit, cuius cauda fumigans, igneàque, Orientem verſus tendebat. tribus ſeptimanis formidinl fuit.

Cometa. *Iac. du Clerc l. 2.*

AN. 1457. Reuerſus poſteà ex Hollandia in Brabantiam Burgundus cùm Bruxellis moratur, menſe Februario magnum vitæ diſcrimen adijt, exorta inter ipſum filiúmque Carolum graui contentione. Adeò quippe in Carolum exarſit Philippum Crouyacum Aimerij toparchæ præferri pugnantem (erat vterque cubiculo eius à patre admotus) & Crouyaci nominis homines auerſantem: vt illicò ab ſe procul exegerit; ac mox ipſe per iram veſperi palatio digreſſus, cælo admodum pluuio in patentes campos excurrerit ſolus, ibique à nocturnis tenebris deprehenſus tamdiu errauerit, donec ad pauperis cuiuſdam mapale denſa in ſilua degentis peruenit. Verùm illinc ab hoſ-
D pite Genapiam deductus, indéque ab nobilibus viris, qui magna ipſum diligentia conquirebant, Bruxellas deportatus Carolo ſupplici veniam dedit.

Burgundus à filio diſsidens vitæ periculum adit.

Monſtrel. to. 3. Morchan lib. 1. cap. 33. Iacob. Meier. lib. 16.

In Gallo-flandria Theobaldus Luxemburgius Ludouici S. Pauli Comitis & Inſulenſis Caſtellani frater, Armenteriæ & Fiennarum Regulus, præclarum virtutis ſpecimen edidit. Recèns vxor eius Antoingij dynaſtæ filia è viuis abiuerat, multis ex eo relictis liberis. Ergo Theobaldus matrimonij vinculis ſolutum ſe aſpiciens, ad nouum vitæ genus animum appulit. Fuerat ipſe vir hactenus minimè malus, verùm pro genere & opibus vitam ſplendidè & magnificè ſemper duxerat: prorſúſque à religioſis moribus alienus videbatur. Senſit nihilominùs diuina quadam luce aſperſus denique, multum ineſſe diſcriminis mundi huius opum luxúſque ſectatoribus, & vi quadam cęleſti ad Monaſticam ſe vitam pertrahi. Ne quam igitur incurreret diuini Numinis reprehenſionem, animæque periculum adiret, ſi cælo ſe vocanti reſiſteret, ad inſtitutum Ciſtertienſis Ordinis confugit, relictiſque rebus omnibus, D. Ber-

Theobaldus Luxemburg. fit Monachus Ciſtercienſis.

Monſtrel. to. 3. Iac. Meier. l. 16.

nardi regulam vestémque complexus est. Tantùm inter Ascetas in stadio virtutis profecisse accipio: vt ob præclaram prudentiam aliáque animi decora, primùm Igniacenses & Vrsicampenses Monachos Abbas rexerit; dein Cenomanensis Ecclesiæ infulis ornatus Diœcesim sapienter gubernauerit; Romam denique fuerit euocatus, vt inter Purpuratos Ecclesiastici Imperij Principes consideret. Verùm priusquam ea fulgeret dignitate, inter Romani labores itineris ipsum mors viuis eripuit. Diu Armenteriæ floruit S. Crucis Sodalitium, cuius ipse præsertim auctor exstitit, dum adhuc matrimonio illigatus mundi pompas sectabatur. In id tantùm viros genere ac dignitatibus tam Ecclesiasticis, quàm prophanis splendentes admissos reperio: ideóque quotannis insigni Armenteriam cœtu decoratam, cùm eius Sodalitatis gratia Episcopi, Abbates, Comites, Barones, aliíque nobilissimi homines illic conuenirent.

Sodalitium S. Crucis ab eodem institutum.

Monumenta Armenter.

Per Aptilem Siclinienses Canonici frequentibus impulsi vocibus Ioannis Cheueroti Tornacensium Episcopi, ad comparandum S. Martyris Piati corporis ornatum incubuere. Eámque ob rem eliciendis piorum hominum symbolis sacras eius Reliquias per vicinas Siclinio vrbes maxima circumtulerunt religione. Cùm Tornaco propinquarent ea decenter onusti sarcina, quo die S. Marci festum peragitur: celebrata solemniter Missa è D. Virginis templo Ioannes Pontifex, Clerus omnis, D. Martini, & S. Nicolai Abbates ac Religiosi, Sanctorum Augustini, & Francisci familiæ cum ingenti hominum multitudine ad portam vsque ciuitatis obuiàm iuere B suppliciter. Quóue maiori hospitem sanctum voluptate & cultu exciperent, ædis Marianæ Canonici sacrum B. Eleutherij corpus ex aduerso tulere. Igitur quanta potuit pompa illatus in vrbem est sanctissimus Christi Martyr, qui sacris olim concionibus eam ad Christi fidem conuerterat, in eáque maiores S. Eleutherij sacro tinxerat baptismo. Quà fuit incessum per plateas, cuncta versicoloribus pannis & tapetibus spectantium oculis blandiebantur. Multi Clericorum & ciuium facibus colluminabant: illic suauiter modulantium Musicorum vocibus, hîc æris campani ad numeros contacti sonitu omnia personabant. In ædem D. Virginis Matiæ receptis corporibus sacris, rursus diuinum Missæ sacrificium cum insigni cantorum modulatione ab Episcopo peractum est omni celebrante Præsulum, Canonicorum, & Monachorum numero. Datúmque postea magnificè ab Episcopo Abbatibus & Canonicis epulum. C

S. Piatonis corpus Tornacú, alioque defertur.

Thomas le Roy in libro MS.

Maij nono die captus est, ac vinculis oneratus Rainbaucuriæ Florentius Harostra nobilissimus sui temporis latronum. Domo Siclmiensis erat, corpore formosissimus. Verùm à pueritia transuersam adeò mentem fecerat, vt in omnem sese nequitiam proiecerit. Ex quo se latrocinijs dediderat, adeoúsque formidabatur, vt neque per agros, neque per siluas quisquam in Gallo-flandria iter tutus ageret. Cùm in manus eius quisquam inciderat, si non tantum penderet, quantum rogabatur, ferro vitam perdebat. Quò diuertebat, nisi hospes voluntati obsequeretur, incendia, cædésque minabatur extemplò. Et passim ipse in hospitijs hoc carmen parietibus adscribebat: *Harostra, si te ceperint, gulam obstringent.* quasi scelerum mercedem suspendium iocabundus agnosceret. Cum senis criminum socijs venit in manus: ac ne per viam elaberetur, ex arbore cum duobus alijs suspensus est; ceteri ad furcas Insulæ D damnati. Insulanis posteà formidinem attulere maioris incendij de cælo tactæ consumptæque tres domus. Ab D. Martini ferijs vsque ad vltimum pæne anni sequentis Februarium intensissimo frigore aër sæuijt: adeóque durati sunt gelu amnes, vt tergo equos currúsque admiserint. Ac tum niuis plurimum è cælo cecidit: quo factum est denique, vt soluto gelu, maximæ per agros fluminum eluuiones ingens damnum attulerint.

Harostra captus, & ob latrocinia supplicio affectus.

Iac. du Clerc l. 2.

Iac. du Clerc l. 2.

Gelu, & eluuiones.

Idem. Iacob. Meier. lib. 16.

Secuto proximè anno ad vigesimum diem Februarij, cùm solutis niuibus, & cælo imbribus defluente multa vis aquarum admodum noceret, vehementissimus quoque exortus est ventus, qui plurimum vnà damnum mortalibus afferret. Huius violentia passim deiectæ domorum tegulæ, ingentes prostratæ arbores, & non pauca subuersa in pagis ædificia. Disturbati tunc Insulæ muri aliquot, & pars portæ vrbis; casúque lapidum obtrita mulier. AN. 1458.

Ventus.

Iac. du Clerc l. 2. Lib. MS Gall. Iac. Meier. l. 16.

Aprili

A Aprili mense Burgundus Gandauum iniit ipso S. Georgij festo, & magnificentissima exceptus est pompa ciuium. Ex quo pacem Gandensibus concesserat, nondum illuc cõtulerat se, quamuis ardentissimis eorum votis & precibus expeteretur. Numquam lætioribus animis incolarum eam ingressus est vrbem, nunquam apparatu maiori: vt omnia prorsus vtrimque & suauissimam voluptatem, & firmissimam pacem ostenderent. Per Ducis absentiam Baudechonus Mallerius Ioanne Rationum Burgundiæ Ducis Magistro patre progenitus, ob viiatam virginem in carcerem detruditur, ac subinde à Carolo Ducis filio capitis sententia percellitur, quamuis vel paterna merita, vel preces aliorum iuueni veniam flagitarent. Præfractum eius animum id præsertim prodebat, quòd capite plectendus in genua procumbere obstinatè recusauerit. Verùm lictor ita gladium vibrauit, vt designato infra mentum vulnere, stantis caput absciderit.

Burgundus Gandauum init magnificè. *Manfred. to. 3. Iac. Meyer. Li. 6. Paradinus.* Virginis violator punitur Insulæ. *Iac. du Clerc l. 2.*

Maij quinto ac vigesimo die Ioannes Cheuerotus Tornacensis Antistes è veteri capsa minùs ornata, in nouam auro argentóque rutilantem, D. Piatonis corpus
B transtulit Siclinij. Aderántque tum temporis præter huius Ecclesiæ Præpositum Ioannem Toisiacum, ac Decanum Ioannem Corderium, & Canonicos, Philippus S. Petri Gandauensis Archimandrita, Nicolaus S. Martini Tornacensis Abbas, Iacobus Laudensis, Ioannes Pratensis iuxta Turnacum, Dionysius Cysoniensis, Nicolaus Phanopinensis Antistites.

S. Piati corpus in nouam thecam transfertur. *Litera trāslat.*

Non multo interiecto tempore, venit Duacum Guilelmus Dobermontius genere Nobilis, domo Duacensis, vt matrem & amicos inuiseret. Is biennio antè sedem transtulerat Tornacum, quibusdam Duacensium ob exorram fortè rixam infestus, vt securiùs illic ageret: neque hactenus in oppidum Duacense pedem intulerat. Sed cùm nihil aduersum & hostile cogitat, eius aduentu cognito Ioannes Fierinus, peruicax inimicus, tres sicarios animis armísque instruxit, vti secum aggressi è medio ipsum tollerent. Nactúsque est primo die Augusti sub vesperam patrandi facinoris opportunitatem, dum vnà Guilelmus cum matre sua, & Flinensi Antistita, multis-
C que tum ciuibus, tum fœminis (quos omnes ad cœnam D. Amati Scholarcha inuitauerat) colloquendo, ridendóque incedit, ac forum piscatium ingreditur. Eo quippe temporis puncto in eum cum suis ferox irruit, ac terrore ciendo grauiter inclamans, adeò luculentis vulneribus affecit, vt duodecimo pòst die vitam perdiderit. Patuit tamen ijs fœdissimis percussoribus apud Franciscanos asylum. Sed Guilelmo vita defuncto, eius propinqui & affines Burgundiæ Ducem Insulæ consistentem adeunt, magnísque questibus eum pulsantes quadraginta circiter arcubalistarios impetrant. Hi simul Duacum venere, dum Franciscani Completorium, vt vocant, in Ecclesia concinunt, in Monasterium sese furtim penetrant, indéque sicarios abducunt. Interim tamen oppidani sese commouent, armáque corripiunt: & priusquam illi ad portam vrbis perueniant, eam occludunt obseránque. Ibi dux arcubalistariorum vehementer fremere, horridáque voce ianitori, eiúsque familię mortem minari. Et tremebunda ianitoris vxor actutum claues porrexit. Igitur reserata mox porta captiui Buccinium delati sunt: horúmque tribus ablata ferro capita. Pro-
D pter sanguinis necessitatem Fierino vitam obtinuit Ioannes Clericius D. Vedasti Atrebatensis Antistes, cùm ad Philippi Ducis pedes precabundus accidisset. Quamdiu tamen is postcà in carcere detentus est, nunquam mortis formidinem opprellit, conscientia sceleris semper infestante, & debitas ei pœnas ingerente. Eam ob rem custodiæ præfectum auro corrupit, & cum eo in Franciam occultis itineribus discessit.

Guilel. Dobermontius Duaci interimitur. *Lib. Duac. MS. Iac. du Clerc l. 2.* In eius percussores non sine motu ex Franciscanorum monasterio extractos animaduertitur. *Ijdem auctores. Iac. du Clerc l. 2.*

Eiusdem mensis quinto ac decimo die Insulam venit deducente Starpano Comite Niuernij Comitissa. Quò plus ipsi lætitiæ & voluptatis afferret Burgundus, vnà cum filio Carolo, Adolpho Rauestaini toparcha, & plurima Nobilitate, oppidum extra mille passus obuiàm processit. Excepta etiam postridie ab eodem Augensis Comitis vxor. Quamdiu hæsit vtraque in vrbe, per dies decem eas conuiuijs, spectaculis, ludísque oblectare Philippus haud destitit.

Comitissæ Niuernensis & Augens. Insulæ excipiuntur. *Iac. du Clerc l. 2.*

AN. 1459. Ineunte anno sequenti, equites quinquaginta Græcorum Imperatoris legatio-nem

Legatio Imper. Græc. In-

[In]sulam venit pro Bello Sacro.
Iac du Clerc l. 2. Meier. Mõstrel. Paradin.

nem obeuntes Insulam aduenere contra Fidei Christianę aduersarios auxilia petituri. Et pro sua eos liberalitate Philippus admodum coluit, donísque ac promissis amplissimis oneratos domum remisit. Cúmque alibi ageret, à Persarum Imperatore & Duce Georgianorum eum in finem ad ipsum legati aduenere. Neque verò segniùs ad Sacrum se Bellum is comparauit, cuius animum ingens ardor incesserat Turcos ex voto copiis aggrediendi. Inter ea Ducis studia propter profundam Gallo-flandrię pacem, & opulentissimam rerum abundantiam, varia serpebant scelerum genera, nunc Insulæ, nunc Duaci, alibíque. Sed præsertim fœda quędam Insulæ comperta crimina, quò magnus exterorum confluxus hominum, & Burgundicę aulę frequentia luxum, & morum corruptionem inuexerant. Nonnullos præpostera libido ad Sodomitarum flagitia impulit. virésque cepisset id malum, nisi quorumdam corpora Iudicum sententia ignibus iniecta, consumptáque terrorem aliis iniecissent, flagitij. Et occultè spargebantur grauissimorum circa res Catholicæ Fidei errorum semina. Horum sator præcipuus tandem deprehensus est Alphonsus quidam Lusitanus. Is corporis cultu Eremitam mentiebatur. Nudis pedibus, barba capillóque promissis, habitu vili, & vix medios artus tegente, sacras ædes frequentabat assiduè, ibíque precibus temporis plurimum absumebat. Verùm variis hominibus ea species viri & orationum frequentia varias opiniones inseuit. Capiebantur eius consuetudine nonnulli, auréfque dicenti præbebant. Alios in suspicionem criminum, & prauorum dogmatum quædam traxere. Igitur aliquorum indicio delatus, vinculis Alphonsus Insulæ constringitur, & in custodiam detruditur. Haud vanam fuisse prauitatis suspicionem, res ipsa patefecit. Quippe variis de Fide quæstionibus ab sacro Iudice pulsatus, turpissimos mentis errores prodidit. Hæc inter alia impiè iactabat: Ex quo vitam S. Gregorius Pontifex Romanus posuerat, nullum legitimè in Summę Sedis Antistitem fuisse consecratum; ideóque nullos tum Episcopos, tum Sacerdotes verè sacris initiatos; in sacrosancta hostia Christi Corpus non exstitisse; nulla sanctè veréque contracta matrimonia; nulla confecta denique alia Ecclesiæ Sacramenta. Quamuis de Sanctissima Trinitate Catholicum dogma retineret, articulos tamen quosdam alios Fidei respuebat. Et palàm asserebat, ab nouem Episcopis se in iudicium violatæ Fidei pertractum; semper tamen ab Numine protectum, ac corporis ereptum discrimini; vbi vita sibi per vim & cruciatus extorqueretur, eam regionem fame, bello, mortalitate vastatum iri. Adhibita est omnis diligentia conatusque, vt ab erroribus ad veritatem traduceretur. in vanum tamen labor omnis susceptus est: & cùm ignibus per Iudicum sententiam addiceretur, etiam asseuerabat, nullum corpori flammas damnum allaturas. Vbi tamen iis fascibus, quibus publicè in edito loco tegebatur, iniectus est ignis, intra breue tempus iis ardentibus absumptus est. De Duaco hæc reperio: nonnullos illic, vt in vicinis vrbibus, aliquot detectos, quà viros, quà mulieres, quibus iam solitum erat ad maleficia characteribus & carminibus dæmonum vti; ideóque grauibus omnes affectos suppliciis. Quòd tamen horum plerique grauibus adacti tormentis etiam viros nobiles, ac Prelatos eodem inuoluerent flagitio, à nonnullis creditum, expressas potiùs fuisse vi tormentorum, quàm nixas veritate huiusmodi criminationes.

In Gallo-flandriam quies & abundantia crimina inferunt.
Iac. du Clerc l. 1.

Alphonsus Lusitanus hæreses Insulæ spargit.
Iac. du Clerc l. 2.

B

C

dem comburitur.
Auctor citatus.

Duaci ob maleficia quidam puniuntur:
Lib. ms. Duac. Monstrel. to. 3. Iac du Clerc l. 2.

D

Mense Iulio D. Piatonis capulus cum lipsanis in Flandriam delatus est, metúne belli, quod ab Francia metuebatur (diffidebat enim à Duce Philippo Rex Franciæ Carolus) an ciendæ illic venerationis gratia, incertum.

S. Piati corpus Brugas defertur.
Iac. Meier. l. 16.

Eodem mense Eestreesi Regulus Balduinus Oygniesius Gallo-flandriæ Gubernator diem postremum obiit. Admouerat eum cubiculo & consiliis suis Dux Philippus, ac Principem ærarij fecerat. Quæ summos ei Magistratus pararent, aderant sapientia, recti mores, castimonia, sobrietas. Solùm nimij à quibusdam corradendæ pecuniæ studij arcessebatur; iustè, an falsò, non satis arbitror. Ansam ita sentiendi primæ dederant nuptiæ, quas cum filia Guidonis Guillebaldi primùm opificio latomi, dein, cùm ad summa per ingenij præstantiam euasisset, ob supremam Principalis ærarij Quæsturam opulentissimi, contraxerat. Certè gratissimus ob vitæ sanctitatem Insulensibus fuit: ideóque vita functo sic ab his publicè lugentibus parentatum,

Balduinus Oygniesius vita defungitur.
Iac. du Clerc l. 2.

vt in

A vt in singulis oppidi parochiis insigni pompa persolui iusta imperauerint. Traditum humo corpus eius in eo S. Stephani sacello, quod viuens ædificauerat. Concessa subinde est Ioanni Lannoyo Gallo-flandriæ Præfectura, qui Zelandiam, Hollandiam, & Frisiam vnà moderabatur. Hic postquam anno præterito Lannoyam Gallo-flandriæ oppidum muris fossisque cinxisset, ac pulcherrimam & firmissimam ei arcem imposuisset: à Burgundiæ Duce, in cuius flagrantissima erat gratia, binas trium dierum nundinas impetrauit, quarum vnæ quotannis secunda Maij Dominica, alteræ decimo die Octobris inchoarentur; ad quas omnis generis hominibus adeundi potestas foret, nisi vel exilium, vel hostilitas Francia & Belgio arcuerit. Quò plures iis temporibus ad nundinationem mortales Lannoyam confluerent, quibus has primùm nundinas licuit celebrare, iis præmium aliquod constituit, qui plus mercium afferrent: quóue plus ex vini ac cereuisiæ potionibus obueniret vectigalium iis etiam decreuit quatuor vini pocula, qui maioribus cyathis sese proluerent. Ita factum, vt frequentissimus ea tempestate fuerit illic mercatus, & quæ præmia primis nundinis Ioannes tribuit, ad septingentos creuerint florenos, grandem ea ætate

Ioannes Lannoyus Gallo-flandriæ præficitur.
Lannoyæ oppido nūdinas is impetrat.
Littera Ducis. Iac. du Clerc l. 2.

B pecuniam, vt hinc mercium colligas quantitatem. Adeóque ciuium breui numerus excreuit, vt hoc anno bellica duo illic collegia Burgundus instituerit, quorum alterum quinquaginta sagittarios, alterum arcubalistarios quadraginta complecteretur, qui armis elegantibus contecti quotannis ad Supplicationis publicæ pompam prodirent, quam idem Ioannes ad Beatæ Virginis Mariæ venerationem instituit. Et

Et Collegia militaria.
Littera Ducis

AN. 1460. proximo labente anno eidem oppido concessus est ab Duce Præpositus, qui cum Scabinis in Senatorum curia consideret, eósque ad oppidanorum iudicia impelleret. Cùm igitur in dies & priuilegijs & domorum ædificiis ornatur Lannoya Ioannis studio, ibidémque fundamenta iaciuntur Monasterij, in quo Cruciferorum alij quot canendis laudibus diuinis operam darent: Aprili toto, Maióque nullo terra imbre maduit. Hinc tardiùs ac infeliciùs seges prouenit, auctúmque est vehementer frumenti pretium. Ac tunc Insulensis Ecclesiæ D. Petri Canonici animaduertentes

Ac denique Præpositum.
Littera Ducis.
Terræ siccitas.
Iac. du Clerc l. 2.

C D. Virginis Cancellatæ Sodalitium, cuius anteà meminimus, consenescere, apud Ioannem Cheuerotum Tornacensem Episcopum supplices fuere: vt is nouo illud diplomate confirmaret, & spirituali gratia prosequeretur, incendendis rursus ad eius complexum cultúmque hominum animis. Fecit perlibenter quod rogabatur Ioannes, ac Iunio mense sacrum diploma conscripsit, quo simul & Sodalitatem laudaret stabiliretque, & Indulgentiis ad eius venerationem & cupidinem ciues alliceret impelleret. Quóue plures exemplo suo ad religionem Cancellatæ Christi Matris imagini conciliandam pertraheret, in eius Sodalitij album inscribi voluit. Verùm Octobri proximè secuto idem pius Pontifex extremum vitæ diem clausit in ea domo, quam pulcherrimam Insulæ struxerat. Circa legendum successorem laboratum est grauiter. Priusquam vita defungeretur Ioannes, apud Pontificem Maximum haud segniter per legatos egerant, illinc Franciæ Rex Carolus, hinc Burgundiæ Dux Philippus, vt quisque aliquem ab eo Episcopum impetraret, quem suæ obnoxium fidei cognouerat. Per suos Rex Papæ significauerat, prorsus rationi congruere, vt in ea

Sodalitas D. Virginis Cancellatæ confirmatur, & nouis Indulgentijs ornatur Insulæ.
Litter. Ioan. Episc.
Ioannes Cheuerotus Tornac. Episcop. moritur Insulæ.
Iac. du Clerc l. 2. Iac. Meier. l. 16.
Pius 2. Epist. 388 & 389.

D vrbe fidelem sibi charúmque haberet Antistitem, quæ sui esset iuris. Contrà, Burgundus afferebat, omninò è re sua futurum, si quempiam Tornaco Pontifex Episcopum daret, qui suarum esset partium: quandoquidem Episcopatus Tornacensis & pulcherrimas & maximas tunc Flandriæ vrbes complecteretur, præcipuum opulentissimæ robur ditionis: quibus aliquod ingruere periculum posset, si regio nomini fauentem hominem belli tempore haberet Antistitem; cùm præsertim solus ab Anglis eas Oceanus disterminet. Francorum Rex eam Ecclesiam Constantiæ Cardinali postulabat: Dauidi Vltraiectensium Episcopo Burgundus. Sed neutrius petitioni quidquam Pius Secundus Pontifex concessit: nullóque modo arbitratus est conuenire, vt quispiam eorum, pro quibus agebatur, duos obtineret simul Episcopatus. Actum paullò pòst inter Ioannem Cheuerotum & Gulielmum Fillastrum Leucorum Antistitem, vt honestas æquásque ob causas Episcopatus permutarent; eáque litteris, quibus ad hoc mouebantur, traderent, & his in Italiam transmissis ve-

De successore eius valdè laboratum à Franco & Burgundo.
Vide Ioan. Cousin l. 4. de reb. Tornac. c. 43.

A

niam mutuæ cessionis ab Sanctissimo Patre peterent. Annuit vtriusque postulationi Pius Papa, dum Senis ageret. Sed vix inde Viterbium discesserat, cùm nuntiis iuxtà de Ioanne vita priuato, & litteris Burgundi Fillastrum Tornacensibus præfici flagitantis interpellatur. Auditis Cardinalium sententiis Duci concessum est quod petebat. Ex aduerso, Francorum Rex Tornacensibus mandauit, vt, quem idoneum iudicabant, habito Conuentu Episcopum sibi legerent. Horum votis communibus in Præsulem postulatus est Lugdunensis Archiepiscopus Borbonij Ducis filius.

GVILIELMVS FILLASTRVS Tornacens. Episcop. renuntiatur.

T. lib. Tornac. Eccles. VVasseburg lib. 7.

Verùm hęc electio minimè placuit Pontifici Romano, isque semper in ea perstitit sententia, vt Fillastrus Tornacensem Ecclesiam capesseret. Hoc de viro dum memorat Richardus Wasseburgius, nullum ei cognomen attribuit, quòd è Sanctimoniali Abbas quidam eum genuerit, cuius cognomen silentio damnare placuit. Verène hæc dicta fuerint, haud satis cognosco. Certè apud Belgicos auctores Fillastri cognomentum minimè latuit; quamquam ignotum est, vnde sumpserit. A tenera ętate litteris & virtutibus operam dedit adeò diligéter, vt his maximè instructus, primùm apud S. Theodorici Monachos Antistes fuerit institutus: deinde Virdunensem, ac deinceps Leucorum, seu Tullensem Episcopatum administrauerit: eius consiliis præ aliis Burgundiæ Dux fuerit magnopere vsus. B

Burgundi nonnulla ad res Insulens. & Lannoyanos beneficia.

Litteræ Duc.

Dum hæc agitantur de Tornacensium Episcopo, Burgundiæ Dux Philippus nonnulla Insulæ circa Reipublicæ gubernationem mutauit in melius. Ibidem concessit Senatui, vt quæ postridie Amburbalis Supplicationis equorum nundinæ habebantur quotannis, in proximum à S. Ioannis capite truncati festo diem reijcerentur, ac rerum aliarum nundinis iungerentur: tum quòd eæ seorsim parum celebrarentur; tum quòd negotiatorum iudicio id tempus illis esset opportunius. Et manauit ab eodem Principe iucundum commodúmque Lannoyannis ciuibus decretum; quo permittebatur externis negotiatoribus Octobri mense omnis generis vina & haleces in eorum oppidum inferre, ac per dies tres venditioni exponere.

Flagitia quædam Insulæ puniuntur.

Iac. du Clerc l. 2.

Eodem fermè tempore graui in quosdam Insulæ animaduersum supplicio est. Ignibus traditi consumptique duo Sodomitici criminis comperti; vnaque Præpositi Apparitor publicè capitis pœnas sustinuit, quòd eos tanti flagitij deprehensos ad Iudices minimè detulerit, eorúmque grauissimum scelus accepta pecunia silentio inuoluerit. C

Iac. du Clerc l. 2.

Venerat eodem homo perditæ admodum vitæ, qui se vtroque sexu præditum asserebat. Muliebribus passim vestibus vtebatur, quò faciliùs flagitia obtegeret. Verùm vbi deprehensum est, marem tantùm existere, & masculorum complexibus fœdari solitum, flammis iniectus vitam perdidit. Et sensim eiusmodi atrocibus eorum supplicijs, quæ aliunde fuerant inuecta, turpissimæ libidinis Insulæ oppressa sunt flagitia.

Regist. Senat. Duac.

Proximo deinceps anno die Maij decimoseptimo, qui Dominicus erat, nauclerus quidam in stabulo suo sese sibi fauces obstrinxit Duaci. AN. 1461. Mortuum inde Senatus abstulit, vt terræ prophanæ iudicio perculsus mandaretur. Obrogatum palàm fuit à propinquis, tum quòd vitam absque noxa traduxisset, tum etiam ob manifesta maniæ indicia. Per eos dies erant Duaci Iudices Bellæquercus, ad quos erat prouocatio. Hi propinquis auditis, vt de mortuo latiùs quæreretur, pronuntiarunt. Igitur cùm multorum testimonijs probaretur, interdum mente motum fuisse, traditum corpus est consanguineis, vt de sacrorum hominum sententia humo mandaretur. D

Burgundus grauissimè ægrotat.

Monstrel vo. 3. Meyerus lib. 2. c. 34. Meyer. Heuter.

Et hic annus exitialis ferè fuit Burgundiæ Duci grauissimo laboranti morbo Bruxellis. Cùm propiùs abesset, vt spiritum amitteret, duo ipsum sanitati restituisse referunt. Primùm frequentissimas vbique preces filius eius Carolus ad Deum fundi curauit. Et sanè lacessitum fuit ardentissimis cælum supplicationibus subditorum, quos insignis amor ipsius extrema votorum tentare impulerat. Ars subinde Medicorum, ceteris frustrà remedijs adhibitis, comam eum ponere nouo grauique instituto docuit. Etenim licet certum inde aduersus ægritudinem præsidium speraretur; id tamen Duci multum & pudoris & difficultatis afferebat: quòd eo tempore magna principes viri cura capillos alerent comeréntque. Verùm supra pudorem dolorémque sanitatis desiderium fuit, & turpitudinis tegendæ gratia nobilibus mandatum est viris, vt suas radi ferro comas paterentur. Paucis inde diebus cùm valetu-

dinem

A dinem Burgundus recuperasset, extremo Franciæ Rex morbo tentatus est, vitamque exuit Iulij die secundo & vigesimo. Qua luce in cælos assumpta est Deipara Mater, filius eius Ludouicus Vndecimus regio est imbutus oleo Remis, cùm magnificè pompam Philippo Duce, eiúsque filio Carolo cum multa Flandriæ & Artesiæ Nobilitate celebrantibus. A multis sperabatur insignis eum inter Burgundúmque amicitia. Primùm enim Philippus profugum domi exceperat, & aduersus parentis iracundiam minásque protexerat annos quinque, magnóque sumptu aluerat. Deinde cùm Remis Parisios proficisceretur, eámque vrbem summa omnium gratulatione, & superbo ciuium apparatu subiret: nihil Dux omisit officij, cultus, magnificentiæ, vt & maximam in eum venerationem, & propensam voluntatem patefaceret; eadémque præstitit Comes Carolus. Igitur principio visus ijs Ludouicus officijs gratiam velle non modò verbis, verùm etiam factis rependere. Egit enim gratias prolixè Philippo, & filium eius Præfectura Normannica donauit; & in annos singulos tricenis florenorum millibus. Verùm in his plus fuisse simulationis, quàm amicitiæ,

[Carolus VII. Franciæ Rex moritur, succedit eius filius LVDOVICVS.]

[Monstrel. to. 3. Meierban lib. 1. c. 14. Chron. Franc. alij.]

B compertum posteà fuit, cùm vtrumque Principem odio, factisque hostilibus incessit. Ceterùm, quo tempore moratus est Parisijs Burgundus, inter eum Comitémque S. Pauli non leuiter dissidentes pacem composuit Rex, eumdémque Comitem Crouyacensi toparchæ conciliauit. Eam ob rem cùm Flandriam Philippus repeteret, per S. Pauli Comitis ditiones iter habuit, multóque ab eo cultus est officio Cameracum vsque. Multa tunc æstas siccitate laborabat: indéque frequentes validissimis homines febribus æstuauere. Nouembris die tertio ac vigesimo Guilelmus Fillastrus Neruiorum Episcopus insigni comitatu Tornacum ingressus est, vt primùm in B. Virginis templo sacris operaretur. Premebat eius latus Burgundiæ Dux, omnisque ferme aderat ditionum eius Principis Nobilitas. Vbi cunctos Guilelmus Pontificijs accepit mensis liberaliter: multis eum Senatus Tornacensis muneribus cumulauit, cùm vt ciuitatis patrocinium apud Ducem, cuius maxima pollebat gratia, susciperet; tum vt sedem figeret Tornaci. Florebat interim, quod suprà memo-

[S. Pauli Comes Burgundo reconciliatus.]

[Monstrel. to. 3.]

[Monstrel. to 3.]

[Guilel. Fillastr. Tornacum magna intrat pompa.]

[Commentar. mss. Tornac. Ioan. Cousin.]

C rauimus à Ioanne Cheuerotio instauratum ornatúmque debitarum criminibus pœnarum remissione, Cancellatæ Virginis Sodalitium in D. Petri templo Insulæ constitutum: suáque frequentissimi vtriusque sexus mortales in id nomina referri gaudebant; ac non exiguam erga Dei Parentem eo præsertim tempore religionem patefaciebant, quo per dies nouem solemni Supplicatione Insulensis vrbis fossæ circumeuntur. Id cùm insigni voluptate nouus Pontifex Tornacensis animaduerteret, nouis Sodalium animos ad sanctissimæ Virginis cultum acuit vehementer indulgentijs. Laborabat eadem tempestate supremus Cisterciensis Ordinis Antistes, vt obstricta D. Bernardi regulis Sanctimonialium Monasteria in melius restitueret, omnique rescisso egressu intra claustra Virgines constringeret. Successerat id negotium multis in locis feliciter, priusquam aliquis in Belgicas ditiones Burgundo Duci parentes mitteretur, qui Principis huius potentia subnixus licentiam Virginum comprimeret, omnémque adimeret excursionum facultatem. Adeóque gratus ea de reformatione Philippo eiúsque coniugi sermo fuit, vt mox cuncta ex voluntate Gene-

[Insulensi Sodalitio D. Virginis Cancellatæ indulgentias largitur.]

[Eius littera.]

AN. 1462.

[Cisterciensis Ordinis Religiosæ reformantur.]

D ralis Antistitis peragendi veniam diplomatibus tradiderint. Qui fultus ea Principum auctoritate Parthenonas adiret, eáque Claræ vallensis Abbatis voluntate cuncta constitueret, Hortum Præsul Ioannes Eustachius deligitur. Is dum in plerisque Phrontisterijs impositam sibi curam exsequitur diligenter, nullo negotio mores reformat, & licentiam egrediendi cohibet. Ad Marquettense Monasterium vbi denique ventum est, ingens obex eius labori opponitur. Ipso die Purificatæ Virginis cum magno comitatu illuc intrauerat, dum solemniter ad aram Sacerdos astantibus Monialibus Missam faceret. Aderant ei Molinensis Antistes, D. Petri Insulensis Decanus, toparcha Croissiliensis, ac plerique ex Curia Insulensi Rationum vel Magistri vel Auditores, qui legationi pondus afferrent, & sua præsentia Virginum animos frangerent. Peracto diuino sacrificio iussa est Ioanna Quienuillia loci Antistita cœtum Virginum extra templum in aulam cogere. Illic adstantibus ijs, quos enumerauimus, Ioannes mandata Claræ-vallensis Archimandritæ explicuit, quibus

[Ei reformationi Marquettenses Virgines se opponunt.]

[Mem. mss. Marquett.]

A grauiter iniungebatur, vt arctiùs eæ includerentur, ac plerasque consuetudines & libertates rescinderent, noua quædam instituta reciperent. Ac tunc quoque lectum est diploma Ducis Burgundiæ eiúsque coniugis, quo iubebantur exhaurire Claræ-vallensis Præsulis mandata, & Ioanni in omnibus obsequi. Et ne reformationi obrogarent, aliarum Sanctimonialium exempla ciebantur, Magni Prati scilicet, Oliuç, & aliorum Parthenonum, quæ studium vitæ arctioris complexæ recenter fuerant Ioannis labore. His mandatis Antistita & Virgines admodum perculsæ sunt initio. vbi tamen animos sensim sumpsere; parum quæ proponebantur sibi placere, non tam vitæ sanctioris odio, quàm vel nouitatum contemptu, vel inculpatæ vitæ conscientia, omnium nomine Quienuillia respondit: palámque rogatum est, vt ea de re tam magni momenti ampliaretur. Ergo postquam Ioannes, quique cum eo venerant, tali responso & petitione attoniti è Monasterio discessere: Tornacum occultè Antistita quosdam misit, qui de mandatis Claræ-vallensis Præsulis cum sapientibus viris agerent. Horum responso Ioannæ mens iniecta, vt audenter ad Claræ-vallensem Antistitem prouocaret. ac tum facilè propositis ijs, quæ Tornacenses suggesserant, ab illo impetrata potestas est, ne Ioannes Eustachius vlteriùs progrederetur. B Ab Rege quoque Franciæ Ludouico manarunt litteræ, quibus primario Apparitori mandabatur, ne Sanctimoniales antiquo iure ac libertate priuari permitteret. Timebatur interim Ducum Burgundiæ iracundia, & ardens cœpta peragendi animus. Verùm Insulensis Bailliui studio & artibus sensim vterque mitigatus est. Igitur à Quienuillia numeratis aliquot nummis ad paupertatem & impendia Ioannis subleuanda, is feruor reformationis oppressus est, licet multi studia contraria reprehenderent.

Guillebert. Lannoyus moritur. *Epitaph.*

Secunda & vigesima luce Aprilis diem supremum egit Guillebertus Lannoyus Wileruallis Regulus, quem inter primos Aurei Velleris Equites Philippus adlegerat propter insignem virtutem, rerúmque bellicarum peritiam. Iacet in æde S. Mauritij Insulæ.

Monstrel to. 4. Iac. Meier l. 16. Heuter. l. 4.

C Augusti Kalendis Ioannes Constanus & Ioannes Iuyanus ferro caput amisere, quòd hic illius hortatu in Pedemontana regione venenum comparauerat tollendo è viuis Carolo Burgundi filio.

Ioan. Clericius Abb. Vedast. è viuis tollitur. *Monstrel to. 3. Iacob. du Clerc l. 4. Meier. l. 16.*

Ad decimum quintum Septembris vitam cum morte mutauit Atrebati Ioannes Clericius D. Vedasti Antistes, quem Duacum in auras eduxerat, & alienæ indigentiç miseratio profusũ in pauperes reddiderat: vt sæpiùs id voce vsurparet, *Multa Monasterijs esse concessa, quibus inopes alerentur.* Et fors eam ob causam piis largitionibus suis Burgundiæ Dux præfecerat. Monasterium suum annis quatuor & triginta moderatus inculpatè, aduersus Principes Nobiléssque strenuum sese ijtium Ecclesiæ defensorem semper exhibuit: ac multa variis locis in suorum commodum Monachorum ędificia construxit.

Comes Stãpanus cur se à Burgundo subtraxerit. *Monstrel. to 3. Iac. Meier l. 16. Belleforest.*

E Comitis Stampani familia tres viri & pharmacopola Bruxellis in vincula coniecti sunt, quòd deprehenderentur fictis è cera simulachris & maleficiis in Caroli Burgundi vitam sinistrum quidpiam moliri. Ab eóque tempore tantum Stampani odium Carolus concepit, vt neque ipsum, neque aliquem ipsi adhærentem benignis oculis aspexerit: quò factum est, vt sensim à Burgundis ad Francos sese Stampanus conuerterit, & in Regis amicitiam insinuauerit non leui Burgundici nominis damno. D

PETRVS RANCHICOVRTIVS Atreb. Episc. creatur. *Tabula Atreb. Eccles.*

Atrebatium Ecclesiæ nouus ab Summo Pontifice datus est Episcopus Petrus Ranchicourtius multa vir præditus ad regendas animas virtute & sapientia. Iam enim Ioffridus inter Patres purpuratos ascitus fuerat, & Albanensi Ecclesiæ præpositus.

Burgundus Insulæ cum magna voluptate excipitur. *Monstrel. to. 3. Iac. du Clerc l. 5.*

Dum vertitur Christiannus post millesimum & quadringentesimum sexagesimus tertius, Brugis Insulam venit Burgundiæ Dux sexto Iulij die: multóque ab ciuibus honore, magnáque lætitia susceptus est, quòd eum ab vltima ægritudine nondum vidissent. Cum peruesperi aduentaret, pars plurima ciuium obuiàm iuere cum Magistratibus. Et plusquam quadringenti ardentia funalia prætendebant. In vrbe, quà AN. 1463.

A transitus erat, multis scenæ locis spectacula varia præbebant: ad omnes domos vel lucernæ, vel tedæ colluminabant: vt multa iam nocte diem redderent luminaria. Ac tum cereuisię coctores ingens vini Bibractensis dolium palàm exposuere, cui Gallicis versibus hæc erat inscripta sententia: *Conuenit eos vinum gratis propinare, qui pretio aquam victum tribuunt*. Et cùm proximus esset Philippus, tribus detractis epistomiis vini fluxui viam fecere, vt qui vellent inde sitim exstinguerent. Paucis inde diebus cùm Burgundus paullùm quieuisset, legationem ad Summum Pontificem Insulæ adornauit. Eius capita lecti Guilelmus Tornacensis Episcopus, & Montignij toparcha. Hæc pręcipuè causa legandi; vt ab se sex millia pugnatorum, harúmque copiarum impendia Pontifici offerrent, Nothúmque suum Antonium, quem illis pręficeret: quòd sibi proficisci propter Gallorum inquietos animos integrum minimè esset, à quibus iam quædam in se filtúmque occultè designari cognoscebat. Insula deinde Philippus Hesdinium abiit oblectandi sese gratia. Illic dum modò venationibus, modò rebus aliis corpus animúmque recreat, eiúsque filius Insulæ commoratur, ingens calamitas Margaretam Angliæ Reginam, ac Ducis Lotharingiæ filiam, regno
B exuit, vnáque cum filio adhuc paruulo, vitis tribus, ac pauculis ancillis, tenui nauigio in Flandriam compulit. Vbi Sclusæ maximo periculo defuncta exscendit, Brugas petiit, indéque conducto curru Rollariam venit. Eo de loco, qui Carolo Comiti infortunium & aduentum suum nuntiaret, aliquem misit. Vtroque Comes cognito, Nobilium multos ciuiúmque exciuit, vt insigni apparatu cum Magistratibus obuiam procederent. Igitur ij porta egressi, magno Reginam honore accipiunt, & in vrbem deducunt. Paratum iam erat in ędibus Roubaisiæ Reguli hospitium. Ibi vix ea collocatur, cùm magno Carolus comitatu eodem intendit, ac bonis verbis salutatam erigit, vt quam Deus calamitatem immiserat, magno animo capessat: dein necessitates subleuandi gratia, mille leonibus aureis donat. Postera mox luce præsto Nobiles aliquot fuere, qui Reginam Hesdinium ad Philippum deducerent. Hic iam celerrimis filij nuntiis certior factus, sagittariorum aliquam manum Bethuniam pręmiserat, vt eam per iter aduersus Anglorum insidias (non inde procul ij vagabantur)
C tegerent. Postquam ad S. Pauli oppidum delata est Margareta, illinc eam Burgundus Hesdinium deduxit, ibíque summo prosequutus est honore (quamuis non ignoraret, nunquam ab ea se cultum amicitia) & multis admodũ verbis solatus, scutorum aureorum millibus duodecim donatam in Lotharingiam dimisit. Litteris quidam mandàuere, Ducis Burgundiæ principem arcarium sex eorum millium interuertisse: cúmque id posteà Burgundus per litteras Lotharingi pro sex millibus tantùm gratias agentis cognouisset: vt reum maiestatis ad furcam eum damnasse; precibus tamen Ioannis Crouyaci vitam ita denique seruatam, vt valetudinarium leprosis struere damnas fuerit, & constituendo in alimentum censu annuo, térque per hebdomadas singulas peragendo Missæ sacrificio, pecuniam attribuere. inde conditam domum eam, quę leprosos excipit Insulam iuxta, secus eam viam, quæ ducit Armenteriam proximè pontem Canteleuuium.

D Paucis posteà diebus elapsis, in Hollandiam Burgundi filius Insula discessit. Erat illi tunc coniunctissimus S. Pauli Comes & Castellanus Insulensis Ludouicus Luxemburgius, primúmque in eius aula gradum obtinebat, omniúmque consiliorum particeps ipsum prorsus moderabatur. Euenit interim Octobri mense, vt Franciæ Rex Ludouicus Hesdinium ad Burgundiæ Ducem accederet. Eum Philippus cùm magnificè multis diebus coleret, filium ex Hollandia frequentibus nuntiis exciuit, vt Hesdinium ad visendum, honoréque debito prosequendum Regem quàm celerrimè accurreret. Sed neque paterna euocatione permotus est Carolus, neque pedem ex Hollandia extulit: tantúmque parenti per litteras significauit, nunquam se ad Regem profecturum, quamdiu apud eum Crouyaci Regulus, & Comes Stampanus consisterent, quos sibi grauiter aduersari cognosceret. Cur Stampanum hostem haberet, iam diximus. De Crouyaco hæc asserunt, Ludouico Regi auctorem fuisse, vt adiacentia Somonæ amni oppida numeratis quadringentis & quinquaginta millibus aureorum, quibus diu oppignerata fuerant, ab Duce repeteret; eáque Dux acce-

Legatio Burgundi ad Pont. Max. pro bello Turcico.
Monstrel. to. 3. Iac. Meier. l. 16.

Burgũdio abit Hesdinium.
Insulam venit Angliæ Regina, ibique [illegible].
Monstrel. to. 3. Chron. Fland. Iac. Meier. l. 16. aliter longe, quam narrat Wassebure. l. 7. qui nullam facit in Flãdriam aduentus mentionem.

Eamdẽ Hesdinium profectam Dux magnificè tractat & muneribus ornat.
Iidem auctores.
Ob interceptum aurum damnatur à Duce arcarius.
Chron. Flãd. Iac. Meier. l. 16.

Comes Carolus in Hollandiam abit.
Monstrel. to. 3.
Rex Franciæ ad Burgũdum venit Hesdinium.
Monstrel. to. 3. Iac. Meier. l. 16. Bellesorest.
Eò Carolus à patre vocatus proficisci noluit.
Monstrel. to. 3. Iac. Meier. l. 16.

cepta

cepta pecunia restitueret. id factum adeò in animum Caroli descendisse, vt omne in Crouyacum odium conuerterit. Et non leues ideò flammas eidem S. Pauli Comes subijciebat, qui neque Stampanum, neque Crouyacum ferre poterat. Doluit verò vehementer Philippo Duci ea, quam diximus, Caroli peruicacia: cùm præsertim Rex eius præsentiam expeteret. Nihil tamen tunc in eum egit per litteras nuntiósue asperiùs. A

Regis Fräciæ liberalitas in Ioan. Lannoyum. *Monstrel. to 3. Epitaph. Ioan. Iacob du Clerc. Iac. Meier. l. 16.*

Subinde Ioannes Lannoyus Gallo-flandriæ Gubernator, & Ioannis Crouyaci nepos, apud Regem Franciæ flagrantissima vsus est gratia. Eum enim hic primùm Ambiano, Ciuitati Atrebatensi, & Dorlenio (quæ omnia Saueusio ademerat) cum maxima potestate præfecit: ac mox etiam Mauretaniæ Comitatui præesse voluit, ea Præfectura exuto Ioanne Haubourdinij Regulo. Auxit eum deinde Ambianensi Bailliuatu, & duûm millium coronatorum annuo censu. Quæ liberalitas Regis graui multos admiratione perculit, quòd præsertim Lannoyus in Gallo-flandria natus fuerit, partésque Burgundi complecteretur. Fortè spes eum alebat, quandoque Ioannem cum auunculo Crouyaco consilijs occultis aliquid aduersus Burgundiæ Ducem moliturum, vbi res posceret. Statímque Rex ab Philippo Gallo-flandriam repetijt. Verùm Burgundus obfirmato ad postulata Regis animo, heredem sibi masculum superesse, respondit, ideóque nihil ei iuris in Gallo-flandriam suppetere: neque priùs eam repeti posse, quàm filio vita functo absque liberis annui reditus decem millia restituerentur. B

Fräcus à Burgundo Gallo-flandriam repetit. *Iac. Meier. l. 16 Paradinus.*

S. Pauli Comes à Franco citatur. *Monstrel. to. 3.*

Induxit tum temporis in animum Franciæ Rex, ab Duce Britanniæ & Comite Carolo Burgundi filio aduersus se arma comparari. Quamobrem S. Pauli Comitem, & toparcham Genlyanum, vt reos læsæ maiestatis, in iudicium vocauit: quòd hic in Britanniam inter Ducem & Carolum fœdus ictum iuisset; ille Caroli aliorúmque animos in se accenderet. Verùm neutro apud eum se sistente, frustrà minas Rex intendit. Reuersi sunt interim ab Italia Neruiorum Pontifex & Montignius, quos ad Pium Pontificem Maximum Burgundus de Sacra Militia sollicitus miserat. Ij responsum à Pio retulere, ipsum in Turcas armatorum hominum millia quadraginta ducturum, si Burgundus sena militum millia instruat, eisque se ductorem præbeat, vel suum adiungat legatum. Ad eam Philippus relationem ita Belli Sacri desiderio exarsit, vt mox se medio Maio cum exercitu Aquis Sextijs futurum spoponderit, indéque aduersus Christiani nominis hostem arma portaturum. Gliscebat eo tempore inter Ducem eiúsque filium grauis dissensio, quam plerique arbitrabantur eò ab Regis Franciæ familiaribus excitatam, vt, diuisis Belgarum studijs, hæ ditiones faciliùs hostium direptioni paterent. Laboratum à nonnullis Burgundico nomini addictis, vt ea tandem opprimeretur discordia. Parùm tamen ij profecerant. Burgundus arbitrabatur, iure se filium suo aspectu & amicitia prohibere: quòd potiùs varia suspicione laboraret, quàm veris discordiæ causis niteretur. Contrà, in Crouyacos & Stampanum meritò se ira succendi contendebat Carolus: quòd suam ab his vitam malis artibus peti crederet; ideóque iustè à patre, qui gratia & fauore ipsos prosequebatur, secedere. Postquam tamen ea, quæ scripserat Carolus, ditionum tuarum Ordinibus Princeps Brugis ostendit; hique ad Carolum profecti Gandauum, omnem adhibuere operam, vt is Brugas ad patrem se conferret, ijsque coràm explicatis, quæ discordiam pepetissent, in gratiam se paternam recipi supplex peteret: omnis denique sopita est contentio. Quippe vix se parenti Brugis Carolus stitit, tertióque ad pedes eius accidens suam breuiter pertinaciam excusauit, ac veniam suppliciter flagitauit: cùm Burgundus, *Iis de rebus, quas peruicacia velum obtendis, nullum vlteriùs*, inquit, *sermonem facito. quòd factorum veniam precaturus accesseris, id verò mihi pergratum est. Esto semper mihi obsequens, & me tui studiosum boni semper experieris.* Atque mox eius manu prehensa, omnem ex animo indignationem abstersit, veniámque impertijt, magna, qui tunc aderant, Ordinum legatis voluptate perfusis: Indéque postridie vijs occultis Crouyaci Regulus discessit. C D

Legati Ducis ab Italia redeunt. *Monstrel. to. 3. Iac. Meier. l. 16.*

Inter Bonum eiúsque filium natæ discordiæ extinguuntur. *Monstrel. to. 3. Iac. Meier. l. 16. Paradin. Pont. Heuter. lib. 4.*

Rex Franciæ in Gallo-flädriä descëdit.

Hæc dum fiunt Brugis Ianuario mense anni supra millesimum & quadringentesimum quarti & sexagesimi, Ludouicus Rex Franciæ Atrebato Siclinium venit, AN. 1464.

A eúmque Siclinienses quanto poterant apparatu excepere. Pro veteri consuetudine publico ab his munere modius auenæ, capones duodecim, pauones duo ipsi donati. Postquam ibi dies aliquot substitisset, Tornacum Rex profectus est. Cùm vrbi propinquaret, tria ciuium candidis, pictáque opere Phrygio aurea lilia præferentibus vestibus ornatorum, millia obuiàm iuere. Portámque subeunti puella ex alto per funes descendens, elaboratum insigniter, ac pretiosum ex auro lilium de corde affabrè facto, diducta paullùm pectoris veste, protulit, hísque affata verbis, obtulit: *Quemadmodum, Rex maxime, adhuc virgineo sum flore prædita, sic Tornacensis ciuitas nondum hostilibus copijs subacta est, illibatáque aduersus Francorum Reges fide singuli ciuium in cordibus lilium gestant.* Quæ licet falsò dicerentur (sæpiùs enim anteà Tornacum ab hostibus obsessum, captúmque fuerat) admodum tamen hilari iucundóque vultu ea Rex accepit, vrbémque magna incolarum lætitia ingressus est. Ibi dum dies aliquot Ludouicus moratur, ad eum Ioannes Crouyacus, ab aula Burgundi, ob Caroli Comitis auersionem, discedere coactus, se contulit, eiúsque se familiaritatibus insinuauit. B Ferunt eo tempore grauia quædam in Burgundum ab Rege alijsque, occultis consilijs designata. Iter nihilominùs posteà Ludouicus Insulam conuertit. Aderant ei tunc Cardinalis Albanus, Dux Bituricensis, Comes Augensis, Princeps Pedemontanus, multíque alij principes viri. Burgundiæ Dux, qui eodem die paullò maturiùs cū vxore, ac Ducissa Bourbonij Insulam aduenerat, magna Regem pompa, eiúsque nobilem comitatum excepit: & quamdiu illic moram fecere, festiuis conuiuijs, equestribus ludis, plausúque vario passim oppidum perstrepuit. In quartum diem ieiunij vernalis, eumdémque quartum & decimum Februarij, aduentus Regis inciderat, pridie illius diei, quo februa peraguntur à pueris picatis intortísque funibus accensis: ideóque tempus illud instituto veteri decursionibus equestribus, & certaminibus Insulæ celebrari consueuerat. Quatuor dies dati lætitiæ, & publicæ voluptati: ludósque Rex cum Duce spectauit, quibus cum Insulensibus sociarum vrbium ciues egregiè ornati lanceis concurrebant, proposito de more victoribus accipitre. C Ioannis Crouyacensis filius ijs certaminibus cum Pollario Regis ministro, quem vasto corpore, magnísque viribus præditum, ab nullo vinci posse Franci credebant, in arenam descendit, vitáque ipsum exuit. Priusquam Rex Insula discederet, obnixè Ducem flagitauit, adeóque verbis impulit, in viam ne se daret Sacro Bello capessendo, antequam is annus curriculum expleret. Igitur octauo & decimo die Martij Conuentum generalem trium Ordinum totius Belgicæ ditionis sibi obnoxiæ Philippus Insulæ habuit. Illic per Episcopum Tornacensem palàm significatum est, Regis Ducem voluntate, adeóque molestissimo rogatu, in alterum annum iter in Turcos distulisse. Ne qua tamen apud Pontificem Maximum, & Christianos Principes vel socordiæ, vel neglecti voti arcesseretur: ad Sacram Expeditionem Antonium ac Balduinum filios vnà cum duobus pugnatorum millibus extemplò missurum: quantam ipse posteà manum poterit militum contrahere, in hostes Christianæ Fidei portaturum anno sequenti.

Post breue tempus aduenere Insulam Marchio Ferrariensis, ac plerique Senatores D Veneti legationem obeuntes. Itineris tanti causam præbuit, Ducem aliosque Principes, ad subeundos vnà Belli Sacri labores, stimulandi desiderium. Hos vbi magnificè acceptos Burgundus audiuit, eadem, quæ suis Ordinibus dici curauerat, ipsis explicuit. Ac ne quam suis moram inijcere videretur, facultatem omnibus dedit sub sacra se signa colligendi. Igitur ad publicam de militia contra Turcos ineunda concionem, multi vestibus Cruces assuère Sacram Expeditionem professi, vt cum Antonio Burgundi filio proficiscerentur. Exactísque aliquot diebus viri nobiles ac milites egregij ad duo millia Philippo spectante, & filio centum aureorum millia tribuente, naues Sclusis ingressi vela fecere. E iuuenibus, qui terrestri itinere Romam è Belgio in Turcos irent militatum, multò plures sunt numerati. Sed quòd ij neque ductores haberent, neque sub signis viam facerent, tantúmque viceni aut triceni iter ingrederentur: nusquam in exercitum recepti sunt, ideóque omnes domum diffluxere.

Monstrel. to. 3. Iac. du Clerc l. 5. Iac. Meier. l. 16. Lib. ms. Duac. Lib. ms. Atreb. Chron. Fland. ms. Paradin.

Tornaci excipitur honorificè.

Monstrel. to. 3. Iac. Meier. l. 16.

Insulam venit, ibíque ab Duce colitur.

Monstrel. to 3. Iac. du Clerc l. 5. Chron. Fland. ms. Lib. ms. Atrebat. Iacob. Meier. lib. 16. Paradin.

Ordines Insulæ cōuocat Burgundus Sacræ Militiæ ergò.

Monstrel. to. 3. Iac. du Clerc l. 5. Iac. Meier. l. 16. Paradin.

Marchio Ferrariensis, & legati Venetorum Insulæ pro Bello Sacro.

Chron. Fland. ms.

Multi Belgarum Cruces assumunt.

Idem Chronic.

Monstrel. to. 3. Iac. Meier. l. 16. Massæus. Chron. Fland. ms.

Intereà

A

Ludouicus S. Pauli Comes iterū ab Rege citatur. *Monstrel. to. 3.*

Intereà temporis tertium ad Regem per apparitorem euocatus in Franciam est Ludouicus S. Pauli Comes & Castellanus Insulensis. Varia tunc ipsum consilia torsere. Si Regi se sisteret, periculum capitis verebatur, eo iam maleuolorum artibus infesto. si contrà in Belgio se contineret, ne toto Franciæ regno exturbaretur, formidabat. Dum autem hæret dubius, quid facto sit opus, in Regia comparandos sibi censuit amicos, quorum opera Rex mitigaretur. Et sanè ex animi sententia id successit. Cùm enim quibusdam in amicitiam pertractis ad Regem iter facere constituisset, ab eo his auctoribus tanta exceptus est beneuolentia, vt pacem facilè impetrauerit. Iactant quidam ab Rege tunc sollicitatum, vt à Comite Carolo Burgundi filio deficeret: nunquam tamen id ab ipso extorqueri potuisse.

Pacem ab eo impetrat. *Auctor citatus.*

Comes Carolus Insulā venit. *Iac. du Clerc l. 5.*

Quarto nonas Iunij ad patrem Burgundum Insulam venit Comes Carolus multa Nobilium Equitúmque turma septus. Verùm ob renouatam eius aduersus Crouyacensem Regulum, qui Bono aderat, contentionem, aduentus ipsius parenti rursum grauiter commoto parum placuit: omníque cum eo Comes colloquio prohibitus fuisset, nisi Saueusius id tandem multis impetrasset precibus, vt in conspectum Bonus filium admitteret, denuóque in gratiam reciperet exstincta prorsus iracūdia. Vt tamen filio iam ei vim pecuniæ dependeret, adduci non potuit, quò faciliùs ipsum in officio retineret. Concessit deinceps Philippus Hesdinium, Carolo Zelandiam cum suis repetente. Plusculum illic temporis egerat, cùm Franciæ Rex oppida sua lustrabundus Ambianum aduenit: indéque S. Pauli oppidum ingressus est, vbi Burgundus cum S. Pauli Comite morabatur. Eo de loco Hesdinium inuisere placuit. Hic dum lautè à Bono Rex tractatur, de Gallo-flandrica ditione rursum ab eo repetenda mentionem ingerit. Nihil tamen aliud, quàm priùs, ab ipso expressit. Ergo nonnihil ideò commotus cùm discessisset, non procul Hesdinio, nunc Nouuioni, nunc Abbatisuillæ substitit. Venit tamen paullò pòst Hesdinium Regina, eámque magnificentissimè Dux excepit tractauítque. Et decimo die Octobris per litteras Bono Rex significauit, eius se conuiuam Hesdinij postero die futurum, ideóque pro solita sua magnificentia prandium instrui iuberet. Verùm eo die, quo Rex id ad Bonum scripserat, huic prandium sumenti ab Carolo filio ex Hollandia litteræ tradun- tur. Harum erat sententia: Rubempreti Reguli Nothum in Hollandiam ab Rege Franciæ missum, vt Carolum vel captum myoparone abduceret, vel per insidias interimeret, vinculis oneratum in custodia detineri: parum securè acturum parentem, si diutiùs Hesdinij commoretur. Iis Burgundus acceptis nuntiis haud parum fuit perculsus; statimque post remotas epulas, Adolpho Cliuiensi, & Crequyacensi toparchæ Hesdiniensis oppidi curam commisit, ac subinde, non exspectato Regis aduentu, nullóque ad eum misso, qui de suo faceret discessu certiorem, tardis equis D. Pauli oppidum petiit, indéque quarto die Insulam paucis comitantibus peruenit. Ex aduerso Ludouicus Rex, cognito Burgundi subito discessu, in Normanniam Rothomagum abiit. Nō multo interiecto temporis spatio, Bourbonij Dux Philippi nepos Insulam Hesdinio descendit, indéque Gandauum delatus est ad Carolum Comitem Burgundi filium, qui recèns ex Hollandia illuc venerat. Exactis illic diebus aliquot, vt cognatum coleret, vnáque Gandensibus voluptatem faceret, qui saluum ex Hollandia rediisse gratulabantur, Insulam versus iter Carolus ingressus est cum insigni centum ferè quà virorum Equestri dignitate fulgentium, quà Nobilium comitatu. Ad sexcentos cum eo equi venere. Ab equitibus quadringentis ex oppido Insulensi obuiàm ei processum, & multa ipsum intra muros lætitia populus excepit, perstrepentibus plausu festísque vocibus plateis, ob insignem voluptatem, quàm ex eius salute, & hostis vinculis omnes ceperant. Iam enim latè fama de capto & in custodiam tradito Rubemprero didita fuerat, passimque spargebatur, in Caroli perniciem eum ab Rege Franciæ in Hollandiam occultè submissum. Interim Rothomago Rex Ludouicus Tornacum, Cameracum, & ad omnes iuxta Somonam sitas vrbes, quas nuper de Burgundo numerata pecunia receperat, nuntios mittit, qui proceres aliquot è singulis ad se legari imperent. Exceptis Cameracēsibus è suis vrbibus omnes Magistratus aliquos ad Regem destinauere. His Rothomagum ingressis, de

B

Burgundus Hesdinium petit. *Monstrel. to. 3. Iac. du Clerc l. 5. Iac. Meier. l. 16. Paradin.*

Ibi Regem primùm, dein Reginā Franciæ tractat. *Iidem auctores*

C

Ad nuntios de capto Rubempreti Notho, Burgundus Insulam redit. *Auctores citati. Oliuer. Mar. chon. l. 1. c. 35.*

Ad eum primò Bourbonij Dux venit, *Philipp. Comm. lib. 1 cap. 1. Monstrel. to. 3.* dein Carolus filius. *Iidem auctores.*

D

Rex de Rubempetri Notho sese excusat Rothomagi. *Monstrel. to. 3.*

vulgato

A vulgato per Belgium rumore, quo ferebatur, Rubempretum suo iussu in Hollandiam nauigio profectum, vt Carolo Burgundi filio insidias pararet, cúmque vel viuum inde abstraheret, vel ferro è viuis tolleret, grauissimas in publico consessu querelas deposuit. *Falsò spargi ea de re sermonem, quam ne quidem animo conceperit. Ad intercipiendum Ducis Britanniæ Vicecancellarium, vbi ex Anglia, quò fuerat profectus impetrandi contra sebellici subsidij, iciendique fœderis gratia, per Hollandiam reuerteretur, missum ab se Rubempretum. Non leuem ijs de omnibus vindictam se sumpturum, qui tam atrocia sererent mendacia.* Et dimissis domum legatis vrbium, Augeniem Comitem, Moruillierum Franciæ Cancellarium, & Narbonensem Pontificem multis onerat mandatis, subitóque ad Burgundum Insulam ire iubet. Quintus illuxerat dies Nouembris, cùm Insulam ij magno septi comitatu sunt ingressi, triduo postquam Carolus Comes Philipum Cominæum (qui res sui temporis in Commentarios retulit, & suam ab hac legatione narrationem orditur) inter honorarios ephebos aulæ suæ adsciuerat. Burgundus non ignarus, quæ forent Regis mandata, eos postridie ad-

Legatio Franc. ad Burgundū pro Rubempreti Notho.

Monstrel to. 3. Comin. lib. 1. c. 1. Marchan. lib. 1. cap. 35. Paul. Æmyl lib. 10. Iac. Meier l. 16. VVassebourg l. 7. Paradin.

B uentus legatos audiuit in solio pulcherrimè aureo panno fulgenti considens, ianuis aulæ patentibus, astante Carolo filio, & circumfusis omnibus cùm suis tum filij Nobilibus, ac Senatu sanctiori. Tria Moruillierus legationis capita primùm exposuit ore parum temperato, & interdum verbis etiam aculeatis. *Primò Rubempreti Nothus Regis nomine repetitus, quem falsò suspectum insidiarum Carolus in custodiam compegerat. grauiter enim eo facto violatam Regis maiestatem, qui longè alia curaturum in Hollandiam miserat. Imperatum deinde, vt aspersam nomini regio infamiam edicto publico Dux abstergeret.* Ad vltimum etiam Cancellarius flagitauit, *Vt Oliuerius Marchanus, & concionator Brugensis, qui Caroli voluntate in vulgus sparserant, ideò Nothum attineri, quòd Carolo necem, vel catenas parauerit regio iussu, ad noxam dederentur. Nam Regem minimè pati, vitam eos ducere, per quos Carolus ipsum tam atroci iniuria prosciderit.* Ad ea Carolus verba in genua procidit, patríque supplex factus est, vt potestatem sibi Cancellario respondendi faceret. Verùm exemplò Moruillierus Comiti silentium indixit,

Quæ capita Moruillierus oratione sit complexus.

Auctores citati.

C ab Rege sibi mandatum asserens, ne cum eo sermonem institueret, néue purganti se aures daret: cum solo Duce ageret. Igitur Carolo in allud tempus responsionem differre iusso, ad omnia Burgundus respondit. *Rubempreti Nothum in Hollandia deprehensum captúmque, vbi Franciæ Regi nihil obnoxium esset: ac ideò nullo iure illum ab eo reposci. Meritò fuisse captum, multa suppetere argumenta. Si tamen quæstionibus habitis, suspecti sceleris immunis fuerit, vinculis illicò soluendum. In concionatorem nolle se manus inijcere, cùm sacri sit Ordinis, quem vel attactu violare sit nefas. Si quid ab eo aduersus Regem è sacro pulpito sit pronuntiatum, ad se nihil attinere. Plerosque ad populum è suggestu dicere nulla prudentia munitos, parum septos litteris. Et cùm aliqua ipsis per imprudentiam, aut ignorantiam exciderint, vel aliò transcurrere, vel vspiam se abdere. Oliuerium in Sequanis ortum, & aulæ filij præfectum. ad Regem ipsum nihil spectare. si quid tamen peccauerit, ab se corrigendum.* Hæc cùm dixisset Burgundus, alia duo subiecit Cancellarius. Ac primo quidem, asseruit: *Haud leuiter tam subitum eius discessum Regem tulisse, cùm eo minimè salutato per litteras, velut furtim Hesdinio digressus est: qui aliàs nihil tale*

Responsio Burgundi.

Auctores citati.

D *faceret, quique tam Regi promisso se obstrinxerat, non aliò se discessurum, quàm priùs indicaret.* Altero grauissimè Britanniæ Ducem & Comitem Carolum perstrinxit, cùm *vtrumque in vrbe Turonensium, vbi Rex aderat, sigilla sibi mutuò per Taneguyum Chastellium occultè communicasse, fœdúsque iniuisse pronuntiauit*, idque maxima inter crimina recensuit. Et huius confœderationis non aliam videri causam addidit, quàm detractam Carolo pensionem, ademptámque Normanniæ Præfecturam. Ad primùm pacatè Burgundus aliud nihil attulit, *quàm se numquam fidem vlli datam fefellisse: ac Regi se tantum promisisse, ipsum se Hesdinij exspectaturum, neque ipso minimè salutato discessurum, nisi aliò negotia vehementer vrgerent. Cur repentè abitum parauerit, nihilque Regi significauerit, quæ per filium de Notho Rubempreti aliísque grauissimis rebus acceperat, effecisse. ac ne fugere Regem videretur, lentis itineribus quatuor dierum spacio petitam ab se Insulam.* Ad crimen Britanno sibíque impactum Carolus respondere ardebat, idque vt faceret, patrem admodum postulauit. Verùm is hoc minimè tunc permisit,

Nouæ accusationes Cancellarij.

Auctores citati.

Ad has Burgundio dat responsum.

A quòd ad eius defensionem paterno se officio fecisse satis arbitraretur. tantúmque etiam atque etiam loquendi veniam flagitanti, in crastinum diem purgandi se potestatem concessit. Igitur luce consecuta rursus in aulam legatos Philippus adduxit, ibique coram aliis omnibus, qui pridie aderant, pro se dicere filium iussit. Tum Carolus alterum genu pulvino serico innixus, primò patrem allocutus est, dein Cancellarium, factique sui rationem sedatiùs & sapientiùs explicuit, quàm pater sperauerat. De Rubempreto in vincula coniecto, prior ei sermo fuit; multísque se, úsque iustissimis, impulsum rationibus fuisse, vt eum in custodiam traderet, affirmauit, quas propediem in lucem sit proditura Iudicum sententia. In se ac Britannum quæ fuerant à Cancellario probrosè iactata, eum in modum diluit, *Vt quam armorum societatem cum eo contraxerat, non aduersus Regem, verùm in eius, regnique defensionem à se initam assereret. Promissa ab Rege pensionis annuæ quartam se modò partem accepisse. In animo sibi nunquam fuisse, vt id aurum, & Normanniæ gubernaculum ab Rege peteret. Abundè sibi parentis gratiam sufficere. Hac vbi polleret, aliena sibi minimè quærenda, satis opum domi fore.* Hæc cùm dixisset Carolus, non prius Legatos Burgundus dimisit, quàm breuiter orauerit modestéque, vti suo nomine Regi dicerent; *Ne facilè aures sparsis de se filióque sinistris sermonibus præbeat; néue gratiam suam filijque suspicionibus exstinguat*: afferríque vinum & saccharea tragemata iusserit, vt dilutis corporibus animísque discederetur. Verùm Carolus Narbonensi Episcopo in aurem acriùs dixit: *Lotum sibi vehementer ab Rege caput per Cancellarium: sed intra vertentis anni spatium dignus facto pœnas hausturum.* B

Ad obiecta Cancellarij Comes Carolus respondet.
Auctores citati.

Postquam igitur à Burgundo nihil impetrauere, in Franciam legati viam relegerunt. Tornaci, Atrebati, Ambiani, per quas vrbes iter fecere, Magistratus aduocant populúmque, & quàm grauiter tulerit Rex Franciæ sparsos in vulgus sermones, quibus iactabatur eum per Rubempreti Nothum Comiti Carolo insidiatum, eos edocent. simul etiam instruunt, nihil eorum in mentem Regi vnquam venisse, quæ sinistris vocibus in ipsum passim Belgæ Burgundique opprobrabant. Et vix ad Regem peruenere, cùm eorum facta relatione, quæ Burgundus eiúsque filius responderant, in vtrumque vehementer incenderunt. Verùm Philippus ea, quæ fiebant à legatis, prudenti animo præsagiens, appetente Natalium Christi celebritate ad Regem Episcopum Tornacensem, toparcham Crequiacensem, aliósque nobiles viros in Franciam Insula misit iras eius mitigatum. Ac tunc is visus audita legatione omnem in Britanniæ Ducem impetum animi conuertere. Interim ab decimo die Septembris vsque ad quintum & decimum Februarij asperrimo gelu hyems sæuiit. Per iter multi tunc frigore stupefacti mortem oppetiuere. & inter prandendum cœnandúmue panis gelu induruit, vinúmque frigore coaluit. C AN. 1465.

In Franciam legati redeũt. Monstrel. vo. 3.
Burgundus ad Regem legatos mittit in Galliam. Auctores citati.
Frigus ingẽs. Monstrel. vo. 3. Iac. Meier. l. 16

Eo ferè tempore Ioannes Lannoyus, de quo suprà memorauimus, in grauissimum adductus est odium Caroli Burgundi, patrísque. Cùm enim Carolus centum nobiles viros in Angliam celebrandis Eduardi Regis nuptijs, vnáque ipso in amicitiam & societatem armorum pertrahendo, cum apparatu plurimo misisset: illic ex Rege cognitum fuit, Lannoyum eò venisse Franciæ Regis mandato. Aduentus causam fuisse, vt à Burgundi societate & amicitia Eduardum abduceret; fœdus cum eo Franciæ Regis nomine percuteret. Anglúsque litteras Ludouici Regis ad Philippum & Carolum misit, quas Lannoyum attulisse vehementer asserebat. Dein omnia vtrique patefecit, quæ per Lannoyum sibi Francus significauerat. Igitur ijs acceptis, in Lannoyum vterque grauiter exarsit. eóque plus in eum Carolus iræ deprompsit, quòd ipse Ioannis Crouyaci nepos esset. Paullò pòst è Francia reuersi, quos Burgundus legatos miserat, ab Rege pacata omnia retulere: omninóque per eos cognitum fuit, Burgundi mandata iram Regis fregisse, qui iam de bello aduersus Ducem eiusque filium, consilia capiabat. Per eos dies Insulam rursus aduenit Bourbonij Dux Ioannes. Itineris causam prætexebat, auunculi visendi, matrísque cum liberis Insulæ apud fratrem Burgundum agentis salutandæ desiderium. Verùm breui patuit, belli studio impulsum huc venisse, vbi sensim auunculo persuasit, vt in Belgio copias non modicas contraheret, quæ conatibus Franciæ Regis opponerentur. D

Ioannes Lannoyus Burgundi & Caroli odium incurrit. Iac. du Clercl. 5. Monstrel. vo. 3. Iac. Meier. l. 16.
Monstrel. vo. 3.
Bourbonius Insulã venit. Comm. lib. 1. c. 3.

A rentur. Exactis diebus perpaucis Philippum difficilis morbus inuasit. Eo tamen remittente grauior animi ægritudo pænè pessumdedit. Quippe filio ditionum suarum procurationem attribuerat, vt quod vitæ supererat magno iam natu quietiùs exigeret. At ille potestate non parum abutens, odióque flagrans Crouyacæ gentis, omnes eius nominis homines paternis regionibus exegit: factóque rationem obiendit, eos Burgundicæ familiæ in cunctis vehementer aduersari. Igitur eo Philippus animaduerso, iracundia exæstuans potestatem Carolo abrogauit, & in bona locúmque Crouyacos restituit. Interim Ioannes Lannoyus non admodum sui securus in Lannoyanam arcem cum tota familia se recepit, eámque rebus omnibus instruxit. Centum propè & viginti porcorum carnes sale duratas, farinæ, tritici, auenæque ingentem copiam; armorum vim non exiguam illic posuit. & molam, qua in necessitate vteretur, extemplò fabricatus est. His cognitis, Roubaisiæ regulus, Caroli Comitis, vt credibile est, mandato, non leuem hominum manum collegit, vt in Lannoyanum castrum oppidúmque ex improuiso impetum faceret. parúmque abfuit, quin

B Ioannem cum vxore & liberis illic opprimeret. Verùm is insidijs per indicem patefactis, cum sobole & coniuge fortunas Tornacum tempestiuè transtulerat. Ibi apud S. Martini Antistitem egisse comperio. Quidam memoriæ tradiderunt, inter ciues adscriptum collegio piscatorum adhæsisse: quod fabulosum arbitror. De Ioannis fuga perfugióque certior factus Comes Carolus, Iacobo S. Pauli Comitis fratri Lannoyanum oppidum, arcem, ac territorium donauit: isque omni tum suppellectili, tum commeatu ibi relicto potitus est.

Aprilis die duodecimo, in quem Dominicæ dies passionis incidit, de clementia & misericordia præclarè sermonem inter concionandum quidam Bruxellæ instituit Burgundo præsente, cùm is adhuc in filium propter admissum in Crouyacos facinus exacerbato grauiter animo iras aleret. Secundùm concionem Aurei Velleris Equites, quibus ea grata fuerant verba, frequentes Ducem circumstetere, calidisque ad condonandam filio culpam vocibus impellere aggressi sunt. adeóque tum hæc

C Equitum deprecatio, tum Caroli veniam suppliciter ob grauissima Christi tormenta flagitatis submissio valuit, vt postridie omni exstincta odij flamma, filium lacrymans in gratiam receperit, adstantibúsque aulicis eo facto lacrymas expresserit.

Cùm dies mensis eiusdem quartus & vigesimus illuxisset, tribus ditionum suarum Ordinibus in Bruxellensi vrbe congregatis per Guilelmum Tornacensem Episcopum Ducis Biturigum litteras Philippus proposuit: iisque perlectis significauit, in animo sibi esse magnum in Belgio exercitum conscribere, vt intra breue tempus aduersus Franciæ Regem, aliósque hostes illi Principi Carolus filius ferret suppetias: qui Ludouici Franciæ Regis ac fratris sui motibus efferatis grauiter saucius in ipsum belli consilia voluebat; ac in armorum societatem Britanniæ, Lotharingiæ, Bourbonij, Duces, Carolum Comitem, alióśque Principes traxerat; eique bello, quod moliebatur, Publici boni nomen indiderat. Ad hanc expeditionem cùm multis esset opus sumptibus, pecuniarium subinde subsidium petijt. Ab singulis prouincijs tantum auri promissum est, quantum quæque commodè possent sufficere. Igitur quàm

D celerrimè potuit, delectus militum habiti, éque Belgicis ditionibus equitum, peditúmque vltra decem & quatuor collecta sunt millia. Iis omnibus cùm præesset Carolus, ac secum S. Pauli Comitem Ludouicum (Castellanus is erat Insulensis) eiusque tres filios, & Iacobum fratrem, Haubourdinium toparcham, Rauestaïni regulum, Antonium, & Balduinum Burgundi nothos, aliósque quamplurimos insignes ordinum ductores haberet, cùm insigni curruum, & tormentorum muralium (magnam eorum partem Insulense castrum suppeditauerat) apparatu, in viam se dedit Martio mense. Tradunt, eo veniam abeundi petente, & vale dicente, Burgundum ita locutum: *Fili, hoc bellum fortiter aggredere, idque prudenter & generosè administra. Quàm te fugæ dedere, pugnando mortem potiùs oppetere optes. Si quod discrimen adieris, etiamsi centum millibus hominum sit opus, nunquam te opprimi permittam.* Cùm in Franci ditiones Carolus copias perduxit, intra breue spatium aliquot ei per deditionem oppida sunt tradita. Neque vires eius S. Dionysij fanum sustinuit. Inde castra Pari-

Burgundus morbo, & 10 filium iracundia laborat.
Monstrel. to. 3. Iac. Meier. l. 16. Paradin.

Ioan. Lannoyus sese munit Lannoyæ.
Monstrel. to. 3.

Ibique ferme opprimitur.

Lib. ms. Duac.

Bonus filium sibi reconciliat.
Monstrel. to. 3. Iac. Meier. l. 16. Paradin.

Euocatis Ordinibus de bello in Francia gerendo mētem suam aperit Burgundus.
Monstrel. to. 3. Iac. Meier. l. 16. Paradin.

Et pro cō pecuniam impetrat.

Comes Carolus exercitum in Franciam ducit.
Auctores most notandi.
Monstrel. to. 3.
Ibique bellum gerit pro publico bono.

Monstrel. to. 1. Comin. l. 1 c. 2. & seqq. Oliuer. Marchan. l. 1. cap. 15 Paul. Aemyl. lib. 10. Gaguin. lib. 10. Masson lib. 4 Massaus, Iacob Meier. lib. 16. Nicolaus Gill. VVassebure l. 7. Paradin. lib. 3. Bellefor. Pont. Heuter. lib. 4. hoc totum bellũ explicãt fusius, ex quibus ea desumpsi, quæ profero.

Prælium ad mõtem Herricium & victoria Burgundi filij.

Auctores citati.

A

sijs admouit proximè, multámque ciuibus formidinem iniecit, ijs extra portam eçssis, qui se armatos opposuerant. Suadebat Haubourdinius, vt in muros impetus fieret, quos parum firmos cognouerat. Maluit tamen Carolus ad S. Dionysij oppidum copias reducere. Illic frustrà exspectatis Britanno & Bituirige, Sequanam exercitum Carolus transmittit, & ad S. Clodoaldi Pontem intendit. Eo de loco ad Montem Herricium (Lethericum quidam vocant) propiùs acceditur. Ibi exercitu in valle & planitie disposito, coniuratos Principes rursum Carolus exspectat, lectásque in Burgundiâ vires. Verùm neque illorum quisquam ad eum copias promouit, neque condicto tempore militem ex Burgundia Theobaldus Nouocastellius in subsidium adduxit. Properabat interim cum multis armatorum hominum millibus Rex Franciæ, vt ab socijs destitutum Comitem opprimeret. Eius aduentus certior factus, Comitem S. Pauli Carolus ad Montem Herricium cum acie prima præmittit: ipse cum reliquo exercitu in vico Longemeauo subsistit, suósque ad pugnam erigit, componitque. Ad diem decimum septimum Kal. Augusti concurrentibus copijs acriter pugnatum est. Eius prælij varius initio fuit euentus. Cæsi primùm a S. Pauli Comite, quos regios equites Petrus Brezęus Normanniæ castrorum Metator ducebat, intérque primos Dux ferro læsus occubuit. In Belgas posteà ferociùs à Francis actum, eorúmque plurimi vel occidere, vel fuga dilapsi sunt. propiúsque à periculo vitæ Carolus abfuit, recepto in fauces gladio; & bis est ab hoste comprehensus. Verùm diuini Numinis pręsentia, vel per Ioannem Cadetum Parisiensis Medici filium, vel per Robertum Conterellum Bruxellis natum Equitem (in his enim auctores variant) ereptus est, dein ad suos sanguinolentus redijt. Et ingruebat ingens eius militi clades, qui iam partim fugam arripiebat, partim cædebatur: nisi hinc equitum aliqui sub signa collecti rursus animos sumpsissent, hostémque vel aggressi fuissent, vel sustinuissent; illinc Ludouicus Rex multis suorum amissis in fugam effusus Montis Herricij arcem metu stimulante petijsset. Ad victoriam, quæ denique penes Carolum stetit, comparandam, multum laboris animique S. Pauli Comes, & Ioannes Haubourdinius attulere: quorum ille multos ex fuga reuocans hostem grauiter cecidit; hic totis à Carolo copijs præfectus, multa sapienter ad felicem pugnæ exitum consuluit perfecitque. Ea nocte, quæ victoriam consecuta est, in armis suos Carolus continuit, ac ductorum sententias perrogauit, Essétne in eo, quem obtinebat, loco persistendum; an aliò ducendus, qui modicus admodum restabat, exercitus? Quòd enim ignes passim ad Montem Herricium lucerent, ibi Regem subsistere, ac postero die rursus pugnam initurum iactabatur. Verùm ij, quos vetus bellorum labor exercuerat, & sapientiæ vis muniuerat, eius mentis fuere, vt Carolus cum omnibus copijs illic noctem duceret, ac sequenti die ad prælium sese accingeret. Igitur in armis tota nox extrahitur Regis metu, & ad nouum se prælium omnes comparant. Sed ea trepidatio exorta iam luce compressa est, vbi certis nuntijs cognitum fuit, tota Regem nocte ab Monte Herricio ad vsque Corbeiam fuga delatum de pugna nihil cogitare ampliùs, indéque Parisios meditari. Tres itaque dies victoriæ locum Carolus tenuit. Sparsus erat nihilominùs vbique rumor grauissimus, Caroli copias ab Rege fusas fugatásque fuisse, ac ipsum Comitem inter alios acceptis lethalibus vulneribus oppetiuisse mortem. Iámque regijs partibus adhærentes suam signis multis voluptatem patefecerant: contrà, Burgundo pârentes aut fauentes cuncta gemitu & luctu complebant; ipsúmque tam sinistra fama Burgundiæ Ducem admodum sauciauerat. Et datum vitio Roubaisiæ regulo fuit, quòd ijs territus nuntijs Brayam oppidum, vbi fuerat militi præfectus, deseruerit. Verùm Saueusius præclaram tunc operam præstitit, cùm varias Belgij vrbes lustrans animos ciuibus fecit, & ab Duce facultatem impetrauit in Attrebatibus, Gallo-flandria, & alibi militem conscribendi: ac denique contractis duobus armatorum hominum millibus ad Carolum profectus est in Franciam. Iam tum suas Carolus copias, quæ prælio superfuerant, omnes collegerat, dum ad eum Saueusius peruenit, ipsúmque insigni lætitia perfudit, ob illud, quod secum ducebat, supplementum. Et breui pòst ex Burgundia nouus miles eius se castris adiunxit. Hinc igitur cùm nouus in

B

C

D

A Francos Caroli metus incumberet, coniurati Principes, qui fugam priùs arrepturi videbantur, suas ad eum denique copias duxere. Et mox ingentem trahens exercitum Carolus ad confluentes Sequanæ Matronæque amnes castra metatus est, indéque multam Francis formidinem iniecit. Et adeò tunc vel fractus animo, vel fraude visus est Franciæ Rex, vt pacem vltrò petierit, multáque ad eam impetrandam Comiti, ac Principibus armorum ei societate coniunctis donauerit. Inter alia Carolo certis legibus reddita, quæ ad Somonam sita erant, oppida. Flandrísque concessum, ne vlteriùs Parisiis in lites coïre cogantur, néue illuc causas è Flandricis tribunalibus euocare cuipiam liceat. Interim deprehensi sunt Insulæ sex homines, qui Turlupinorum erroribus animos fœdauerant, & mox in custodiam deiecti. Post aliquot dies iis palàm in editum locum eductis habita publicè de rebus veræ Fidei concio, vt imbuti sanctâ Catholicæ doctrinâ Ecclesiæ, turpibus animos dogmatibus liberarent. Nec incassùm is labor susceptus. Errores quinque despuerunt, susceptáque pœnitentia liberi abiere. Cùm sextum obstinatio mentis altiùs prauis dogmatibus

B constringeret, is tamdiu flammis immersus, donec in cinerem redigeretur. Ibidem loci in fratres duos honesto loco genitos, Hutinum & Thomam Malletios, manus à Præposito vrbis iniectæ variis temporibus, & varias ob causas, Caroli Principis iussu. Thomas Rationum Principalium Magisterio fungebatur: & cùm audiendis rationibus operam daret, vinculis constrictus est, ac procul in Beaureuoirij castrum abductus. An repetundarum accusaretur, non satis comperio: certè id probro ducebatur, quòd Guidonis Guillibaudi Principalis pecuniæ summi Quæstoris (è fabro ad hoc numus is emerserat, & ingentes sibi diuitias comparauerat) amanuensem egisset. Saltem post aliquot custodiæ menses illæsus domum remissus est. Frater probrosæ in Comitem linguæ reus agebatur; compertúmque est, eum in coniuges suas grauiùs sæuijsse, vitámque traduxisse flagitiosiùs, ac ideò dempta ipsi denique ferro vita.

Franciæ Rex cum Carolo, alijsque Principibus pacē componit.

Auctores citati.

Turlupinorū sectæ homines Insulæ deprehenduntur.

Iac. du Clerc l. 5.

Iac. du Clerc l. 5.

C Vix autem è Francia in Belgium Carolus reuerterat, cùm nouus eum belli turbo in arma rursus exciuit. Ipsum grauissima Dionantenses iniuria nuper affecerant, quando Gallorum amicitia freti, & magnis armorum è Francia subministrandorum promissis onusti, eius effigiem in conspectu Bouiniensis oppidi è furca suspendere: cúmque Comitem palàm iactabant, non è legitimo Philippi & Isabellæ thalamo genitum, sed furtiuo, illicitóque ortum concubitu. Tam grande igitur facinus, atrocémque vlturus iniuriam Burgundus, copias ex Atrebatibus, Flandria vtraque, Hannonia, Namurco, Brabantia contraxit. Haud tamen initio pro meritis in hostes sæ-
AN. 1466. uitum. Pauore perculsis, ac veniam flagitiorum flagitantibus ad tempus aliquod armorum quies concessa, & in certa quædam capita legum pax denique tributa est. Id cùm quibusdam Francorum vehementer displiceret, occultè nouos Leodiensibus animos fecere, vt arma rursus in Burgundum raperent, eiúsque ditiones, Gallico iterum nixi auxilio, populationibus infestarent. nihil enim reliqui Regem factutum, vt ijs, quantum ferrent regni vires, opitularetur. Verùm ea motus perfidia Philippus ad triginta hominum millia ex omnibus suis ditionibus coëgit, omniáque ad inferendum ijs hostibus bellum comparauit celeriter. In procinctu erant copiæ, cùm

D Ioannes Luxemburgensis Haubourdinij toparcha præclarissimus ductorum exercitus, morbo deiectus vitam cum morte mutauit; magnóque Burgundum tanti hominis amissio dolore incessit. Sub finem Iulij ad Namurcum ex Ducis voluntate omnem in armis exercitum stare oportebat. Quidam seriùs, quàm vrgebat imperium Burgundi, eò progressi sunt: idque adeò ipsi stomachum mouit, vt repentè per iracundiam ad eius moræ nuntios, mensam, cui assidebat, subuerterit, ac subita correptus apoplexia præsentissimum adierit vitæ periculum. Depulsa tamen ægritudo est præstantium ope Medicorum: statimque proposita capitis pœnâ sub signa omnes conuolauere. Cinctum arctissima obsidione Dionantum: idque priusquam Leodienses ad triginta sex millia subsidio venirent, ad deditionem vi coactum. Sed quamuis claues necessitate compulsi, veniámque deprecantes, oppidani victoribus obtulissent; neutiquam tamen iis Comes pepercit, oppidúmque militi-

Bellū in Dionantenses à Carolo præparatur.

Monstrel. to. 3. Iac. Meier l. 16. Philipp. Comin. l. 1. Paul. Æmyl. Oliuer. Marchan. l. 1. c. 35. & 36. Moßam hoc bellum tractant, quos vide, item & Ioffred. Petri de Leodiens. Epist. à c. 27. & VVassebourg. lib. 7. Paradin.

Monstrel. to. 3. Comin. l. 1. alij.

Dionantum diripitur, & euertitur.

A

bus suis diripiendum permisit. Impensum cædi ac deprædationi triduum, quòd illic esset magna vis hominum, & ingens rerum abundantia. Ipsi præcipuè motus auctores ad necem quæsiti: partímque hi ferro, partim amne hausti sunt. ceterorum quamplurimos iniecta templis ædibúsque flamma consumpsit: alij gladiis interiere. Vix Namureum Philippus exercitum reduxerat, vt in Leodios moueret, cùm ad eum ex vrbe Leodiensi missa est legatio quorumdam vrbis procerum. His oratoribus enixè postulantibus, pacem Leodiensibus istis in primis legibus Dux concessit: *Vt sexcenta Rhenensium florenorum millia intra senos annos penderent: Brabantiæ Ducem perpetuum Protectorem agnoscerent; Episcopum in Vrbem reciperent; quinquaginta obsides darent.* Vix obsides accepit Burgundus, cùm Octobri desinente primò Bruxellas, deinde Insulam rediit. Vt voluptatem, quam eius aduentu capiebant, Insulenses patefacerent, Senatus obuiàm iuit, ac ciuium duo millia facibus colluminantium. Et ingredientis latera sepserunt mille ac ducentæ virgines, quæ partim vocibus lætis applauderent, partim tedas lucerent. Passímque per plateas spectacula præbebantur, & cerei ad frontes ædium ardebant. vt summam Dux lætitiam perceperit, eámque minimè dissimulauerit, sereno ad omnia vultu ridentíque conspectus. B

Pax data Leodiẽsibus.

Burgundus magna cum voluptate Insulæ excipitur.

Chron. Fland. ms.

Non paucis diebus Insulæ hilariter exactis, Brugas Dux petiit anni sequentis initio. Illic ad diem duodecimum Iunij vehemens eum morbus inuasit, adeóque lecto affixit, vt quarto pòst die animam efflauerit. Curatum illi funus à filio Carolo, & Flandris, quanta potuit magnificentia: nullúsque ipsi parentauit, quem non ingens luctus & dolor incesseret. Versabatur scilicet ob oculos singulorum eius Principis munificentia, religio, benignitas, fides, & animi magnitudo, quibus supra ceteros sui temporis homines efferebatur. Infimos ipse, vt summos, vultu benigno excipere: in hostes æquè ac familiares & amicos munera largiri: datam alteri fidem minimè frustrari: de aliis benè semper sentire; nunquam sinistra suspicione ab aliorum amicitia retrahi: pro subditorum sibi populorum salute nihil officij omittere; magnis eò se discriminibus offerre, ac Regibus opponere, bella suscipere: pacem turbantes armis reprimere, si obstinati persisterent; vbi veniam summissi poscerent, arctissimè complecti: ditiones suas exactionibus importunis minimè concutere; earum opulentia lætari. Et quamuis plurima in bella, legationes, ludorum & conuiuiorum apparatus, familiæ magnificentiam, ac munera, semper impendisset: quadringẽta nihilominus aureorum scutorum millia, & supellectilem duobus auri millionibus æstimatam moriens reliquit. Hæc igitur omnia cùm insignem apud omnes amorem ei conciliassent, fieri sanè non potuit, quin mors eius grauissima cunctis, summéque flebilis acciderit. Nulli tamen iustiùs in lachrymas & gemitus soluebantur, quàm ciues Insulani. Nusquam enim is iucundiùs, quàm in eorum oppido versabatur; nusquam in oppidanos liberaliorem se patefecit; nusquam plus magnificentiæ aduenientibus vndique Principibus exhibuit: vt quamdiu is florentissimam egit vitam, nihil ad opes & hilaritatem Insulensibus defuerit. AN.1467. C

Idem Brugis moritur.

Monstrel. to. 3. Marchan l. 1. c. 37. Massaus. Iac Meier. l. 16. VVasseburg. aly.

Eius laudum periocha.

Ceterùm Ducis huius Principatus omnes ac ditiones adiit Carolus, quem vnicum ex legitimo toro heredem reliquerat. Discriminis plena ipsi fuere dominationis initia. Vix enim solitis ritibus in Flandriæ Comitem inauguratus fuerat Gandaui, cùm tumultus illic per plebem exortus metum iniecit, & rescissa per Gauerensis Pacis leges priuilegia rursus extorsit. Mechliniam subinde opifices turbauere tribus in plana deiectis opulentiorum hominum domibus, & infessa cum armis fori area. Ab Leodiensibus, Franco sollicitante, pax violata; & arma rursus in Carolum & Episcopum rapta. Verùm sedatis Gandaui Mechliniæque motibus, ita Leodios, contractis ex Artesia, Flandria, Brabantia, & aliis ditionibus copiis, feliciter aggressus est Dux, vt insigni eos clade iuxta Trudonopolim affecerit, postquam ad viginti millia eam vrbem obsidione solutum venissent; Leodio subinde exercitum admouerit, eiúsque deditionem expresserit, ac ciues miserandum in modum castigauerit. Post reportatam de Leodiensibus victoriam ditiones suas Carolus in Belgio lustrauit. Decimo sexto Kalendas Aprilis publico apparatu Comes Artesiæ renuntiatus est Arrebati. Inde cùm Hannoniam obiuisset, Insulam venit Aprilis septimo die, vt D AN.1468.

CAROLVS eius filius in Comitatum Flandriæ, aliásque ditiones succedit.

Initio Principatus ipsius motus exoriuntur.

Vide Iac Meier. l. 16. Massaum, Gauffridum Petri c. 10. Comineaum à cap. 7. Oliuer Marchanum lib. 2. cap. 1. Paradin.

Gallo-flandriæ possessionem adit

Gallo-

A Gallo-flandricam ditionem capesseret. Magno ciues eum plausu pompâque coluerunt. Edita passim per vrbem spectacula, & præfixa domibus luminaria. Vnicam tantum hîc noctem egit, Brugas negotiis euocantibus. Et paucis inde diebus atrox incendium Comitissæ Nosocomium, ædes Comitis S. Pauli, totam ferè à ponte molari vsque ad aream S. Petri plateam flammis populatum est. Dum moratur Brugis Carolus primùm illic Nonis Maij Aurei Velleris consessum habuit: dein nuptias apparatu regio cum Margareta Eboracensi Eduardi Angliæ Regis sorore celebrauit Iulio mense. Per id tempus in Phanopinensi Monasterio viuis erepto Antistite Nicolao, de successore grauis fœdáque exorta est contentio. Qui tunc aderant, Religiosi Petrum Hugonem legêre. Præualuit tamen aliorum factio, quos tunc alibi negotia distinuerant: horúmque artibus tandem eò pertrahitur Petrus, vt iuri suo renuntiet. Igitur in Ioannem Chiuoreum aliorum Petrique collata sunt suffragia. Sed breui Petrum ingens cessionis pœnitudo in varios labores curásque abripuit, vt in gradum, quem aliorum molitionibus circumuentus deseruerat, restitueretur. Eò Regem Franciæ Atrebati morantem adiit. Cessit tamen ipsi hoc ne-
B gotium infeliciter: eóque tandem desperationis ambitus perpulit, vt animum vestémque Religionis exuerit. Ergo Ioannes Summi Pontificis venia fultus Cœnobij regimen capessiuit: tantóque plus admirationis initio conciuit, quantò plus virtutis & sapientiæ adhuc immatura ætate prodidit. Vt summùm, vitæ annum vigesimum & secundũ attigerat. Sed in eo iam tum insigne bonarum artium studium, ingénsque Cœnobij mores corrigẽdi desiderium ardebat. Igitur ipse partim varia obire Monasteria, vbi virtus, sanctáque Religionis instituta florebant: partim eò de suis aliquos mittere. quæ illic præclarè sancita visebantur, decerpere: exinde conformia sui Ordinis institutis conscribere, ac subditis obseruanda tradere: iis de locis spectatę probitatis homines domum adducere: suis eos morum magistros præbere. Et quò plus ipse doctrinæ ac virtutis ad regimen sibi compararet, primùm Louanij, dein Parauij studiis grauioribus operam dedit, ac præstantium illic hominum sermonibus se fami-
C liariter immiscuit. Ne quid interim absentia domesticis rebus detrimenti pareret, accitos aliunde viros prudentia & virtute singulares Monasterio præfecit. In iis eluxit Ioannes Saracenus è familia Dominicanorum Insulensi euocatus, quem ceteris impositum vices suas obire voluit. His rebus artibúsque dum nouam Phanopinense Monasterium faciem induit, eiúsque Ascetæ ad præclaras virtutes efflorescunt: parat interim Francorum Rex copias, quibus primùm fratrem suum Carolum in Normannia opprimat, indéque Britanno bellum inferat: atque his ita separatim debellatis, in Burgundum denique ipsis fœdere coniunctum faciliùs aliquid moliatur. Verùm Burgundiæ Dux eorum gnarus, quæ Rex machinabatur, etiam ad bellum animos conuertit, vt Normanno Britannóque opem laturus armis Regem peteret. Et postquam vndique militem contraxit, Insulam venit. Hic omnis generis arma comparata, machinæque. ad tria currus millia fuisse ferunt partim armis oneratos & commeatu, partim tormentis muralibus, pilísque ferreis & puluere sulphurato instructos. Hæc postquam omnia è Gallo-flandria in Veromandiam tracta sunt, Pero-
D nam Dux ipse concessit. Magnum quidam ei discrimen ingruere arbitrabantur, quòd iam Ludouicus Rex Britannum muneribus & promissis inductum ab ipsius societate diuellisset, multóque fratrem exuisset tractu Normanniæ. Adeò tamen ex aduerso florentissimis eius copiis & apparatu bellico Rex consternatus est, vt pacem ad tempus, quàm bellum, maluerit, ac mox ei sumptus factos aureorum coronatorum millibus centum & viginti rependerit. Huius interim occultis consiliis ad nouum Leodienses bellum impulsi sunt, iique sumptis armis aduersus Carolum exarsere. Missi quoque ab Rege ad Burgundum eodem tempore legati, per quos habendo cum eo colloquio tempus locúmque peteret. Renuit initio cum ipso sermonem cædere Burgundus. Vbi tamen legati admodum pressere, vt eum ad colloquium admitteret, Peronam accedere permisit. Vix ad eam vrbem cum paruo comitatu Francus peruenit immemor eorum, quos ad Leodios legauerat suscitando aduersus Carolum bello: cùm graues nuntij Burgundum perculere, quibus

Carolus Insulæ. *Chron. Fland. ms. Meyer. l. 17. Pont. Heuter.*

Brugis nuptias celebrat. *Monbar. lib. 2. Iac. Meier. l. 17. Messam, Heuter. l. 5.*

Phanopini circa electionem Abbatis erant dissidium. *Franc. Petrin. in Chron. Phanop. MS.*

Ioannis Chiuorei Phanop. Abbat. laudes. *Idem auctor.*

Carolus bellũ in Francos apparat, & mox gerit. *Chron. Fland. MS.*

Hæc de bello aliqua sufficiunt Comm. l. 2. c. 7. & seqq. Paul. Æmyl. lib. 10. Nicolaus Gill. Gaguin. lib. 10. Iac. Meier. l. 17. Messant, Pont. Heuter. lib. 5. Suffrid. Pet. in Gest. Leod. Pont. cap. 33. VVassebourg. l. 7. Parad. Bellefor.

Auctores antè citati.

 manda-

Carolus Regem detinet Peronæ, & eum in Leodios secum inferre bellũ cogit.
Auctores citati.

A mandabatur, Leodienses auxilio submissorum ab Rege Francorum Tungrensem vrbem subegisse, agrósque vastare, captis illic Episcopo, & Imbercurtio, cæsisque fœdum in morem aliquot Leodiensis Ecclesiæ Canonicis. Nunquam alias is Princeps incanduit vehementiùs. Statímque vrbis & arcis portas obserari, munirique custodijs iussit, ne quà Rex fugam capesseret. Diu pòst animi pependit, velletne in Regem, à quo satis cõpererat ad id facinus Leodienses impulsos, quidquam atrocius facere. ipsum enim vel cædi, vel perpetuo carceri opportunum multa fecerant. Aliorsum tamen eum consulta familiarium traxere: tantúmque demum placuit dura voce, iratóque vultu formidinem incutere; vt fractus metu Ludouicus & in pacis anteà compositæ leges sanctè iuraret, & debellandis opprimendísque Leodiensibus Duci se adiungeret. Neutrum ab Duce grauiter increpitus Rex abnuit. Extemplò capita legum pacis inuiolata seruaturum se ad Crucem Caroli Magni iureiurando firmauit: admouendum in Leodios bellum sese subinde suósque accinxit properè. Igitur postquam copias Dux insignes collegit, vnà cum eo Rex in Leodiensium ditionem progressus est. Parùm illic à mortis periculo abfuit vterque, cùm Leodium B gentis caput arctissima cingit obsidione. Etenim portis per noctem egressi aliquot Francimontani in eorum tentoria penetrare, ipsósque per noctis tenebras obtruncare constituerant. Verùm pars eorum ab recto deuians itinere aliorsum delata est, pars in manus Burgundionum venere, & mox amisere ferro vitam. Ac postridie facto in portas murósque impetu, ciuitatem vi Carolus cepit, eámque gladijs & igne vastauit. Nondum tunc inter Carolum & Gandenses pax firmiter coaluerat: in eumque populum aliquid vindictæ in animo hic Princeps alebat. Igitur postquam Ludouicus Rex in Franciam sese receperat, & in Brabantiam perfecto Leodiensi bello Burgundus redierat: ineunte anno post millesimum & quadringentesimum nono & sexagesimo, Decanos opificum Gandenses Bruxellas ad eum misere, qui pullis tecti vestibus vexilla sua ipsi traderent, pacémque peterent humiliter. Motus ea submissione Carolus honestis pacem conditionibus dedit. Ab hoc deinceps varia sunt obita Flandriæ oppida, vt res vbique ciuicas componeret. Dum Insulæ agitat, bisque per hebdomadam pro tribunali causis audiendis, ac libellis supplicibus legendis ex instituto suo nauat operam: in aulam die quodam sese penetrat quidam ocreatus, fœdulámque suppliciter ipsi offert. Vbi Dux hanc auidè totam perlegit, in crumenam tacitus reposuit, neque pro more, vel Cancellario, vel Mareschallo tradidit. Igitur mirantibus omnibus in crastinum diem profectionem suis indixit: ac sequenti exorta luce iter corripuit, vt Gorchomium Hollandiæ oppidum, quo fœdum facinus, & graui pœna coërcendum euocabat, magnis itineribus perueniret, ibíque virum nobilem ingentis reum sceleris supplicio afficeret. Adeò scilicet eum Principem insignis ardor iustitiæ, & studium crimina pœnis vindicandi incesserat. Sub anni huius finem, ac principium sequentis, quatuor ferè menses, infestantibus, nunc asperrimo gelu, nunc multa niue, interdum etiam ventis vehementibus, difficulter hyems tolerata.

Leodium vastatur.
Auctores citati.

Gandenses pacem à Carolo petunt, impetrátque.
Luc Meier. l. 17. Heuter. lib. 5. Paradin.

AN. 1469.

Carolus institiæ dat operam.
Chron. Fland. MS. Meier. l. 17. Heuter. l. 5.

C

Gelu, ventique.
Chron. Fland. MS. Meier. l. 17.

Haud verò diu licuit Burgundo ab armis quietem capere. In eum rursus belli D consilia voluit Franciæ Rex Ludouicus. Qui præsertim hunc armorum studio, & odio Caroli succenderent, Ludouicum S. Pauli Comitem & Insulensem Castellanum ac equitum Franciæ Magistrum, & plerosque Ducis Aquitaniæ Regis fratris familiares, fuisse comperio. Hi iactabant, nisi foris bellum Rex aleret, intestinis ipsum motibus laboraturum, quòd pacis impatiens esset. Equitum Magister priuata quoque commoda, & quibus ornabatur in Francia, Magistratus paci publicæ præferebat. Et vtrisque animus erat, armorum formidine Burgundum eò pertrahere, vt Aquitanico Duci, quam vnicam habebat, filiam nuptum traderet. Ex ijs vrbibus, quas ad fluuium Somonam Burgundus tenebat, alius aliam se Regi traditurum spopondit. Quæsitus aliquis color belli iustè indicendi. In generali Conuentu multi aduersus Carolum querelis Regem pulsabant Turonis. Supra ceteros Augensis Comes ab eo se vexari fremebat. Missus igitur ab Rege Gandauum apparitor, qui diem Burgundo diceret, eúmque Parisijs iuberet in curia se sistere. Haud enim ignarus

AN. 1470.

Ab Franco bellũ in Burgundum mouetur.
Comin lib. 3. c. 1. Meier. Paradin.

A rus erat Rex, Carolum vel quidpiam superbiùs responsurum, vel aliquid aduersus Regij Senatus auctoritatem acturum violentiùs: vnde non dubia raperetur bellandi occasio. Et verò ipsum Apparitoris mandata regia exponentis oratio grauiter vulnerauit: statimque hunc in custodiam iratus iussit coniici. Atque vbi cognouit Regem occultis molitionibus suis ditionibus inhiare, suámque peti demum vitam: non paruas in procinctu copias esse voluit, quibus dimidium ferè stipendium persolueretur, donec sub signis ad bellum Francis inferendum educeret. Quaternos ferè menses hunc in modum militem aluit: quo tam longo tempore nihildum ab Rege, eiúsque factiosis hominibus fuit hostile proditum. Ergo pertæsus impendiorum, etiam metum Carolus, ijs exanctoratis copijs, absterſit, & in Hollandiam profectus est, nullis propè ad tutelam ditionum relictis vrbium præsidijs. Ibi dum moratur ab Ioanne Bourbonij Duce certior fit, Burgundiam aliásque eius Prouincias ab Rege propediem bello petendas, múltáque in ipsum à plurimis agitari hostiliter. Ad hos igitur nuntios grauiter commotus, extemplò nauim conſcendit, & in Arteſiam

B delatus Hesdinium petijt. Ibi dum varijs ſuſpicionum æstibus conturbatur, nullumque interim exercitum comparat: eodem ferunt aduenisse Septembri mense Collinetum quemdam Regis Franciæ vestium ſartorem, eúmque regias ad Balduinum Burgundum Caroli fratrem nothum litteras tulisse, quibus is cum Ioanne Arſone, & Ioanne Chassa, iam auro Gallico illectis & corruptis, negotium expedire iubebatur Caroli toxico necandi. Deceptum ſpecie, vel alia re, Collinetum Antonio Burgundo, Balduini fratri, eas litteras tradidisse. Perculsum Ludouici mandatis Antonium illicò de ipsis ad Carolum retulisse. His intellectis, properè Balduinum capessiuisse fugam ad Regem: Collinetum in vincula coniectum, extortísque demum alijs litteris, quibus Ducem è medio tollendi modus præſcribebatur, multatum supplicio. Hæc cùm spargerentur latiùs in Belgio, æternóque Numini grates ob ſeruatum Principem ab omnibus publicè agerentur: ausi sunt Tornacenſes eò temeritatis progredi, vt, quamuis vndique Burgundionis ditionibus cingerentur, palàm tamen

Detecta de nece Caroli conſpiratio. *Thom. Basinus, Iac. Meier. l. 17.*

Tornacenſes sibi aduersos Carolus castigat. *Iac. Meier. l. 17.*

C ab Regis ſe partibus stare professi fuerint; è proſcenijs ipsum Ducem probris & ſcommatibus proſciderint; multis incesserint ſannis Flandros. Irritatus admodum his rebus Burgundio, Flandris omnibus, ac præſertim Insulensibus & Duacensibus, dein Arteſijs & Hannonibus seuerè mandauit; ne quis Tornacum vel commeatum, vel quid aliud venale deferret; ne quis ab eius vrbis incolis quidquam venundari vſpiam permitteret: qui ſecus faceret, luiturum capitis pœnas. Cùm igitur ab omnibus vicinis populis edictum Ducis obſeruaretur fideliter: in ſummam Tornacenſes adducti sunt rerum, ac præſertim ciborum inopiam; eóque tandem adacti necessitate, vt ſupplices dementiæ veniam peterent, multóque pacem auro vix impetrarent denique. Interim decimo ac nono die Nouembris ſub veſperum Ducis coniux Duacum intrauit. Aderant ei Maria Caroli filia, Adolphus Raueſtaïni dominus, Ducis Cliuiensis filius, Comes Charniacus, eiúſque coniux Maria Burgundica, & alia plurima Nobilitas. Magistratus ciuéſque cum tedis extra muros obuiam processere. Ad portam excepit Clerus omnis. Vbique pannis, præſertim rubicũdis, frontes ædium ornatæ. Frequentia ſcenarum ſpectacula tranſeuntibus præbita. Ardebant fermè vbique luminaria. Et data publico munere Principi vaſa duo vini, ſcyphus argenteus, auróque eleganter illitus, pateræ ſex argenteæ pictura encauſtica inſignes: Burgundi filiæ vini vas vnum, & crater argenteus. Paullò pòst ab Duce prin-

Caroli vxor Duacum ingreditur. *Regiſtr. Duac.*

D cipes aliquot viri, & nonnulli domestici Nobiles auro multo, & promissis grandibus onusti ad Regem in Franciam transfugêre. Et mox S. Pauli Comes Quintinopolim occupat, ibique regium ponit præſidium. Perculit ea res vehementer Carolum, quòd nullæ adhuc copiæ ſuis è ditionibus adducerentur, quibus Gallis in armis ſeſe oſtentantibus obſisteret. Iuit nihilominùs ipſe propiùs Dorlenium quingentorum ferè ſeptus equitum turma, vt hostem Ambiano auerteret. Verùm intra paucos dies hac etiam vrbe Franci potiti sunt, & Atrebatum Carolus ſe recipere coactus eſt, ibidémque tamdiu morari, donec miles ſenſim ad eum confluerет. Inde virum quempiam ad D. Pauli Comitem legauit oratum, ne ſibi quantum poſſet ma-

Quidam à Carolo ad Franciæ Regem transfugiunt. *Comm. l. 3. c. 2. Paul. Æmyl. l. 10. Marchan. l. 2. c. 1.*

Quædam eidem oppida eripiuntur. *Maſſæus l. 19.*

li con-

li conjiceret, néue adeò bellum aduersum se susceptum crudeliter administraret, quod neque fuerat indictum, neque proclamatum. Hausit inde opinionem Comes ingenti adactum formidine Burgundum hæc mandasse: quóue in merum altiorem coniiceret, non dubiè res eius in magno discrimine versari asseruit: vnum tamen superesse remedium si filiam Aquitaniæ Duci per nuptias coniungat. per id enim matrimonium belli societatem initurum cum eo Aquitanum; multas ipsi vires aliunde accessuras; in eius se fide permansurum Quintinopoli. His non parum Burgundus impellebatur, vt in Comitis sententiam concederet, quò se difficili admodum bello expediret citiùs. Contrà, filiam Gallis credere intutum arbitrabatur, quorum dolos satis expertus, in eam suspicionem profundè venerat, ea ne veneno tolleretur, quò faciliùs parentes sibi ditiones suæ potestati subiicerent. Eò igitur ipsum maiora traxere momenta, ne Duci filiam collocaret; in armis, Deóque spem poneret. Et continuò copias ingentes iussit armis, aliísque rebus instrui. Angebatur interim non leui cura quidpiam de Spineticis Insulensium certaminibus constituendi. Actum sæpenumerò fuerat viuo patre, vt tempus iis assignatum; quod in ieiunij verni principium incurrebat, mutaretur, eásque decursiones Senatus præberet commodiùs ante Cinerum ferias. Nihil tamen ab hoc impetrari poterat. Cùm igitur animaduerteret Carolus è sacro sæpè suggestu Oratores Ecclesiasticos in hos inuehi ludos, palámque ipsos increpare, non leuiter ob eos inediæ sacræ dies violari conuiuiis & comessationibus, quæ tum temporis vsurpabantur luxu maximo, plurimúmque fructus concionum quadragesimalium obteri: Rationum suarum Præfectis, Gallo-flandriæ Gubernatori, Insulensi Bailliuo ac Præposito admodum mandauit, vt diligenter dispicerent, in quod tempus ij ludi opportuniùs reiicerentur, omninóque facerent, vt inuiolata feriis Quadragesimæ religio persisteret. Et quò faciliùs ad hoc inducerentur Insulenses, hoc anno solita pendi Regibus, & concertatoribus vectigalia tradi vetuit. Peccatum tunc rursus est in Carolum ab Tornacensibus. E prouinciis omnibus Belgicis magnum is cogebat exercitum. Multi Tornacum incolentium ad capessendam cum ipso militiam sua ei nomina dederant. Verùm vbi tempus profectionis appetiit, eos intra muros portis occlusis Tornacenses retinuere, ac mox etiam illos per edictum exilio damnarunt, qui pro Burgundo arma caperent. Ea res Duci doluit quàm maximè, & in maximum vertit damnum Tornacensium. Quippe Carolus deprehensos vbique locorum Tornacenses vinculis constringi, & in carcerem compingi mandauit, omne cum vrbe commercium suis interdixit denuò. Contractis paullò pòst omnibus copiis, Atrebatum versus castra mouit Burgundio. Inde progrediens ad Somonam peruenit, ac Picquiniaco intra paucos dies potitus est. Eo de loco in fines Ambianensium exercitum duxit, vrbémque proximè consedit senis hebdomadibus eo consilio, vt non tam obsidione cingeret, quàm regios inde milites ad prælium exciret. In eum ne pugnaretur, ab Rege mandatum fuit; quòd Franciæ florem nollet discrimini obiicere: tandémque hic Carolo anni vnius inducias concessit, quamuis contrà obstreperet S. Pauli Comes, qui tunc insigni Ducis ardebat odio. Reductis in Artesiam & Flandriam copiis, ad Reipublicæ curam sese conuertit Carolus. Ac tunc, incertum qua causa, ingens Duaci exarsit incendium, eóque Curia Senatorum, turrísque speculatoria, cum aliis adiacentibus ædificiis consumpta sunt.

Anno sequenti ad festum S. Agnetis Ianuario mense horribilis Cometes exortus est. Dies octoginta cum magno terrore Belgio videndum se præbuit: & priusquam conderetur, alter emicuit. Secuta pòst bella, fames, pestilitas. Sexto Kal. Aprilis Burgundus per litteras Magistratibus Insulensibus fidem obstrinxit suam, nulli se munus officiúmue concessurum; quod in aliquem conferre ipsi solerent patrum instituto. Et quoniam pactarum cum Franciæ Rege induciarum finis instabat, idem Insulæ muros, portas, turres iussit instaurari, expurgatique fossas sordibus. Post dies aliquot etiam Insulensibus ceterísque Gallo-flandris indulsit, ne quem ipsi armis & commeatu instruere cogerentur ad supplementum eorum, qui bellis nuper fuerant absumpti: quòd sese promptos & liberales ad magnam eius partem subsidij contribuendam

Margin (left): ...ominaui l. 3. ...Pauli Comes Burgundo est auctor, ...filiā suam ...quitaniæ Duci det uxorem: ...d non persuadet. ...pineticorū ...ludorū tempus mutare ...arolus conatur. ...ittera Duac. ...ornacenses ...erum sibi ...aduersantes ...arolus punit. ...c. Meier. l. 17. ...lem in Galliam est exercitu proficiscitur. ...mmin lib. 3 c. 3. ...arcban lib. 2. ...p. 1. ...ncendium ...uaci. ...egistr. ...uac. ...ometa. ...lib. 19. ...c. Meier. l. 17. ...arolus Gallo-flandriæ ...adet. ...in litter. ...ucis litter. ...ucis litter.

Margin (right): A B C D AN. 1472.

bucndam

A buendam exhibuissent, quo per annus aliquot aureorum quingenta millia sibi pendi postulauerat.

Quarto Nonas Maij exspirantibus induciis nouum Carolus exercitum cogit, & quædam in Flandria lustrat oppida. Eiusdem mensis Idibus magna is Duaci pompa exceptus est, quòd nondum aditis ditionibus paternis intrauerat. Multus eum sequebatur comitatus Principum, Equitum, Nobilium, & armatarum cohortium. Magistratibus ac primoribus ciuitatis, qui obuiàm processerant, præibant quadraginta octo viri tedas gestantes. ad latera ibant alij circiter sexaginta virili habitu ex equis colluminantes. Intra vrbem pro porta præstolabantur sacræ gentis agmina insigni ornatu conspicua. Thecas Diuorum aliqui portabant, prælucentibus omnium vrbis opificum facibus. Nusquam muta personarum spectacula deerant, nusquam ad frontes domorum luminaria. Oblata ipsi à Senatu peruesperi duo vini dolia, & auri facti sesquilibra. Vbi postridie ad D. Petri sacris interfuit, & in Curia Senatorum coram Christo in crucem suffixo, sacramento se ciuibus obligauit, post meridiem Atrebatum

B discessit. Ab ea vrbe cum ingenti exercitu post dies paucos Ambianum versus progreditur. Vt Britanno & Aquitano, quos Franciæ Rex armis premebat, suppetias ferat, iter maturat. Verùm Ludouicus Rex omnem extemplò adhibet operam, tis ne Carolus suas iungat copias. omninòque per Doriolum & Craonium, quos legauerat, D. Quintini oppidum & Ambianum ei se redditurum promittit, si tantisper ab armis discedat, aut in Artesia se contineat, donec quintus ac decimus illuxerit Iunij dies. Fidem Regis legatis adhibuit Carolus, & intra fines Artesiæ consedit. Vitam interim cum morte mutauit Aquitaniæ Dux, eiúsque veneno exstincti grauissima Rex à quibusdam suspicione afflatus est. Et sanè ad eius mortis nuntios ita mutatus est huius animus, vt neque Augustam Veromanduorum, neque Ambianum Burgundo restituerit. Altissimè pupugit ea res Burgundum: ísque mox ingenti accensus iracundia, quem habebat in procinctu exercitum in Veromanduos rapuit. Illic omnia eius mandato igni ferróque corrupta sunt: capta direptáque

C Neella. Deditis Royæ Montique Desiderij miles ad defensionem impositus. Frustrà obsidio cincta, & muralibus tormentis concussa inuasáque Bellouacorum ciuitas. Traductus posteà in Normanniam exercitus. Illic à Burgundione Vgella & S. Walerici oppidum ad deditionem coguntur. Aditum deinde, & circumuallatum copiis Rothomagum. Sed illic malignè præbiti commeatus in magnas exercitum angustias redegere. Annonæ caritas & penuria passim ibi locorum grassabatur adeò, vt panis exiguus ternis assibus veniret, decem vini poculum. Gregario militi præter pruna, fructúsque alios, quorum tunc erat prouentus satis abũdans, nihil fermè suppetebat, ideóque primùm dysenteria; dein pestis multos absumpsit. Florebat eo tempore apud Gallo-flandros Insulæ mercimoniis, variáque virtute, ac præsertim aduersus indigos munificentia Ioannes de le Cambe, aliàs Gantoisi cognomento celebris. Cum is non paruas opes è negotiatione, quà præcipuè delatum ex Anglia candidum marmor, quod alabastriten nominant, magna distraheret copia, comparasset: earum partem in sacra loca, & pauperum subsidia frequenter partiebatur. Vix aliquod

D templum Insulæ visebatur, quod expers eius esset munerum. Et iam eius opera nummísque surrexerat B. Ioannis Baptistæ Valetudinarium, vbi mulieres magno natu, & inualidis corporibus, ex eo prouentu nutrirentur, & curarentur, quem ipse suis ex possessionibus constituerat. Voluebat etiam animo desiderium iis mulieribus sedem aliquam moliendi, quas è fœdis corporum voluptatibus emergentes capessendæ melioris ac religiosæ vitæ studium teneret, quæ posteà denique dono eius condita fuit. In egenos adeò benignum semper gerebat animum, vt aliquid petentibus ab se fuisse quidquam negari neque vellet, neque pateretur. Ac certis illud constat testimoniis, die quadam, cùm nihil in granario superesset frumenti, quod in egentes erogaretur, eiúsque à famulo defectus admoneretur, ad gementis & eleemosynam flagitantis pauperculi preces imperasse, vti seruus denuo in granarium nihil sollicitus se conferret; ex eo, quod illic inueniret, aliquid continuò impertiretur. famulum his iussibus, quamquam, vt ei videbatur, parum rationi consentaneis, paruisse nihilominùs.

Carolus à Duacensibus excipitur.

Regist. Duac.

Burgundus iterũ copias in Galliam ducit, & bellũ mouet.

Hoc de bello videndus Comm. lib. 3. à cap. 8. Gagum. lib 10. Nicolaus Gill. Oliuer Marchan. lib. 2. c 2. Æmyl. lib 10. Iac. Meier. l. 17. Parad Bellefor. ex quibus hæc collegi.

Idem sæuit in Veromanduos.

In obsidione Rothomagẽsi miles Burgũdi patitur.

Oliuer. Marchan. l. 2. c. 2.

Ioannis Gantoisi laudes, & in eum militem liberalitas.

Traditio Insulensium, Oliuer. Marchan. d. l.

minus. vbi conscendit, tantam reperisse frumenti copiam diuinitus aggestam, vt vix ingredi locum posset. Inde semper ad nostra vsque tempora eius frumenti aliquid Insulæ seruari. Cùm igitur ad huius misericordis hominis aures accidisset, Burgundi exercitum magnam frumenti penuriam tolerare, ac variis inde malis grauiter affligi: multum confestim panis nautici Insulæ curauit confici, eóque plurimos currus onustos in castra longo itinere transmisit. quòue plus amoris in Ducem, ac egentes copias patefaceret, eum ipse commeatum militibus donauit liberaliter, persoluto etiam vehendi pretio. Recreatus quidem est hoc munere opulentissimi ac liberalissimi ciuis exercitus: ceterum noua superueniente annonæ difficultate, frustráque exspectatus viribus, quas Britanniæ Dux propediem se adducturum promiserat: obsidionem Carolus soluit, indéque rursus in Veromandiam copias circumduxit, vt Nouiomum iis cingeret caperétque. Quacumque iter fecit, ferro & flammis in Gallos sæuitum est. Cùm nulla spes affulgeret capiendæ Nouiomensium vrbis, in Artesiam denique Dux exercitum reduxit. Hoc tempore ab eo Philippus Cominçus ad Franciæ Regem Ludouicum turpiter defecit, magnámque Gallo-flandricæ genti notam inussit. Natus is fuerat summo loco apud Gallo-flandros in Clytana seu Cominæa familia, quæ Ioannem inter primos Aurei Velleris Equites habuit: namque octauum in aula Caroli annum degebat. Adeò se in eius Principis familiaritatem insinuauerat, vt ex iuuene honorario consiliorum eius arcanorúmque particeps factus, magnum in aula gradum obtinuerit, ipsíque Duci gratissimus exstiterit. Et certè multa inerant ipsi, quæ facilè Principum amicitiam ei conciliarent. Præter oris totiúsque corporis dignitatem, vigebat in eo profunda vis ingenij & sapientiæ, vnde ad ferenda variis de rebus iudicia miram promeret solertiam. felicissima præditus memoria, nihil eorum, vel quæ legerat, vel quæ auribus perceperat, excidere patiebatur. eloquentia non leuiter imbutus (cum Latinè legendi loquendiue esset ignarus, è Gallicis tantùm libris eam hauserat) ternas quaternásue simul scriptoribus litteras dictabat. Quæ verò repens animum eius causa transfuersum egerit, eúmque in Regis partes traxerit, neque ipse prodit, cum defectionem non dissimulat, neque aliunde facilè deprehenditur. Vt arbitremur minimè pellectum muneribus, & opum promissis, hereditas paterna, quam insignem erat aditurus, fidem fecerit, quandoquidem eam multos nobiles pagos complexam spreuerit. Verène an falsò, hæc quidam ab aulicis accepit, chartísque tradidit. Cùm Philippus Carolo adhuc Comiti obsequium præstaret, adeò gratia valuisse, vt socio magis, quàm seruo, vteretur. per eam familiaritatem eò vsque Philippum die quodam, cùm ab venatione fessi domum rediissent, abusum Principis benignitate, vt inter sedendum iocandúmque, ocreas sibi demere iusserit. paruisse quidem extemplò Carolum, eúmque peronibus exuisse: at vehementer illicò iisdem caput eius contudisse, vt iocum ioco rependeret. Sparsum posteà inter aulæ Nobiles ac ministros id factum, passímque Philippum ludibrio habitum. At enim pro contumelia Cominæum eiusmodi opprobrationem duxisse, ac sensim Caroli odium animo cepisse: vt Franco Rege Caroli ministros pollicitationibus onerante, & omnibus artibus sibi conciliante, ad eum se facilè conuerterit. Ceterùm vt ea defectione magnum peperit Burgundiæ Duci dolorem, ita multum voluptatis Franco attulit Cominæus; adeòque semper ipsi charus fuit, vt Equestri donatum dignitate suo admouerit cubiculo; occultissima quæque cum eo consilia miscuerit; ad res eo difficillimas vsus fuerit; varias per eum perfecerit legationes.

Septembri mense Francorum Rex, Burgundio, & Britanniæ Dux in anni sequentis Aprilem armorum quietem pepigere. Dum labitur id tempus, ab Rege & Burgundo in Ludouicum S. Pauli Comitem, equitum Franciæ Magistrum, & Insulensem Castellanum exacerbata sunt vehementer odia. Dux minimè poterat iniuriam decoquere, qua D. Quintini oppidum & Ambianensem vrbem per eum sibi derepta senserat pacis tempore. Augebat odia datum Regi vrbes ad Somonam sitas repetendi consilium. Alia in eum Regem accendebant. Et iam tum ab vtroque inita sunt occultè eum de medio tollendi consilia. Sed in Geldriam Burgundum alia traxere negotia, ibique aliquamdiu tenuere, vt, quam emerat, armis ab rebellibus

vendi-

Marginalia:

A (beside the opening lines)

Philip. Cominæus à Carolo ad Francum deficit.

Philip. Comin. lib. 3. cap. 11. Iac. Meier, l. 17. Iac. Marchan. lib. 2. Fland. Miræus in Elog.

Dotes eius animi corporísque.

B (beside "ad Franciæ Regem Ludouicum turpiter defecit")

Quã ob causã defecerit.

C (beside "Regis partes traxerit")

Marchant. l. 2.

D (beside "voluptatis Franco attulit Cominæus")

Inter Regem & Burgundũ induciæ. Comin. l. 4. c. 11. Iac. Meier l. 17. Hi duo in perniciem S. Pauli Comitis conspirãt. Comin. l. 4. c. 11 Marchan. l. 2. c. 5 Paradin.

A AN. 1473. vendicaret. In Martium igitur anni sequentis induciæ prorogantur. Non multò
pòst Robertus Gaguinus, quem plerique Duaci natum asserunt, quidam in pago
huic vrbi proximo, ad summum Ordinis Sanctissimæ Trinitatis Magistratum euectus est Parisijs. Multa illum commendauerant, eruditio, pietas, religio, eloquentia.
Elegantes ipse versus pangere, orationes numeris adstringere facundissimè, historiam sapienter contexere. Tantum in Iure Pontificio progressum fecerat, vt Magistralem eius Lauream paucis annis adipisceretur. Regi Franciæ charus in paucis, eò
se pertrahi passus est laboris, vt varias legationes eius nomine susceperit, perfeceritue; Franciæ Regum facta libris mandauerit.

Robertus Gaguinus creatur Generalis Trinitariorum. Lib. Ordinis.

Per Augustum Guilelmus Fillastrus Neruiorum Pontifex viuis eripitur. Quibus
munificentiam suam testaretur, multa Tornacensi Ecclesiæ sacra largitus est ornamenta. In D. Bertini Monasterio, vbi quoque Antistitem egit, præclara molitus
ædificia est, sacrámque ædem insignibus tapetis, argentea, multóque auro & lapidibus pretiosis radiante summi altaris tabula mirifice ornauit. Versatur etiam multo-
B rum manibus id volumen, quod eleganter composuit, inscripsitque Aureum Vellus,
cuius Ordinis fuerat Cancellarius. In locum huius Episcopi successit Ferricus à
Cluniaco suprema donatus vtriusque Iuris Laurea, & consiliorum Ducis Burgundię
particeps. Ad vsque Iunium alterius anni quies armorum protracta, volentibus Ludouico Rege & Carolo Duce. Hæret intereà Burgundus in Geldriæ finibus, ac
deinde Treuiros petit, vt cum Imperatore Frederico varijs de rebus colloquium
ineat. Illic filiam Maximiliano Archiduci Austriæ, Friderici Cæsaris filio despondet: magnificentissimo Imperatorem, ceterósque Principes conuiuio excipit. Vbi
tamen ad suscipiendum decus noménque regium cuncta compararat, frustrà Cæsarem præstolatus est, qui Treuiris occultè discesserat. Ergo vehementer in eum ira
exæstuans, per Lotharingiam in Belgium rèdijt. Francorum Regis artibus tacitum
Friderici abitum quidam tribuunt: alij Cæsaris ipsius prudentiæ; vt qui satis animaduerteret, non sine magno Imperij vulnere Carolum creari Regem posse. Vix
C Flandriam Dux attigerat, cùm de patris matrísque corporibus Diuionem portandis
decreuit. Brugis Boni corpus delatum primò Gandauum, deinde in Hannoniam
& Luxemburgensem Ducatum per Adolphum Cliuiensem Rauestaini Regulum,
AN. 1474. multósque Flandriæ Nobiles. Elisabethæ verò primo die Ianuarij Duacum est delatum. Vt deducerent, ab Carolo missus fuerat Iacobus Luxemburgensis S. Pauli Comitis frater, totáque excita Nobilitas Artesiæ. Cùm funus vrbi propinquaret, prodijt obuiàm in pulla veste Magistratus, & quidquid erat in vrbe Nobilium. Ad
portam corpus Principis Clerus excepit, ac viri quadraginta pullati, & capitio lugubri obtecti ad latera cum facibus sepsere. Itum eo comitatu ad D. Petri ædem,
ibique nobilissimæ mulieri parentatum est. Eo de loco per alias atque alias vrbes
Iacobus funebrem duxit pompam, donec Luxemburgum attingeret. Inde cum
vtroque parentum corpore Carolus in Burgundiam iuit, ibique, peractis sepulturæ
cęremonijs, non exignam transegit hyemis partem. Ex ea regione cùm fuisset in Belgium reuersus, Maio mense ad priores inducias adiectum est vnius anni spatium,
D haud leuiter murmurantibus negotiatoribus, quibus interim mercimonia exercere
non licebat. Exutus subinde vita Balduinus Lannoyus cognomento Balbus, quem
bello clarum Equestris Aurei Velleris dignitas ornauerat. Aprilis vndecimo diè
apud Bouinas adiacens Mosæ oppidum Ludouici Regis Franciæ, Ducísque Burgundiæ legati conuenere. In perniciem Ludouici Comitis S. Pauli, cuius anteà meminimus, ab his præsertim coniuratum. E viuis auferri Rex volebat, tum propter alia,
tum quòd is iam vrbem S. Quintini suam fecisset, & aduersus regios defenderet.
Veteri ob memorata odia eius ardebat Carolus. Quia tamen res nondum satis
erant properando eius exitio maturæ, in annum sequentem cædes eius translata Regis consilio. Interim Carolus noua suis indixit ditionibus vectigalia. E tritico, alijsque rebus extorta pecunia. Ab Ecclesijs trium annorum redditus exacti ijs de bonis,
quæ per annorum sexaginta intercapedinem sibi compararant. Ob hæc cùm multi
fremerent, passimque mercatores quererentur grauiter, sibi minimè licitum esse

Gull. Fillast. Episcopus Tornacensis vita priuatur. Tabb. Eccles. Tornacens.

FERRICVS A CLVNIACO ei succedit. Tabb. Tornac. Eccles.

Carolus Treuiros adit, ibique filiam Maximiliano despondet. Iac. Meier. l. 17. Pont. Heuter. lib. 5. Thomas Basinus, alij. Iac. Meier. l. 17.

Carolus corpora patris & matris in Burgundiam deferri curat. Iac. Meier. l. 17. Regist. Duac.

Induciæ producuntur. Iacob. Meier. Comminensis.

Epitaph. Balduinus Lannoyus è vita decedit.

De cæde S. Pauli Comitis coniuratur. Comin. l. 5. c. 11. Wassenburg. Iac. Meier. l. 17.

Carolus noua imperat vectigalia. Iac. Meier. l. 17.

cum exteris negotiari, quamuis cum Franco quies armorum esset: noua est oblata Duci occasio extra patriam bellum gerendi, quam protinus is periculosè arripuit. De Coloniensi Episcopatu dissidebant Robertus Bauarus, & Hermannus Hessiæ Lantgrauius. A Bauaro sollicitatus est Carolus, vt secum aduersus Hessium Vbiosque bellum gereret. Promptiùs, quàm prudentiùs, in eius opem exercitum Dux collegit, eúmque in Vbiorum ditionem deduxit. Sed eo facto non modò Germanos vehementer offendit, verùm etiam magnum sibi ac Belgicis Prouincijs discrimen accersijt. Inter Ludouici Franciæ Regis proceres grandis exorta est contentio, satiúsne esset, Carolo Duci bellum inferre, an nouas inducias concedere, dum is Germanicas ditiones armis quateret. Verùm quamuis aliqui ad bellum procliuiùs ferrentur, præualuit tamen transfugæ Philippi Cominæi consilium, quo multa ipse rerum peritia imbutus Regi persuasit, vt pactis rursus inducijs in Germanos Ducem copias ducere permitteret: quoniam plurimum ipsi ab ea gente fortissima & numerosissima periculum ingruere gnarus esset. Et sanè parum prosperè successit Carolo ea in Germanos expeditio. Quamquam enim florentissimas & instructissimas haberet copias, incassùm tamen omnem adhibuit operam, vt Nouesium vi caperet. Cúmque vrbem eam diuturna vrgeret obsidione, Cæsarem sibi hostem reddidit, multorúmque Germaniæ Principum odia conciuit. Et dum in armis staret Imperator, iámque Gallicæ induciæ propemodum finem caperent, Gallorum Rex arctissimam inijt cum eo Principe aduersus Carolum belli societatem. Faciléque fuisset oppressus armis Burgundio, nisi magnus Anglorum metus Ludouicum Regem ab mittendis ad Cæsarem subsidijs retardasset. Ne nihil tamen faceret Francus, nouum Carolo inimicum suscitauit Renatum Lotharingiæ Ducem. Factum igitur est subinde, vt Lotharingo Luxemburgicam ditionem inuadente hostiliter, finitis inducijs Ludouicus Rex aliquos in fines Carolo pârentes tutiùs miserit, ibíque non paucos Burgundo locos eripuerit. Verùm ad Nouesium post aliquot leues pugnas ab Cæsare Carolo pax concessa est, plurimum eò laborem conferente Alexandro Summi Pontificis Legato. Venit etiam posteà in Galliam Anglorum Rex Eduardus millia pugnatorum viginti Belgicis nauibus deuehens. Suas ei vires coniungere promiserat Carolus, vt Francos simul adorirentur. Non stetit tamen pactis Carolus, maluítque parum sapienter, ac non sine periculo suas separatim copias ducere. Cùm igitur fame, & multarum rerum inopia in finibus Galliæ Angli premuntur, eos Ludouicus Rex auro magis, quàm ferro, expugnare statuit: multáque largitione Regem Eduardum ad paciscendas secum inducias perpulit. Mouit ingentem ea res Carolo iracundiam: ac ne quid à Francis durius pateretur, abstractis Anglorum viribus, Septembri mense cum eorum Rege quietem armorum in annos nouem pactus est. Inter alias harum leges induciarum hæc præcipuè negotiatores in maximam impulit voluptatem, quòd merces vltrò citróque liberè conuehendi facultas concederetur, quæ iam quinquennium feruentibus discordijs adempta fuerat. Alterâ Philippus Cominæus ob transfugium artésque malas, induciarum commodis exclusus est. Et tunc etiam Regis Franciæ, Ducísque consilia in Ludouici Equitum Franciæ Magistri, & Insulensis Castellani cædem arsere. Neque multò pòst, vbi conuenit inter Regem ac Ducem, vt hic eo tradito, & vita priuato, ditiones eius omnes fisco regio damnatas adiret, in Hannonia, quò fugerat iram Regis formidans, & plurimùm capiti metuens, Ludouicus à ministris Caroli vinculis oneratur, indéque Peronam abductus in Regis potestatem Ducis voluntate traditur. Multa ipsum læsæ maiestatis arcessiuerant, vt plerique libris indiderei adempta Regi quædam oppida; nunc in Regem, nunc in Ducem aduersa consilia, armáque ciendis frequenter discordijs modò ad Francum Anglúmue, modò ad Burgundum scriptæ litteræ. Quo se modo res habuerit, saltem regij Senatus sententia capite plexus est decimoquarto Kal. Ianuarij Parisijs in Grauia, vt vocant, propter Senatorum vrbicorum Curiam. Ad mortem sese patantis religio, pietas, constantia, & interitus ad gladij conspectum vultus admirationi fuere. Verùm hoc de supplicio varius vbique sermo iactatus. Et licet quædam iustè in capitis iudicium crimina

Ludo-

Carolus ad bellū in Germaniam proficiscitur.

Hoc de bello multa exhibent Comm. lib. 4. à cap. 4. Iacob. Meier. lib. 17. Massaeus, Pont. Heuter. lib. 5. Paradin. lib. 1. VVassebourg. Naucler. Trithemius in Chron. Sponheim. alij, quos vide.

Comm l. 4. c. 5. Iac. Meier. l. 17.

Inducias cùm Franco paciscitur Carolus.

Comin l. 4. c. 11. Iac. Meier. l. 17.

Infelix S. Pauli Comitis exitus.

Comm l. 4. c. 12. Marchan. lib. 2. cap. 7. Paul. Æmyl. lib 10. Gag. l. 10. Addit. ad Monstrelet. Io. Molinet. c. 1, Iac. Meier. l. 17. VVassebourg. Papyr. Mass. l. 4. Nicol Gillius, Paradin. lib. 3. Belleforest.

A B C D

A Ludouicum vocauerint: in Regem tamen & Carolum multi animum linguámque strinxere: quasi minùs placuerint ad eius interitum maturandum inita fœdera societas, & additæ Duci ante mortem eius ditiones. Plúsque visum in Caroli facto reprehensionis, vt qui nimiùm hostiliter Regi prodiderit, quem ad se confugientem sine nota, & suo bono seruare poterat. Et sanè animaduersum est, ab eo tempore semper eius res in deterius ita collapsas, vt manifesta Numen ipsum vindicta oppresserit. Ceterùm Ludouicus numerosam satis prolem reliquit. Ioannes natu maximus in Marliensem Comitatum (materna is erat hereditas) successit. Petrus secundùm hunc genitus, S. Pauli Comitatum & Insulensem Castellaniam adijt. Hoc anno vitæ finem morbus attulit Ioanni Cominæo inter Equites Gallo-flandros lectissimo: Vrbi castróque Neoportuensi præerat Burgundiæ Ducis Consiliorum & Cubiculi particeps. Vrgebant interim Insulenses, vt consuetis diebus initio verni ieiunij ludos Spineticos agere sibi liceret. Contrà Brugenses nitebantur, quibus admodum erat graue primos mediæ sacræ dies decertationibus & conuiuijs violari, quæ vtraque ipsi quoque celebrare quotannis Insulæ solebant. Ab Duce aliud nihil impetra-
B tum, quàm quòd priùs constituerat de tempore ludorum ex sapientum hominum sententia mutando. Cúmque videret Insulenses pertinaciùs antiquam retinere velle consuetudinem, ludos fieri omninò prohibuit. Pudori iniuriæque tribuerunt Insulenses nullas ab se concursiones ac decertationes præberi: obstinatísque animis, vt eas solito tempore exhiberent, in veteri proposito perseuerarunt aliquamdiu. Sed quoniam Ducis animum, quò volebant, impellere nequibant, ad eius se sententiam ipsi denique adiunxerunt: ideóque ab Carolo decretum fuit, vti postmodum ea Dominica die Spineticæ decursiones incantur, quæ proximè quadraginta dierum ieiunia præcedit. Dum igitur ad hos ludos cuncta præparant Insulenses, variæ Ducem de bello curæ in alia studia traxere. Et cùm Martio mense insignem contraxisset exercitum, è Belgio in Heluetios longo itinere mouit, multis è Gallo-flandria nobilibus viris comitantibus. Senserat eos sibi aduersarios Carolus, dum contra
C Colonienses bellum gerens Nouesium obsidione cingeret. Motus enim Ferretani auctores fuerant, multísque Burgundiæ Comitatum cladibus affecerant auro Franciæ Regis impulsi. Vix Gransonium castrum de ipsis Carolus cepit, omnésque præsidiarios milites ibi deprehensos è furcis suspendit: cùm Heluetij magnis adiuti copijs, quas Regis Franciæ pecunia comparauerant, in eum ad fauces montium imprudenti consilio ex plano & curribus admodum munito loco acies deducentem, magno furore impetum fecere. Illic cæsi primùm ab ijs sagittarij, quos cum tormentis, curribus, impedimentis Dux præmiserat. In hunc deinde arma conuersa, qui nondum se muniuerat, & acies in ordinem explicuerat. tantísque animis & viribus eius copias aggressi sunt Heluetij, vt mox ad eorum vehementiam equites peditésque in fugam sese effuderint. Ea fractus clade Burgundus, vt non multos suorum amiserit, certè toto belli apparatu, & pretiosissima supellectile nudatus est: tantúmque animo pudorem induit, vt mox in grauissimum lapsus sit morbum, propiúsque ab extremo vitæ periculo abfuerit. Postquam ex ægritudine conualuit, suósque ex
D fuga receptos rursus coniunxit, ac pleræque copiæ ex Italia subsidio venerunt: tribus inde septimanis denuò aduersus Heluetios se commouit, & Moratum vrbeculam obsedit. Eius rei gnari omnes ij, quos Heluetij socios habebant (in his multi Principes Germaniæ, & Dux Lotharingiæ numerabantur) ad eum propiùs accessere, vt in pugnam manus consererent. Duodecimo Kalendas Iulias illic acerrimè pugnatum. Sed rursum aduersus prælij euentus Carolum perculit, ísque non minùs octo millibus hominum è suis copijs amisit. Inter eos, qui ferro tunc absumpti sunt, Ioannes fuit Marliæ Comes, & Ludouici, cuius res suprà memorauimus, D. Pauli Comitis & Insulensis Castellani filius. Quòd liberis careret, eius ditiones secundo loco genitus frater Petrus adijt, quem Insula Castellanum agnouit. Elapsis aliquot mensibus Lotharingiæ Dux Nancæum per obsidionem Carolo eripuit. Id damnum ad recentes clades cum grauiter accessisset, mirum quantam Carolo bilem commouerit. Is enim extemplò calida de instaurando exercitu, & obsidendo rursus Nan-

Francisc. Pietin. in l. de Castell. Insul. Florent. Vanderhar. l. 2. de Castell. Insul. cap. 5.

Epitaph.

Spineticorũ ludorũ tẽpus Insulæ mutatur.

Ducis littera.

Carolus bellum aduersus Heluetios suscepit.

Hoc bellum describunt, vel tangunt Comin. l. 5. à c. 1. Marchan. lib. 2. c. 6. Nauclor. Trithem. in Chron. Sponhem. Gaguin. lib. 10. Æmyl. l. 10. Massæus, VVassebutg. Iac. Meyer. l. 17. Paradin. lib. 3. Nicol. Gillius. Additiones ad Monstrel. Vigner. in Chron. Burgund. Bellefor. Pont. Heuter. l. 5. alij.

A

cęo consilia cepit: pro supplementis, aliísque rebus comparandis, in Belgium scripsit: ab Ordinibus Prouinciarum suarum militem & pecuniam flagitauit. Hyems tum satis atrox erat. Qui supererant belli socij, Carolo suasere, vt in Burgundiam potiùs se reciperet, ibíque vires colligeret. Vbi frigoris sæuitia paullùm se remiserit, & nouis ipse copijs exercitum auxerit, tum denique Nancęum opportuniùs circumueniendum obsidio. Ex aduerso Carolus de Nancęo breui repetendo mentem obstinat, & quę iusserat, in Belgio maturari imperat. Ab Ordinibus pecunia extorqueri non potuit, quòd omnes cum querelis ingererent, nimiùm magnis se nuper exactionibus grauatos: totúmque hoc bellum non ex necessitate, sed vindictę libidine à Carolo suscitatum assererent. Et ad militiam sese segniùs Nobilitas comparauit, cui iam tędio erant susceptę priùs per hyemis asperitatem expeditiones. Prę- missi tamen currus aliquot cum pecunia in Ducatum Luxemburgensem, vt inde ad Carolum ducerentur. Et ad eum penetrarunt viri aliquot magno genere nati, à quibus doceretur, si paullùm exspectaret, exacta hyeme maiores adfuturas è Belgio copias, quibus redintegratis viribus hostem impetat. optimum tamen factu videri prudentibus hominibus, si filiam Maximiliano desponsatam in matrimonium tempestiuè collocet. ijs enim nuptijs non modò Imperatorem, verùm etiam omnes ferè Germanos Principes ipsi conciliatum iri. ab Gallo, Lotharingo, aliísque hostibus nihil tunc grauius timendum, quibus ea societas è contrario esset allatura formidinem. ex opposito, si bellum in hostico gerens oppetat, ijs nondum per matrimonium filiæ perductis in amicitiam Principibus, in cunctis eius ditionibus ituta pessum omnia. Sed Caroli animum adeò vehemens iracundia in celerem vindictam rapiebat, vt nullam suis moram consilijs inijci pateretur. Eas igitur, quas admodum exiguas in promptu habebat, Nancæo copias admouet, & circum eam vrbem castra disponit. Id cùm ad Ducem Renatum, alióśque hostes relatum fuisset, Germanorum, Heluetiorum, Lotharingorum, & aliorum aliquot millia is contrahit, hísque Carolum aggreditur. Vix duo millia hominum tractandis armis, & capessendo prælio idoneorum habebat Burgundus, cùm in eum hostis duobus agminibus irruit: reliquus enim miles eius partim fame, partim frigore obriguerat. Ad hæc cælum erat niuibus grauidum, & dum pugnabatur, ipsa niuis copia è cælo defluens præliantium oculos frustrabatur. Postremò Nicolaus Campobassius Italorum ductor fidem hosti dederat, Burgundum se suo ac suorum præsidio ante pugnam per fugam nudaturum. Igitur intra breue tempus eo die, qui proximè dicatum tribus Regibus diem præcedit, à validissimis aduersarijs cæsus fugatúsque est Caroli exercitus: ipseque Carolus præclarè ducis ac militis officio perfunctus, vel in confertissimo peditum globo concidens, veluti tradunt aliqui, vel in fossam delapsus, vt incognitus occubuit, magnáque secum clade multos Belgij Nobiles inuoluit.

B

Burgundus Nancæum obsidet, & prælio victus occiditur.

Hæc quæ tractātes habes auctores, quos paullò antè citaui pro bello Heluetico.

C

D

ANNA-

ANNALIVM GALLO-FLANDRIÆ

LIBER DECIMVS.

A POSTQVAM autem de Burgundiæ Ducis clade, mortéque nuntij in Galliam, & párentes ei Principi regiones perlati sunt: alios alij vehementer affectus prodidere. Ludouicum Franciæ Regem magna tunc affecit voluptas, tantúmque incessit gaudium, vt etiam gestibus, & verbis manifestauerit ingenti se metu solutum esse, eo demum hoste perempto, quem maximè semper formidauerat. Iámque omnes Caroli ditiones sic animo deuorabat, vt nullum suis molitionibus aduersaturum crederet. E contrario Burgundos Belgásque insignis prorsus mœstitia inuasit, adeóque pauor concussit, vt in maximam sese quietis ab Franco

Ob mortem Caroli Ducis Franciæ Rex lætatur.

Comm. lib. 5. c. 10.

Burgundi & Belgæ dolent ac trepidant.

B impetrandæ desperationem coniecerint. Satis enim omnibus perspectum erat, quàm semper Caroli odio Francorum Rex flagrasset, quámque Prouinciarum eius immani cupidine arderet: nihílque rerum ad has subigendas necessariarum ei foris domíque desore putabatur, tractis iam in armorum societatem Heluetiis & Lotharingis. Ex aduerso quæ paternis ditionibus potiretur, vnica Duci filia supererat, nuptiis ea quidem matura, sed viribus ad hostes arcendos necessariis destituta. Exhaustæ fuerant foris militares copiæ tribus aduersis certaminibus. Domi vix aliqua manus suppetebat. Et nutabat quorumdam quà procerum, quà Præfectorum fides. Gestis in Francos, Geldros, Colonienses, Heluerios, & Lotharingos bellis multa fuerant absumpta auri pondera, quæ Prouinciæ subministrauerant. totus ferè bellicus apparatus in Heluetiorum & Lotharingorum manus venerat. Igitur his rebus

C abundè Francorum Rex imbutus, ad quem primus de nece Caroli nuntius peruenerat, perturbandis altiùs Mariæ Burgundicæ ditionibus, de suis alios aliò cum mandatis, & potestate transfugas recipiendi, ac promissis onerandi, in Burgundiam, & Belgium præmisit. Burgundiam vtramque, Altissiodorensem, Matisconensem, & Carcellensem iis adhærentes Comitatus, nullo fermè negotio Princeps Auriacus (qui iam per insignè animi leuitatem secundùm à Burgundo defecerat) & Craonius Francorum ductor in partes Regis pertraxere. In Picardiam & Artesiam Ducis Bourbonij Nothus Franciæque Archithalassus, & Philippus Cominæus venere tentandis incolarum animis. Gandauum Oliuerius, Regis tonsor, ceu legatus adiit, vt Gandenses ad Regis voluntatem impelleret. Robinetus Audenfortius Audomaropolim petiit, vt id oppidum Franci potestati subiiceret. Et fluxæ fidei quidam

Qui ditiones Mariæ sibi subiciant, Rex aliquos mittit.

Comm. lib. 5. c. 10. & sequent. Amyl Nicol. Gill. Wasseburg. Pont. Heuter. lib. 1. Austr. Bellifor. Locrian. Cronic. Regg. Franc.

D ab illis reperti sunt. Abbatis-villa, Perona, D. Quintini ciuitas, aliáque quamplurima loca tum in Picardia, tum ad Somonam amnem extemplò in Regis potestatem proditione venerunt. Vt nihil Audomaropoli, & Gandaui mutatum fuerit, cunctis in officio fidéque Principis Mariæ persistentibus; propiúsque abfuerit, quin per contemptum Oliuerius in flumen Gandaui proiiceretur; ac frustrà Hugoneti Mariæ Cancellarij, toparchæ Imbercurtij, & aliorum à Maria in Galliam legatorum animos, vt fidem sibi præstarent, Rex tentauerit; tantúmque ab iis promissum exprimere potuerit, vbi filium cum Maria per nuptias coniunxerit, eius se fidei committendi: alibi tamen Regis promissa, & legatorum eius artes Mariæ quidpiam eripuere. Subactus enim animus est Philippi Creuecœurij Esquerdiarum reguli, quem ciuitati, vel oppido minori Atrebatium Carolus præfecerat, hunc vt locum Notho Bour-

Auctores citati Robert. Gaguin. lib. 10.

Ciuitas Atrebatium Franco proditur.

Comment. l. 5. c. 15. quamquam aliter quam nostrates referant Annales, Gog. lib. 10. Æmyl. lib. 10. Massaus. Ioan. Molinet. to. 1. Gillius, VVassebur. Bellefor. Locr. Heuter. l. 1.

A bonio, dimissis Mariæ militibus, & violato, quod antea huic præstiterat, iuramento, traderet, cùm Adolphus Cliuius, cui vrbis Atrebatium cura erat concredita, Gandaui apud Mariam moraretur. Hac igitur Rex proditione admodum delectatus, spretis iis, quas in nouennium cum Carolo pepigerat, induciis, cum insigni exercitu primùm Peronam, deinde in Artesiam descendit. Vix Atrebatium ciuitatem cum aliquo militum numero intrauerat, cùm aduersus eorumdem oppidum maius propugnacula secundùm portam excitauit, eáque muniit vehementer impositis quoque muralibus tormentis, quibus mœnia concuteret, viamque assultibus faciendis sterneret. Ac deinceps, vbi nullum pacificis verbis in vrbem introitum à ciuibus impetrat, à circumfusis ei copiis aliis suburbia, vicinósque pagos vastari hostiliter imperauit. Non deerat quidem animus obsistendi Atrebatensibus: quibus tamen sese tuerentur, hostémque sustinerent, præsidia deficiebant, & auxiliorum spes. Igitur eum in modum cum Rege paciscuntur, vt ipse quidem vrbem ineat obtineatque; saluis tamen rebus omnibus & vita, nullum intra muros militem collocet. Inde cùm Rex digreditur, Lendienses ac Bethunienses iisdem ipsum sua in oppida legibus admittunt. Hæc dum fiunt ab Rege Francorum in Artesia, nihil admodum spei rebus in melius restituendis ab Flandria, vbi Maria cum aula Gandaui degebat, aliisque prouinciis affulget. Nuntios illic de morte Caroli aliter atque aliter quidam acceperant. Pauci veram de cæde famam arbitrabantur. Imbiberant aliqui opinionem, in Germaniam, vel Galliam fuisse Ducem in vinculis abductum. Nonnulli fuga in Germaniæ fines dilapsum vulgabant. Alij in Burgundia, vel alibi delitescere vociferabantur, vt spontanea septem annorum pœnitudine in occulto peccata sua corrigeret. Indéque factum fuit, vt plurimi palàm increpauerint, haud sine magno populi onere ingentes fieri à Principe Maria paterni funeris ergò impensas. Et vix mense Februario Belgij Ordines Gandaui coëgerat Maria, tum vt Flandriæ Comes solitis ritibus inauguraretur; tum vt consilia cladibus auertendis exquireret: cùm Flandri, maximéque Gandenses, priuilegia quædam flagitant, eaque per vim extorquent. Iniectæ paullò pòst à Gandensibus in eos manus, quos eius vrbis Senatores Carolus constituerat: vnáque nonnulli Nobiles in custodiam traditi. Et abscissa quorumdam capita, quòd ante triduum nocenti per iudicium vitam eripuissent; quasi Carolo vita exuto, nullam eorum iudicia sine populi auctoritate vim obtinerent. Vlteriùs quoque furor multorum mentes abripuit. Hi suam in potestatem redacta Principe Maria, ius sibi arrogant Flandriam moderandi trium Ordinum nomine: ademptáque sibi ab Philippo & Carolo priuilegia repetunt, impetrántque. Accensa sunt subinde in Hugonetum Cancellarium & Imbercurtium toparcham populi Gandensis odia, variisque obtrusis, sed non admodum crimen acerbantibus, causis, vterque in oculis lachrymas fundentis, & cædem deprecantis Mariæ (sparsis ea capillis in medium se forum intulerat) ad vulgi clamorem in publico capite truncatus est.

Vrbs Atrebatum eidem se submittit certis legibus.

Gillius, Comm. Giguin. Molin. VVassebur. Bellefor. Locr. Mass. Heuter.

Varia Flandri de morte Caroli seoserũt.

Richard. VVassebur. lib. 7. Massaus. Pont. Heuter. lib. 1.

B

Gandẽses tumultuantur.

Comm. Marchan. Massaus. Heuter. l. 1.

C

Hugonetum, & Imbercurtium perimunt.

Comin. l. 5. c. 15. Marchan. l. 2. c. 9. Molinet. to. 1. Heuter. lib. 1. Bellefor.

Hunc in modum rebus Gandaui turbatis, in Artesia Rex Franciæ Teruannam, & Hesdinium sibi adiunxit: Bononiam eiusque territorium suæ subiecit potestati. Id cum aliqui animaduerterent Mariæ rebus obesse plurimùm, ne quod detrimentum ab Francis acciperet Gallo-flandria, cuius fines Artesiæ coniuncti sunt, eiúsque vrbibus & agris caueretur; ab iis firma Insulæ ac Duaco imposita mox præsidia. Qui præesset Insulæ, delectus est Chenteraïnæ regulus, eique adiunctus Despierrij toparcha. Duaco præfectus est Fiennarum dynasta, cum Salezaro minore. D. Amandi oppiduli cura Bellemontio mandata. Et his in officium diligenter incumbentibus, compressæ sunt hostium excursiones, minúsque ab hoste sæuitum in Gallo-flãdriam. Contrà, his è locis in Francos quandoque cum nocumento incursum. Et quòd procliues in Franciæ Regem animos gererent Tornacenses, etiam eorum agri sæpenumerò inuasi, pagíque cladibus affecti. Ad diem vndecimum Aprilis Maria Tornacum litteras misit, quibus Magistratum vehementer sollicitabat, ne quod ab Rege Francorum in vrbem præsidium admitteret: omnémque se daturam operam pollicebatur, ne quid damni in posterum pagi Tornacensibus obnoxij ab suis militibus

Aduersus Francos Gallo-flandriæ vrbes præsidijs muniuntur.

Molinet. to. 1. Heuter. lib. 1.

D

Tornacenses infestantur à Gallo-flandris.

Commentar. ms. Tornac.

Ad eosdem scribit Maria, vt nullum à Franco præsidium recipiant.

Idem Comment.

pate-

A parerentur; vt cum Flandris & Hannonibus liberum ciues commercium haberent. Quod rogabantur, fecere tunc Tornacenses. Verùm nihilo feciùs, quàm anteà, in eos ab vicinis Mariæ præsidiis actum hostiliter. Multa è pagis eorum præda interdum aue&ta, eáque Insulæ & Duaci publicè diuendita. à captiuis tum ciuibus, tum agricolis extorta pecunia.

Tædebat interim Atrebatenses recepti in vrbem Franciæ Regis, & initarum cum eo pacis legum. Igitur qui legationem ad Mariam Burgundicam obirent, ciues aliquot delecti, quorum facilè princeps erat Gauldraïnus Caulerius. His imperatum, vt ei proponerent, placerétne dictis conditionibus vrbe Regem potiri: ab eáque priuilegiorum peterent confirmationem. Sed ij dum viam faciunt, iuxta Lendium insidiis Francorum excipiuntur, atque Hesdinium deportati ferro vitam amittunt: tantò scilicet Regis maiore perfidia & dedecore, quòd fidem publicam abeuntibus dedisset, si veri sunt Atrebatium Annales. Igitur eius rei nuntiis perculsi Atrebatenses, magno in Creuecœurium, qui legatos interceperat, ac Regem, odio B ilicet arsere. Et obfirmati cunctis animi sunt, vt spretis Franci conditionibus, pro Maria Burgundica vrbem tutarentur; ex minori oppido Francos propellerent. Quòd sufficientibus ad hoc negotium viribus destituerentur, placuit Duaco ducem aliquem & copias euocare. Erat tunc istic Arsij dominus, Mariæ partibus adhærens in paucis. Ad hunc præsertim tacitè consilia deferuntur: oratúmque vehementer est, vt rem occultissimè festinaret. Neque longas Arsius moras traxit. Coacti mox Duaci ad mille & sexcentos pedites. In expeditionis consortium Vergiacus, & Salezarus admissi. Et quò negotium occultiùs ac tutiùs ex animi sententia succederet, proficisci noctu placuit. Verùm Duacenses ægrè tot homines intra muros tolerantes, insolentiùs egere, coactúsque est Arsius horum importunis elamoribus ad meridiem copias educere. Ita priusquam Atrebatum pertingeret, exploratorum indiciis patefacta sunt Francis consilia. Et confestim effusæ minoris Atrebatium oppidi portis copiæ, vt venientibus aduersùm Burgundis insidias struerent. C Neque successu felici Francus caruit. Illic enim graui extemplò pugna coorta, cùm Franci essent tum loco, tum numero superiores, pars Belgarum fugam iniit, pars cecidit, aut vinculis constricta est. Cæsi centum ac sexaginta. In hostium potestatem quingenti cum Vergiaco venere. In propinquum nemus eum aliquot aliis Salezarus sese abdidit. Plus animi viriúmque in Arsio fuit. Is enim septus sexcentis militibus veteranis Francorum agmen perrupit, Atrebatúmque iniit: ac deinde Salezarum è silua liberum eduxit. Vbi tamen aliquamdiu pòst cum Francis Salezarus fortiter dimicauit, infecta re Duacum, quæ supererat, copiam reducere coactus est. Ac non diu posteà Rex Ludouicus Atrebatum versus exercitum duxit, breuíque concussam machinis vrbem subegit, vnde maior Gallo-flandriam metus perturbauit. Et plus formidinis post dies paucos ab Tornaco in hanc regionem incubuit. Oliuerius Franciæ Regis tonsor, quem diximus Gandauum ab Franco missum auertendis à Principe Maria Gandensium voluntatibus, eam in vrbem post infelicem legationis successum sese receperat. Illic dum versatur, eius situm loci vexandis hinc Flandris D (apud quos tamen Thileti natus fuerat) inde Hannonibus, opportunum animaduertit. Ergo sensim è ciuibus aliquos vel muneribus, vel promissis in eamdem secum sententiam pertrahit, vti per fraudem Francos equites in vrbem inducant ignaris Magistratibus, queis erat institutum nullas intra muros copias recipere. Ac subinde Mouij regulo nuntiis occultis significat, vt alam equitum, quam in D. Quintini oppido præsidiariam collocauerat, aliámque turmam Tornacum adduceret, vnde tutis in Flandriam & Hannoniam excursionibus prædæ plurimum colligi posset. His cognitis nihil cunctatus est Mouius, statimque Nauarotum Dangladium in expeditionis huius partem recipit. Tertius ac vigesimus Maij dies vltra meridiem processerat, cùm Oliuerius iis ciuibus, quos corruperat, stipatus, ad vrbis portam, quæ Valentianas versus viam aperit, progreditur, ibique cum eis varios serit sermones. Exinde ad horam ferè secundam Nauarotus cum quinquaginta grauioris armaturæ equitibus sese ostentat: duabúsque pòst horis exactis octoginta cataphractos equites

Marginalia: Atrebatenses Francum excutere frustrà conantur. — *Comm. l. 5. c. 15. Gagum. lib. 10. Nicolaus Gill. Æmylius item. Molinet. to. 1. Heuter. lib. 1. Bellefor. Locr.* — *Gilbus.* — Præsidium Francorum Tornaci collocat Oliuerius. — *Comm. lib. 5. c. 14. Æmylius. Heuter. lib. 1. Commentar. M. S. Tornac. Belleforest.*

A

Mouius adducit. Ad huius conſpectum Oliuerius portæ obices aperiri imperat, & vtramque turmam intra vrbem recipit. Eam rem vt ciues mitiùs tolerauere, ita proceres vrbis & Senatores tulere grauiùs. Sed his imperium protinus abrogatum, & ademptæ tumultum molientibus vires: quidámque in cuſtodiam miſſi Pariſios. Ergo Franci Tornaco potiti multum aliud intra mœnia præſidium ſtatuunt. inde quotidie, nunc in Hannoniam, nunc in Gallo-flandriam, nunc in aliam Flandriæ partem erumpunt. magnam vbique cæſis hominibus, abducto pecore, prædis aſportatis, cladem faciunt. Poſtridie quàm in vrbem fuerat ingreſſus, è ſuis aliquot Nauarotus eduxit, ac proximè Lannoyam delatus, prædæ multum inde, & complures captiuos abegit. Iniectus eo die pauor præſidiariis militibus, qui Mariæ partes complexi Mauretaniæ arcem inſidebant: ideóque deſerto loco fugam arripuere. Et ſtatim illic poſitum ab Francis præſidium infeſtandis Hannonibus & Gallo-flandris.

Idque Mariæ ditionibus nocet.

Iidem auctores.

Quo tempore hæc à Francis gerebantur, (Pentecoſtes id profeſtum erat) Pratenſis Monaſterij Virgines in nouam ſe Duaci tranſtulere ſedem. Extra muros oppidi Duacenſis ad Scarpum amnem priùs habitabant, læto quidem ipſis loco, ſed oppidanis Duacenſibus parùm opportuno. Igitur ardente iam bello, quod in Mariam Burgundicam nuper Franciæ Rex mouerat, admodum ij metuentes, ne ſuis mœnibus Franci parantes inſidias (qui multa iam circùm ignē vaſtauerant) eo ſe loco tegerent: Monialibus intra muros receptis, omnia Cœnobij ædificia diruêre. Nequē Maria id facinus Duacenſium improbauit. Etenim Aprilis octauo & decimo die litteras conſcripſit, quibus primùm eam Parthenonis demolitionē ratam habuit; dein Campi Floridi fundum vrbem intra cum ædificiis ac cenſibus Beginagij prædictis Virginibus attribuit: ad vltimum obliterato Campi Floridi nomine, hoc Monaſterium Pratenſe dici voluit. Ergo paratis ad nouam habitationem idoneis rebus, dicta iam luce ex ea domo, in quam Duaci ad tempus commigrauerant, deductæ ſunt ſolemni pompa Virgines. Hunc cœtū eo tempore Catharina du Bus moderabatur, inſigni fœmina virtutum luce reſplendens, ac præclari regiminis laude nobilis: cuius mox opera nouorum ædificiorum nonnulla faſtigium cepere. Inter huius labores, poſt non multos dies ad Spiram, vel Eſpieram, in vnum agmen ſeſe Flandri aliquot collegere, vt Tornacenſium excurſionibus arma corporáque opponerent. Verùm illic à præſidio Tornacenſi mox inuaſi, & non leui damno affecti ſunt. Creuit tamen ab ea cunctis clade animus: ac Tornacum propiùs profecti, Warcoingniæ, Chini, & Ramegniæ multas ædes incendio corrupere. Vbi cognouit arcem ſuam Mouius ab his Chini flammis abſumptam, eductis aliquot equitibus quàm celerrimè ipſos inſequitur; & proximè Lannoyam aſſecutus, magnam eorum partem ferro peremit.

B

Pratēſis Monaſterij Virgines in nouis ædificijs Duaci collocātur.

Littera Mariæ Burgund. Duc. Mom. MSS Pratēſ. monaſt. Vide Gallo fl. lib. 1. cap. 39. & lib. 2. c. 29.

C

Flādri à Tornacenſi præſidio cæduntur.

Commentar. MS. Tornac.

Interim Flandriæ Ordines attentiùs perpendentes, quæ mala Franci in Flandriam inferrent, ad vindictam omnes animis arſere: ſtatímque ad multa millia pugnatorum exercitus horum hortatu coaluit. In his præcipuas Gandenſes, Brugenſes, Franconates, & Iperani copias habuere. Ac ne dux aliquis magni nominis deeſſet, Adolphum Geldriæ Ducem (quem Carolus Burgundus maximæ in patrem impietatis manifeſtum perpetuis Cortraci vinculis damnauerat.) è cuſtodia extrahunt, ſibíque præficiunt, promiſſis Mariæ Burgundicæ nuptiis, vbi Tornacum in poteſtatem redegerit. Collectis copiis omnibus ad Pontem Eſpierium, vel Spirenſem, verſus Lannoyam caſtra metari placuit. Erat per id tempus, quàm anteà, maius Tornaci præſidium. Paucis enim antè diebus ducentos equites lancearios, ac pedites octingentos Franciæ Rex ſubmiſerat Halmirallio Duce. Igitur leuibus frequenter præliis vtrimque certatum eſt, donec Geldriæ Dux vrbem Tornacum propiùs accedens, pagis nonnullis, ac denique ſuburbiis per noctem flammas iniecit, ibíque ſub auroram paratis copiis animum pugnandi auidum hoſtibus patefecit extremo Iunio. Animaduerſis Flandrorum ordinibus, quos in aciem Gelder compoſuerat, ad horam ferè tertiam nondum exorto ſole, Mouius è præſidio mille viros, è ciuibus bis mille portis eduxit, vt ad pugnam conſtrueret. Tres horas vtraque acies in armis conſtitit prælij ſignum expectans. Neque priùs ad manus ventum fuit, quàm Geldriæ Dux

D

Flandri ductore Adolpho Geldriæ Duce Tornaco imminent, & bis cladem accipiunt.

Comin. l. 5. c. 17. Gaguin. lib. 10. Io. Molinet to. 1. Commentar. Tornac. MS. Æmylius. MS. Bellefor. Heuter. lib. 1. alij.

paullùm

A paullùm versus Francos accessit, vt peditatum vltra Pontem Chinensem duceret, ibique rursus in ordinem componeret. Tunc Sauuaigierius, ductorum Francorum vnus, quadraginta cataphractos equites in eum rapuit, adeóque validam fecit impressionem, vt ex equo ipsum deturbauerit, ac fortiter ex pedibus pugnantem variis vulneribus affecerit. Ægrè igitur animam trahens Adolphus equo imponitur, vt Tornacum deferatur, sed in via spiritum efflat. Ab ceteris subinde Francis & Tornacensibus in fugam Flandri ad eum vsque Chini locum, vbi tormenta ænea puluere globisque ferreis instructa collocauerant, coniiciuntur. Hæc è scriptis manu Commentariis Tornacẽsibus accepi, quorum apud me fides maior, quàm Cominęi & aliorum, qui tradidere cæsum Geldriæ Ducem, cùm, Flandris ex acie nullo facto prælio sese recipientibus, ex improuiso in eos erupit Francorum agmen, ijsque postremam suarum copiarum partem fortiter defendit. Dilapsi porrò ad Pontem Espierium Flandri mutuo mox certant dissidio, aliis in alios cladis causam vertentibus. Ibi fugam Gandenses, commeatibus & impedimentis relictis, turpiter rapiunt.
B In Brugensibus & Franconatibus, aliisque nonnullis, animi constantiæque plus animaduersum. Quarto enim posteà die, cùm Espierium ij reuertissent, arma Francis & Tornacensibus infesta se acie inferentibus opposuere. Et pugnatum sanè aliquamdiu fortiter. Cæsi tamen nihilominùs è Flandris mille ac ducenti; vinculis onusti circiter octingenti sunt. papiliones, commeatus, tormenta muralia, & vis armorum maxima, dein septemdecim vexilla victoribus cesserunt, quæ omnia Tornacum Franci cum triumpho retulere. Huius vtriusque cladis nuntij tantum mœstitiæ Gallo-flandris attulere, quantum priùs spei & voluptatis fecerant adductæ in subsidium nuper copiæ. Rursus enim Franci ad varias prædationes quaquauersum Tornaco digressi frequenter incubuere. Non defuit interim animus Gallo-flandrię pręsidiis ad hostes armis persequendos, & incursionibus vexandos: omninóque alternis sese cladibus infestauere. Bis tunc Orchiacum incensum est. Primùm à Burgundionibus ignis iniectus multas ædes absumpsit, in reliqua postmodum ædificia Franci
C flammis bacchati sunt Iulio mense. Quas Burgundiones præcipuę Turquoinij parti munitiones obduxerant, eas præsidium Tornacensę perrupit, indéque magna pannorum multitudine asportata, domos incendio deformauit. Eamdem ab his passæ cladem Martianæ, Landastum, aliique pagi complures Gallo flandrię, Augusti principio. Ex aduerso Burgundiones & Valencenates D. Amandi oppidum ab Francis nuper captum aggressi sunt, vbi cognouissent abesse præsidium, idque omnino post direptionem vastauere flammis.

Orchiacum, Martianæ, Landastum incenduntur. *Commentar. ms. Tornac.*

Itemque oppidum S. Amandi. *Id. Comment.*

Vrebat interim Regem Franciæ cupido Artesiam totam & Hannoniam potestati suæ subiiciendi: ideóque Dammartinum Comitem & Albretum in Hannoniam cum tribus equitum, duobus peditum millibus misit. Ab his multa vicis pagisque clades illata. Sed mox in eos agmen duxere Aimerius Hannoniæ Præfectus, Lignæus, Bossutus, Barbansonus, Salezatus minor, & Hauuarderius Gallo-flander. Bouchaïnum egregiè tutatus est Christophorus è Lannoyana familia vir admodum militaris. Nec priùs id oppidum est captum, quàm necato ad latus suum Tanneguyo
D Castelletio missa ex muris glande plumbea, omnes iras Ludouicus Rex assultu redintegrato explicuit. Et inhiabat tunc Francus Duaco & Insulæ. Sed quoniam Duacum Fiennarum dominus cum Salezaro minore fortiter defendebat, Insulam Chẽtraïnus strenuè tutabatur: vtriusque oppidi aggressione copias abstinuit. Posito tamen Bouchaïni præsidio mandatum, vt frequentibus agrum Duacensem incursionibus vexaret. Non multò pòst in Artesiam regressus Rex Audomaropolim, aliásque tentauit frustrà vrbes subigere. Etenim Chentraïnus relicto ad tutelam Insulæ Despierrio, cum leui manu à tergo semper eum secutus maleficia inhibuit. Feliciùs tandem ei successit Auesnarum in Hannonia expugnatio: postquam quorumdam Nobilium transfugio fractis propugnatorum animis, per muros in oppidum suos immisit, idque vi captum deprędatus est, ignique consumpsit.

Hannoniam vexat Francus, ibique Bouchainum, vel Buccinium capit. *Io. Molinet. to. 1. Pont. Heuter. l. 1. Belcar.*

Meierus l. 1. c. 9. Heuter. l. 1.

Verùm eo tempore Principes apud Mariam Burgundicam degentes cùm animaduerterent magnum Belgij rebus periculum ingruere: tandem eius de nuptijs egere ca-

De matrimonio Mariæ tractatur.

Obser. Marchan. lib. 1. c. 9. Comin. l. 6. c. 3. Heuter. lib. 1. VVassebur. Belleforest.

re calidius. Qui matrimonium id ambirent multis artibus precibúsque, non pauci A
numerabantur. Filio suo Carolo hanc virginem iungi vehementer optabat Franciæ Rex. ac nisi coniugium istud impetraret, acrius bellum minabatur. Ad has nuptias filijs suis impetrandas toto conatu ferebantur Cliuiæ Dux & Rauestaini regulus. Multum etiam operç laborísque ad hoc matrimonium Scallensi domino vxorísque fratri conciliandum, Anglorum Rex contulit. Non deerat suis quoque partibus Fredericus Imperator, vt Maximilianum filium suum Mariæ coniungeret. Ne Franci filius eam acciperet coniugem, ætas vetabat, annorum nouem dumtaxat. multísque vox placuit, dum is à patre feruidiùs obtruderetur, quam sapienter Halewini domina edidit; Non puero, sed viro Mariæ opus esse; cùm ea nòn modò intelligeret, nuptijs idoneam esse hanc tot ditionum Principem, verùm etiam indicaret ad retinendas regiones ei subditas maritum suscipiendis tractandísue bellis opportunum quæri oportere. Minùs placebant mores Cliuiensis, & Rauestaini. Ad Anglum pauci proceres animum flectebant. Pro Maximiliano multorum vota feruebant, cuius ætas octodecim fermè annorum, insignis dignitas corporis, præclaræ B
animi dotes, paterna hereditas, & proximus ad Imperium gradus admodum blandiebantur. Et placuit Mariæ hunc præ ceteris in thalamum admittere, cui fidem spoponderat viuo patre, cuiúsque legatos beneuolè nuper acceperat. Accitus igitur è Germania Maximilianus cum insigni comitatu Coloniam descendit. Inde à Belgicis proceribus Gandauum deductus, magna pompa nuptias contraxit, celebrauitque Augusti octauo & decimo die. Paullum quietis accepit subinde Gallo flandria. Quippe ad diem octauum Septembris inter Francos Belgásque armorum induciæ pactæ sunt Lendij, eædémque decimo pòst die Atrebati nouo iureiurando confirmatæ. Sed nullum ijs tempus definitum: ac tantummodo quatuor dies quietis armorum concedebantur, postquam eas partium altera solui peteret.

Ea cũ Maximiliano Austriaco nubit.

Auctores citati. Amyl. Meff. VVassebur. Tillet.

Anni sequentis initio varias Belgij ditiones vrbésque inijt Maximilianus, vt apud AN. 1478.
Brabantos in Ducem, apud Flandros & Hannones in Comitem inauguraretur. Cùm iter faceret, magnis cingebatur militum copijs. Insulam extremo mense Ianuario petijt: ibique multis cum luminibus intra muros inductus, magnóque tum C
plausu tum apparatu exceptus est. Vbi fidem ciuibus obstrinxit sacramento, ab ijsque iusiurandum fidelitatis accepit: Tornacum versus iter arripuit. Quà viam fecit, Blandinij, Orquiæ, Froyanæ, & alibi omnia fermè ignibus hausta sunt ædificia. Non procul ab muris Tornacensibus copias explicuit, & in acie à septima diei hora, vsque ad meridiem illic continuit. E mœnibus iaculati Tornacenses minorum tormentorum globis aliquos vulnerauere: è præsidiarijs nonnulli ex vrbe digressi sunt vallis tuendis; erátque ceteris animus cum hoste manus conserendi. Verùm inde subitò militem suum Maximilianus abduxit.

Maximilianus Insulam venit.

Liber Resfin.

Inde Tornacum petit.

Commentar. MS. Tornac.

Ad diem vigesimum Februarij sub horam noctis septimam idem Archidux Duacum subijt, vt eam sibi vrbem iuramento constringeret. Omni in eum ciues officio certauere. Datum eius maximæ laudi, quòd postridie ingressus, cùm D. Petri templum adiret, pedibus incesserit. Ac nolarum speculæ vrbis fama tantùm valuit, vt cum plurimis Principum ac Nobilium eam conscenderet. Senatus ipsam recenter D
in pristinum decus & altitudinem restituerat, ac nouo ære campano instruxerat maximis impendijs, quòd ante quinquennium fortuitus omnia ignis absumpsisset. Eo de loco Valentianas propiùs accedens, terrorem Archidux hostibus iniecit, qui prædationes circùm agebant. Mense Martio Alborum Capitiorum turma Gandauo egressa primo ab Tornaco lapide Antoingio flammas immisit, idque municipium vastauit, quòd eius toparcha Ioannes Melunius incolæque Francis adhærescerent. Angebantur interim Tornacenses ob frumenti, butyri, piscium, olei, caseorum, vini, aliarúmque rerum penuria. Quippe Burgundi animaduertentes commearum ex Artesia per Pontem Bouinium ab Francis illuc deferri, nuper ibi præsidium collocauerant, ac Cysoniensem Abbatiam muniuerant: quo breui factum fuit, vt, eo præcluso itinere, nihil ampliùs ex Artesia eam in vrbem importare liceerit. omninóque ad summam indigentiam adacti fuissent Tornacenses: nisi primùm

Idem Duacũ intrat.

Regist. Duac. Senat.

Commentar. MS. Tornac.

Tornacenses penuria premuntur.

Commentar. MS. Tornac.

Franci

Franci Cyonium delati, facta in Monasterium impressione, id magna cepissent vi, eiúsque partem, ac municipium flammæ vorauissent; deinde per Bouinas ingens ex Artesia fuisset inuecta commeatuum copia. Iuerat hoc tempore in Zelandiam Maximilianus, vti coactis Middelburgi eius Prouinciæ & Hollandiæ Ordinibus Comes renuntiaretur. Inde cùm Brugas redijsset, pridie Kalendas Maij Equitum Aurei Velleris Comitia in S. Saluatoris templo habuit. Ibi per Adolphum Cliuium Rauestaini regulum inter Equites adlectus, plerosque alios, ac præsertim Petrum Luxemburgium S. Pauli Comitem & Insulensem Castellanum Iacobúmque Fiennarum & Armenteriæ toparcham Aurei Velleris torque decorauit. Acceptis subinde nuntijs, quibus Franciæ Regem Condatum obsidione cingere, ac per suos varijs in

Equitum Aurei Velleris cõsessum habet Archidux Brugis.
Obser. Marchan. l. 2. c. 9.
Aduersus Francum militem ducit.
Obser. Marchan. l. 2. c. 9.

A locis Hannoniæ grassari significabatur: non leues repentè copias contraxit, eásque in Hannoniam duxit. Deditum tunc erat Francis Condatum, & quædam arces in ea Prouincia ipsis cesserant, cùm eam ingressus est Archidux. Vbi Montes primùm, dein Valentianas is peruenit, non paruus Franciæ Regem timor inuasit, eiúsque mandato Mauretaniæ & Condati ędibus ac munitionibus iniectus ignis est, indéque Tornacum abducta præsidia secundo Iunij die. Liberiùs tum in agrum Tornacensem Burgundi Belgæque incursiones fecere, multáque sunt præda potiti. Eiusdem mensis vltimo die quas Maximilianus & Francus in dies octo, vel tredecim (variant enim hoc in numero auctores) pepigerant, induciæ promulgantur. Per has multum quietis ab armis, & infestatione Francorum accessit Gallo-flandris. Vt Quesnoya, sic Cameracum & Buccinium harum legibus induciarum à Franciæ Rege in

Inducias Gallo-flandris commodas paciscitur.
Comin l. 5. c. 3. Commentar. ms. Tornac. Gill. Belleforest. Heuter. lib. 2.

B libertatem asserta. Igitur cùm Buccinij è milite suo Maximilianus præsidium posuisset; suíque iuris redditum fuisset Cameracum: Duacensi oppido agróque cautum fuit abundè, quà Cameracesium & Hannoniam aspicit. Fuit quoque tunc Tornacensibus concessum, vt antiquo iure libertatis fruerentur, nullúsque ampliùs ab Franco miles insideret. Data tum occasio est Flandris & Burgundionibus liberiori excursione per iniuriam agrum Tornacensem diuexandi, ibíque aliquos diripiendi locos. Quamobrem horum licentiæ coërcendæ gratia Tornacenses quatuor signa militum legêre, quibus stipendia ex vrbis ærario penderentur. Postquam verò Maximilianus redintegrato bello aduersus Francos in Hannonia terrorem magnis copijs circumtulisset; indéque Regem eorum in Artesiam sese recipere coëgisset: Duacum vnà cum exercitu descendit; indéque ad Pontem Salicis promouit. Nouo

Commentar. ms. Tornac.
Maximilianus in Francũ mouet.
Obser. Marchan l. 2. c. 9. Io. Molinet to. 1. Heuter. lib. 2. Bellefor. Lar.

C ipsi ad hunc locum subsidio fuere multa Flandrorum millia commeatibus, armis, & machinis instructa. Igitur hinc ad Pontem Wendinium cùm totis progredi copijs placuit, ibíque Regem Franciæ ad committendas acies operiri. Verùm quamuis etiam maximum ipse haberet exercitum, nunquam tamen in certamen elici potuit: totóque suos eo tempore Atrebatum iuxta continuit. Ad pacem ergo, vel inducias Archidux respexit denique, multásque legationes eò misit ad Regem. Sed initio parum feliciter id negotium successit, donec Chimai Comes legationem obijt. Is enim anni vnius inducias panxit, quę mox in castris proclamatę Iulio mense, magnam Gallo-flandris alijsque Flandriæ & Hannoniæ populis lætitiam attulere. Licebat harum induciarum legibus frui Tornacensibus, ac liberè cum vicinis negotiari. Verùm Flandri ac Burgundiones quotidianis ferè tum pagos ijs subiectos, tum

Anni vnius inducias init cum Franco.
Ijdem auctores.
Commentar. ms. Tornac.

D ciues inde aliò proficiscentes, aut aliunde reuertentes, incursionibus grauiter infestabant. Hæc eò fiebant, vt Tornacenses aliquot aureorum millia quotannis Maximiliano penderent ad impetrandam liberè negotiandi facultatem. Ægrè tolerabant eas iniurias Tornacenses: ideóque prorsus aliqui ex ea ciuitate familias aliò transferebant, vt quietiùs vitam ducerent. Quod cùm vehementer displiceret Senatoribus, primùm hi pœnas ijs capitis interminati sunt, qui porrò ex vrbe cum fortunis excederent: ac denique, cùm ea via parum proficerent, consentiente populo in eas leges cum Archiduce pacti sunt, vt induciarum tempore bellique, in Flandria, Brabantia, Hannonia, ceterísque Archiducis ditionibus liberè mercimonia exercerent: vt subditi Archiducis Tornaci, eique obnoxijs locis, ita ipsi dictis in regionibus bonis ac redditibus gauderent; nullum vel à Franco impositum, vel ab se collectum

Tornacenses cum Archiduce paciscuntur.
Idem Commentar.

in vrbe

in vrbe præsidium ponerent; nullis hostium Maximiliani per vrbem iter permitterent; nullos ijs equos, arma nulla, ferri nihil, aut pulueris tormentarij, nullas res alias bellicas diuenderent; solùm Regi Franciæ iuratam verbis fidem præstarẽt. Et quamuis in has conditiones ignaro sese Tornacenses pacti fuissent, ratas tamen eas habuit Francus, factique veniam concessit. Verùm ea ratione minimè obuiàm itum est ab Tornacensibus vicinorum præsidiorum infestationibus. Perrexere multi plerosque ipsorum direptionibus atque extorsionibus vexare. adeò erant inueterata hanc in vrbem circumsistentium populorum odia. Fixum tamen fuit Tornacensium Senatoribus, post quinque ab inito fœdere septimanas è templi D. Virginis Mariæ parietibus signa cuncta, olim Flandris & Burgundionibus ab Francis erepta, detrahere. A

Archiduces Priuilegia Insulensium cõfirmant, & circa Senatorum electionem aliqua scribunt.

Litt. Archiduc.

Ceterùm hoc anno apud Archiducem Maximilianum eiúsque coniugem Mariam Insulenses effecere, vt nouo diplomate concessa olim sibi priuilegia firmarent. Sed quoniam circa Magistratus legendos quædam peccabantur, placuit iisdem Principibus capita quædam erroribus corrigendis conscribere. His præsertim inolita nuper consuetudo septem octóue Lectores Senatorum nuncupandi, sublata; isque numerus ad quatuor redactus, qui priusquam aliquem eligant, coram Flandriæ Cancellario, vel Rationum Principalium Præside, iureiurando sese constringant, haud aliter sese dicturos Senatores, quàm leges Insulæ patiantur. Stabilitum deinde, vt Respector & Maior Insulæ nati sint; ijdem, Scabini, ac Iurati, ante annum ac diem vnum ciuitate sint donati; & tam diu intra vrbis pomœrium consederint: vnus tantùm vrbis Argentarius, vel Quæstor, instituatur, qui rem pecuniariam ad plures annos administret, modò quotannis ad hoc officium retinendum idoneus iudicetur. Aduocati, & qui Principum ac Nobilium pensionibus familiam alunt, inter Senatores conscribi nequeant, nisi vel causis agitandis, vel pensionibus nuntium remittant. B

E Basseensi Leucophæarum virginũ monasterio Colonia Atrebatum ducitur.

Ferreol. Locr. in Chron.

Florebat interim hoc tempore Basseensis Leucophæarum Virginum Parthenon, eiúsque suauissimus odor virtutum latissimè spargebatur. Ante paucos annos erectus is fuerat initijs admodum paruis, cùm in oppidum ex Flandria profectæ Virgines admissæ fuissent. Verùm Margaretæ Fossanæ laboribus & industria sensim adeò creuit, vt priusquam ea, quę duobus annis & quadraginta Matris nomine sacrum fuit cœtum moderata, exstingueretur, multis elegantibusque fuerit ędificijs ornatus, auctusque censibus annuis. Cùm itaque Canonici Atrebatenses è Xenodochio ciuitatis Atrebatensis, cui vulgò nomen Hospitio Dei inditum fuerat, viros ac mulieres, qui nulla obstricti sacra religione curam ęgrorum sustinebant, amoliri cuperent: aliunde nullas quam Bassea Virgines sacras euocare placuit, in quas onus curandorum morbidorum & peregrinorum recumberet. C

Franci Duacensi vrbi insidiantur frustrà.

Io. Molinet to. 3. Lib. ms. Duac. Monm. S. Amati. Heuter. lib. 1. Locrius.

Anno supra millesimum & quadringentesimum nono & septuagesimo Cameracum sese Maximiliani partibus adiunxit, recepto intra muros eius prẹsidio. Pupugit Francos id factum vehementer: multáque tunc ij Maximiliano eripere tentarunt, etsi nondum induciæ finem caperent. Ac Iunio quidem mense Duacenses graue periculum adiere. Oderant eos maximè Franci. Quidquid in eos hostile moliri ex occulto vel apertè poterant, id totum ardenter aggrediebantur. Odij causam præbuerant, animus ingens eorum ciuium, constans in Archiducem fides, illata Francis damna. Vt plurimum illic agebant Romontius Comes, Fiennarum toparcha, Cenreraînæ regulus, & Salezarus minor, multa omnes militari prudentia fulti. Et horum consilijs ac industria sic vrbi cautum erat, vt nouis munitionibus hostem contemneret. Igitur Franci cùm huius subigendi maximo desiderio tenerentur, per insidias subire statuerunt Iunio mense. Eò multa occultè Atrebati comparata. & coactus miles ad quatuor ferè millia equitum peditúmue. Per noctem iter institutum decimo septimo Kal. Iulij. Sudes ferreæ, trabes ingentes, aliæ machinę curribus deuehebantur frangendis oppidi portis, aut sustinendis harum cratibus. Pars copiarum rusticano schemate destinati inuadendis cędendisque vigilibus: eorúmque aliqui vel auenam, vel triticum ceruicibus baiulare; fructus alij, mollem caseum, aliamque AN. 1479. D

A que annonam gerere: ceteri per agros in adulta segete occuli sub dumetis ac sentibus latere; in ruinis castri Braiellensis consistere. Sed is omnis Francorum apparatus & conatus in vanum recidit. Quippe Atrebati ciuium quidam Francos odio prosequenes, & nomini Burgundico addicti, per mulierem Duacensibus indicauere, quæ Franci moliebantur. Et mox eadem nocte, qua hostes iter faciebant, omnia in oppido comparata, quæ frustrandis eorum conatibus idonea erant. Ad eam portam, quæ versus Atrebatum ducit, & quà periculum ingruebat, multæ collocantur æneæ machinæ, ac vigilũ ingens numerus. toti etiam muri viris armatis coronãtur. alij alia expediunt. ciuium complures in preces ad D. Amati feruenter incumbunt S. Mauronti opem imploraturi. Vbi dies sese primùm ostendit, circa machinas in mœnibus ad portam constitutas cuncta procurantur terrendis opprimendísque hostibus: neque portarum vlla consueto tempore aperitur. Et quà suspicio erat plurimos Francorum occuli, illuc conceptis ignibus tormenta globos impellunt. Ibi quibusdam pilis ingentibus vel interemptis, vel saltem læsis, cæteri partim ægrè ferentes B sese detectos, partim formidine compulsi, relictis impedimentis & apparatibus, in effusam se fugam coniiciunt. Quòd impares essent numero, præsidiariis militibus eos persequi minimè consultum fuit. Elapso tamen aliquanto tempore, plurimi porta digressi eos adiere locos, vbi hostes delituerant. Illic aliqui machinarum globis discerptí tristе spectaculum videntibus præbuere. repertæ præter impedimenta trabes aliquæ, sudésque ferratæ, & alia quædam id genus: quæ mox omnia in vrbem illata, & partim anathematum specie in æde S. Amati suspensa. Actæque sunt publicè æterno Numini, ac D. Mauronto gratię, huiúsque corpus cum aliis Sanctorum lipsanis suppliciter in orbem per mœnia circumlatum, omni Clero, Religiosis & Magistratibus honoris causa pompam celebrantibus. Indéque profluxit amburbalis Snpplicationis anniuersaria cęremonia. Ceterùm vicinæ vrbes ne simile Duaco periculum incurrerent, præsidio se, vigiliis, armísque muniebant.

Post dies aliquot, exspirantibus induciis, Maximilianus nouas ad bellum copias C coëgit, ne improuidum Franciæ Rex aggrederetur. Statímque cum eo exercitu primùm Insulam venit, deinde Pontem Wendinium petiit. Erant hæ copiæ partim Flandris, partim Germanis florentissimæ: Flandrósque ducebat supremus Gandensium Baillíuus Ioannes Dadizellius. Et ea Maximiliani festinatio Francię Regem perculit: ideóque Courtonensem regulum, & Brandelynm Campanensem legauit, vt cum Archiduce de prorogandis induciis agerent. nihil tamen ab hoc per eos impetratum. Ex aduerso, Archidux Oliuerium Marchanum ad Regem misit Atrebatum. Legationis huius caput erat, vt Rex in Maximiliani colloquium veniret; quòd spes maior affulgeret ita discordias & contentiones iri sublatum. Sed Regi obstinatum fuit omni congressu colloquióue abstinere. Igitur Maximilianus vltra Pontem Wendinium copias extemplò rapuit; nouúmque Regi terrorem attulit, medio inde milliari toto ad pugnam composito exercitu. Et post breue tempus ab irato Franco noua in castra venit legatio: vt, quoniam prelio abstinere constituisset, rursus ab Archiduce inducias exprimeret. Haud difficilem se Maximilianus prębuit. Ad aliquod D tempus pactę iuratęque sunt inducię. Et mox cis Pontem Wendinium copias Archidux reduxit, ac dimissis iis partim in pręsidia, partim domum, Insulam iter relegit, ibíque non paucos dies magna quiete traduxit ac lętitia.

Recruduit paullò pòst bellum. Et cùm sexto Kal. Augusti Morinorum vrbem obsidione vallasset, septimo Idus mensis eiusdem ad Guinegatam Maximilianus cum Francis aciem commisit. Cruentum id prelium fuit. Archiducis equites cataphractorum Creuecœurij Francorum ductoris pondus ęgrè tandem sustinuerunt, effusique sunt in fugam Ariam versus. In eiusdem peditibus virium plus animique conspectum, quos Comes Romontius in aciem sapienter dispositos aduersus hostes intulit. Ab his presertim post aduocatum in auxilium precibus Numen Dadizellij consiliis, hostis fractus fugatúsque. Circa victorię laudem, ac cæsorum numerum, ab nostris Annalibus vehementer libri Francorum discrepant. Plures è Belgico exercitu peremptos ij volunt, tantúmque obtenti certaminis loci honorem Archi-

Nouũ exercitũ in Francos ducit Maximilianus. *Marchan. l. 2. c. 9.*

Cum Rege inducias pangit. *Oliuer. Marchan. d. l.*

Ad Guinegatam cũ Francis feliciter pugnat. *Describunt hoc prælium Contin. lib. 6. cap. 6. Æmyl. lib 10. Chronic. Reg. Franc. Gaguin. l. 10. Malinet to. 1. Nicol. Gill. Chron. Lud. 11. M ss. Belleforest. Lacrins. Pont. Heuter. lib. 1.*

A
duci tribuunt. Qui prælium hoc de Belgicis auctoribus scripsere, Francos ad nouem millia cæsos referũ, quorum pleriqoe Nobilitatem auratis calcaribus prodidere. De Belgis pedites pauci periere, equites paullò plures ducentis, in quibus Iacobus & Antonius Halewinij è clarissima Gallo-flandriç familia prognati. Datum laudi Flandris, quòd ea pugna fortes se constantésque præstiterint. Ac postquam eos verbis ampliter ornauit, vtque rursus Octobri mense in armis conuenirent, petiit, domum quemque Maximilianus dimisit. In præsidiis alij milites collocati.

Comes Romontius Artesiam infestat, & Malanoyam capit. Gogum lib. 10. Chron. Lud. 11. Gillius, Heuter. lib. 1. Pellefor. Franci captiuos suspēdūt & Flandriam infestant. Item auctores.

Duce Romontio Comite per Septembrem aliquot millium agmen è præsidiis coaluit, & nonnullos Francis locos eripuit intra fines Artesiæ, ibidémque Lileriam igni tradidit. Malanoyam, castrum egregiè munitum, insidebat Cadetus Remonnetus, gente Vasco, & militiæ artibus nobilis; eique aderant præsidij ergô centum circiter ac sexaginta Vascones arcubalistarij. Eo de loco cùm frequentes prædas ageret, Arienses viciníque grauiter questi sunt. Ergo Romontius eam præcipuè arcem aggressus, post aliquot validissimos insultus expugnat denique. Cæsis ferè omnibus, venit viuus in manus hostium Cadetus, dataque fide incolumis ad Maximilianum perducitur: qui mox è furca suspendi, & strangulari mandauit. Ad nuncios huius necis maxima Franciæ Rex iracundia exarsit, statimque castrorum Iudicem è captiuis Burgundionibus ac Belgis quinquaginta lectissimos secum rapere imperat, eósque in conspectu variarum vrbium pari supplicio afficere. A quibus is sepiretur & defenderetur, sena sagittariorum millia, & octingentos equites grauioris armaturæ attribuit. His ergo stipatus Iudex cùm ad eum locum peruenisset, vbi Cadetó fractæ fuerant fauces: præcipuos illic captiuos è trabe suspendit. In conspectum vrbis Insulensis delatus, decem illic suspendio peremit. totidem ad portam Duacēsis oppidi strāgulauit. secus Atrebatum, & Audomaropolim iuxta aliis atque aliis decem fauces elisit. Quáue tunc, ac paullò pòst Flandriam ingressus iter habuit, multa deprædationibus & igni loca vastauit. Flandros subinde contraxit Maximilianus, & in Artesiam cum iis profectus, ad D. Pauli oppidum consedit: ac postquam ibi leuiter cum hostibus certauit, magnam Artesiæ partem populationibus infestam habuit. Reducti posteà in patriam Flandri, & in sua veterani præsidia remissi. Hæc dum geruntur à Maximiliano, coniux eius Maria Insulam venit, ibique iureiurando fidem ciuibus obligauit, ac eosdem sibi sacramento fidelitatis obstrinxit. Ac tunc eius recreandæ & colendæ gratia, omni ab ciuibus, pro solita magnificentia, ludorum ac luminum ornatúsque apparatu & officio certatum est. Eo quoque tempore Ioannes Dauffaïus patria Bethuniensis, multa homo doctrina imbutus, & Archiduci à Consiliis, librum edidit, in quo præsertim multis rationibus aduersus Franciæ Regem conclusit, vtramque Burgundiam, Artesiæ Comitatum, & Gallo-flandriam, Mariæ Burgundicæ iuri obnoxias esse, omninóque per iniuriam eumdem Regem has ditiones inuadere. In mari graue damnum passi sunt Flandri à Coulono Franciæ Archithalassi Vicario. Octoginta ferè naues partim siligine, partim halecibus aliísque mercibus onustas Flandri ducebant, tum vt patriæ suæ commeatum inferrent, tum vt pecuniam ex venditione colligerent. In has cùm incidisset Coulonus piraticis myoparonibus instructus, extemplò sese ad pugnam comparauit: adeóque feliciter iniit certamen, vt iis omnibus fuerit nauigiis & mercibus potitus.

Archidux Artesiam ingreditur. Heuter. lib. 1. B

Maria excipitur Insulæ. Liber Rosim. C

Ioãnes Dauffaius Mariæ ius defendit. Eius libell. MS. Ferreol. Locr. in Chron.

Naues Flandrorum capiuntur. Chron. Lud. 11. Gillius. D

AN. 1480. Anno sequenti ad diem vndecimum Februarij vitam cum morte mutauit Ioannes Rosimbosius Formellarum regulus, & Gallo-flandriæ Gubernator. In D. Petri templum magno apparatu funus eius illatum Insulæ. Initio veris, cùm Martio mense inducias Rex & Maximilianus in Iulium vsque fecissent, Gandenses in Archiducem prauo vsi consilio leges scripsere. His, quos sumptus pro familia facere posset, quibus ditiones Belgicas rationibus administraret Philippi filij nomine, sciscebant. Pupugit ea res admodum vehementer Archiducem: ac mox ira commotus cum vxore & omni familia Gandano Mechliniam profectus est. Relicta hic coniuge, Bredam primùm, dein Gertrubergam intendit. Inde Roterodamum in Hollandiam nauigauit. Ibi propiùs à præsentissimo vitę discrimine abfuit, cùm in grauem adeò

Ioan. Rosimbosius Gallo-fland. Gubernat. moritur. Epitaph. eius. Gandēses pro Archid. leges sumptuarias scribunt. Heuter. lib. 1.

morbum

A morbum incidisset, vt nullam amplius vitę spem Medici facerent. Dei tamen beneficio in pristinam valetudinem intra paucos dies restitutus, Belgicis rebus aduersus Francos tutandis operam impendit. Ea tempestate Salezarus Duacensi oppido ad pręsidium impositus, quosdam locos à Francis infessos, vexauit, quosdam etiam intercepit, nulla induciarum habita ratione. Contrà, in agrum Insulensem Franci aliquot equites populabundi ruēre. Sed cum ipsi damni plurimum intulissent, magno rusticis fuere ad vindictam stimulo. Igitur eorum plerique in agmen coëuntes, insidias onustis prædà tendunt. Et submissi ab oppido Insulensi equites triginta, totidémque pedites arma iunguntiuxta Fretinium. Illic deprehensus hostis ad equites centum & viginti: statímque adeò circumseptus est, vt primo conflictu quindecim ferro ceciderint, ceteri cum præda in potestatem viui venerint. Hos Insulam victores vinculis constrictos cum equis duxere.

Frāci in agro Insulensi cæduntur.
Heuter. lib. 1.

Ad mensem Iunium Duaci, conspirantibus vtriusque Canonicorum Ecclesiæ votis, & præbentibus assensum Magistratibus, lege sancitum fuit, vti quotannis deci-
B mo sexto Iunij die, cum D. Mauronti Corpore, ceterísque Sanctorum Reliquiis ab Clero, Religiosis, Senatu, opificum collegiis, & societatibus bellicis obirentur mœnia suppliciter in perpetuam seruati nuper oppidi memoriam. Quia verò minus commodum posteà visum est sacram hanc pompam die profesto celebrare, in Dominicam, quæ proximè decimum & sextum Iunij diem sequitur, deinceps eam reiicere placuit.

Duacensis Supplicationis Amburbalis institutio.
Mon. Duac.

Iulio mense rursus inducias Francus & Austriacus paciscuntur, eásque septem mensibus definiunt. quamquam à multis vtriusque partis interim variæ susceptæ sint incursiones.

Induciæ inter Francos & Belgas.
Chron. Lud. 11. M[?]anu.

Ferunt Annales Francorum in Galliam ex Italia venisse Maximi Pontificis Legatum S. Petri ad Vincula Cardinalem. Vt inter Franciæ Regem & Maximilianum Archiducem discordias tolleret, pacémque componeret, dein vtrumque ad inferendum Turcis bellum erigeret, ipsi mandatum. Beneuolè Regem eum audiuisse, ac
C subinde pollicitum, paci conciliandæ nullum se obicem positurum. Ex aduerso, Archiducem, Flandrósque in Belgium Legato aditum præclusisse, nullámque pacis mentionem tolerasse. quamobrem infecto legationis negotio Cardinalem in Italiam reuersum.

Cardinalis pacis gratia missus.
Nicol. Gillio. Chron. Lud. 11.

Vt è nostratibus certísque monumentis accipio, Sinensis Parthenonis, in conspectu Duacensis vrbis conditi, Moniales, ob ardentes inter Francos Belgásque tumultus bellicos, à Parisiensium Victorinarum societate tandem auulsæ sunt, Petro Rancicurtio Atrebatium Episcopo auctore, qui præclusa cum Parisiensibus communicatione, eas visitandi munus arripuit, sibique Monasterium subiecit. Id ne vnquam fieret, magnoperè olim Virgines laborauerant, cùm id Phrontisterium conderetur: ac iam tum à Pontificibus Maximis diplomata impetrauerant, quibus ipsæ Parisiensibus iungebantur, earúmque curâ interdicebatur Episcopis Atrebatensibus. Verùm propter locorum intercapedinem, & frequentia bellorum incommoda, spirituali Prelatorum solatio & institutione destitutis necessitas denique
D imposuit, vt eius curam paternam faciliùs tolerarent, quem anteà sibi præfici recusauerant.

Sinensis Monasterij Virgines Atrebatensi Episcopo subijciuntur.
Mon. eius Abbat.

Carebat hoc tempore sui Pontificis præsentia Neruiorum Ecclesia: ideóque nonnihil damni per eius absentiam patiebatur. Iuerat nimirum cæso in Lotharingia Carolo Duce Burgundiæ in Italiam Ferricus de Cluniaco, in cuius humeros hic Episcopatus recumbebat; vt vitatis bellorum tumultibus quietiùs illic vitam duceret. Verùm is adeò in Summi Pontificis gratiam ob virtutes doctrinámque penetrauit, vt sacro illic Purpuratorum Patrum Collegio insertus, S. Vitalis Cardinalis renuntiaretur, ac non nisi ægrè hac dignitate conspicuus in Belgium reuerterit.

Episcopus Tornacensis Romæ Cardinalis creatur.
Onuphrius. Tabb. Tornac. Eccles.

In Marquettensi iuxta Insulam Monasterio Ioanna Quienuillia Monialium Antistita, cuius antè mentionem fecimus, præclarum religiosi animi exemplum edidit. Grauis iam erat ætatis, omninóque ad maiorem spiritus quietem anhelabat: vt, po-

Ioāna Quienuillia Abbatissa Marquettensis sese sponte abdicat.
Mon. eius Abbat.

sitâ moderandi cœtus Præfecturâ, liberiùs vltimos vitæ dies contemplationi rerum cælestium, colligendisque animi rationibus contraderet. Igitur biennio antequam è viuis subtraheretur, omni se in Virgines imperio, & cura Parthenonis sponte abdicauit. In quam onus regendi transferretur, eminebat illic Ægidia Dadizellia nobili admodum apud Flandros genere nata, verùm ipsa virtute, & ingenij ad gubernandum idoneis dotibus nobilior. Cùm itaque in hanc præsertim oculos Ioanna coniecisset, vt eam Virgines sibi præfici paterentur, orauit. Neque gratius quidquam habuere Sanctimoniales, quàm vt eam volentes in Matrem reciperent, cuius plurimùm moribus delectabantur. Et certè quamdiu Ægidia cœtum moderata est, non leuia cepit incrementa Religio, multáque eius labore ac industria structa sunt in Cœnobio ædificia. A

Ei succedit Ægidia Dadizellia.

Insecutæ hyemis partem Maximilianus in Hollandia opprimendis Houkianæ factionis hominibus, qui res ibi turbabant, traduxit: partem in Brabantia & Flandria exegit. Grauis ea fuit anni tempestas. Quippe ab festo S. Stephani in octauum diem Februarij acerrimo frigore hyems grassata est, multique gelu indurati amnes fuere. Varijs in locis ideò exstinctæ vites sunt, aliæque arbores, parúmque feliciter posteà segetes, arborúmque fructus prouenere. Fluxit inde origo eius grauissimæ famis, quæ Gallias vehementissimè afflixit, plurimósque mortales absumpsit. B AN. 1481.

Gelu & fames.

Meyer. lib. 19. Robert Gaguin. l. 10. Belleforest. Chron. Lud. 11.

Februario mense Insulæ, Duaci, & alibi per Gallo-flandriam edicto publico Archiducis Maximiliani cunctis imperatum est, qui decimum & octauum ætatis annum superauerant, ac nondum ad septuagesimum pertigerant, vti vestem albo nigróque colore distinctam gererent, eíque cęruleam ad pectus tergúmque Burgundico more Crucem assuerent: arcu iaculari soliti, grauidam semper sagittis duodecim pharetram haberent; hastam alij longam pedes octodecim; arma omnes tegendis muniendísue corporibus pararent. Id scilicet Archidux verebatur, ne grauius inducijs exeuntibus bellum ingrueret, cùm pacem ab Franco nequiret elicere. Fuit posteà eidem Principi in Hollandia rursus aduersum Houkios bellandum. Ibi dum rem prosperè gerit, quieta fuere omnia intra Flandrię, Artesię, & Hannoniæ fines. Rursúmque Aprili mense inducias vnius anni Franciæ Rex Belgis concessit. Ad mensem Iulium in Geldriam contra rebelles Maximilianus expeditionem suscepit: quam ita secundo belli successu intra paucos dies confecit, vt eam ferè totam sibi ditionem subiecerit, ac Neomagi in Ducem fuerit inauguratus. Ex Italia tunc erat reuersus Tornacensis Pontifex Ferricus, ac plurimum Insulę degebat. Hic cùm suæ Diœceseos rebus componendis operam impendit, non leuiter Hemensium querelis ac gemitu fuit impulsus, vti collapsum ferè S. Cornelij cultum restitueret. Ardentibus scilicet Francos inter Belgásque bellorum tumultibus, Hemensem ędem hostiles flammę peruaserant, nullúsque fermè locus supererat, vbi S. Cornelio ex veteri consuetudine cultus impenderetur. Vt igitur Cardinalis Ferricus hominum animos tum ad tribuendam instaurando templo pecuniam, tum ad suscitandam Diui Cornelij venerationem impelleret: ijs omnibus, qui post conscientiæ expiationem, sumptúmque Christi Corpus liberaliter aliquid donarent, certísque temporibus Sanctum Martyrem colerent, dies centum & quadraginta iniunctarum ipsis pœnarum remisit, scripto Insulæ ad diem quintum & vigesimum Iulij diplomate. Postridie huius diei Petrus Luxemburgius D. Pauli Comes, & Castellanus Insulensis primùm Insulam inijt; Magistratibus pompa solita inducentibus: & vtrimque iurando fides promissa. In eadem vrbe Ioannes de le Cambe, alias Gantois cognómine notior, de quo priùs memorauimus, quam Insulæ domum fundúmque pecunia comparauerat, Senatui vrbis donauit: vt is illic puellas vitæ leuioris ac solutioris, quæ libidine corpus inquinauerint, & sese ad bonam frugem receperint, collocaret; aut his deficientibus, eam possessionem pollinctoribus Alexianis transderet. Acceptum fuit ab Senatu munus: ac paullò pòst ibi fœminæ sunt positæ, quas Beatæ Magdalenæ Pœnitentes nuncupant. C D

De veste & armis edictũ Maximiliani.

Nouæ induciæ.

Chron. Lud. 12.

Archidux bellum gerit in Geldria.

Heuter. lib. 2.

Ferricus Tornac. Episcop. S. Cornelij cultũ instaurat Hemi.

Litt. Ferrici.

Petrus Luxemb. Insul. Castellan. Insulã venit.

Liber Resol.

Poenitentes S. Magdalenæ Insulæ collocantur.

Littera Senat. Insul.

Fuit annus proximè secutus admodum Belgis & Burgundionibus lugubris. Primùm enim Maria coniux Archiducis, & horum Princeps populorum quinto Ka- AN. 1482.

Maria vxor Archiducis moritur.

A lendas Aprilis è viuis per febrim subducta est, postquam venationi & aucupio intenta, ex equo in tergum cecidit, & contractum è fracta costa dolorem aliquamdiu silentio texit. Multa subinde grauissima consecuta sunt mala. Cùm persolueret vxori iusta Maximilianus, in fines eius Franci arma conueriêre, quamuis nondum exspirassent induciæ: coactique sunt ideò Belgæ armis se tueri, & quædam in eos belli facinora tentare. Quod à populis Brabantiæ & Hollandiæ Archidux impetrauerat, numquam ab Flandriæ Ordinibus Ipris coactis obtinere potuit, vt Philippi filij sui tutor diceretur. Formidabant hi scilicet Gandensium animos minásque, à quibus is Princeps annos natus quatuor detinebatur Gandaui, & pro ipsorum arbitrio nutriebatur. Magnúmque vulnus Belgicis rebus attulit vrbis Atiensis proditio. Eam Cohemi regulus à Maximiliano aduersus Francos seruandam acceperat. Verùm hic quórumdam Franciæ & Artesiæ Nobilium artibus, & pecuniæ cupidine impulsus, tam oppotunum Flandris præsidium (breui enim spatio à Flandriæ finibus abest) ijs conditionibus Regi Francorum vendidit, vt in singulos vitæ annos decem
B ipsi aureorum liliorum millia penderentur: centum cataphractis equitibus præesset. Ne quid tamen dedecoris inde contraheret Cohemus, placuit Regi exercitum huic oppido admonere, & simulatà obsidione in angustias illum redigere, vt honestè loci deditionem faceret, & quasi desertus ab suis, in partes regias perduceretur. Fracti sunt animi Flandrorum tam insperata fortissimæ vrbis amissione, ad cuius defensionem omnia Cohemo subsidia maturauerant. ipsósque statim desiderium inuasit ad Franciæ Regem mittendi legatos, qui pacem iniquis etiam conditionibus peterent. Et impulsus ab eis Maximilianus est, vti quietem armorum quibuslibet conditionibus emi pateretur. Nihil grauius Francorum Regi accidere poterat, quàm pacis studio ab ijs sollicitari, quos & grauiter oderat, & metu correptos multa sibi cessuros arbitrabatur. Igitur missam ad se legationem initio Iulij cùm suscepisset, tractassétque honorificè ac liberaliter, pacem quibus ferè legibus voluit, flagitantibus concessit quinto pòst mense. Inter alia pacis capita hæc fuere: *Vt Margareta Maximiliani filia*
C *Carolo Franciæ Delphino nuberet: Artesiensem, Burgundicum, Matisconensem, Antissiodorensem, Carcellanum, ac Bononiensem, Comitatus, & Salinas in dotem ea secum traheret: si nullos ea liberos relinqueret, Franciæ Rex eodem Gallo-flandricas Vrbes repetendi iure Vteretur, quo anteà, donec constiterit, iuréne an iniuria repetat: eadem Vrbes quamdiu Flandriæ Comiti suberunt, ad Flandriæ Curiam pro causis & litibus prouocent, dein Parisios ad Senatum Regium: si fors designatæ inter Carolum & Margaretam nuptiæ per Franciæ Regem impediantur, ei omni iure videtur Gallò-flandriam redimendi, eáque perpetuùm Flandriæ iungatur.*

Commi. l. 6. c. 7. Amyl. Chronic. Reg. Franc. Gillius, chron. Lud. 11. Molinet. Meyer. Bellefor. Locrius.

Flandri Maximilianum filij PHILIPPI tutorem esse nolunt.

Heuter. lib. 2. Barlas. Bellefor.

Aria Francis venditur.

Chron. Lud. 11. Meyer. Gill. Heuter. Locr.

Flandri pacē cum Franco volunt, & iniquis conditionibus eam impetrant.

Littera pacis. Commi. lib. 6. Amyl. lib. 10. Chronic. Regg. Franc. Gillius, Heuter. lib. 2. Chron. Lud. 11. Meyer. Bellefor. Locrius.

Hæc dum fiunt inter Francos Flandrósque, sexto ac vigesimo die Octobris, Petrus Luxemburgius D. Pauli Comes, & Castellanus Insulensis Enghiani viuis eripitur: curatúmque funus eius ibidem est apparatu maximo. Diuersis per ædem locis quingenti ardebant cerei sesquilibram pendentes: totidem supra tumbam collumînabant libræ pondere. Quòd Mariam eius filiam matrimonio sibi iunxisset Iacobus Sabaudus Romontij Comes, cùm alijs ditionibus Insulensem quoque Castellaniam
D in suam traxit possessionem.

Petrus Luxemburg. Castell. Insul. moritur.

Epitaph. eius. Molinet. to. 1. Heuter. lib. 2.

Anni sequentis initio cum legatis Maximiliani in Franciam Flandri denuò profecti sunt, vt pacis capita ipsis præsentibus Rex confirmaret: iique magno, iussu Regis, plausu excepti Parisijs, & alibi; ac non nisi multis muneribus donati domum repetiere. Insignem scilicet inde voluptatem Ludouicus hauserat, quòd hostium præsertim studio congruentem animi sui sententiæ pacem condidisset. Exactis aliquot mensibus ab Franco legati Gandauum in Flandriam veniunt, vbi Maximilianus
1482 cum liberis morabatur. Vt pacem Archidux iureiurando stabiliret, filiámque Margaretam in Franciam ad Delphinum ducendam traderet, mandata Regis exposuere. In pacis leges à Maximiliano iuratum publicè in S. Ioannis æde, celebrato solemniter sacro. Acceptam subinde Margaretam legati ad Creuecœurium portauere Hesdinium: hic posteà cum alijs in Franciam primùm Parisios, dein Amboisium detulit, vbi Delphino ritibus sacris desponsata est. Iuit postmodùm in Hollandiam

Pax à Franco & Maximiliano confirmatur.

Chron. Lud. 11. Meyer. Bellefor. Heuter. lib. 2. Locrius.

Meyer. l. 10. & alij eam citant.

Archidux, bellúmque aduersus Vltraiectenses suscepit, vt quem ij Episcopum suum Dauidem Burgundum expulerant Houkijs adhærentes, in suam armis sedem restitueret; eáque potitus est vrbe pridie Kalendas Septembris. Per eius absentiam, Insulam venere extremo Iulio Philippus Burgundus Beueræ dominus, aliíque aliquot Philippi Archiducis legati, vt eius nomine Gallo-flandriæ dominium capesserent. Ab eodem Archiduce nobilium virorum consilio, qui semper ei aderant Gandaui, Despierius toparcha trium Gallo-flandriæ vrbium constitutus est Capitaneus, seu ductor militaris: vti bello ingrauescente has vrbes defenderet. Verùm is Insulam cùm venisset, vti Senatoribus sacramento se constringeret oppidum, ciues, horumque fortunas tuendi, non perinde ac alij, quibus ea fuerat imposita Præfectura, placuit. Duo scilicet parum Magistratui grata, exprimere ab eo conatus est. Primò namque suo semper munere fungi, ac stipendium ex vrbis ærario capere voluit. Deinde cùm intra muros vrbis consisteret, quidquam circa eius custodiam ab Respectore & Scabinis ignaro se peragi vetuit; omninóque contendit, vt ille, ac quicumque alius, qui claues vrbis asseruaret, ad id præstandum iureiurando se obligaret. Neutrum tamen horum ab Senatu obtinuit. Quod enim hic iustè ac verè obijciebat, is hactenus, qui tribus Gallo-flandriæ vrbibus datus fuerat Capitaneus, numquam priùs eius munia Magistratus militaris exercuerat, quàm graue periculum à bello vicina corripiente oppida ingrueret; idque discrimen instare Ordines huius ditionis iudicarent: eidem semper à Principe stipendium fuerat numeratum: vrbis portarum custodia penes Senatum semper remanserat. Igitur post longam altercationem ijsdem conditionibus, quibus maiores sustinuerant, hanc Præfecturam Despierius capessere coactus est.

Per legatos Philip. Archid. Gallo-fland. ditioné adit. *Liber Rosæ.* *Idem Gallo-flandriæ vrbibus dat Capitaneum toparchá Despierium.* *Liber Rosæ.*

In Francia penultimus dies Augusti sub vesperum longo affectum morbo Regem è viuis tandem abstulit. In Carolum eius filium huius nominis Octauum Franciæ regnum iure successionis translatum est. Vix nuntios de Ludouici obitu Gandenses perceperant, cùm insignem adornant legationem, eámque ad Carolum mittunt regni primordia gratulatum. Displicuit eares Archiduci Maximiliano, ac Belgij nobilibus viris. Ideóque Lancelotus Barlaymontius Hiergiæ toparcha diuersis in locis occultè milites constituit, à quibus Gandenses per insidias in reditu corriperentur. In horum manus cùm ij omnes cum impedimentis venissent, in arctissimam arcis Barlaymontanæ custodiam ab Lanceloto coniecti sunt; ijsque cuncta eorum scrinia perscrutatus, omni potitus est auro & supellectili. Ad huius facinoris famam adeò vehementer Senatus Gandensis incanduit, vt Comitem Romontium, qui cum alijs Archiducis Philippi curam Gandaui gerebat, dein Ludouicum Rollinum, & Gerardum Bossuum in carcerem compegerit.

Ludouicus Franciæ Rex moritur. *Comin. l. 6. c. 12.* *Æmyl. Meyer. Vlissingburg. Belcar. Guil. Gaguin alij.* *Gandenses nouo Regi gratulantur per legatos, qui capiuntur.* *Heuter. lib. 2.*

In Italiam tum temporis rursus iuerat Tornacensium Pontifex & Cardinalis Ferricus: quem paucis diebus exactis Romæ mors oppressit Octobris septimo die. Fama vulgauit, veneno sublatum fuisse. Aderat ei, cùm vitam poneret, Ioannes Mouissartus Teruannensis Ecclesiæ Decanus. Quòd mores huius perspectos haberet, Sixtus Quartus Pontifex Maximus eum Tornacensibus Episcopum dedit, sacrúmque ipsi Ordinem Episcopatus impertiit. Verùm vix Ferricum mortem oppetiuisse vulgabatur in Francia, cùm Franciæ Rex Carolus ad Remensem Archiepiscopum scripsit, vt Ludouicum Potum S. Laumomei Blæsis Abbatem Tornacensibus infulis ornaret. statímque is Pontifex coram, aut scriptis litteris, Ludouicum Tornacensem Episcopum nuncupauit. Accepta igitur hac potestate Ludouicus Ioanni Mouissarto diem dixit Parisijs: eóque minimè se coram Senatu Regio sistente, Tornacensis Diœcéseos possessionem iniit, vbi præsertim ius regium porrigebatur intra muros Tornacenses, eiúsque vrbis territorium.

Episcopus Tornacensis decedit. *Onuphrius, Consin.* *Alium Pontifex Romanus, alium Remensis successorem nominat.* *Iac. Meyer. to. 4. Fland. Demochares, Molinet. Cousinus.*

Romontium Comitem non multò pòst Gandaui solutum vinculis, & in libertatem restitutum reperio. Is enim anno sequenti magna Insulam pompa cum vxore primùm iniit quarta decima Ianuarij luce; vti Castellanus Insulensis antiquo ritu, & verbis conceptis inauguraretur; maximóque omnium ordinum plausu exceptus est, insignique argenteo vase inaurato pro more donatus. Eodem propè tempore Maximilianus ab Ordinibus Hannoniæ Archiducis Philippi Tutor renuntiatus est, A N. 1484.

Comes Romontius Insulæ excipitur. *Liber Rosæ.* *Maximilianus à quibusdam filij Tu-*

A suitque Cameracum Kalendis Februarij. Nisi sunt quoque Duacenses eumdem filij sui Tutorem agnoscere: magnúsque timor Flandros inuasit, ne idem Insulenses molirentur. Ea propter Generalis Flandriæ Procurator Duacensibus diem dixit, omnémque lapidem mouit, ne cœpta peragerent. tor constituitur. *Heuter. lib. 2.*

Exarsit post breue tempus grauissimum ac ciuile bellum in Belgio. Gandauenses præcipuos eius auctores fuisse memorant, quibus parum placebat Archidux Maximilianus, ij palàm ferebant, hunc in Germaniam relegandum, vt qui annuos redditus Prouinciarum ditandis Burgundionibus ac Germanis impenderet, hósque solos Præfecturis, ac publicis muneribus ornaret. In Belgio scilicet esse filium eius Philippum, ad quem ditionum eius regionis hereditas pertineret, non deesse domi viros, à quibus Prouinciæ vrbésque gubernentur, satius etiam videri, vt Ordines Philippi tutelam suscipiant, eiúsque curam habeant, quos minimè dubium esset congruentibus patriæ moribus ipsum formaturos. Et tota ferè Flandria his Gandensium sermonibus in odium Maximiliani admodum rapiebatur. pársque aliqua Brabantię, B & in Hollandia Houkij horum studiis in eumdem Archiducem feruebant. Ex aduerso Hannones, Namurcenses, Luxemburgij, pars melior Brabantiæ, factio Cabileauorum in Hollandia, omnium ferè vrbium ac Prouinciarum Præfecti Maximilianum tuebantur: sopiendísque discordiis sapienter afferebant, multò naturæ conuenientius videri, vt pater filij curam ac tutelam habeat, cuius præsertim prudentia, virtúsque militaris omnibus esset cognita, cuiúsque sapienti imperio Belgæ feliciter regerentur. Addebant etiam multò facilius esse, vt Princeps vnus tam varias ditiones moderaretur, quàm Ordinum multitudo, quos ingeniorum linguarúmque varietas minùs consentientes efficit, & in varias sæpè sententias distrahit. Sperabat horum iudicio ac viribus nonnihil mouendos Gandenses Archidux: ideòque ad Quatuoruiros Adolphum Cliuium, Philippum Burgundum, Comitem Romontium, Gruthusiæ toparcham, Archiducis Philippi nomine cuncta moderantes, litteras perscripsit, quibus tum grauiter de ipsorum in se filiúmque iniuria, querebatur, C tum hunc sibi, eiúsque tutelam restitui flagitabat. Verùm iis Principibus ad literas Maximiliani respondere cunctantibus, parùm modestè honestéque Gandauenses quasdam chartas tradidere, & ad eum deferri curauere. Et mox quatuor sibi viros legerunt, qui Flandros, vbi res posceret, in armis educerent, ac Flandriam defenderent. Igitur Gandensium litteris factísque vehementer commotus, eò curam & studium Maximilianus conuertit, vt aliquas Flandriæ vrbes dolo circumuentas Gandensium factioni eriperet. Successit feliciter, ac nullo ferè sanguine Teneramondanæ vrbis inuasio, dum præmissis curribus tribus (duos tantum memorat Marchantius) in quorum vno milites Monialium Abbatisque habitu, in altero Monachorum vestibus tecti, in tertio mercatorum cultu insignes, ac breuibus omnes in occulto gladijs instructi considebant, occupata que, cæsis ab his custodibus, porta, cum ingenti equitum peditúmque copia ingressus est Archidux, ciuésque frustrà sese cum armis opponentes subegit. Ad huius stratagematis militaris nuntios millia fermè sexdecim hominum armant Gandenses, iísque Comitem Romontium & Insulensem D Castellanum præficiunt. Ferunt hunc partim à Gandensibus, dum in carcere nuper detinerent, Gandaui, partim ab Rege Franciæ ingentibus onustum promissis, vt à Maximiliano exortis ciuilibus discordijs deficeret: eúmque animi motum leuitate, Gandensis vrbis Præfecturam, ac defensionem Flandriæ suscepisse. Cùm igitur eas copias eduxisset Gandauo Romontius, nunc Brabantiæ fines, nunc Hannonię agros populationibus infestauit. Hęc dum geruntur in Belgio, vitam cum morte mutauit Ioannes Mouissartus, quem diximus à Pontifice Maximo Sixto Quarto datum Tornacensibus Episcopum: inque locum eius Antoniottus Palauicinus Genuensis ab Innocentio eius nominis Papa Octauo, qui mortuo Sixto Vniuersalis fuit Ecclesiæ caput, Augusto mense Neruiorum Antistes dicitur. Verùm is post breue tempus Cardinalitia ornatus purpura, & S. Anastasiæ titulo illustris, pedem nunquam in Belgium intulit, intereáque Ludouicus Potus annos aliquot Pontificem egit Tornaci. Ea tempestate non parum reuixit in Cysoniensi Monasterio vitæ religiosę

Bellum ciuile in Maximilianum exoritur. *Meiner. lib. 1. Oliuer. Marchan. lib. 2. c. 11. Vl'Hesberg. Heuter. lib. 2.*

Insigni stratagemate Teneramondam occupat Maximilianus. *Oliuer. Marchan. lib. 2. c. 11. Heuter. lib. 2.*

Comes Romontius in partibus Gandensium, quos ducit. *Marchan. d. l. Heuter. lib. 2.*

IOANNES MOVISSARTVS Tornac. Episcop. moritur. *T. bb. Tornac.* Ei succedit ANTONIOTT. PALAVIC.

ſplendor ac dignitas. Ea iam annis triginta tribus ac decem menſibus Antiſtite carebat Abbatia, qui domi cum Fratribus religioſam ducens vitam eos ad conſentanea inſtituto S. Auguſtini facta, virtutúmque lumina ſuo raperet exemplo. Tanta ſcilicet temporum intercapedine Simon Proyſiacus Tornacenſis Canonicus abſens id cœnobium adminiſtrauerat, eiúſque bonorum partem in ſuos vſus ſumptúſque deriuauerat. Igitur cùm tam diu per Antiſtitis abſentiam grauiter luxiſſet hoc Aſceterium, multámque feciſſet religionis iacturam: placuit tandem diuino Numini ſacrum huius loci agmen pijs oculis aſpicere. In eius enim Abbatem hoc anno lectus eſt Ioannes Salembien, vitæ puritate, morúmque elegantia, patrocinantibus. Et vix impoſitum ſibi onus hic capeſſiuit, cùm ad religionis virtutíſque propagandæ laborem conatus appulit. Eam in rem primùm viri aliquot doctrina, & moribus ſanctis inſignes è familia Dominicana Inſula ſunt euocati: ac quidam etiam è Phanopinenſi Monaſterio, admodum tunc florente, & Windecimenſi Congregatione accerſiti. Neque piguit Ioannem multum itineris vorare, vt Windecimum varijs fluminibus traiectis adiret, indéque ſuis leges ad vitam ſanctiùs agendam referret.. A B

Ioannes Salembien fit Antiſtes Cyſoniẽſis, idque Cœnobium erigit.
Mmr. MSS. C fan.

Verùm vt ad ciuiles Flandriæ motus reuertamur, Athi cùm eſſet Maximilianus magna ſeptus Belgij Nobilitate; multus ſecum agitauit, qui poſſet Aldenardæ oppido arcibúſque potiri. Erat alterius arcium Præfectus Gualterus Requemius ab eo nihil alienus. Poſtquam igitur hic Archiduci per fidiſſimum hominem ſignificauit, vbi cum peditum & equitum iuſto numero accederet, portam ab ſe apertum iri noctu: ſecundo Nonas Ianuarij Atho profectus, vtramque arcem & oppidum ſibi Maximilianus haud magna difficultate ſubdidit. Pulſique ſunt poſteà Franci omnes, qui Getardi Montem inſederant, indéque prædas agebant. Nienoua ſubinde, & aliquot alia loca Flandris erepta ſunt. Nihil propiùs aberat, quàm vt Gandenſes arctiùs conſtricti ad pacem animos flecterent. Verùm ſubmiſſa cum Creuecœurio ab Rege Franciæ ſubſidia rurſus eos in Archiducem Maximilianum erexere. Initio Maij copias adduxit Creuecœurius, multáque aduexit ænea tormenta. Vbi propiùs Tornacum militem machináſque conſtituit: in vrbem intromitti flagitauit: vtque id impetraret, Gandenſes per legatos egere. Verùm Tornacenſes omnem ei aditum præcluſerunt, ſatiúſque duxere, datam Archiduci fidem nullum in vrbem præſidium admittendi inuiolatam ſeruare. Cùm igitur arma tantùm pretio impetraſſet Creuecœurius, Deinſam primùm, dein Gandauum adijt. Secus Aldenardam quos Adrianus Raſſeghemij dominus Flandros ducebat, ex inſidijs adortus Ioannes Lannoyus Mingouallis toparcha, eiúſque oppidi Gubernator, fudit fugauítque. Et proximè Gandauum aliquot etiam Flandrorum millia cecidit Maximilianus: parúmque abfuit, quin vrbe potiretur. Ita nonnihil fracta Gandauenſium contumacia, in vicinis hic oppidis præſidia diſponit cum mandatis, vt nullam Flandris quietem concedant, eóſque frequentibus populationibus vexent. Ipſe in Gallo-flandriam ſe recipit. Hic dum pluſculùm moratur, Carolus Franciæ Rex à Gandenſibus impulſus, litteras ad Brabantiæ Hannoniæque Ordines mittit, quibus Archiducem Maximilianum grauiſſimæ in filium & Flandros iniuriæ ac ſeueritatis incuſat: ideóque tum minis, tum precibus vrget, ne quam ipſi opem, ne quos milites, armáue ſufficiant. Quid reſponderent, anxij erant Brabanti Hannonéſque: & ſatiùs arbitrati ſunt, priùs Regis litteras ad Maximilianum Duaci agentem mittere, quàm ſcripto Archiducem ſéque purgare. Acceptis Franci litteris Maximilianus vtriſque Ordinibus reſponſionem inhibuit, & mox ad Regem ita reſcripſit, vt innocentiam patefaceret ſuam; & ſignificaret, parui ſe minas generi pendere. Interim parum grata fuit Gandenſibus in eorum vrbe Creuecœurij commoratio, propter frequentes Francorum inſolentias, qui iam rapinis ac ſtupris multorum animos irritauerant. Mandatúmque eſt ipſi, vt ſuos in agrum Tornacenſem milites reduceret. Nulla fuit in eo mora. Relictis Gandaui maioribus tormentis, ſolutíſque Francorum nominibus diſceſſit. Diuiſa ſunt poſteà Gandenſium ſtudia; eorúmque multi pacis cupidine accendi cœpere. His animaduerſis Comes Romontius in Franciam occultè cum Creuecœurio ſeceſſit: ibique tandem inglorius mortem oppetijt, poſtquam tot AN. 1485. C D

Maximilianus Aldenardam intercipit.
Oliuer. Merchan. l. 2. c. 11. ſunilis tamen aliter, Heuter. lib. 2.

Creuecœurius cũ Francis aduenit: fruſtrà petit Tornacum ingredi.
Heuter. lib. 2.

Ioannes Lannoyus Flandros cædit: idemque facit Maximilianus.
Heuter. lib. 2.

Creuecœurius à Gandenſibus remittitur.
Heuter. lib. 2.

Ductorum Gandenſium alij abeũt, alij plectuntur.
Heuter. lib. 2.

A bellis sub Carolo & Maximiliano toleratis partas laudes & victorias infami rebellione obruit. Adrianus Rasseghemius, qui se quoque Gandensibus aduersum Archiducem Maximilianum hoc bello ciuili ductorem præbuerat, primò Tornacum Gandauo venit, deinde Insulam. Sed hic dum quietius agitat, nihilque mali suspicatur, ab Carolo Menneuillio Archiducis iussu catenis oneratur, & Viluordiam abducitur in custodiam. E ceteris Gandensium ductoribus Guilelmo Rimio, & Onredeno capita ferro abscissa. Ioannes Gruthusius Despierrij regulus, qui castrum Insulense Capitanei nomine hactenus insederat, acceptis ab Senatu tribus aureorum millibus, discessit, arcémque liberam reliquit. Factum breui posteà, vt Brugenses suam in vrbem Maximilianum insigni pompa & voluptate admiserint: & Gandenses ceterique Flandri bellorum pertæsi, pacem optauerint: eámque perlibenter concesserit Archidux. Inter alias eius leges, admissus vbique in Tutorem filij Maximilianus: ac decretum fuit, vt Insulæ rursus Diœcetæ peculij Principalis rationibus audiendis operam darent. *Pax Flandris conceditur.* *Lustera pariis. Marchant.*

B AN. 1486. Postquam subinde Gandauum magna iniit pompa Maximilianus, criminúmque veniam vrbis eius ciuibus impertiit, ac Philippum filium aliò in tutum dimisit: ad Germanicum iter se comparauit. Id cùm ingressus fuisset anni sequentis initio, ad patrem Aquisgranum intendit: adultóque Februario Electorum Francofurti Conuentum habentium calculis Romanorum Rex renuntiatus est; ac non multò pòst intra muros Aquisgranenses ea corona redimitus, quam olim Carolus Magnus gestauerat. Dum in Belgium inde reuertitur, Ioannem Lannoyum Mingouallis toparcham supremum Aulæ suæ Præfectum nominat. Vix in Belgium pedem intulerat, cùm Balduinus Lannoyus Gallo-flandriæ & Buccinij Gubernator, in eius gratiam restituitur. Id quomodò fuerit factum, haud priùs arbitror litteris tradendum, quàm eius abalienationis causam perscripserim. Balduini apud Maximilianum auctoritas inuidia stimulante plerosque transuersos egit. Igitur eum apud hunc Principem calumnijs ij grauibus onerauere, quasi tum Francis cōsilia misceret patriæ, & *Maximilianus Rex Romanorum creatur.* *Marchan. l. 2. Molinet Mss. Barlād. Oymer. Heuter. alij.* *Cum eo in gratiā redit Molembaisij regulus & Gubernator Gallo-fland.*

C Archiduci aduersus. Erat tunc Soltræ Balduinus ab Aulá procul & Gallo-flandria, propiùs fines Francorum: vnde plus suspicionis sumeretur. Iis motus Maximilianus accusationibus, ipsi Aula & cōspectu suo perpetuùm interdicit. Perculit Lannoyum, quamuis innocentia fultum, iracundia Principis, multáque: nec facilè poterat instructas sibi calumnias decoquere. Ergo per literas & amicos Archiducem flagitauit, vt locum sibi, auréſque purgando concederet. Datum tandem, vt vel Bruxellis prò se diceret, vel Mechliniæ. Et commodùm ab Germania paullò pòst Maximilianus Regis Romanorum titulo illustris sese retulit. Igitur multa septus Equitum Aurei Velleris (quem Ordinem ipse priùs fuerat assecutus) & amicorum copia, Bruxellas Balduinus adiit; ibíque obtenta facultate coram Cancellario causam dicendi; constituto sese stitit tempore. Aderant ei Ioannes Lannoyus Abbas Bertinicus, & Velleris Aurei Cancellarius, ceterique Lannoyani nominis, Fiennesus, ac Bossutus, Aurei Velleris torque insignes, Mingouallius Palatio Regio Præfectus, Roubaisiæ & Brimæi toparchæ, Sanctius, Eestreesius, Melunius, ac Fontanus. Et mox superue- *Molinet. to. 1.*

D nit cum Chimaio, Sampiaco, & Equitibus aliis Philippus Cliuius. Ea circumdatus Illustrium Virorum corona, multum animi sumpsit Balduinus, ac disertissimó Lannoyanæ domûs in Burgundicos Duces officia, fidémque sermone explicuit. Dein vitam ab se semper incorruptè, & magna in Principes obseruantia traductam ostendit. Illud denique subiecit, vbi quisquam sibi de vita, moribus, ac fide litem intenderit, multa sibi suppetere, quibus innocentiam tueatur. Ac tum Lannoyæ regulus, qui etiam aderat, obtenta loquendi venia, pro Balduino grauiter Cancellarium affatus est: Siquid peccàtum ab eo quispiam perspexerit, castigaturum se pro meritis: cùm verò nihil fuerit ab quopiam animaduersum, id se vehementer postulare, vt pristino Rex eum loco habeat, eiúsque famæ consulat. Et tantùm valuit Balduini innocentia, & Lannoyj flagitatio, vt Rex eum absoluerit, & in conspectum Aulamque admiserit.

Vbi posteà venit in Flandriam Maximilianus, apertè bellum Creuecœurius Belgis *Bellū à Francis in Belgas renouatur.*

Io. Molmet. to. 2. Heuter. lib. 2. Locrius.

A

intulit, Carolo Rege dissimulante. Et passi hincab eo damni multum fines Flandrorum, illinc Hannoniæ agri. Nihilo plus à Belgis armorum quieti est indultum. Maurerania Francos expellit Montignius Seoti cuiusdam opera. Bertoldus Louaniensis Honnecuria (Honulphi cortem veteres vocabant) eiusdem gentis præsidium arte militari, vique armorum eiicit. Contrà, qui Francorum Sclusam in agro Duacensi, loco depresso, & palustri sitam occupauerant, incommodi multum damnique vicinis afferebant frequentibus excursionibus.

Sclusa Frãcis eripitur, & ab iisdem recipitur.

Molmet to. 2. Heuter. lib. 2.

Id animaduertens, dolénsque Hellinus Dezius, magnam villaticorum hominum copiam contraxit, quibus ligones & aratra, quàm iacula & arma, erant chariora, & vsitatiora. Nihilominus ea sępius manu per insidias id oppidulum inuadit, occupátque. Eius facinoris nuntio lætus Sampij toparcha, magnum extemplò militum agmen cogit, eíque tormenta muralia, & puluerem subministrat. Verùm hi dum iter faciunt, Franci dolore intercepti oppiduli grauiter perculsi, è vicinis præsidiis ad equites septingentos, & peditum quatuor millia conueniunt, eósque Geyus Franciæ Mareschallus machinis ęneis, & multa vi pulueris tormentarij, scalísque instructos celerrimè Sclusam rapuit vigesimo primo Iunij die. Media nox erat, cùm eo peruenere. Igitur extemplò

B

fasces plurimi fossis implendis comparati: disposita certis locis tormenta: exortóque die ab sexta in vndecimam horam verberati ferreis glandibus muri. Ex aduerso, nihil erat intus machinarum, pulueris, annonæ: & rusticos parum armis assuetos animi deficiebant. Igitur Hellinus aduenientis ignarus subsidij, cùm facilè perspiceret imparem se Francorum viribus, & insultibus tolerandis: priusquàm Belgæ propinquarent, deditione locum deseruit, suam suorúmque vitam pactus, & armorum ac impedimentorum asportationem. Sed receptam Franci Sclusam indignabundi flammis cremauere.

Salezarus Teruannam capit.

Molmet. to 1. Heuter Locr.

Post breuetempus Duaco Salezarus manum aliquam militum educens, ad Morinos occultè intendit: & furto bellico Teruannam Francis eripuit.

Fredericus Imp. in Belgium venit.

Molm Heuter.

Iulio mense in Belgium venit Fredericus Imperator Maximiliani Regis parens, ab eóque exceptus est magna cum voluptate, & honorificè Louanij, Bruxellis, Mechliniæ & Antuerpiæ cultus.

C

Lendium & castella quædam Francis eripiuntur.

Molm. Heuter. Philip. Meier.

Nouus deinde miles Belgicus Cliuio, Nassauio, & Chimao ductoribus in agmen coaluit: qui postquam commeatum in laborantem vrbem Teruanensem intulit, Lendium in reditu obsedit, idque breui tempore cum aliquot vicinis castellis subegit magno Gallo-flandriæ commodo. Sed illo tempore cùm iis se copiis iunxisset, Maximilianus Rex ingens adiit periculum, eiúsque consilia non parum perturbata fuerunt, Heluetiis, quos in castris habebat, ad Francos deficientibus. Cùm enim ij desperassent viuum hunc in Franciam asportare, velut auro corrupti facturos se Franco promiserant, conuasatis rebus omnibus occultè fugam arripuere. Igitur Maximilianus exercitum legatis committens Insulam venit.

A Belgis frustrà bis tentatur Quintinopolis.

Heuter. lib. 2.

Bis posteà tentatum est à Belgis per insidias D. Quintini oppidum. Prior eò noctu copias duxit Montignius: & iam superatis nando fossis muros adscensu prendebat, cùm detectæ sunt insidiæ. Secutus altero tempore Maximilianus, ad resistendum parata sensit omnia, ob iuuenis transfugium, qui aduentum eius hostibus indicauerat.

Fredericus è Belgio discedit.

Tribus fermè in Belgio exactis mensibus, in Germaniam Fredericus Imperator remeauit, Ioanne Lannoyo Mingouallis toparcha Regis iussu ad extremos vsque Belgij fines comitante.

D

Teruannæ laboranti succurritur.

Adibat interim periculum Teruanna omni ferè commeatu destituta, Creuecœurio itinera occupante. Verùm coactis aliquot equitum ac peditum millibus, eò Maximilianus viam maturauit, multósque currus immisit rebus omnibus ad vitam & defensionem necessariis onustos. Tentauit tamen denuò

AN. 1487.

per anni sequentis Februarium eam vrbem Creuecœurius: actúmque de ipsa fuisset, nisi nouum Belgæ commeatum in tempore importassent.

Comes Romonij decedit.

Heuter. lib. 2.

Interim Iacobus Sabaudus: Romontij Comes, ac Insulensis Castellanus etiamnum Maximiliano aduersus apud Veromanduos è viuis tollitur, tantò maiori dignus vituperio, quantò plus eum Carolus Burgundię Dux, & Maximilianus prouexerant inter Aurei Velleris Equites adlectum.

Eius coniux Maria Francisco Bourbonio nubit.

Vanderhar. l. 2. de Cast. Insul.

Eius coniux Maria, quæ S. Pauli Comitatum aliásque ditiones quàm plurimas & Castellaniam Insulensem in dotem ei tradiderat, vix tunc octauum & decimum vitæ annum inchoauerat. Quòd vnius tantum filiæ cognominis mater esset,

non

A non multis diebus interiectis, cum Francisco Bourbonio Vindocinensi Comite secundo se nexuit matrimonio, ex eóque mares quatuor, fœminas duas suscepit; quorum maximus natu Carolus, in quem primùm Ducis Vindocinensis collatus est titulus, è Luxemburgia in Bourbonicam domum Insulensem traxit Castellaniam. Verùm vt ad cœptam rerum bellicarum narrationem reuertamur, in Artesia D. Audomari vrbem Creuecœurius intercipit, parato ad fluminis incursum aditu: totusque rursum Teruannæ imminet. Hîc iam ad felium esum muriúmque ob annonæ penuriam res venerat. Ergo Maximilianus in Zelandiam profectus, Cliuio, Nassauio, & Balduino Burgundo mandat, vti cum milite commeatus importent. Factum ab his properè ac fortiter quod iubebatur. Multi generis ea vrbs commeatu recreata, nouóque firmata præsidio est. Id cùm ægerrimè ferret Creuecœurius, quem ingens desiderium incenderat eius loci Belgis eripiendi, ad dolos se conuertit. Igitur Haubourdinij Crucisque nobilium in Gallo-flandria vicorum dynastæ, qui tunc præerant vrbi Teruannensi, artibus eius decepti (cùm ipse Maximiliani nomine litteras

Audomaropolis à Creuecœurio capitur.

Molin. Heuter. Locrius.

Belgæ Teruannæ succurrunt.

Iidem

Eam paullò post Franci intercipiunt.

Iidem.

B adulterinis characteribus exarasset, ac mentita huius legatione omnia vrbis secreta pernouisset) occupata per insidias, & vigilum negligentiam vrbe, capiuntur summo Maximiliani dolore, magnóque famæ suæ dispendio. Et non multò pòst etiam astu militari Creuecœurius Philippum Cliuium, Balduinum Lannoyum, aliósque viros nobiles in grauissimum vitæ periculum adduxit. Miserat is ad Balduinum Lannoyum Gallo-flandriæ Gubernatorem virum quemdam mira imbutum arte simulandi, multáque vi persuadendi præditum. eíque dederat in mandatis, vt Balduino significaret, Franciæ Regem procul abesse, bellis occupatum Britannicis; in Picardia & Artesia multò pauciorem solito militem esse: ideóque bellis furtis pleraque videri opportuna vtriusque regionis oppida, castráue. Vt Bethunia in primis intercipiatur, sese ducem præberet. His auditis, Balduinus ad Cliuium aliósque proceres refert. Nullum eorum doli suspicio inuasit. Quintus ac vigesimus Iulij dies profectioni indicitur. Interim occultè Creuecœurium negotij ex animi sententia conficiendi proditor monet. Belgæ multum per Gallo-flandriam è præsidiis militem cogunt. scalas,

Et Belgas ad Bethuniam ex insidijs cædunt.

Heuter lib. 2. Locrius.

C funes, lembos, machinas, & reliqua expeditioni necessaria comparant. Ex aduerso, Creuecœurius nouum militem Bethuniæ imponit. Igitur cùm tempus proficiscendi aduenit, Belgæ rebus omnibus instructi, viam occultissimis itineribus faciunt. At Creuecœurius nihil omittendum ratus, quò plus damni Belgis afferret, proximè Bethuniam locis septem maximè idoneis insidias collocat. Iam noctis medium trāsierat, & tertia ferè imminebat hora, cùm nostri oppido propinquarent. Verùm dolo Creuecœurij vnà tunc & Franciscani ad cantum nocturnum nola signum dedere, & horologij publici campana duodecies insonuit: vt plus temporis Belgę rebus conficiendis superesse arbitrarentur; ac interim proditores eorum sese oculis eriperent. Summo itaque silentio cùm nullus ductorum ampliùs comparet, seni nobiles viri cum aliquot militibus scalas, funes, cymbásque ferentibus, ad tentandum in arcem aditum mittuntur. Hi dum propius ad fossas accedunt, fortè rusticus eis occurrit, qui Francicarum sese partium professus, Ecquid vos, inquit, rerum hîc agitis, cùm

D Creuecœurius collocatis circùm mille sexcentis equitibus insidias Belgis struxerit, qui Bethuniam intercepturi adueniunt? An vos etiam in partibus Francorum? Hæc rustici verba nobilibus viris stuporem iniiciunt, & mox ipsi funibus eum vinciunt, ad Cliuium infecta re tracturi. Constans semper ea vox hominis fuit, paratas Belgis ad oppidum insidias. Et cùm de horis, ductorum fuga, nullóque adhuc dato prodendi oppidi signo secum reputant proceres, facilè totum fraudis negotium suspicitur. Præualuit nihilominùs ea sententia, quoniam sine magno periculo discedere non liceret, propter occultas insidias, aciem in conspectum oppidi ducendam esse. Verùm vix aliqui præmissi, cùm subitò Franci è latebris erumpunt: adeòque Belgas adorti sunt, vt quamuis hi fortissimè rem agerent, eorum tamen quamplurimi cæderentur, in manus hostium Nobiliores viri venerint. In his præsertim eminebant Geldriæ Dux Carolus Egmondius, Nassauius Comes, Bossuti, Mastaingiæ, Foresti, Mourbecæ reguli. Ceteros turpis fuga in Gallo-flandriam partim Insulam, partim Dua-

cum

cum retulit, quos vnà pudor, metus, & vulnera fauciauerant.

A

Gandenses ad rebellionem impelluntur. *Heuter. lib. 3. Massæus l. 20. Vvassebourg.*

Intereà loci Gandenses quidam, primùm occultis sermonibus de bello Regi Romanorum inferendo agitant: & mox etiam publicis iactant vocibus, repetendas ab eo rationes tot millium aureorum, quæ breui spatio consumpserat: omninóque negant ferendum, vt maximo patriæ dispendio ac dedecore, Germanos Belgicis pecunijs oneret, eósque ad Præfecturas nobiliores euehat. Addunt insuper ipsum nihil eorum præstare, quæ composita Gandaui pace factum se promiserat: quasi ex condicto violatam nuper quietem armorum, quam is anno millesimo quadringentesimo & octogesimo secundo pepigerat, vti belli specie plus auri à Belgis, ac præcipuè Flandris, exprimeret. Vix tantum pecuniæ subsidiariæ à Philippo eiúsque filio Carolo tota vitæ ipsorum intercapedine consumptum fuisse, quantum hic vnicus breui spatio deuorauerit. Nullam interim iustitiæ operam dari per Flandriam; in exercitu nullam seruari militiæ disciplinam; Bruxellis Germanos in otio agere, nihil hospitibus persoluere, dira quæque minitari. Ad hæc plena calumniarum priuatim publicéque serenda, Gandenses à tribus præsertim viris, Adriano Liekerckio, Adriano Rassegbemio, quem Liekerckius è Viluordiensi arce nuper extraxerat, & Ioanne Coppenolio, quem Franciæ Rex ad res turbandas è Francia remiserat, admodum impellebantur.

B

Maximilianus pro renouanda pace Gallica laborat. *Heuter. l. 2.*

Adrianus Liekerckius Cortracum Maximiliano eripit. *Heuter. l. 3.*

Alia interim Maximilianum studia distinebant. Is enim quamuis hos Gandensium sermones, & ad rebellionem stimulos acerbissimè ferret; quia tamen Francico bello implicabatur maximè, tantisper dissimulandum arbitratus est, donec sibi occasio Gandenses vlciscendi præberetur. tantúmque Belgij Prouinciarum Ordines Brugis Conuentum habere iussit, vt rationes inirent, quibus pax rursus cum Francis coalesceret. Verùm hi cùm ea in vrbe omnem adhibent laborem, vt pacem cum Gallis resarciant, dein Gandensium cum Principe discordias opprimant: in vrbe Gandensi homines factiosi spretis ipsorum sapientibus consilijs, Adriano Liekerekio animos faciunt, vt primus aliquo facinore in Romanorum Regem bellum ordiatur. Is ergo raptis occultè tribus hominum millibus Cortracum aggressus est anni proximè secuti Ianuario. Et quamuis initio fortiter repelleretur, cæsis tamen aliquot ciuibus, ac ceteris in vrbem, vnde parùm prudenter ad vim reprimendam eruperant, sese fuga recipientibus, vnà se miscuit, totóque agmine locum obtinuit. Vix tantum temporis datum Bailliuo Cortracensi, ac Estreesi domino, vt auersa porta euaderent, & Insulam eius facinoris nuntij accurrerent. Qui confugerant in arcem, die sequenti Barrius & Heula paruo septi præsidio deditionem fecere. Vtrique permissum in vrbe remanere, si Archiduci Philippo, & Gandensibus sacramentum dicerent. Barrius id facere abnuit, & mox discessit. Heulla se Archiduci & Gandensibus obstrinxit, ideóque arci præfectus est. Ad primos intercepti Cortraci nuntios hinc magnus timor Insulenses ac nominis Insulani pagos propter viciniam perculit: illinc grauiter incanduit Romanorum Rex. Et protinus ab hoc mandatum Philippo Cliuio est, vt aliquam secum eò militum copiam traheret, oppidúmque recipere moliretur, aut in arcem præsidium induceret. Verùm is cùm viam maturasset, vbi conspexit castro iam dedito sese tardiùs aduenisse, Ipras versus militem duxit, vt eam vrbem aduersus hostem defenderet. Ibi tamen omnia nihilo pacatiora reperit. Iam enim ciues cum Gandensibus sentiebant: & cùm Cliuius ingrediendi facultatem Maximiliani nomine flagitaret, portam nullus aperuit. Igitur vehementer in Gallo-flandria tam vicinis hostibus trepidari cœptum est, quam vnà ex Artesia Franci quotidianis incursionibus infestam babebant. Affulsit tamen breui pòst aliqua spes Cortracum recuperandi. Etenim magna inter Heullam & Liekerckium exorta est contentio, quando Liekerckius tractis in potestatem castri tormentis, etiam Heullam sibi subijcere aggressus est. Statimque offensus Liekerckij conatibus, occultè ad Regem Romanorum Heulla perscripsit, in arcem se ducentos & quinquaginta pedites recepturum, si ocyssimè ac furtim hos miserit. Et huius Regis vexillum exposuit, quamuis octodecim tantùm viris ad defensionem sepiretur, nullaque baberet ad vim arcendam tormenta. Verùm spes ea subitò est oppressa. A Brugensibus

C AN. 1488.

D

Iprenses à Maximiliano ad Gandenses deficiunt. *Massæus, Heuter. l. 3.*

Frustrà Cortracensem arcem Maximiliano restituere Heulla contendit. *Heuter. l. 3.*

A gensibus enim vetitum, ne quis ex eorum vrbe, vnde aliquos mitti Rex mandauetat, discederet, Cortracúmque peteret. Adeóque atcem Liekerckius machinis concussit, vt perrupto tandem muro expugnauerit, ac cæsis defensoribus alijs, Heullam quoque ex vulnete in cubiculo iacentem in oculis vxoris ferro confoderit.

Paucis inde diebus Februarij mensis initio Insulensium, Duacensium & Orchiacensium legatis cum aliarum Belgij Prouinciarum Ordinibus adhuc Brugis apud Maximilianum agentibus, leui de causa Brugenses aduersum hunc atma corripiunt. Exiguo milite fuerat stipatus, cùm vrbem hanc ingressus est Maximilianus, vti de pace cum Francis instauranda, Ordinum consilia sententiásque exquireret. Eorum tamen impulsu, qui odio eius ardebant, ita Brugenses in ipsum commoti sunt repentè, vt in armis forum occupauerint: quòd spargeretur in perniciem ciuitatis cum eo militem venisse. Auxitque vehementer motum Germanicus miles, propter publicum vrbis ædificium in aciem sese componens Sorrani Comitis adhortatione, hastásque nunc erigens, nunc inclinans vibrânsque militaris exercitij causa. Quamuis
B enim ab eo nihil hostile susciperetur, extemplò tamen ciues conuertenda in se atma crediderc: indéque per summam perturbationem clausæ sunt omnes fori tabernæ, ac subitus terror omnes oppidanos egit in fugam. Coacta mox in armis opificum quinquaginta ferè collegia: vnáque vox in fori aream concurrentium, & sese curribus illic ac tormentis æneis munientium fuit, vt rationes tributarum Maximiliano pecuniarum exigeretur diligenter. Quæsiti postridie ad quæstiones & cruciatus omnes Romanorum Regis ministri, à quibus ex pecuniæ fuerant administratæ: cunctique ciues animos obstinauere, haud priùs ab armis & foro discedere, quàm ij in custodiam truderentur. Nouas subinde faces huic furori subdidit duarum Æthiopissarum in Comitis Sorrani familia degentium temeraria excogitatio. Cùm enim ex falsò apud aliquas mulieres sparsissent, breui Antuerpiensem Marcgrauium copias castigandis Brugensibus adducturum; hæque istud mendacium latiùs, vt fit, illicò vulgassent: quod illæ tantùm ad sedandum iniecto pauore tumultum finxerant, fa-
C ctiosi homines id, vt verum, & hauriendo ciuium sanguine decretum, arripuere scilicet. editóque mox ingenti speculæ campana signo, in armis omnes ad Regis hospitium prouolauere, cùm vt ipsum, tum vt alios, qui circumsisterent, ac defenderent, per iram aggrederentur, perimeréntque. Auersus tamen ab Regis procerumque capitibus is furor Vtkercani, vrbanæ militiæ Præfecti, blandis sapientibúsque sermonibus: ac tantùm apud Regem collocata est ciuium custodia. Verùm allatæ Nonis Februarij Gandensium litteræ Brugis omnia denuò perturbauere. His iubebant factiosi Gandenses, vt arctissima Brugenses custodia Regem attinerent, profúsque operam darent, is ne vnquam effugeret. Igitur hic iussus in forum pedibus progredi, in domum Craneburgiam foro imminentem, quasi in angustum carcerem compingitur, ac frequenti seruatur ciuium vigilia. Parum tamen hæc votis Gandensium respondebant. Voluissent ij apud se custodiri arctiùs. Et qui sibi eum tradi peterent, Brugas misere. Vbi non impetrant, saltem auctores fiunt, vt in Cliuiensem domum ferreis obseptam clatris retrudatur, plúsque vigilum istic obseruet.
D Detractique ab huius lateribus Nobiles ac proceres abducti sunt Gandauum in carcerem, in quibus è Lannoyana Gallo-flandriæ familia Ioannes Abbas Bertinicus, & Mingouallis toparcha fuerunt. Hæ aliæque tam graues in Regem factiosorum hominum iniutiæ primò Philippum Archiducem, dein Brabantiam, Ducatum Luxemburgensem, Hannoniam, Namurcensem Comitatum, Gallo-flandriam, aliasque ditiones eiusdem Archiducis vehementer ad vindictam impulere. Statímque ab his omnibus in rebelles coniuratum est, omniáque promissa, vt Maximilianus è custodia extraheretur. Interim rursus eum Francis qualicumque modo pax coaluit, eáque promulgata passim est. Et iam Philippus Cliuius è Sclusa, Carolus Saueusius ex oppido Hulstano aduersus Brugenses & Gandenses bellum gerebant. Nihil contrà priùs armis tentandum Ordines Prouinciarum censuere, quàm de Regis liberatione Conuentus haberetur, ad quem Gandenses, Brugenses, ceterique Flandri legatos mitterent: idque vt fieret, tum legatione, tum litteris Imperator Frede-

Brugēses cōtra Maximilianū tumultuantur.
Molinet to. 1. Heuter. lib. 2. Oliuer. Marchan. lib. 2. c. 13. M. Jans l. 10. Core.

Eumque in custodia detinent.
Iidem auctores. VVassebueg. Locr. Philipp. Meier.

Aduersus Brugenses & Gandēses pro Maximiliano bellū decernitur.
Iidem auctores.

ricus flagitauerat. Et grauiter Summus Pontifex Flandros epistola incessit, vt Maximilianum in libertatem restituerent, nisi mallent anathematis fulmine afflari, dirisque constringi. Conuentum igitur non multò post Paschatis festa Gandaui est (alibi enim à Gandensibus aliisque Flandris vt haberentur Comitia, impetrari non poterat) quò suos Prouinciarum Ordines legatos miserant: & tandem in aliquas leges ita pax composita, vt Romanorum Rex è custodia in libertatem omnibus consentientibus assereretur. Vbi verò Maximilianus libertatem assecutus est, & in tutum se recepit: parum multis Belgarum extortæ per vim pacis conditiones placuere, quòd earum pleræque multum Regiæ Maiestatis detererent. ideóque hi ad belli Flandris inferendi studia feruenter incubuere. Idem ardor Maximilianum eiúsque filium Archiducem corripuit. Cùm igitur passim per Flandriam pax fuisset proclamata, in alijs regionibus eam publicari vetitum fuit. Ac mox palàm in Flandros armis sæuitum. Venit tunc in partes filij Fredericus Imperator magnum ab Germania ducens exercitum: ac præsertim Brugenses, & Gandenses infestos habuit. Ne copijs huius ac Regis Romanorum impares essent Flandri, non modò ij supremum sibi ductorem Philippum Cliuium (qui Romanorum Regi grauiter ob violatas pacis nuper initæ leges succensebat, eiúsque sacramento liber Gandaui agebat) legére: verùm etiam ad Regem Francorum, & Creuecœurium misere, qui Francica impetrarent subsidia. Non defuit Flandrorum petitioni Carolus. Et confestim eius mandato Creuecœurius Castrorum Præfectus aliquot millia hominum armauit, quæ partim Gandauum transmissa, partim ab eo retenta, vt Gallo-flandris, eorúmque vicinis ingrueret. Primum ab eo Lendiense castrum, & aliæ quædam arces minùs hostium ferendis viribus idoneæ, diruuntur. Eodem impetu Basseense propugnaculum muris nudatum est. Dein secundùm Lisam fluuium copiæ Francorum deductæ, vt insidentes ripis arces pari clade opprimerent, vnde grauia Burgûdi Belgæque damna tum Francis, tum Flandris inferebant; & commeatus Gallo-flandrorum intercipere- rent. Erat interim frequens Menenis Maximilianus, quò multos currus commeatibus onustos duci curauerat. Inde Gallo-flandris, iisque Flandriæ locis, quorum potiebatur, prouidebat. Et postquam per suos Deinsam ab hostibus firmiter munitam mediæ noctis tenebris occupasset; de Cortraco intercipiendo, vel obsidendo, dein tentandis Ipris, cogitauit, quò magis Insulensibus caueret. Pars eorum, quos Chieurius, aliique viri nobiles ex Hannonia & aliunde subsidio Regi adduxerant, Ipras missi. Verùm ijs ciues animaduersis è mœnibus aliquot machinas æneas iniecta flamma exonerant; ipsósque porta cum præsidio effusi retrò agunt pugna grauì commissa. Vix redierant Menenas ad Regem Hannones sociíque, cùm Iprenses octingentos equites intra muros recipiunt. Igitur Maximilianus his acceptis nuntijs Insulam venit, eodémque totam traxit Germanicam Nobilitatem, ac Belgarum præcipuos. Eum iucundè & honorificè Insulenses exceperunt, ipsique ac filio sese iureiurando rursus obligauere. Ad huius vrbis tutelam consueto arcis præsidio centum ac viginti milites adiuncti sunt. Ausi tunc aliquot Franci Atrebato profecti Duacensem agrum penitiùs ingredi. Ab his clades illata Estreensi castro, idque vi captum & flammis haustum est. Contrà, Foresti dominum ingens ardor animi ad facinus magnum impulit. Is trecentos Duaco viros eduxerat spe concepta per furtum bellicum Bapalmis potiundi. Verùm viginti circiter in murum noctu euadentibus, subitò præsidium ciuésque ad arma consurgunt. Igitur cùm frustrà ceteri conscendere certarent, multísque vulneribus afficerentur; Forestius eos Duacum spe sua deiectus reduxit. Euentu feliciori Gandenses Helchinij castrum ad Scaldis ripam tentant. Erant illic aliquot milites præsidiarij, quos spes noui subsidij ad tolerandam obsidionem erexit. Sed aliorsum omnia cecidere. Qui veniebant auxilio, pars casu in flumen Scaldim demersi sunt, pars fugam capessere coacti. Ita paucis ab hostibus arx ea subacta, quæ Gallo-flandris ob viciniam plurimum damni pareret. Hæc inter Philippus Cliuius nunc in Brabantia, nunc in Flandria, nunc in Namurcensi Comitatu varia Regi oppida eripiebat, leuibúsque prælijs cum eius copijs manus conserebat. tantúmque his factis apud Flandros auctoritatis comparabat, vt hi

summis

Marginal notes:

A (beside "milianum in libertatem restituerent")

Maximilianus è custodia mittitur. *Iydem auctores.*

In Flandros à Maximiliano, Imperatore, & Prouincijs bellū suscipitur. *Iydem auctores.*

Flandris hoc bello præest Philip Cliuius, & Franci auxilio veniunt. *Molinet, Heuter. l. 3.*

B (beside "huius ac Regis Romanorum")

Maximilianus hæret Menenis. *Heuter. lib. 3.*

C (beside "tibus onustos duci curauerat")

Deinsam per suos capit. *Heuter. lib. 3.*

In vanū tētat Iprenses. *Heuter. lib. 3.*

Insulam venit.

Arx Estreensis à Francis comburitur. *Heuter. l. 3.*

D (beside "facinus magnum impulit")

Forestius frustrà Bapalmas intercipere conatur. *Heuter. lib. 3. Philipp. Meier. Locrius.*

Castrū Helchiniense capiunt Flādri. *Heuter lib. 3.*

A summis eum laudibus efferrent, ab eóque toti penderent. quamquam is apertè vulgaret, Archiducis Philippi rebus hoc se bello studere. Creuecœurius Ipras peditum quinque millia perduxit, & lancearios equites sexcentos. Motis inde castris, Gallo-flandriam versus iter conuertit. Vbi fluuium Lisam superauit, primam sensit obsidionem castrum Wautinium. Firmum tunc id erat, & facilem accessum palus prohibebat. Præerat intus præsidio Moriauus Gersius, belli artibus insignis. Igitur cùm nequiret Creuecœurius dolo arcem subigere, aut promissis præsidium educere: ad vim & oppugnationem se suósque conuertit. Disposita certis sunt locis muralia tormenta. His accenso puluere increpantibus, trecenti circiter murum ferrei globi concutiunt: trésque dies ac noctes nulla obsessis concessa quiete, vnà terror & impetus grassantur. Ibi Moriauo animus tandem cecidit, ac tertio die is cum Creuecœurio colloqui cœpit. Verùm sibi tantùm hostis beneuolentiam conciliauit, suámque lætis conditionibus libertatem obtinuit: vt sese dederent locúmque, præsidiarijs auctor fuit, & quibus possent legibus, cum hoste paciscerentur. Ita Creue-
B cœurius, vbi loco potitus est, præsidiariorum plurimos è furca suspendit: in Regis Franciæ militiam obligatum sacramento Moriauum recepit. Sed hic non multò pòst perfidiæ in Regem Romanorum suósque crimen capite luit Cameraci. Traxit deinde copias ad castrum Rosimbosium Creuecœurius: idque multis quassum tormentis per deditionem suæ potestati subiecit. Eas ob res magnus Gallo-flandriam metus commouit; quòd eo tempore horrea frumento abundarent; negotiatio conticesceret; ditionis Nobilitas varias in partes studiáque spargeretur: contrà, nondum Francis liberum iter in Flandriam pateret; ipsi tamen magna cupidine arderent Flandros subsidijs & commeatibus iuuandi; idque palàm Creuecœurius se facturum minaretur. Itaque post aliquot Gallo-flandriæ Ordinum Conuentus, ipsis denique Gallo-flandris placuit cum Creuecœurio in colloquium descendere, ac rationes aliquas inire, quibus armorum quies impetraretur. Eò missi ad eum sunt è singulis Ordinum membris legati aliquot. Postquam conuentum Waurinij fuit, Creuecœu-
C rius constitutum sibi esse patefecit, quæ possit ad Flandros (quibus Franciæ Rex fauerent) cuncta subsidia deferre. nullo per Gallo-flandriam maleficio militum iter se facturum, si libertas transeundi concedatur. Vbi commeare prohibebitur, & auxilia in Flandriam portare: omnes se conatus adhibiturum, vt vi perrumpat. Eò nulli parsum iri vel mortali, vel pecori: omnia per agros vicósque castra, & oppida, quæ obsistent, prædationibus & incendio corrumpenda. Vtrum mallent, ipsi eligerent: suísne rebus pacificè frui, concesso itu reditúque; an negato, ruinis inuolui. Quod priùs volebant, his auditis legati ardentiùs hausere: statímque trium Gallo-flandriæ Ordinum nomine in pacem anni millesimi, quadringentesimi & octogesimi secundi consensum est. Igitur Francis fide publica facultas concessa est liberè per Gallo-flandriam meandi, & quæ vellent in Flandriam portandi: contrà, Gallo-flandris data potestas eadem fide merces è finibus suis euehendi, alióque tutò deferendi; aut quæ vellent petendi aliunde, inferendíque domum; quos habebant in Flandriæ Comitatus Membris, redditus censúsque percipiendi: dummodò nihil armorum, commeatuum, ac virorum Regi Romanorum eiúsque filio Archiduci suppeditarent, ar-
D misque ipsi contra Flandros abstinerent. Quòd eo de Conuentu, colloquio, fœdere, ac viris ab Ordinibus Gallo-flandriæ legatis alij aliter narrent, qui Belgij res libris tradidere: placet hoc loco tabulas repræsentare, quibus hæc omnia paullò latiùs ijdem Ordines complexi sunt.

Ecclesiastici, Nobiles, Respector, Maior, Scabini, Consilium, & Communitates Vrbium & Castellaniarum Insulensium, Duacensium, & Orchiacensium, omnibus has literas inspecturis Salutem. Cùm post varios Conuentus & colloquia illinc à toparcha Esquerdio Franciæ Mareschallo, ac generali per Artesiam & Picardiam Regis Domini nostri Vicario, vel Legato, eiusdem Regis nomine; hinc à nostris legatis, eum in finem habita fuerint: vt aliqua denique pax & amicitia cum dicto Rege Domino nostro, eiúsque regno, ditionibus, ac subditis conciliaretur ijs legibus, in quas anno 1482. Decembri pacta fuit belli quies Atrebati: ac iam inter Franciæ nostrósque legatos in capita quædam & articulos fuerit

Creuecœurius Gallo-flandriam intrat.

Iean. Molinet. Heuter. l. 3.

VVaurinienſe castrum deditur.

Ijdem auctores.

Itemque arx Rosimbosia.

Gallo-flandri cum Creuecœurio paciscuntur.

Molinet. literæ Ordin. Gallo fl. Heuter.

Iean. Molinet. Heuter. l. 3.

Tabulæ fœderis inter Creuecœurium & Gallo-flandros initi.

conuentum, eáque omnia hunc in modum litteris sint mandata: Dominus Esquerdius Franciæ Mareschallus, ac Regis per Artesiam & Picardiam generalis Vicarius, eiusdem Principis nomine, Prælatos, Ecclesiasticos, Nobiles, Vrbium & Castellaniarum Insulẽsium, Duacensium, & Orchiacensium incolas in pacis leges mense Decembri anno 1482. Atrebati conscriptas admisit, admittitque, ijs vt omnibus fruantur, siue factorum abolitionem, in bona regressum, mutuam consuetudinem, ac negotiationem spectent; siue ad dictorum incolarum priuilegia referantur. Et quia post violatam anni 1482. pacem, inter Romanorum Regem Archiducis Philippi Austriaci patrem, ac tria Flandrici Comitatus Membra, quibus posteà sese Philippus Cliuius, Louanienses, Bruxellenses, Neueliani, aliíque adiunxerunt, ac quibus etiam Rex auxilia fauorémque suppeditat, graue bellum exortum est; Insulenses, Duacenses, & Orchiaceni, quantum in ipsis situm erit, operam dabunt, vt inter eos natæ discordiæ exstinguantur; ipsi nihilominùs rescindendis omnibus bellorum occasionibus, ab hoc die neutrius sese partis bellicis rebus immiscebunt, eorúmque neutris fauorem, auxilium, viros, pecuniam, commeatus, aliáque sufficiente: nulla etiam ijs subsidia subministrabunt, qui partes alterorum bello sequentur. Ipsis interim dictis incolis liberum erit proficisci, annonam sibi comparare, ac intra vtriusque partis fines versari, & cum horum indigenis negotiari: contrà minimè licebit horum, aut illorum milites intra fines suos recipere, aut his per Vrbes suas viam permittere. Ad hæc quemadmodum ipsi bonis, redditibus, ac censibus suis intra ditiones Romanorum Regis, trium Flandriæ Membrorum, hísque adhærentium constitutis frui poterunt: sic illis bonis, redditibus, ac censibus intra Vrbes & Castellanias eorum sitis vti permittetur. Quoties verò de generali armorum quiete inter Regem, eius regnum, ditiones, ac subditos, & Romanorum Regem, Archiducem Philippum eius filium, huiúsque Prouincias & populos; deinde inter Romanorum Regem, ac tria Flandriæ Membra, eósque omnes, qui partes horum sequuntur, tractabitur: suos Insulani & Duacenses ad eos Conuentus legatos mittent, vti per eos de rebus ad se pertinentibus agant; ac postquam fuerint auditi, cum Flandris ipsi comprehendantur. Quòd si fòrt euenerit (id tamen Deus auertat) vt ea pax generalis violetur; hæc particularis Insulensium, Duacensium, & Orchiacensium conuentio minimè soluta censebitur, verùm tamdiu sarta tecta erit, quamdiu ijdem omnes pacis anno 1482. conditæ, ac huius tractatus leges obseruabunt. Si verò Valencenenses, Montenses, alíique tum Hannoniæ, tum aliarum Archiducis Philippi ditionum populi huius fœderis articulos velint complecti, intra diem vltimum mensis huius id facere permittentur. Ad maiorem autem harum rerum firmitatem, Insulenses, Duacenses, & Orchiaceni roboratas sigillis suis litteras dabunt; quibus sanctè, ac sub pœnis & censuris in tabulis dictæ pacis, eorúmque tunc scriptis & subsignatis litteris contentis (quibus nihil roboris adimetur, quasi nunquam ea fracta pax fuisset) promittent, illibata se seruaturos tum memoratæ pacis anni 1482. tum huius Conuentionis capita, neque permissuros, vti violentur. Quòd si quipiam ipsorũ ea violauerint, prout res requiret, quàm ocyssimè pœnis eos cõuenientibus castigabunt. Ad hæc etiam omnia diligenter curanda Ecclesiastici, Nobiles, Respector, Maior, Scabini, Centuriones, Quinquagenarij, & Connestabiles dictarum Vrbium & Castellaniarũ, solenni se iuramento in cuiusque vrbis primario templo tactis sacrosanctis Euangelijs obstringent. Et ad maiorem approbationem, Abbates, Capituliique earumdem Vrbium & Castellaniarum pro Statu Ecclesiastico, dictarum Vrbium & Castellaniarum Gubernator, toparchæ quatuor plena præditi iurisdictione, vel eorum Baillius, dominus de Lannoy, dominus de Roubais, dominus de Santes, dominus de Croisilles, dominus d'Estrees, dominus de Rosimbos, dominus d'Auelain, pro Nobilium Ordine; tres Vrbes, nomine populi & communitatis, has fœderis leges suorum sigillorum impreßione firmabunt; & vt easdem Philippus Archidux interposita patris auctoritate ratas habeat, intra primum Februarij diem efficient. Iisdem se promißis & iuramento pacem anni 1482. & huius tractatus capita seruandis nominatus Franciæ Mareschallus, tamquam Regis Vicarius, eiusdem Principis nomine, Insulensibus, Duacensibus, & Orchiacensibus obligabit, ac pœnis iam dictis subijciet, litteris anteà subsignatis vim suam obtinentibus. Omninóque per Regem curabit cuncta primo Februarij die probari. Et quoniam hoc pactum quodammodo Philippum Cliuiensem ac Flandros afficit; Insulenses, Duacenses, & Orchiacenses litteras ijs dabunt, quibus recipient, quantum ad eos spectabit, huius se Conuentionis legibus staturos. Vicißim illi Insulensibus,

Duacen-

A *Duacensibus, & Orchiacensibus tabulas porrigent, quibus ad easdem seruandas sese constringent. Factum Wauriny per Ioannem dominum de Hames, Walerandum d'Ongnies Hesdiniensem Balliuum, Equites, M. Ioannem d'Auffiy, dominum de Lumbres, Consiliarium, & libellorum Magistrum, dicti Mareschalli Legatos: Antonio Desfontaines Scutifero Philippi Cliuij Legato, Ioanne Vtenhoue, & Guilelmo Pipe Scabinis Gandensibus; R. Patre ac Domino Abbate Laudensi, Carolo d'Ongnies Equite domino d'Estrees, Valentino de Bersees Insulensi D. Petri Canonico, M. Ioanne Domessent Sub-præfecto generali Gubernatoris, M. Ioanne le Francois Consiliario, Iacobo de Landa Scabino, Matthæo Raimbault Procuratore Vrbis Insulensis, præsentibus, próque Orchiacenis spondentibus, quartodecimo die Decembris anno 1488. Ita signatum, de la Forge: Notum facimus, nos ad honorem Dei creatoris nostri, qui solus pacis auctor est, vt multis ijsque grandibus malis, quæ per singulos dies belli causa oriuntur, iremus obuiàm, ac miserabilibus ditionis huius incolis prospiceremus, insertum his litteris pactum fœderis, & pacis anni 1482. capita recepisse; vtque hæc omnia ab omnibus in dictis Vrbibus & Castellanijs commorantibus exactè seruentur, fidem dedis-*
B *sei ac iam etiam recipere, hisque tabulis nostris sigillis munitis Regi Domino nostro, eiúsque subditis omnibus fideliter promittere: ac si quid in ea fuerit peccatum, ijs nos pœnis ac censuris obnoxios fore, quarum in articulis pacis anno 1482. compositæ, ac in litteris ideò à plerisque nostrûm, qui locum inter dictarum Vrbium & Castellaniarum Ordines habemus, signatis datisque, fit mentio: his non aliter robur semper obtenturis, ac si nunquam illæ pacis leges fuissent violatæ. Vlteriùs quoque spondemus, apud Philippum Archiducem Principem nostrum naturalem Romanorum Regis parentis sui fultum auctoritate nos operam daturos, vt intra primum Februarij diem huius contracti fœderis tabulas comprobet. In quarum rerum testimonium, Nos Abbates, Aquicinctinus, Marchianensis, Laudensis, Cysoniensis, & Phalempinensis, Prapositi, Decani, & Capitula Ecclesiarum S. Petri Insulensis, Sanctorum Amati & Petri Duacensium, S. Piati Siclinensis, pro Statu Ecclesiastico; Balduinus de Lannoy Insulensium, Duacensium, & Orchiacensium Vrbium & Castellaniarum Gubernator, Nos Castellani Insulensis, dominorum Cysoniensis, Waurinensis, & Commi-*
C *niensis, qui omnimodam in dictis Castellanijs iustitiam habent, Balliui; Ioannes dominus de Lannoy, Petrus dominus de Roubaix, Marcus de Montmorency dominus de Croisilles, Philippus de Lannoy dominus de Santes, Carolus d'Ongnies dominus d'Estrees, Antonius dominus de Rosimbos, & Leo de Barbencon dominus d'Auelain, pro Nobilibus; Nos Respector, Scabini, Consilium, & Octouiri Vrbis Insulensis, Scabini & Consilium Vrbis Duacensis, Scabini & Consilium Vrbis Orchiacensis, pro ijsdem Vrbibus & communitatibus earum, has præsentes litteras nostris ac dictarum Vrbium sigillis muniuimus quartodecimo die Decembris, Anno millesimo quadringentesimo & octogesimo octauo.*

In has autem fœderis leges cùm iurassent Gallo-flandri, varius extemplò Belgij populos affectus impulit. Nonnulli prudenter eos sibi cauisse arbitrabantur. longè plures factum eorùm verbo scriptóque carpebant. Præ ceteris in hos linguas stringere Hannones, acueréque animos. Passim ipsos probris lacerare, & grauissimo insectari odio: ceu minimè Maximiliano Regi Romanorũ, & Archiduci Philippo adhærescerent: quibus tamen pronuper sese iureiurando rursus deuinxerant. Nec satis
D mirari poterant, quæ vecordia Duacenses in pacem eam perpulisset; cùm ij semper acerrimos se hostes Francorum præbuerint, ac toties ab illis insidiis fuerint petiti. Iámque bellum minabantur: & arma comparassent; nisi Maximilianus eiúsque filius litteris prodidissent, id, se non ignaris, Gallo-flandros fecisse; quódque hi pactum iniuerant, sibi probari. Igitur postquam Regis Romanorum & Archiducis pactas fœderis leges confirmantium diploma vicinis in vrbibus palàm fuit exhibitum lectúmque, ac certò constitit per id fœdus Maximiliano & Philippo ius relictum Gallo-flandris ad aliam omnem, quàm belli, occasionem, vbi, & quando cuperent, vt subditis, vtendi: hæc demum regio pace cum Francis, Flandrísque inita liberè frui cœpit.

Ob hanc pacem Gallo-flandri odio habentur à vicinis. *Molinetus.*

Eos tuentur Maximilian. & Philipp. *Molinetus.*

Verùm licet vrbium vicinarum ciues nihil aduersus Gallo-flandros molirentur: pleríque tamen militum, ex Hannonia præsertim, variis itineribus in agrum Insulensem penetrauere, ibique pecoris plurimum abigendo, ab indigenis extorquendo

Gallo-flandriam milites infestãt, eosq; cohibet Maximilianus. *Litt. Maximil.*

pecuniam, supellectilem efferendo, vicos multis affecere cladibus. Ad Insulensium querimonias ea Maximilianum res mouit vehementer: ideóque confestim ad supremum Hannoniæ Balliuum, & Gallo-flandriæ Gubernatorem rescripsit, vt suo nomine vbique proclamari publicè iuberent, eis fauces resti obstringendas, qui prædandi causa in agrum Insulensem sese intulerint. Insulenses enim sibi charos in paucis, quos tum ipse, tum maiores sui fidelissimos semper experti fuerint; eósque damni multum perpessos vltimis bellorum motibus. Coërcuit hoc diploma Regis, & suspendij metus maleuolorum incursiones, ac quietem Gallo-flandris attulit. Anni sequêtis Februario mense Francis ereptum est furto bellico S. Audomari oppidum. E ciuibus eius quidam Regis Romanorum partibus fauebant. Hi cùm polliciti fuissent, noctu se, candela in laterna ostensa, iis recipiendis in muros tutandísque operam daturos, qui cum scalis armísque aduentarent: Georgius Euerstainius, Germanorum Præfectus, ab Romanorum Rege, vt facere rogabatur, pro ciuitate Audomarensi noua priuilegia impetrauit, ad eámque copias duxit: & cùm ex condicto aliquoties felis clamorem agitando exciuisset, in mœnia quosdam è suis feliciter per scalas immisit, reseratáque ab his & coniuratis ciuibus porta, cum aliis vrbem ingressus est; ac post aliquot dies abeuntibus noctu Francis, arcem defensoribus vacuam obtinuit. Et mox pleraque Occidentalis Flandriæ oppida castráue de hostibus recepta sunt, magna Regis Romanorum voluptate. Paullò antè Creuecœurius minus placuit Gandensibus, ceterísque Flandris rebellibus, cùm iis suadere moliretur, vt in gratiam cum Rege Romanorum redirent. quamquam id non huius amore fecisset; verùm partim nouarum Germaniæ virium metu percitus; partim Franciæ Regis Neopolitanum iter meditantis studio impulsus. Et subinde arctissimum à Maximiliano eiúsque filio cum Anglorum Rege initum fœdus est. Id cùm Valentianis primùm dein alibi fuisset publicatum: Maximilianus Belgij filiíque moderationem Alberto Saxoniæ Duci commisit, séque ad Germanicum iter composuit. Variopostea successu in Flandria & Brabantia gesta militaris res est. Ex Hannonia Duacum venere viri nobiles multi, peditum duo millia, equites quingenti, vt Atrebatum noctu interciperent, raris iam illic vigilibus. Sed fossis aqua nimium tumentibus ob continuos imbres, & aquaticæ molæ ruptionem; cùm in muros euadere nequirent: sola ciues acie in conspectu explicata terruerunt orto iam sole, & quà venerant, domum euentu spem frustrato rediere. Bis vano labore Cliuius Hallam in Hannonia subigere conatus est. Neoportani aduersus Flandros mœnia impetentes gesserunt se aliquoties fortissimè.

Audomaropolis Francis eripitur.
Molinet. to. 2. Ferronus. Locr. Heuter. lib. 3.

AN. 1489.

A

B

Maximilianus in Germaniam proficiscitur.
Heuter. lib. 3.

Atrebatum à Belgis frustrà tentatur.
Molinet. to. 2. Heuter. lib. 3. Locrius.

C

Hæc dum fiunt in Belgio, in Germania Francofurti ad Mœnum Augusto mense inter Maximilianum & Carolum Franciæ Regem pax coaluit. Eius pacis legibus inter alia Maximilianus Carolo donauit, vt Philippus Cominæus, qui summa perfidia Caroli Ducis tempore ad Ludouicum vndecimum transfugerat, multorúmque damnorum Belgis auctor fuerat, eas rursus possessiones in Belgio adiret, quibus ob defectionem iustè fuerat multatus. Contrà, Franciæ Rex decreuit, vt Ioannes Lannoyus Abbas S. Bertini, Mingouallis topareha, & ceteri cum Rege Romanorum in custodiam Brugis abducti, in libertatem gradúmque pristinum restituerentur. Et secuto deinceps Octobri inter Flandros dictósque Reges nouis legibus pax firmata est Montij Turonum. Ibi sancitum, *vt Maximilianus filij tutelam rursum caperet, ac Belgicarum ditionum Gubernationem: anno supra millesimum & quadringentesimum octogesimo secundo pacta vtrimque seruarentur: Brugensis capita pacis rescinderentur omnia: captiui gratis redderentur: Flandriæ Ordines trecenta aureorum liliorum millia Maximiliano intra triennium soluerent.* Dum ea quies armorum in Flandria promulgatur, vnà Gubernationem eius regionis iniit Englebertus Nassauius Romanorum Regis instituto. Exactum posteà plerumque têporis pacificè in Gallo-flandria, dum Maximilianus in Austria & Hungaria bellum gerit; in Flandria Cliuius nondum ab armis discedit; Brugenses nouo rumultu exorto rebellantes Nassauius comprimit.

Pax inter Maximilianũ & Franciæ Regem conciliatur.
Tabula pacis. Molin. Heuter.

Item inter eosdẽ Reges & Flandros.
Tabula pacis. Molin. Heuter.

D

Postquam iniji annus supra millesimum & quadringentesimum secundus & nonagesimus, Martio mense viuis ereptus est Ioannes Lannoyæ regulus, magno vir natu,

Ioannes Lannoyæ toparcha moritur.
Epitaph. eius.

AN. 1492.

A natu, & varias humanæ vitæ vices expertus. Gallo-flandriam olim gubernauerat
Burgundiæ Duci Philippo Caroli patri charissimus. & cùm Lannoyam muris cir-
cumdedisset, eámque castro firmissimo muniuisset; huius oppidi ciuibus ab eodem
Duce plurima impetrârat priuilegia. Ægrè tamen posteà inuidiæ vim sustinuit, mul-
tis perfidiæ calumnia impetentibus. Verùm ipsis denique hostibus maior, & pristi-
næ famæ potens, reliquum ætatis quietiùs exegit. Extremo ferè Maio ab Gandensi-
bus denuò tumultuatum est; ijque rursus Cliuio se iunxerunt: propiúsque abfuit,
quin proditione Teneramonda potirentur. Verùm ille, qui proditionem fuerat pa-
ctus, eam Hugoni Melunio priùs detexit, quàm vrbi Gandenses propinquarent:
isque hos, recepto nouo subsidio, intra portam admissos partim cecidit, partim
aquis obruit, aut in vincula coniecit. Et soluta paullò pòst, quam Romanorum Rex
nuper cum Franco pacem contraxerat. Ab Carolo Rege huius violandæ occasio
processit. Captam is Annam Britannicam matrimonio sibi coniunxit, quam solem-
ni ritu priùs sibi per legatos Maximilianus desponderat: & Margaretam huius fi-
B liam anteà sibi sponsalibus cæremonijs deuinctam, in Belgium breui remittendam
nuntiauit. Id facinus, cùm in maximam vergeret Maximiliani iniuriam, neque Phi-
lippus eius filius, neque Belgici Ordines tolerare potuerunt. Et cœptum in Francos
ab Audomarensibus hostiliter agi. Missi mox in Franciam, qui ab Rege vrbes repe-
terent, quas pacis anni millesimi quadringentesimi & octogesimi secundi legibus
oportebat restitui, postquam contractæ cum Margareta Austriaca nuptiæ non pro-
cederent. Sed Carolus admodum frigidè legatis respondit. Exutus nihilominùs is
est omni tunc iure Gallo-flandriæ ciuitates agrósque redimendi, vt memoratæ iam
pacis capita permiserant. Pergebant interim Gandenses hostilia moliri: neque priùs
ad pacem impelli potuere, quàm peremto Gandaui Ioanne Coppenolio factioso-
rum Coryphæo, Hulsti conuentum est, allatáque concordiæ capita placuerunt. So-
lus rebellionem alebat Cliuius, & intra Sclusam, sese fortiter tuebatur. Nec antè se
passus est ad recipiendas pacis conditiones pertrahi, quàm puluis tormentarius
C Sclusæ fortuito arsit incendio, eiúsque spes præcidit. Non diu post animos Flandro-
rum hunc in modum conciliatos, nocte quadam præsidium Duacense præsentissi-
mum adijt periculum. Cùm enim per tenebras iter facerent hinc Querçetani,
Buccinienses ac Duaceni milites Austriaco parentes, inde Franci aliquot equites
peditésque aduersi: in eumdē omnes ignari mutuæ profectionis locum deueniunt.
Illic extemplò ad strepitum, quidam Burgundiam, alij Franciam inclamant. Ita mu-
tuis odijs grauiter accensi, non adeò iam densa nocte in vulnera, cædémque opposi-
tis armis abripiuntur. tantúmque inferendæ cladi parsum fuit, cùm fatigatio &
virium defectio inducias extorsit. Igitur tacitè qui supererant domum dilapsi
sunt.

Gandēses rursus rebellant; at Teneramondæ cæduntur.
Heuter. lib. 3.
Pax Regum violatur.
Comm. l. 7. c. 3. Ioan. Tillet. Æmyl. Ferron. Molinet. Gill. Heuter. lib. 3.
Pax cum Flādris initur.
Molinet to. 2. Heuter. lib. 4.
Duacēse præsidium periclitatur.
Heuter. lib. 4.

Quinto Nouembris magna Insulensibus & Duacensibus voluptas obuenit. Ete-
nim paratis Duaci adulterinis clauibus Ioannes Marius, cui canicies Gallica voce
Grisardi cognomen fecerat, Iacobus Lobæus, Ioannes à S. Paulo, & Petrus Regius,
Romanorum Regi, ac Philippo Archiduci nocturno, insigníque stratagemate Atre-
D batium vrbem subdidere. Dum Ioannes in mœnibus vsitatam tunc cantilenam alta
voce modulatur, ceteri Robertum Melunium, Ioannem Lannoyum Mingouallis
dominum, aliósque ductores cum senis ferè millibus equitum peditúmque perquàm
tacitè incedentium, in vrbem feliciter recipiunt, ac in mediam fori aream dedu-
cunt. Vtraque mox Francis arx eripitur, & ciuitas. Ad eos igitur nuntios ingens to-
tam Gallo-flandriæ ditionem lætitia inuasit, quòd multi semper inde hos in fines
Franci ad cædes & rapinas incubuissent. Ac tunc præsertim Duacensibus ad com-
moda opésque cum hac vrbe negotiatio tum frumentaria, tum alia plurimùm va-
luit. Verùm diu Atrebatibus pace frui minimè licuit, hinc præsidiario milite graui-
ter infestante, illinc insidias moliente Creuecœurio. Exactis scilicet diebus aliquot
Germanorum præsidium per occasionem stipendiorum ab Rege Maximiliano nec-
dum solutorum, omnia miscuit Atrebati, ac in res etiam sacras & Sacerdotes ali-
quanto tempore rapinis, & verberibus ac tormentis sæuijt. Hinc post multa & gra

Atrebatium vrbs Francis eripitur.
Mem. Atreb. Ioan Molin. t. 2. Ep. Grisardi. Heuter lib. 4. Locr. G. Bus. Mass. Ferronus. Belles. r. Philip. Meier. Locrius. ad 1489 refert hoc Carton.
Germani Atrebatum expilant.
Molinet to. 2., Heuter. Locr.

A

uia & indigna patienter tolerata, magnamque vim pecuniæ numeratam, Petrus Rangicurtius multa vir ætate, ac Pontifex Atrebatium, cum plerisque Canonicis Duacum ad quietem carpendam se contulit. Sed vix cum Germanico milite composuerant Atrebatenses, cum sequentis anni Ianuario Creuecœurius admodum indignans eorum de Francis captam fuisse vrbem, alio militari stratagemate conatus ipsam est recipere. Et processisset ex animi sententia proditio, nisi sex eorum vnus, quos auro corruperat, & coactos iurciurando sibi obstrinxerat, aliis cum Beaufortij toparchæ arcis & supellectilibus introductis (ad portam enim reserandam inducendósque Francos, Beaufortium in gratiam Regis & Archiducis receptum, ex pactis cum familia & rebus suis aduectare simulabant proditores) nullam extorto iuramento fidem deberi arbitratus, vt valuæ vrbis obserarentur, inclamâsset; ac Creuecœurium copias eodem ita trahentem, quasi Beaufortius cum familia in vrbem amicè recipiendus veniret, excludi curasset protinus. Multum interim Insulensibus afferebat incommodi Lendiense oppidum à Francis insessum. Quòd in itinere id iaceat, quo Insula versus Atrebatum tenditur, nullam ij poterant cum Atrebatensibus negotiationem habere. Id animaduertens Robinetus Ruffinus Atrebas, qui magna fide semper pro Maximiliano arma gesserat, contracta militum manu, hoc aggressus fortiter suæ subdidit potestati. Verùm paucis admodum diebus & huic eo loco potiri, & Insulensibus tutò hac viam Atrebatum facere licuit. Siquidem Creuecœurius acerbissimè ferēs sese recuperandi per insidias Atrebati spe deiectum, & hoc insuper Robinetì facinore idoneo ad infestandos Duacenses & Insulenses loco priuatum: omnem confestim operam adhibuit, vt Lendium vi, aut arte militari reciperet. Ac successit ei secundùm animi desiderium expugnatio, qua denique ad deditionem Robinetum compulit. At enim diuturnis & grauibus bellis finem hic demum annus attulit, tertio ac vigesimo Maij die inter Maximilianum & Franciæ Regem Syluanecti pace composita. Redditi tunc Archiduci Burgundię & Artesię Comitatus. In Belgium è Francia reducta est Philippi Archiducis soror Margareta. Externis militibus persoluta sunt stipendia, iique his è ditionibus Belgicis abiere. Igitur silentibus tandem armis, Flandriæ omni & Artesiæ, aliísque circùm regionibus quies concessa: & statim ad negotiationem populus incubuit, iis resarciendis aliquādo damnis, quæ bellorum tumultus attulerant. Sub finem anni huius è numero viuorum sublatus est Petrus à Bosco, multa virilllustris virtute. Annos sex ac viginti Laudense Monasterium ita moderatus fuerat, vt magno succensus restituendæ in antiquum splēdorem Religionis ardore, & variarum sibi acquirendis virtutum decoribus operam impenderit plurimam, & commissum sibi gregem ad idem studium verbis exemplóque impulerit. Is cùm placeret eius labor, fitorum in Belgio Cœnobiorum Cisterciensis Ordinis creatus est Generalis Vicarius. Vbi verò perspexit annis ingrauescentibus non satis idoneum se tam magno sui Monasterij, aliorúmque locorum sustinendo ponderi, missionem honestè petiit, ac tribus annis antequam è vita discederet, omni se cura, & Antistitis officio abdicauit sponte, vt liberiùs animum ad mortem componeret. Spargebat iam tum insignem sui nominis famam Michaël Riquellatrius, quem Petrus successorem acceperat. Is fuerat Insulę natus, & multum laboris in perdiscendis rebus diuinis collocauerat, supremámque fuerat Theologici studij lauream adeptus. Igitur quamdiu is sacrum moderatus est cœtum, ad augendum Religionis cultum nihil posteà defuit. Eodem propè tempore Maria Luxemburgia, ad quam Comitatus S. Pauli spectabat, quámque Insulenses suam agnoscebant Castellanam, altero marito Francisco Bourbonio Vindocinensi Comite priuatur. Agebat tunc ea vitæ annum quartum & vigesimum. Sed ætatem studium virtutis, & contemptus deliciarum fastúsque superabat. Nullam enim posteà mentionem de nuptiis in animum admisit: totúmque reliquum vitæ tempus, quod annorum fuit duorum & quinquaginta, piis operibus, sanctimoniæ, precationibus, ac ieiuniis addixit.

AN. 1493.

B

C

D

Anno sequenti cùm Iacobus Fiennarum & Armenteriæ dynasta, eiúsque coniux Maria Villensis domina, ædificium Armenteriæ struxissent, illuc Sanctimoniales D. Fran- AN. 1494.

Creuecœurius Atrebatū frustrà tentat. *Heuter. lib. 4. Locr. Haraeus.*

Robinetus Lendium capit. *Heutér. Locr.*

Sed inde pellitur. *Idem.*

Pax inter Reges Maximilianum & Carolum cōcluditur. *Molinet to. 2. Heuter. lib. 5. Locr. Haraeus.*

Petrus à Bosco Laudensis Abbas decedit. *Mon. Laudens.*

Michaël Riquellatrius eius successor.

Maria Insul. Castellana, quam vitam vidua duxerit.

Leucophææ Virgines Armēteriæ constituuntur. *Mon. Armēter.*

A Francifco pàrentes immitti placuit, quarum opera domus hofpitalis pauperibus & peregrinis fub tectum recipiendis conftituta, in meliorem ftatum ordinémque refti-tueretur. Et hoc quoque tempore Ifabella Roubaifia Petri Roubaifij toparchæ no-biliffimi filia, Nigras, vt vocant, Moniales in Nofocomium induxit, quod ipfa Rou-baifiæ à fundamentis extruxerat, annuóque cenfu donauerat: quo tum ipfæ, tum duodecim mulieres ętate grãdi, & fracto corpore: dein aliquot Sacerdotes, qui quo-tidie diuinas laudes feptenis horis concinerent, alerentur commodè.

Nigræ Roubaifiæ. *Dot. Ifab. & litt. fundat.*

AN. 1495. Dum volueretur Christi annus poft millefimum quadringentefimum quintus & nonagefimus, Archidux Philippus, quem Maximilianus anno præterito Ducem Brabantiæ conftituerat, per patris in Germania res componentis abfentiam, Belgij Ordines Mechliniam euocauit. Vt pleraque bellis, vel ciuilibus, vel cum externis geftis perturbata corruptáue ordinarentur, aut corrigerentur, iis præfertim labora-rum Comitiis. Renouatum fubinde cum Anglo fœdus, & farta vetus amicitia. Pu-blicatum denuò id facrum diploma Pontificis Maximi, quod Burgundiæ Dux Phi-B lippus cognomento Bonus impetrauerat, & quo decernebatur, ne quis Ecclefiafti-cas dignitates, aut maiora facerdotia Romæ obtenta priùs adiret in Belgio, quàm Principis confenfus accederet: ac ne deinceps Religionum Afcetæ, vel fæcularibus facerdotiis pollentes, abfque Principis voluntate intra Belgij fines agros vicófue emerent. Idem Octobri menfe legationem ad Franciæ Regem mifit rogatum, vel-létne is pacem nuper Syluanecti conciliatam, fartam tectámque feruare. Quædam enim iam prodebantur bellici tumultus initia. Aliud nihil ab Rege refponfum, quàm fibi cordi effe, nullo pacem modo violare. Vitam eo tempore monafticam agebat in Cœnobio Phanopinenfi Balduinus Hangouartius, apud Infulenfes loco nobili na-tus. Hic priufquam inter Religiofos arctum vitæ inftitutum arriperet, matrimonij fe legibus cum Agnete Mairia illigauerat, ex eáque vnicam fufceperat filiam, quæ pa-ternas maternáſque poffeffiones adiret. Clarúmque iam nomen tum factis militari-bus, tum officiis in aula Margaritæ Caroli Ducis viduæ comparauerat. Vbi verò vi C morbi primùm vxorem, dein filiam, erepías fibi animaduertit; ad coniugij & pater-næ curæ libertatem exultabundus, eò mentem ftudiúmque conuertit, vt remiffo re-bus fæcularibus nuntio, totus ad Numinis feruitium & militiam incumberet. Cùm igitur fatis perfpectum haberet, Ioanne Cbiuoreo Antiftite infignis Religionis fru-ctus colligi Phanopini: hoc præ ceteris Cœnobium delegit, vt reliquum vitæ tem-pus facris amictus veftibus exigeret, ac cum ceteris in ftadio virtutum ad promeren-dam cæleftem coronam decurreret. Verùm illic pluribus iam virtutibus renidētem, & facris ordinibus initiatum, diu refidere non permifit Cameracenfis Pontifex Hen-ricus Bergius. Laborabat ea tempeftate mìris dæmonum infeftationibus Quefno-yenfis in Hannonia Sanctimonialium familia, & grauiffimè ab his fpiritibus im-mundis Virgines infidebantur agitabantúrque. Omnem is Epifcopus iam fruftrà operam adhibuerat iis opprimendis obruendifque vexationibus. Vbi tamen de Bal-duini virtutibus ac religione conftantes nuntios accepit, fpem aliquam concepit eius fapientia & labore Sanctimoniales his malis liberandi. Et confeftim Balduinum D è Phanopinenfi Afceterio euocatum, ac bonis verbis animatum, Quefnoyam de-duxit, vt grauem cum infernalibus monftris luctam fufciperet. Fecit id Balduinus, quod iubebatur, admodum feliciter, totúmque Parthenonem vnà cum Epifcopo ab infeftantium dæmonum vexationibus luftrando precandóque afferuit. Tam læ-tis eius infignis victoriæ nuntiis affecti Phanopinenfes, athletam fuum ingenti cum voluptate recepturos fe arbitrabantur; cùm ecce eiufdem Cameracenfis Pontificis auctoritate iuxta Niuigellam Afceterio Siluæ S. Ifaaci præficitur, vbi diem vitæ clau-fit extremum.

Archidux Philippus Ordines cogit Mechliniæ. *Heuter. lib. 5. Haræus.*

Diploma de facris dignitatibus.

Balduinus Hãgouartius fit Religiofus. *Orat. funeb. Guiel. Hangouart.*

Meffam l. 10.

In Quefnoyēfi parthenone pro Virginū liberatione laborat. *Ibidem.*

AN. 1496. Annus proximè fecutus omninò varius exftitit. Maio menfe continui cælo im-bres fluxere. Iunium & Iulium æftus perpetui torruerunt, ac tunc metum mortali-bus fecere horrenda frequenter tonitrua. Defuítque paffim alendis pecoribus pa-bulum, exuftis fole herbis: vt quibufdam in locis neceffitas coëgerit tectis domo-rum culmos demere, & languenti pecori præbere. Minutiorum tamen fructuum

Molinet. to. 2.

ingens

ingens copia collecta: vinum abundanter prouenit: & tritici auenæque affatim terra protulit. Circa res gestas, hæc pauca duxi memoranda. A patre vocatus in Germaniam, Archidux iter suscepit, multáque cum ipso Viennæ secretis voluit consilijs. Nondum, inde reuertens, Belgium attigerat, cùm aduecta classe Hispanica Zelandiam tenuit Ioanna Aragonia, Ferdinandi & Elisabeth Hispaniæ Regum filia, quam nuperrimè per legatum parentes ei desponderant. Postquam ea fuit Antuerpiæ maximo nationum omnium gaudio excepta cultáque, & Archidux è Germania in Brabantiam pedem retulit: vtrumque Cameracensis Pontifex Henricus Lyræ nuptijs illigauit. Celebrata subinde sunt Bruxellis insigni magnificentia sumptúque festa nuptialia.

Archidux in Germaniam proficiscitur. Molin. Heuter. Haraeus.

Vxorē ducit in Belgio. Molin. Heuter. Haraeus.

A

Sub initium anni millesimi quadringentesimi & nonagesimi septimi, suadente Thoma Plainio, in Ioannis Carondeleti Burgundiæ Cancellarij locum suffecto, legem Archidux sanciuit, qua vetitum fuit quemquam in Belgio vestibus è serico laneóue panno aliunde aduecto confectis obtegi. Verùm paucis pòst diebus negotiatorum è longinquis aut vicinis ditionibus pannos petentium muneribus artéque, vt ea lex induceretur, obtentum est. Gallo-flandriæ Gubernator Balduinus Lannoyus in Franciam Archiducis legatus abijt, multo septus Nobilitatis Belgicæ comitatu. Legandi causa fuit, vt ab Rege Ducatum Burgundiæ, Ariam, Hesdinium, Bethuniam, alias tum ditiones, tum vrbes matri suæ quondam ab Ludouico Rege per vim aut dolum bellicum ereptas repeteret. Verùm quamuis lautissimè exceptus, multoque honore cultus fuerit, nihil tamen præter promissa in speciem blanda & magnifica obtinuit.

Lex vestiaria. Heuter. l. 5. Haraeus.

AN. 1497.

B

Florebat hoc tempore Michaël Francisci Dominicanæ Religionis clarissimum lumen. Is Insulæ natus, & in hanc familiam adscitus, breui eam Theologicæ sapientiæ vim hauserat, vt Doctor renuntiatus è pulpito Coloniæ alios imbueret. Enituit tunc eius in Rosarij Mariani laudes studium edito in lucem Commentario, quo naturam eius vímque diffusiùs ac disertissimis verbis explicuit. Profuítque multũ perducendis ad virtutem animis composito libello, cui Clauis Cellarij diuinæ & humanæ sapientiæ titulum indidit. Cùm igitur eius latè fama spargeretur, placuit ipsum Archiduci Philippo admouere, vt mentem eius tam bonis moribus, quàm litteris excoleret. Inde sensim ab eo consiliorum participationi, eleemosynis largiendis, animo per confessionem expiando adhibitus, insigni Libro mores Aulicorum vitiaque perstrinxit, eúmque Philippo inscripsit, vt Aulæ sordes abstergeret. Et non multò pòst ad Salubriensis Pontificatus fastigium euectus est: quamquam is titulus ordóque à Philippi latere non auellerit.

Michaël Francisci Dominicanus. Guiliel. Donsellinus, Hyacinth. de Sanctis Ord. Prædic. Belg.

C

Gemuit interim diuturno afflicta schismate, & veri Pastoris præsentia destituta Tornacensis Ecclesia: vnde non parum in eam malorum inuectum est. Quod anteà memorauimus, hærebat in Italia Antoniottus Palauicinus, S. Anastasiæ titulo Cardinalis, quem Maximus Pontifex Innocentius Tornacensem Episcopum renuntiauerat. Contrà, Ludouicus Potus ad hanc sedem Episcopalem per Franciæ Regem & Remensem Archiepiscopum aspirauerat, eámque iam obtinebat. Quia tamen neque Maximiliano, neque Archiduci Philippo eius promotio arriserat, neque Romani Pontificis ad eam auctoritas accesserat: nusquam ipsi per ditiones Archiducis in Teutonica Gallicáque Flandria Episcopale munus exercere licuit. Et rariùs ipse Tornacum, eique subiectum territorium lustrabat. Cùm igitur vtrique Flandri, quorum pars maior Episcopatui Neruiorum suberat, tam diuturna veri Patris absentia torquerentur grauiter: Petrus Quickius Gandensis patria, & S. Amandi apud Pabulanos Antistes, ad hāc sibi Diœcesim conciliandam animum applicuit, multorúmque Belgij Principum, ac pricipuè Maximiliani & Philippi gratiam venatus, in Italiam denique profectus est, vt cum Antoniotto de Tornacensis Episcopatus cessione transigeret. Adeóque hoc negotium feliciter ei successit, vt Cardinalis hac se dignitate non grauatim exueret accepta pensione: eóque vt Pontificatu potiretur, Romanus Pontifex facultatem impertiuerit. Igitur Petrus ab Italia cum diplomate Pontificis Maximi in Belgium regressus, facilè potestatem à Philippo Archiduce obtinuit,

Tornacensis Diœcesis ob absentiam Episcopi mœret. Mem. Eccles. Tornac. Cousin. l. 4. Rer. Tornac. cap. 47.

D

PETRVS QVICKIVS Episcopatum Tornacēsem ab Antoniotto impetrat. Ioan. Molinet. to. 2. Demochar. Cousin. d. l.

A nuit, vt in Epiſcopum ſacro Chriſmate vngeretur. Erant commodè Brugis Philippus
eiúſque coniux Ioanna, dein Henricus Cameracenſis, Raphaël Roſſenſis, & Mi-
chael Salubrienſis, Epiſcopi, eùm Petrum ſactis cæremonijs in Epiſcopum vngi
placuit. Ergo tribus ijs Pontificibus operam nauantibus, initiationis ritus Archidux
& Ioanna cum ingenti Nobilium multitudine celebrarunt. Cultúmque ſtatim eſt
huius noui Antiſtitis laboribus quidquid extra fines Tornacenſium ad hunc Epiſco-
patum pertinet.

AN. 1498. Supra milleſimum & quadringenteſimum Chriſti annum octauus & nonageſi-
mus Francorum Regis morte nobilis fuit, quem ſeptima luce Aprilis apoplexia
corripuit, éque medio ſuſtulit. Quòd liberis careret, ad Ludouicum Aurelianen-
ſium & Valeſiorum Ducem eius Regni ſceptra iure delata ſunt cognationis, & ſan-
guinis: atque is Quinto Kalendas Iunij Remis ſacro imbutus oleo ad moderandam
Rempublicam acceſſit. Pro Ducatu Burgundiæ Maximilianus in eum ſubinde
caſtra mouit. Duo tamen ipſum ab felici ſucceſſu militiæ auerterunt. Quos in exer-
B citu habebat, cùm Diuioni ingrueret, Heluetij auro corrupti, ſtipendia miſſionem-
que petiere. In Belgio Francorum ſuaſu Carolus Egmondius pro Geldria bellum
denuò Archiduci intulit. His ergo malis duobus Cæſar impulſus, cum Ludouico
Rege aliquot menſium pamxit inducias. Interim Petrus Roubaiſiæ regulus morbo
abſumptus eſt Iulio menſe. Ætatis annum agebat tertium & octogeſimum. Multa
pietate, & in Principes fide ad gloriam famámque optimam emicuerat latiſſimè.
Hieroſolymam, Sinæ montem, vrbem Romanam, religionis ergò, peragrauerat.
Burgundiæ Dux Philippus, eiúſque filius Carolus, Romanorum Rex Maximilia-
nus, Conſiliorum & Cubiculi participem fecerant. Inter eius opera, tria Roubaiſiæ
in templo Parochiali ſacella numerantur, quæ à fundamentis condidit, annuóque
cenſu, & ſacris Diuorum Reliquijs ornauit. Arx etiam Roubaiſiana eius labore
nummiſque ſurrexit. Sub anni finem ea nocte, quæ Chriſti Natalem diem præcedit,
cùm populus diuinis laudibus in ſacris ędibus operam nauaret, cecidit repentè
C denſiſſima & inſolita grando, pluuia ſimul defluente, quę grandinem infeſto gelu
iungeret. Et mox ingens ſuperfuſa niuis copia eſt. Igitur arboribus, tectis, ac terra
grandine ac niue plurima horrentibus; qui de templis noctu domum repetebant,
frequenter labi, quidam ipſo caſu lędi grauiter, nonnulli tibias, vel brachia laben-
do frangere. Et dies circiter duodecim aut tredecim poſteà gelu cuncta obriguere:
quo tempore auium plurimę quà campeſtres, quà fluminibus aſſuetę, cùm plumę
glacie ſtringerentur, nec pabulum ſuppeteret, nullo labore capiebantur. Arbores
pleręque diſſiliebant. Et graui damno fuit templis quibuſdam è turribus in tecta
procidens glacies.

AN. 1499 Obiuit poſteà ditiones ſuas Archidux Philippus, tandémque Valentianis digreſ-
ſus, Duacum venit Iunij menſis ſecunda & vigeſima die, noctis tenebris ingruenti-
bus. Eum comitabantur Naſſauię Comes, Chimai Princeps, Fiennatum & Armen-
terię dominus, Balduinus Lannoyus Gallo-flandrię Gubernator, & alij quampluri-
mi pręcipuę viri Nobilitatis. Sinum vſque Magiſtratus obuiàm portis exceſſerat,
D quem Pinonius Capitaneus cum quinquaginta equitibus ſimili veſte fulgentibus, &
faces lucentibus antecedebat: quadraginta octo viri tedas gerentes ſequebantur,
qui pòſt Archiducis latera ſepirent. Porta Mariana foris intúſque rubro veſtita pan-
no ſymbolis Archiducis, & luminibus quamplurimis ridebat. Sex locis per vrbem
ſcenę miro ſchemate & patagio viros oſtentabant, qui domus Burgundicę & Flan-
dricę initia, progreſſus, imperium ob oculos ponerent, variorum vrbis opificum
ſumptu. Ab Senatu vas aureum, nummis aureis D. Andreę ſigno fulgentibus ple-
num, fidem iurato munus oblatum eſt. Tertio pòſt die Atrebatum Philippus inten-
dit, vbi Francię Cancellarius eum pręſtolabatur. De Flandria & Arteſia fidem huic
pręſtitit iureiurando: ab hoc contrà iuramentum de Bononię Comitatu exegit,
omninóque Heſdinium, Ariam, & Bethuniam ſibi ab Rege reſtitui per eum flagita-
uit. Annuit Rex iuſta poſtulanti: ac per litteras eorum locorum Pręfectis manda-
uit, vti Francorum eductis pręſidijs eos Archiduci redderet. His ergo receptis in

Carolus VIII. Rex Francorum moritur, ſuccedit LVDOVICVS XII. *Ioan. Tiletus. Guil. Comm. l. 8. c. 18. Maſſ. VVaſſeburg. Belleforeſt.*

Burgundiæ Ducatũ bellò repetit Maximilianus. *Molinet. to. 2. Heuter. l. 5.*

Petrus Roubaiſiæ dominus decedit. *Epitaph. eius.*

Gelu, grando, & nix nocet. *Ioan. Molinet. 2.*

Archidux Philippus Duacũ venit. *Regiſt. Senat. Duac.*

Inde Atrebatum petit, ibique Comes inauguratur. *Belleſor. Heuter. lib. 5. Chrup. Meier, Lotrius.*

Arteliæ

Artesiæ Comitem inauguratus est Philippus summa omnium ordinum voluptate, quibus admodum eius Principis tum forma dignitásque corporis, tum præclaræ ad imperium dotes placebant. Sub finem Augusti è terris Petrum Ranchicourtium Atrebatensem Episcopum mors subduxit. A

Epitaph. Locr.

Carolus Philippi filius nascitur. *Massaus, alij.*

AN. 1500. Quingentesimo supra millesimum Christi anno Ioanna Philippi Archiducis coniux Carolum enixa est Gandaui, quem posteà Imperatorem varijs hostium suique victorijs clarissimum orbis habuit.

Obit Balduinus Lanoyus Gallo-flandriæ Gubernator. *Epitaph, eius.* Robertus Gaguin. moritur. *Lib. Trinitar. Miraeus in Elog. Locrius.*

AN. 1501. Proximo deinceps anno ad septimum Iunij diem mortem Brugis oppetijt Balduinus Lannoyus Moulembaisij toparcha, & Gallo-flandriæ Præfectus, quem Regis Romanorum Cubiculo admorum, & Aureo Vellere nobilem, quorumdam inuidia in maximum olim honoris & vitæ periculum adduxerat, vt anteà memoraui-mus. Eiusdem mensis secunda & vigesima luce vitam posuit Robertus Gaguinus Ordinis Sanctissimæ Trinitatis Magister Generalis. Franciæ Rex Ludouicus duodecimus Bibliothecæ præfecerat suæ, vt qui varia librorum cognitione, multisque litteris pollebat, eam omnigenis auctorum voluminibus ornaret; quò pecuniæ regiæ plurimum acceperat. Inter alia elegantissimi eius ingenij monumenta, superest Regum Franciæ historia æuo maiorum, quàm nostro, laudatior. Dum corpus eius ab sepultura quinquagesimo circiter anno refoditur, integrum posteà mirantibus omnibus repertum est; tantúmque Iacobus Bourgesius Atrebas Trinitariæ domus Duacensis alumnus effecit, vt caput ab ceruice detractum impetrauerit, ac Duaci in domestica bibliotheca intra cancellos ferreos visendum collocauerit. Iulio mense insolitis fragoribus, tonitruis, ac fulgoribus tempestas Basseam, septémque vicinos ei pagos perculit, maximóque affecit damno. Eò loci vix è satis medimnus vnus ab rusticis collectus. Et mox ventus vehementer incubuit, ac densissimæ nubes è cælo in pluuiam fluxere: enormis denique magnitudinis grando cecidit: vt quæ superarant in agris hortísque, obruerentur omnia, summo luctu mortalium. Ea vis grandinis & lapidum ex aëre labentium fuit, vt non modò innumeras auiculas obtriuerit: verùm etiam cuniculos, lepores, coruos, pauones, cygnos, anseres sub dio deprehensos pondere suo eliserit. Disiecta vento nemorum aliquot iugera: aquis exundantibus abrepti homines, pecora, domúsque villaticæ. B C

Tempestas. *Molinet. to. 2.*

NICOLAVS RVISTRIVS Atrebatium Episcop. renuntiatur. *Tabb. Atrebat. Gaz. Locrius.*

Archiduces per Franciam in Hispanias proficiscuntur. *Massaus. Vvasseburg. Bellefor. Gilly append. Molinet. to. 2. Heuter. lib. 6. Mariana. Locr.*

Hoc ferè tempore Nicolaus Ruistrius, domo Luxemburgensis, datus est Pontifex Atrebatensibus. Apud D. Petri Præpositum priùs agebat Louanij: tribúsque ex ordine Principibus, Carolo Pugnaci, eius filiæ Mariæ, & Philippo Archiduci à consilijs fuerat, famámque integerrimæ obtinuerat vitæ. Profecti sunt posteà in Hispaniam via terrestri Philippus Austrius eiúsque coniux Ioanna. Tam longi difficilisque itineris causam præbuerat immaturus Ioannis Hispaniarum Principis obitus. Quòd eum vnicum habuissent filium Ferdinandus & Isabella Hispaniarum regnis pollentes, ad Ioannam eius sororem ac Philippi coniugem, eorum regnorum, quibus ipsi potiebantur, hereditatem deuolui oportebat. Vt igitur Hispaniarum Principes adhuc viuis Regibus nuncuparentur, & Hispanicorum heredes regnorum renuntiarentur, ardentissimum vtriusque votum erat. Marine, an terra hoc iter susciperetur, varijs agitatum sententijs est. Oceano sororis in Hispaniam tendentis periculum, & fastidium nauis Archiducem arcebat. Vt per Franciam proficisceretur, prolixa suscipiendi colendique voluntas Regis, & promissus per legatum Franciæ ad corporum defensionem quadringentorum grauioris armaturæ militum comitatus impellebat. Eodem faciebat fundandæ altiùs amicitiæ, ac firmandarum inter Carolum Austriacum & Claudiam Franciæ Regis filiam nuptiarum spes. Igitur quarto Nouembris hoc iter aggressi sunt Archiduces, eóque die Bruxellis cum nobilissimo comitatu discessere. Vt reliquos taceam, eos è Gallo-flandria secuti sunt Ioannes Halewini regulus, Philibertus Lannoyus Willerualis toparcha, Carolus Lannoyus Sanzellæ dynasta, Petrus Rosimbosius, Antonius Lannoyus, Hugo Lannoyus, Halewini domina. In Francia viam facientibus, aut morantibus, nihil ad cultum & amicitiam deesse passus est Rex Ludouicus. Interim apud Gallo-flandros Guilelmus Lotinus, insigne gentis sacræ lumen, exstinctus est morbo Martia- D AN. 1502.

Guilelmus Lotin Abbas Martianensis moritur. *Mir. Martian.*

A nis pridie Christi Natalium. Is dum iuuenis esset, religiosis fuerat institutis eruditus Aquicincti. Illic cùm ætas & virtus gerendis officijs idoneum fecissent, Camerarij munere laudabiliter functus est. Annus iam Domini septuagesimus & octauus post millesimum & quadringentesimum voluebatur, cùm ei ad grauiorem Magistratum *Eius laudum periocha.* ex Aquicinctensi Monasterio transeundi data est occasio. Martianensis Abbatiæ gubernacula tractabat Ferricus de Cluniaco vrbis Tornacensis Pontifex. Quòd frequenter is abesset, ac publicis animum negotijs intenderet, parùm Religioso cœtui prospicere poterat: ideóque in alium dignitatem onúsque transferre meditabatur, modò pecuniæ quidpiam in annos singulos Pontificis Maximi venia eodem è Monasterio decerperet. Actum est cum Lotino, vt cum pendendi pecuniam seruitute Martianensis Abbatiæ pedum susciperet, quandoquidem id fieri permitteret Romanus Pontifex. Vix tamen is Magistratum illic inijt, cùm in magnas se difficultates coniectum deprehendit. Attritæ iam arctissimæque res erant Monasterij, & non paruam oportebat Ferrico pecuniam numerare. Quòd eam, ne Cœnobium grauare-

B tur nimiùm, pendere detrectaret, ab officio suspensus est aliquamdiu Lotinus. Verùm vbi posteà liberam hic accepit omnia domi moderandi potestatem, eóque liberatus est onere nummos tribuendi: multum sanè laboris impendit, vt res in melius Martianis restitueret. Neque prosper ei successus defuit, seu Religionem, ac virtutis studium redintegraret, seu bonis familiaribus daret operam, seu reparandis ornandísue sacris & prophanis ædificijs aduigilaret. Ergo iam & vigebat Religiosa Martianis disciplina, & Monachorum necessitates abundè suppetebant, cùm Lotinum lethalis morbus inuasit. Exortus inde dolor familiam afflixit grauiter, tum quòd cuncti eius amore tangerentur maximè; tum quòd nullus superesse videretur, qui vestigijs huius insistens benè cœpta posset vlteriùs vigilando & laborando prouehere. Verùm vbi post Guilelmi obitum in Iacobum Coenium, qui Martianis inter *In eius locum eligitur Iacobus Coene.* Monachos degebat, omnia pro sustinenda dignitate Præsulatus collata sunt suffragia: haud minor, quàm priùs, omnes perfudit lætitia. Quippe Iacobo insitum erat *Msc. Martian.*

C ad sacrum munus præclarè obeundum insigne promptúmque ingenium, & ardens ad virtutis cultum animos stimulandi studium. Ad hæc suppetebat ei non leuis è Iure collecta in scholis ad res benè tutóque gerendas prudentia. Postquam igitur is animum & laborem ad familiæ gubernationem adhibuit, ex votis ipsi omnia perquàm prosperè successerunt, ac in nullo se minorem Lotino præstitit: vt eo Præsule summum visæ sint Martianæ felicitatis, opum, elegantiæ, virtutis apicem consecutę.

Anni sequentis Februario cùm in Hispaniam peruenissent Archiduces, summa Reges, omnésque proceres ad eorum salutem & conspectum sunt delibuti voluptate: nihilque ab his in eos cultus & officij desideratum est. Aliquod tamen illic posteà subortum Philippo vitæ periculum, eo, quem variolas, vel pustulas Medici nuncupant, morbo corpus inficiente. Toleti spectantium ad matrem regnorum *Archiduces* Principes appellati sunt Archiduces, eísque tamquam certis eius heredibus dictum *Principes & heredes His-* est ab omnibus sacramentum. In Aragonia, & alijs ad Ferdinandum pertinentibus *paniarum de-*

D regnis, ita sunt in Principes heredésque suscepti: vt, si Ferdinandus Elisabetha viuis *clarantur.* erepta in matrimonium rursus cum alia muliere coaluerit, ac filium ex ea susceperit, *Mariana, alij.* hic regnorum eius hereditatem adeat. Dum varias postmodum obeunt ciuitates, ibique multis sumptibus, & insigni magnificentia coluntur, aliquot menses absum-

AN. 1503. pti. Inuerat iam annus post millesimum & quingentesimum tertius, cùm relicta in Castellano regno vxore grauida, de repetendo Belgio sollicitus itineri se Philippus commisit Ianuarij septima luce. Acceptis ab Rege Ludouico tribus obsidibus, Gastone Foxiensi Comite, Carolo Monpensierio, & Carolo Bourbonio Mariæ Vindocinensis Comitissæ, ac Insulensis Castellanæ filio (qui maximo apud Francos orti genere vixdum pubertatem attigerant) ac Valentianas præmissis, per Franciam regredi placuit: Vt obsides peterentur, ardens inter Hispanos Francósque Italicum bellum effecerat, ne quid per iter iniuriarum Archidux pateretur. Ab hoc *In reditu per* visitati Sabaudiæ Dux eiúsque coniux Margareta; sed vnà magnum vitæ discrimen *Galliam vitæ periculū adit Philippus.*

Molmet. to. 2. Heuter. lib. 6. Mariana B: Ref. Gilly Append.

aditum, vbi corpus æstuans febris incessit. Vixque in Galliam inde reuerterat, cùm rursus eum febris ardor inuasit, ac propiùs abfuit, quin absumeret. Non deerant, qui veneno infectum Principem arbitrarentur. Vbi Regem hîc ac Reginam salutauit, ac paullulùm ex morbo recreatus est, in Sabaudiam rursus discessit. Ibi cùm pristinam valetudinem recuperasset, in Burgundiam primùm descendit, indéque in Germaniam ad patrem transgressus est. Ea de regione secundùm Rheni flumen Coloniam vsque iter fecit. Nouember eius anni iam procedebat, cùm Belgij ditiones intrauit, & à Belgicis Ordinibus eum voluptate maxima exceptus est. Interim è viuis mors abstulit Antonium Rosimbosij dominum, cuius fides virtúsque bello cognita fuit. Corporis sui latronibus eum præfecerat Burgundiæ Dux Carolus, & Bethuniæ ac D. Quintini vrbium arciúmque gubernationi admouerat. Ceterùm huius anni æstatem siccitas æstúsque intolerabilem fecere. Horti, agríque torrebantur, alendis pecoribus nusquam ferè herba suppetebat, visíque sunt boues plerique in fimetis stramina esui quærere ab equisonibus è stabulis equorum reiecta. Ita fontes aruerant, puteique, vt paucissimis aquæ locis fluerent: ac necessitas quosdam impulerit hauriendis vase lymphis media nocte ad remotos puteos, ne præuenirentur, viam capere. Et cùm pluuiam nubes negarent, humanáque corpora æstus decoqueret, ardentissimæ febres inualuere, fœdísque incendiis ædificia multis in locis hausta sunt.

A

Antonius Rosimbosij regulus moritur. Epitaph. eius.

AEstas admodum sicca. Molmet. to. 2.

B

AEgidia Dadizellia Marquettēsis Antistita onus deponit. Mon. Marquet. mss.

Moderabatur ea tempestate Marquettensem Parthenonem Ægidia Dadizellia, eiúsque sacrum imperium adeò iucundè tolerabant Sanctimoniales, vt maximam quoque ex factis eius voluptatem perciperent. In retinenda veteri Religionis obseruantia multum operæ collocauerat: variáque domi & alibi ædificia molita, nouos etiam antiquis redditus adiunxerat annis duobus & viginti, quibus regendi onus alacriter sustinuerat. Verùm hoc denique anno satis pespiciēs, haud adeò sese regendis Virginibus opportunam, fatiscente per longam ætatem corpore: multis ardentibúsque precibus institit, vt in aliam Abbatissæ dignitatem, curásque reiiceret. Quod cum ægrè admodum impetrasset, in Catharinam Berghanam onus deposuit, ac duos priuatæ vitæ annos in maxima quiete animi consumpsit.

C

Archidux bellum gerit in Geldria. Molmet. to. 2. Heuter. lib. 6.

AEstatis siccitas. Molmet. to. 2. Locrius.

Terræ motus. Molmet. Mss.

Missaus.

Quarto supra millesimum & quingentesimum anno vix vllam Philippus quietem iniit. In Geldria Carolus Egmondius res obturbauerat, eiúsque Prouinciæ imperium per iniuriam contra pacta inuaserat. Igitur in eum arma conuertere coactus est Archidux, éque pârentibus sibi Prouinciis Belgicis copias colligere. Dum illic Arenacum, aliáque loca expugnat, multi menses elapsi sunt. Haud benignior interim, quàm præterito anno æstas fuit. Præ calore & siccitate, memora quædam vix folia induêre; Vbi viruerant, erucis bruchísque pastum præbuere, qui protinus arbores insedere adeò noxij veneno, vt contactu manus hominum inficerent, ac operi ad dies quatuor inutiles redderent. Arborum fructiferæ vix pomis oneratæ, iisque vermes innati esu prohibuere. Ac frequenter tum temporis tonitrua mortales terrebant, tremuítque terra pridie D. Bartholomæi: vnde multarum ædium camini & imbrices cum fragore disiecti sunt. Affixit quoque mortales his temporibus fames haud leuis. Exeunte Nouēbri Elisabetha Hispaniæ Regina morbo vitam cum morte mutauit Methymnæ Campi, Ac tunc ad Ioannam eius filiam, & Philippi Archiducis coniugem, Castellæ Regnorum possessio deuoluta est. Quo tamen minùs in hanc Hispaniæ partem multò maximam & præstantissimam imperium Philippus & Ioanna extemplò capesserent, Ferdinandus Elizabethæ maritus effecit: quòd cum Regina Castellę vtriusque Moderatorem instituisset extremæ voluntatis tabulis. Commouit ea res initio Archiducem grauiter: iámque is animum induerat Hispaniam petendi, socerúmque vel armis, vel amicitia debitorum sibi Regnorum possessione deturbandi, quod ipsi quoque Hispani auidissimè expetebant. Sed quorumdam Hispaniæ Principum studio inter vtrumque pax eo modo composita: Vt nihil absque soceri voluntate & consiliis in Hispania Philippus inciperet, perficerétue: Ferdinandus illic Rempublicam moderaretur: Regis titulum simul vsurparent: regni vectigalia ex æquo partirentur; ad bellum mutua sibi auxilia subministrarent.

AN. 1504.

D

Inter Ferdinandum & Philippum de regnis Castellæ cōtrouersia, eiusque compositio. Molmet. to. 2. Heuter. lib. 6. Mariana.

Labo-

A Laborabat intereà longo grauique schismate Tornacensis Ecclesia, & huic subiectæ Diœceseos fines vt à vario Præsule regebantur, ita plurimùm damni & incommodi tolerabant. Petro Quickio, legitimè consecrato Antistiti, nulla Tornaci, & in vrbis huius territorio potestas concedebatur muniis Episcopalibus fungendi. Quem Tornacenses Ludouicum Potum sibi Episcopum legerant, is in vrbe rariùs degebat, multúmque temporis apud Turones in S. Martini Monasterio, cuius Antistes erat, transigere cõsueuerat. Nihil laboris Philippus Austriacus omittebat, vt omnem Petro auctoritatem, tum in vrbe Tornacensi, tum in Tornacesio conciliaret; quò per eum Tornacensis populus excoleretur. Videbantur tamen tunc Tornacenses ęgrius Petrum admissuri, quàm frequentem Ludouici absentiam perpessuri molestius. Et

AN. 1505. sanè cùm Martio insequentis anni Ludouicus in suo apud Turones Monasterio vitam finiuisset, ipsísque integrum esset Petrum intra fines muròsque recipere; vt Philippi gratiam aucuparentur: maluere tamen ij ad Franciæ Regis fauorem animos conuertere, eiúsque causa Carolum du Haultbois gente Francum, & Regis Consi-

B liarium, in Pontificem postulare, quàm Petro sese suáque submittere. Verùm inde maiora, quàm priùs, suborta sunt mala. Cùm enim Carolum Franciæ Rex infulis ornari curasset, omninóque defendendum suscepisset; contrà, Philippus aduersus eum pertinaciter Petrum tueretur: non modò ab vtroque Antistite variis certatum est diplomatibus, & anathematum fulminibus; verùm ipsi quoque Principes eò demum ardore contentionum impulsi sunt, vt parùm abfuerit, quin aduersis aciebus bello concurrerint. Iis tamen discordiarum gliscentibus malis in tempore sapienter occursum fuit. Ad Supremum Ecclesiæ Põtificem crebettimis litteris de grauissimo belli discrimine, in quod se Reges ob Episcopatum Tornacensem erant coniecturi, perscribitur, ipséque multis demum precibus incitatur; vt ab innocentium capitibus id periculum auerrat. quóue plus ponderis haberet obsecratio, etiam Petrus & Carolus ad ipsum de controuersia retulere, omninóque statutos se ipsius sententiæ promiserunt. Postquam igitur in vrbe Gandensi exstinguendis facilè contentionibus

C quædam pacis conditiones à viris grauibus scriptæ fuerunt, & Romam delatæ: illic denique Pontifex Maximus animum adiecit, vt Petrus suo de iure nonnihil cederet, ac Tornacensibus infulis nudaret se; quoad vitam duceret, è Tornacensis Episcopatus censibus annuam portionem caperet; D. Amandi Monasterium moderaretur, eiúsque frueretur opibus. Neque verò Regum aliquis eam Summi Pontificis sententiam auersatus est, omninóque Petrus eam perlubenter suscepit. Verùm secundo ab cessione Episcopatus mense vitam Petrus perdidit euentu miserabili. Cùm enim iam in Elnonensi Monasterio securus ageret, nocte quadam is Philippus, quem è Religiosis aduersarium priùs senserat, cum ingenti satellitum manu in huius se cubiculum effractis foribus intulit vehementer, captísque clauibus omnibus

AN. 1506. tantum ei pauorem incussit, vt Valentianas delatus intra biduum animam exhalauerit extremo sequentis anni Ianuario.

Intereà loci miserat Ferdinandus Hispanorum Rex in Belgium instructam eleganter multarum nauium classem Philippo Regi Castellæ, eiúsque coniugi Ioan-

D næ, in Hispaniam per Oceanum deuehendis. Suas etiam Philippus naues ad hoc iter comparauerat, omnique instrumento nautico & commeatu instruxerat. Igitur rebus omnibus ad nauigationem necessariis in classem importatis, & Guilelmo Crouyaco Cheurcensi toparcha curandis Belgij rebus admoto, quarto Idus Ianuarij è Zelandiæ portubus cum vxore Philippus vela fecit, & in conspectu Angliæ duplex discrimen longè maximum adiit. Ab igne prius periculum incubuit, eo naue regia derepentè correpta: omninóque cuncta violentum id incendium fuisset depastum, nisi maximum socij nauales ei restinguendo laborem impendissent. Vix eo discrimine oppresso, aliud malum & vehementius & generalius classem inuasit. Quippe suborta ingenti ac turbulentissima tempestate, Oceani fluctibus hausta sunt cum vectoribus & rebus omnibus tria nauigia: in varios Angliæ portus, Britanniæque littora complures aliæ naues disiectæ. & vix ea, qua Philippus & coniux vehebantur, Hamptonæ portum tenuit. Haud parum tamen profuit Philippo, quam in Anglia

Schisma Ecclesiæ Tornacensis admodum nocet.

Molanus. to. 2. Ioan. Cousin. lib 4 cap 48. Rer. Tornac.

Philippus Rex in Hispaniam tendens adit periculum.

Molanus. to. 2. Polydor. Vergil. lib 26 Meyerus. Heuter. lib. 6. Mariana. Hist.

Cũ Rege Anglorũ fœdus renouat. *Iidem auctores.*

moram traxit, dum classis ex naufragio colligitur,& in naualibus disrupta dissipata- A
que nauigia reparantur. Aditus enim ab eo Henricus Anglorum Rex salutandi gra-
tia, multam admodum beneuolentiam patefecit, multóque ipsum & coniugem ho-
nore sumptúque coluit. Quæ pacis & amicitiæ capita olim Reges Hispanorum An-
glorúmque pepigerant, ea nouis fœderibus & iuramentis constricta sunt. Ac ne fa-
cilè hæc amicitia disrumperetur, Henricus Periscelide Philippum ornauit; Arturo
Henrici filio Velleris Aurei torquem Philippus imposuit. Igitur secundis vocanti-
bus ventis, nono Kalendas Maij has ob res magna perfusus voluptate, nauim Philip-
pus conscendit, & plurima vsus aëris serenitate in Hispaniam vela conuertit; ac
quinto die nauigationis Coroniam Gallæciæ portũ feliciter ingressus est. Inde post-

In Hispania cum socero disceptat. *Iidem auctores.*

quam Castellę regnum iniit, inter eum socerúmque graues exortæ sunt simultates,
ac pugnantia procerum studia, & dissensiones multùm Rempublicam obturbauere.
Nihilque omninò quietis peperere habita Regum de controuersiis colloquia. Et
cùm de iure suo quædam genero suo cessit Ferdinandus, inde potiùs aucta, quàm
exstincta eius cupiditas est. Verùm breui horum contentionibus finem attulit re- B

Missam. Ibidemque moritur. *Iidem auctores, Ioan. Carion Berfanus, Merchanus, Locr. alij. Polydor. Mol n Heuter. Meraus.*

pentinus Philippi morbus, & interitus (quem visus prænuntiare Cometes, qui per
dies aliquot ostensus est) aliarum turbarum initia præbuit. Ad septimum, aut deci-
mum quintum (variant enim auctores) Kalendas Octobris lethifera febris eum
Principem exstinxit magnó vxoris & Belgarum dolore, cùm ætatis annum octauum
& vigesimum ageret. Qui regnum in Hispania, & in Belgio imperium capesseret,
primo genitum loco Carolum reliquit annum vitæ sextum ducentem. Accepti de
Philippi obitu nũtij aliis alios Principes affectibus impulere. Franciæ Regem magna
tunc voluptas incessit, isque, ruptis occultè fœderibus, in Belgas per Carolum Gel-
driæ Ducem arma conuertit, quem auro virisque instruxerat. Ex aduerso, Rex An-
glorum suis ad Guilelmum Crouyacum Areschottæ & Cheureæ regulum, & Belgij
ac liberorum Philippi Moderatorem litteris ingentem animi sui tristitiam expressit:
omninóque hunc virũ verbis erexit, vti aduersus Francos Belgas protegeret, ac pro-
lixum ad horũ defensionem auxilium promisit. Exstat quoque huius Regis epistola C
tum moderandæ Maximiliani Cęsaris & Philippi parentis mœstitiæ gratia, tum eius-
dem Principis ad tutandas Belgij Prouincias incitandi ergô perscripta. Ne quid igi-
tur grauioris detrimenti caperet in Belgio Respublica, cui tantillæ Princeps ætatis
obtigerat, tum Maximiliani Imperatoris potentia & consiliis, tum Crouyaci artibus

Carolus Episcopus Tornacensis inauguratur. *Cousin lib. 4. cap. 48. Rer. Tornacens.*

perfectum est. Spiritualibus interim Flandriæ rebus aliquis labor impensus. Quem
suprà diximus Carolum Ecclesiæ Tornacensi præfectum, is, Petro demum è viuis
sublato, ad ineundum hunc Magistratum sese comparauit: ac decima quinta Iunij
luce ab Summi Pontificis Legato consuetis ritibus in Episcopum consecratus est in
Francia. Inde cùm Belgium petiuisset, insecuti mensis octauo die insigni Tornacum
pompa subiit. Præter alios Equites, ei se comites adiunxerant Piennarum & Fienna-
rum reguli, quorum ille ab Franciæ Rege, hic ab Rege Castellæ deducendi gratia
missi fuerant. Ab Romano Pontifice Carolus impetrauerat, vt quo die Tornaci in
Episcopum inauguraretur, iis omnibus cunctorum veniam criminum impertiretur,
qui purgatis ritè conscientiis sacrosanctũ Missæ sacrificium in æde Mariana frequen- D
tarent. Eius rei causa cùm infinitus propè populus ei se videndum in amplissima fori
area præbuisset, haud temerè arbitratus est omnem eam multitudinem intra templi
Virginei parietes (quamquam illud amplissimũ est) contineri non posse, quo tẽpore
ad arã sacra operaretur; ideóque passim proclamari curauit, peracto Missæ sacrificio
in forum se proditurum, vti veniam delictorum omnibus indulgeret. Expletis igitur
ritibus cunctis, postquam è templo in forum se contulit, è fenestris altissimæ domus
sacris carminibus populo benè precatus est, ac debitas eius peccatis pœnas Indulgen-
tiarum beneficio abstersit. Non leuem deinceps operam tum visitandis Diœceseos
Clericis ac Religiosis, tum prauis moribus extirpandis adhibuit: varios Episcopatus

Circa Electores Senatus Duacensis peccatur. *Regist. Duac.*

locos adiit; ac denique Synodum Tornaci coëgit, & quædam in ea reformationis
capita conscripsit. Ea tempestate Bailliuus Duacensis oppidanos Duacenses circa
Magistratuum electionem contra Principum leges multa peccare animaduerterat,

vnde

A vnde plurimum in Rempublicam damni redundaret. Primùm enim qui legerent Senatores, admodum ij iuuenes, ideóque parùm idonei, nominabantur, vt vix octodecim, aut viginti annos ætatis excederent. In his ferè amici, vel cognatione, & consanguinitate proximi, vel etiam liberi eorum numerabantur, qui calculos in vrnam coniiciebant. Ab his Electoribus iis Magistratus imponebantur, non tam quos ipsi interdum cuperent, quàm iubebantur capere. vnde sæpenumerò fiebat, vt quos Principes suis legibus Senatu arcebant, in Scabinos & Sexuiros legerentur. Per hunc errorem frequenter propinqui & consanguinei Magistratum simul gerebant: Nosocomiorum, aliorúmque locorum ad Scabinorum curam pertinentium Quæstores, & lignorum mercatores admittebantur in Senatum, quos nominatim conscriptæ Principum tabulæ in Senatorum consortium recipi vetabant. Ad hæc, qui Magistratibus admouebantur, non pro more in vetus carmen coram Bailliuo iurabant; verùm inductis quibusdam iurisiurandi formulæ verbis, quò se liberiùs constringerent, per absentiam eius obligabant se iuramento. Hæc igitur cùm videret praua

B consuetudine in Reipublicæ damnum gliscere, ad Regem Castellæ Philippum Bailliuus retulerat. ac ne quid temerè in Duacenses dicere argueretur, Insulensem Gubernatoris Gallo-flandriæ Vicarium ab ea Duacum legari petierat, vt cuncta penitiùs examinaret. Non parùm Regi displicuit Duacensium abusus: datáque mox cura est Insulensi Vicario, vt Duacum delatus cuncta diligentissimè scrutaretur. Nihil nō hic iis cōforme reperit, quę Bailliuus retulerat. Increpiti ergo grauiter Scabini sunt, iique omnes, quorum opera tum Electores, tum Senatores fuerant nuncupati: neque vlla earum excusationum recepta est, quas ipsi litteris tradiderant. Datúmque pòst ab Rege Carolo filio negotium, vti per Senatum Sanctiorem arcanúmue Duacensium errores corrigeret. Post longam itaque deliberationem cum septimus ac vigesimus dies Nouembris illuxisset, in hanc sententiam ab eo tabulis quædam inscripta sunt. *Qui postmodum ad dicendum Senatum Electores nouem nominabuntur, trigesimum ætatis annum attigerint: quæ Comes Ludouicus Maleanus de gradibus consanguinitatis, propinquitatis, & affinitatis Electorum Senatorúmque sanciuit, ad amussim omnia seruantor: de Quæstoribus & negotiatoribus in Senatum minimè admittendis, eorum, quæ sunt olim constituta, nihil in posterum mutator: Scabinorum & Sexuirorum nomina & cognomina Bailliuo priùs exhibentor, quàm ij ad præstandum iuramentum euocentur: coram hoc ij sese veteri iurisiurandi formula obliganto: quæ carmini iurandorum verba sunt detracta, ea rursus inseruntor.* Ad hanc itaque legem in posterum Electores, & Senatores creati sunt Duaci.

C

Ij corriguntur errores.

Idem Regist. & litt. Car.

AN. 1507. Anno proximè secuto in Belgium è Sabaudia descendit Margareta Philippi Regis soror, & Caroli Principis amita, vt impositam sibi harum Prouinciarum Gubernationem, quam Maximiliano Cæsari suo iure nuper flagitanti parùm prudentes gratiqque Belgæ negauerant, susciperet. Ad quintum & decimum Maij diem eam Duacum venisse, multóque plausu, & magnifico apparatu intra muros inductam reperio: eiusdem mensis octaua & vigesima luce onus Belgium regendi subiuisse.

Margareta Austriaca Belgio præficitur.

Massæus.

D Exactis subinde mensibus aliquot, insignis ad Cæsarem Maximilianum è Belgio

AN. 1508. missa est legatio (eius caput erat Guilelmus Crouyacus Areschottæ toparcha) vt is in Belgium iter maturans nepotis Caroli ditionibus suorum veniret; quarum partē iamdiu armis infestabat Geldriæ Dux Carolus; ac ne Rex Francorum alteram partem bello impeteret, timebatur. Erat occasio data Cæsari, vt legatis nihil cōcederet, quòd anteà ipsi petenti à Belgis negata fuerat Belgij moderatio. Maluit tamen is priuatæ offensioni in nepotem suum pietatem præponere: ac breui pòst in Belgium venit, eiúsque res composuit. Priusquam hinc icto Cameraci cum Pōtifice Maximo, & Francorum ac Hispanorum Regibus fœdere, ad bellum Venetum proficisceretur: Areschottæ regulum informandis ad virtutem moribus Carolo nepoti præfecit, huiúsque animo litteris humanioribus expoliendo Adrianum Florentium admouit, qui posteà summum adeptus est totius Ecclesiæ Magistratum. Margaretę filię ad populos harum Prouinciarum feliciter gubernandos, multa sapienter præcepit: quibus

Maximilian. Imperat. in Belgium euocatur.

Heuter. Harœus.

Philippus Cominæus moritur.
Epitaph. eius. Miræus in Elog. Belgarum.

ea in commune bonum vsa est sanè prudētissimè. Dum igitur res in Belgio prosperè A
succedunt, in Pictauiensium ditione Argentoni Philippus Cominçus Gallo-flander, AN. 1509.
cuius antè mentionē fecimus, vita exuitur annos natus quatuor & sexaginta. Vt prius ingenij felicitas & elegātia extulit; ita post Ludouici Vndecimi Regis obitū aduersa quædam ipsum in Francia oppidò perculere. Per inuidiam volunt quidam eum grauissimis pressum accusationibus, & in ius à Francis vocatum, quibus parum placebat, tum quòd externus esset, tum quòd plurimum in Aula sibi peperisset auctoritatis. Actúmque in ipsum adeò vehementer est, vt læsç Maiestatis crimine onustus in Loscensem apud Biturigas arcem retruderetur, ibique duriter habitus omni solatio destitueretur amicorum; ac nullus causam eius, propter hostium opes ac potentiam, suscipere auderet. Omnémque reliquam illic in angustijs egisset ętatem, nisi coniux Helena Chambęa multis admodum obsecrationibus impetrasset, vti causam dicturus eo de loco Parisios duceretur. Hîc sese cùm Regio Senatui stitisset, ac pro se dicere fuisset coactus, ea per duas horas eloquentia & vi dicendi suam egit causam, vt omnium Iudicum sententia innocens renunniatus absolueretur. Ea tempestate sedata, pristinum apud Carolum Francię Regem gradum obtinuit, multósque postmodùm annos quietiùs transegit. Prçter Ioannam filiam, quę per matrimonium in manus Pontiberię Comitis venit, nullos reliquit liberos. In sacellum, quod in Augustiniensium templo exstruxerat, illatus est post mortem Parisijs, & marmoreo tectus tumulo. Quam scripsit annotum quatuor & triginta, non leuem apud viros sapientes historia laudem obtinet, quamuis aliqui mendaciorum, ac sinistri aduersus Carolum Burgundię Ducem affectus reum faciant. B

Nicolaus Atreb. Episcop. moritur.
Epitaph. eius.
... succedit FRANCISCVS MELVNIVS.
Abb. Atrebat. ... Locr.
Armenteriēse oppidum dilatādi ac muniendi venia.
... Carols.

Haud diu posteà vitam morbo perdidit Nicolaüs Ruistrius Atrebatium Pontifex. Inter alia, quę reliquit, suæ munificentiæ monumenta, præcipuum Id locum obtlnet, quod Louanij Atrebatense Collegium condidit. Exactis subinde mensibus aliquot, Franciscus Melunius apud AN. 1510.
Belgas nobilissimo genere natus, è Pręposito Insulensi eiusdem Ecclesiæ renuntiatus est Episcopus. Circa hoc tempus veniam dedit Princeps Carolus, vt Armenteriæ, quam frequentissimus populus insidebat, pomœria protenderentur, ac circùm fossæ C
latiores, altiúsque vallum ducerentur. Sed tum id opus tantummodò cœptum est. Francię Rex Ludouicus nonnulla Duacensium priuilegia diplomate suo firmauit.

... alearum & chartarū lusus Insulæ vetantur.
Diploma Max. & Carols.

Maximilianus Imperator, eiúsque nepos Carolus lege sanxerunt, ne quis Insulę aleis, chartis lusorijs, idque genus alijs, tum publicè, tum priuatim operam daret: ne quis addictis ijs voluptatis generibus domum reciperet. Legis huius ferendę causam præbuit ciuium multorum effusa in eas oblectationes licentia, qui pecuniæ plurimum inutiliter absumebant, quorúmue imprecationibus, & blasphemis vocibus multis in locis vrbs circumsonabat: vnde plerumque rixæ cædésque exoriebantur.

Michaël Riquel. Abbas Laudens. dignitatē vltrò ... uit.
... mon. Laudens.
... succedit Dionys. Bauinus.

Anno sequenti in Monasterio Laudensi præclarum animi religiosi exemplum suis AN. 1511.
obtulit Michaël Riquellatrius loci eius Antistes. Cùm enim is animaduerteret minùs idoneum se grauibus Cœnobij curis sustinendis (erat enim iam morbo admodum fractus) anno sui Præsulatus primo & vigesimo, regendi onus sponte deposuit. In eius locum suffectus est Dionysius Bauins Insulæ genitus, quem non minùs ad conseruandam Religionem, quàm ad struenda pleraque ædificia incumbentem eius Ascetæ Cœnobij censerant. D

Franc. Melun. ... Episcop. ... & succ... illor ei da... PHILIP. LVXEMB.
Abb. Atrebat. ... Locrius.

Interlapso tempore aliquo Franciscus Melunius ex Atrebatensi ad Morinensem Ecclesiam Romani Pontificis voluntate pro- AN. 1512.
mouetur. Ac mox Philippus Luxemburgico clarissimus cognomine, ac Theobaldo Fiennarum & Armenteriæ domino, patre progenitus, Antistes Atrebatibus concessus est. Isto de viro hæc reperio. paucis pòst annis ad infulas Morinenses, & Cœnomanicas prouectum, in Italiam deinde vocatum, ac Tusculano Episcopatu donatum, inter Purpuratos Ecclesiæ Patres consedisse. à Pontificis Maximi latere ad res Ecclesiasticas componendas legatum. hoc pollentem officio Indulgentias largitum Annuntiatis Bethuniensibus.

Ioan. Chiuor. Abb. Phanop. se abdicat.
Franc. Poetin. ... Chron. Phanop.

Eodem propè tempore, quo Philippus Atrebatium creatus est Episcopus, Ioannes Chiuoreus Phanopinensis Monasterij Antistes insigne demissi animi specimen suis præbuit, cùm laboribus, morbis, & grandi ætate confectus, gubernandi munere vltrò cessit, Iulij Secundi Romanorum Pontificis

volun-

A voluntate, idque in humeros Andreæ Mondeti, qui res domesticas procurabat, reiecit: vt primùm huic subijceret sese, dein quietiùs ad mortem animum componeret. Non potuit rem eam cœtus Religiosorum siccis oculis spectare, & sine gemitu perferre. Nota scilicet cunctis erat eximia huius Præsulis virtus, & paterna in subditos cura, charitásque. Tantum scilicet in eo propagandæ Religionis studium emicuit, vt nihil omiserit laboris, quo suis aliísque ad virtutem sese ducem præstaret. Et quoties aliquem in stadio virtutum feliciter currentem aspiceret, præ animi dulcedine lachrymas ex oculis mittebat. Ad hæc, cuncta, quæ ad corporis necessitates spectabant, commisso sibi gregi abunde subministrabat. Verùm quem ex eius abdicatione dolorem capiebant Religiosi, non parum leniuit Andreæ Mondeti, quem suum Ioannes legerat successorem, instructus artibus iisdem animos, & præstans religio.

Andr. Mõdet ei sufficitur. *Idem Pietan.*

Et quoniam in isto viua Chiuorei virtutum relucebat imago, tam iucundum subditis fuit ei parêre, quàm pristini rerum spiritualium studij nihil remittere. Paucis mensibus Andreas Magistratum administrauerat, cùm in eodem Monasterio ad su-

B peros abijt Frater Andreas Faber, iuxtà virtutis, ac Legum scientiæ studiosissimus. Ætate sua paucos pares habuit Legum peritia. Dum Priorem Cœnobij ageret, multos suis stimulos fixit ad cultum Religionis, & studium virtutum ardentiùs capessendum. Et Parochiæ curam gerens, nunc concionibus, nunc colloquijs plurimos è

Andr. Faber in eod. Monast decedit. *Franc. Pietan.*

AN. 1513. cœno vitiorum eduxit. Et anni sequentis initio vitam illic cum morte mutauit Ioannes Chiuoreus, nondum circumacto à muneris Abbatialis cessione annuo solis cursu. Eo fermè tempore Carolum Tornacensem Episcopum aduersa valetudine debilitatum incessit cogitatio eum deponendi spontaneè Magistratum. Quòd enim Cæsarem inter Francúmque nulla pax coalesceret, admodum vehementer verebatur, ne si mortem antè oppeteret, quàm huic Ecclesiæ Pontifex concederetur, aliquod rursus schisma res Diœceseos obturbaret. Igitur impetrata priùs Pontificis Maximi, & Franciæ Regis venia, in Ludouicum Guillardum gente Francum, ac secundi Parisiensis Senatus Regij Præsidis filium, Tornacensis Episcopatus regi-

Carolus Episcopatũ Tornacẽsẽ in Ludouici humeros deponit. *Cousin. lib. 4. cap. 49. Rer. Tornac.*

C men transcripsit: paucísque pòst diebus è viuis abijt Iunio mense. Iam tum eo tempore aduersus Franciæ Regem Maximilianus Imperator & Rex Anglorum Henricus Octauus conspirauerant, omninóque Teruannam & Tornacum Francis eripere armis constituerant. Ergo primùm Henricus duce Talboto Teruannæ copias admouit: ac mox ipse cum alia exercitus parte consecutus, eamdem vrbem cum Somerseto tribus ex locis concutere cœpit. Venit eodem breui pòst insigni militum manu septus Imperator, & Regi socias vires adiunxit. Parabat ex opposito copias Franciæ Rex, vti suppetias Francis in oppido pressis veniret: ac præmisso cum equitum octo millibus & magna vi commeatus, Piennarum regulo, obsessorum indigentiam leuare contendebat. dein toto statuebat exercitu hostes aggredi. Verùm priusquam Teruannæ Piennius propinquaret, ipsi ad Guinegatam occurrendum arbitratus est Maximilianus, & mox raptis equitum quatuor millibus, iussóque cum peditatu & tormentis sequi Anglorum Rege, in noto sibi olim solo Guinegatensi, & sua nobili victoria loco, Francos adortus, eos fudit fugauítque, ac omni commea-

Teruanna ab Cæsare & Anglo obsidetur. *Messans, Continuator Naucleri, Viguier. Tillet. Surius, Heuter. Miraus, Bellefor. Gillij Append. Haraus.*

Ad eam Frãci ab iisdem cæduntur. *Auctores citati, Ioan. Car.*

D tu, impedimentis, & multis militaribus signis potitus est. Dedita subinde Teruanna, & præter ædem maximam, & domos Canonicorum in plana deiecta, omníque munitione nudata, eo de loco Cæsar Anglúsque Insulam magno comitatu venere, quò priùs accesserat Margareta Cæsaris filia, præcipuis Belgij matronis comitantibus, vtrúmque salutandi gratia. Hic dies aliquot lætitiæ & voluptati Principum populíque concessi: epulæ apparatu magnifico præbitæ: personatorum virorum pompa frequenter inducta: saltationibus varijs indultum: ludicra equitum peditúmque certamina suscepta editáque, Germanis, Anglis, atque Belgis in arenam vario armorum genere habitúque descendentibus. Vbi voluptatis affatim haustum fuit, Henricus copias in fines Tornacensium deduxit, eámque vrbem obsidio cinxit; ac paucis diebus subactam deditione accepit, alio migrante Francorum præsidio, cui salus, arma, supellex concessa fuerant. Ea re cognita Carolus Austriacus vnà cum amita Margareta Tornacum gratulabundi ad Regem iuere. Illic festiuis ludis ex-

Teruanna per deditionem accepta Cæsar & Anglus Insulam veniunt. *Meff. Heuter. lib. 10. aly iam citati.*

Anglus Tornacũ obsidet, ac subigit. *Auctor. citati. Cousin. lib 4. cap. 49. Rer. Tornac. Ioan. Car.*

cepti, Regem Insulam reducunt; qui relicto Tornaci fortissimo præsidio, in Angliam hoc itinere sese recepit. Datum tunc Tornacensibus ab Anglo Pontificem Guilelmum Volsæum, qui posteà Schismatis Anglicani auctor fuit, reperio. Quamuis enim Ludouicus Guillardus, vt anteà memorauimus, ex Caroli cessione, & Summi Pontificis voluntate, huius Diœceseos administrationem suscepisset: arbitrabatur tamen Henricus ea ciuitate subacta, & Carolo morte sublato, ius in se deriuatum ipsi Præsulem imponendi; nihilque ab hoc facinore Clericorum Tornacensium gemitus ac preces auertêre, quorum animis noui schismatis metus iam tum secutura damna malaque ingerebat. Hyems insecuta propemodum intolerabili frigore inhorruit. A decimo quarto die Nouembris in octauum & decimum Februarij adeò fluuios gelu constrinxit, vt per Scaldim glacie consistentem in Zelandicas Insulas Antuerpia & aliunde merces curribus deueherentur. A

(Guilelmus Volsæus fit Episcop. Tornac. Consin. d. l. — Frigus insolitum. Aubert. Miraeus in Chron.) AN. 1514.

Iulio posteà mense Duacenses in maximum temeritas metum impulit, ac discrimen. Nassauius Comes Regiorum militum ductor generalis mille septus equitibus Atrebato Duacum veniebat, vt viam vlteriùs raperet. Cùm vrbi iam propinquus conspiceretur, ac nihil aliud sibi promitteret, quàm liberum in vrbem aditum: ecce contrà, Duacenses portas occludunt, eique negant ingressum. Hanc repulsam Comes maximam ratus iniuriam, Atrebatum ægerrimo sese animo refert. Anxij mox fuere Duacenses, cùm attentiùs secum id, quod fecerant, reuoluerent. Quamuis enim aliqui nullam crederent contractam eo facto culpam, quòd vitandi periculi causa tantas copias introitu arcuissent: pars tamen maior peccatum arbitrabantur, & tanti hominis iram formidabant, qui plurima pollebat apud Carolum Regem auctoritate & potentia. omninòque his ac Gubernatori optimum factu visum est, si priùs Comitem sibi conciliare satagerent, quàm is aduersus ipsos aliquid cuderet. Igitur Antistitem Aquicinctinum (qui per eos dies Duaci morabatur instaurandis hospitij sui ædificiis intentus) adeunt supplices, orántque, Atrebatum proficisci ne grauetur, animúmque Comitis placare. Ab eo si facti veniam impetret ac reditum, obuiàm ituros se, ac summissè claues vrbis ei tradituros asserunt. Fecit perlubenter Archimandrita quod rogabatur: adeòque Comitis iracundiam fregit, vt eum supplicibus pacatum reddiderit. Ergo tertia Iulij luce Nassauius Atrebato digressus cum quingentis, aut sexcentis equitibus in viam se dedit, Duacum vt peteret. Vbi sensit eum Senatus propinquare, totus in equis cum magna ciuium multitudine extra portas occurrit, ac suppliciter volutis in terram post descensum genibus, claues porrexit, vtque pacificus mœnia vrbis subiret, orauit. Et mox omnia reconciliati animi signa prodentem cum lituorum tubarúmque læto sonitu in vrbem deduxit hilariter. Hîc rursus ipsi apud Abbatem Aquicinctinum diuersanti ab Senatoribus claues vrbis oblatæ. Quibus omnibus demum officijs ita delinitus est Comes, vt omnem Duacensibus metum absterserit, & non sine animi voluptate discesserit. B C

(Duacenses Comitem Nassauium offendunt. Lib. ms. Duac. — Eundem placant. Id. ibid.)

Afflixit non multò pòst hunc terræ tractum grauissima lues. Vt vehementiam eius mortalitatis agnoscas, Tornaci ad triginta millia ciues Angliue consumpti sunt. Quòd etiam admodum Duaci sæuiret pestilentia, huius frangendis viribus ipso S. Matthæi festo publicum omnibus indictum est Supplicium, ac generalis instituta Cleri & populi Processio. Aliquot subinde consecutis diebus suas diuisim Parœciæ Supplicationes habuere placanda offensi Numinis Maiestate. D

(Pestis in Belgio grassatur. Consul. l. 4. c. 49. Couer. Tornac. Lib. ms. Duac.)

Anni post millesimum & quingentesimum quinti ac decimi primus dies Francorum Regem Ludouicum è viuis abstulit, nulla prole mascula superstite. In Franciscum Valesium Ingolismensium Ducem eiúsque generum, ob proximum masculinæ consanguinitatis gradum, sceptra Franciæ translata sunt. Ictum subinde cum eo fœdus ab Carolo Austriaco Belgarum Principe, eóque firmando hic in nuptias Reineræ Ludouici Duodecimi filiæ natu minoris consensit. Eodem propè tempore cum Anglorum Rege veteris leges pacti nouo iuramento firmauit idem Carolus. Erat enim ei constitutum vicinos Reges amicitia colere, & fœderibus sibi obstringere: vt quando in Hispaniam è Belgio proficiscendum foret, ab horum infestationibus tutæ essent Belgij Prouinciæ, nullúmque ab his incommodum itineris ipse AN. 1515.

(Ludouicus XII. Franc. Rex obit eique succedit FRANCISCVS. Paul. Æmil. Vigner. ... Vnum Franco ... Anglo fœdus init Carolus. ... Append. ... l. 6.)

pate-

A pateretur. Interim ea nocte, quæ decimum octauum, & decimum nonum Ianuarij diem diuisit, grauis ventorum tempestas hanc in regionem incubuit: eáque sacrarum ædium campanilia, & domorum turres tectáque nonnullis in locis humi prostrauit. Postmodum ex Atrebatium Episcopatu ad Teruannicum euocato Philippo Luxemburgio, ad eiusdē Ecclesiæ regimen promotus est Petrus Anconitanus. Erat is iam tum Episcopus, & in Cardinalium album à Pontifice Maximo relatus. Quòd igitur In hunc terræ tractum ex Italia commigrare non liceret, in Martinum Asserum S. Vedasti Archimandritam, ac virum prorsus animabus regendis idoneum, omnem suam transfudit potestatem, vt vicario fungens munere Diœcesim eam in spiritualibus moderaretur. Carolus Belgarum Princeps quam Insulæ domum habebat, Salæ nomine, Senatoribus vrbis huius vendidit, vt ea diruta Duplæ amnis portum capaciorem facerent. Ac tum etiam Lectoribus Magistratuum Insulensium grauiter iniunxit, nequem in hoc Collegium admittant, quem leges, ac pecuniæ fœneratis infamia damnauerint, aut enormia quędam vitia, & prohibitæ conditiones gubernaculis arceant. Dein seuerè mandauit, vt priusquam legantur iuramento sese obligent, nihil se ab nuncupatis Magistratibus quoquo modo muneris percepturos. Eratque vehementer idem Princeps sollicitus, vti magnum in Belgio caperet incrementum Religio Catholica, & in melius omnes suos Belgæ mores mutarent. Eapropter apud Romanum Maximúmque Pontificem egit instanter, vt is ad triennium Belgicis Prouincijs peccatorum ac debitarum his pœnarum veniam per Iubilæum impertiretur. Ac postquam id, quod flagitabat, impetrauit, vt certis temporibus quæque regiones vrbésque magna cum celebritate & solemnitate Indulgentijs fruerentur, indictum est. Iulio mense Comes Gauerensis Flandriæ & Artesiæ Gubernator, vnáque Montis S. Eligij Antistes Margaretæ Austriacæ significarunt, Francos occultè conuentus agere, ac de bello consilia miscere, in aliquas eos vrbes Artesiæ furta bellica meditari, ideóque maturè ad bellum omnia necessaria compararet. His Margareta perceptis ad Præsidem, Magistrósque Rationum Insulam scripsit, vt omni Comitem Gauerensem ope iuuarent, pecuniam quantam possent conficerent, animum enim sibi esse, pedites equitésque colligere, & machinarum bellicarum vim maximam instruere. Verùm hunc apparatum timor magis quàm necessitas expressit. Nihil enim eo tempore consiliorum Regis Franciæ in apertum aduersus Belgium erupit. Factúmque post aliquos menses, vt contrà Carolus Austriacus metum hostibus incusserit, mortuo sequentis anni principio Aragonum Rege, auóque suo Ferdinando, cuius obitu Castellam totam adibat, extremísque tabulis Aragoniæ & vtriusque Siciliæ Rex renuntiabatur. Etiam eum fuis iussis fecerat Cæsar Maximilianus, magnóque Belgæ prosequebantur amore. Interim Ioannes Bocquius peregrinorum indigētia pressorum tactus commiseratione, Xenodochium ijs construxit Orchiaci, ac Priorem huic Fratrésque tertij Ordinis præfecit, insigni censu addito. Exacti postmodum ab Rege Carolo, dum se ad iter Hispanicum præparat, menses aliquot adeundis vrbibus, ibique mutua constringendis animis fide. Ac Maio quidem mense is Duacum iniit pompa maxima, vt oppidi huius possessionem capesseret. Inter comites erant amita Margareta, Eleonora soror, Rauestaini Regulus, Cliuiæ Dux, Chimai Comes, Hornanus, alijque plurimi primariæ Nobilitatis. Paucis post diebus idem Insulam venit, vbi maximo plausu in Principem receptus, fidem iuratis ciuibus obligauit: omniaque ipsis olim concessa priuilegia litteris suis rata tecta esse voluit. Et cùm ad iter subinde Hispaniam versus sese accingeret, eodem misit Ioannem Lusyum tormentis muralibus præfectum, vt aliquot æneas machinas ab Senatu concessas aueheret. Circa Iulium nouum cum Franciæ Rege, Angliáque fœdus percussit, idque Cæsar Maximilianus ratum habuit, cùm anno sequenti è Germania in Belgium descendit, vt coràm ipsum ad moderanda sapienter regna, multis, iisque prudentibus monitis instrueret. Nouo dein diplomate Duacensium immunitates ac priuilegia confirmauit, Brugis dum ageret. Inde profectus in Zelandiam, multarum nauium classem omnibus instructam rebus offendit. Cùm igitur eo de loco vnà cum insigni comitatu in Hispaniam vela fecisset,

Margin notes: Venti vehementer nocēt. *Lib. Ms. Duac.* — PETR. ANCONITAN. creatur Episcopus Atreb. *Gaz. Locrius.* — *Liber Rosin.* — Carolus Austriac. de Lectoribus Senat. Insul. aliquid sancit. *Liber Rosin. Litt. Caroli.* — Aduersus Francos arma parantur in Belgio. *Litt. Margar. Austriacæ.* — B (beside "nes gubernaculis") — C (beside "psit, vt omni") — AN. 1516. (beside "aduersus Belgium") — Carolus in regna Hispaniæ & Siciliæ succedit. *Heuter. Hauter. lib.* — Xenodochium Orchiaci fundatur. *Litt fundat.* — Carolus Rex Duacum init. *Regist. Duac.* — D (beside "possessionem") — Ac deinde Insulam. *Liber Rosin. Littera Caroli.* — AN. 1517. (beside "aliquot æneas") — Idem cum Franco & Anglo fœdus renouat. *Heuter. lib. 7.* — Ac tandem in Hispaniam nauigat. *Heuter. lib. 7. Haram*

A

AN. 1518.

set, prosperrima Villauiçosam Asturum vrbem nauigatione intra dies octo tenuit, vnius tantùm per subitum incendium absumptæ facta onerariæ iactura, in quam multi proceres Belgarum equos admodum generosos immiserant. Proximi Februarij luce septima insigni cum voluptate Hispanorum Belgarúmque regia ornatus est corona Vallisoleti. Eius posteà nomine Mareschalli Gallo-flandriæ Præposito, liberiùs in omnes Insulæ manus iniicienti, vetitum fuit, quemquam in ea vrbe vinculis onerare, & in custodiam ducere; tantúmque potestas ipsi facta est intra mœnia milites suos criminum reos in carcerem compingendi: ne quid iuris in nocentes capiendos Senatui eriperetur, multísque obuiàm iretur incommodis, quæ frequenter ob eam Præpositi libertatem exoriri solebant.

Ibi Rex inauguratur. Heuter. lib. 7. Locr. Haræus. Præpositi Mareschalli Gallo-fland. potestatem coërcet. Litter. Caroli.

Maio mense insignem Armenterianum oppidum cladem pertulit. Cùm enim fortuitus ædes aliquas ignis corripuisset, tantum derepentè conflatum est incendium, vt id præter Coriale templum, ac domos duas, cuncta ædificia consumpserit, & cum multa supellectile ingentem corruperit pannorum copiam. Cuiusdam ciuis ædes miraculo seruatas aliqui prodidere. Animaduerterat is grassantibus circùm flammis domum suam haud dubiè cum ceteris haustum iri. vt tamen iram Numinis placaret, eiúsque sibi gratiam demereretur, expiatam sacris carminibus ceream candelam accendit, eáque ardente domi relicta, in viam se dedit cum vxore, vt in Gallæcia S. Iacobum supplex donis coleret, ac precibus incesseret. Quam gratum id fuerit cælo viri officium, mirabilis euentus docuit. Etenim quasi domum eius accensi cerei custodia munitam formidaret, haud quaquam ignis adeò validus contigit.

Armenteria incendio corrumpitur. Mem. Arment.

Mirû in modum vna domus ibi seruata. Mem. Arment.

B

Vix iniuerat annus supra millesimum & quingentesimum nonus ac decimus, cùm Imperator Maximilianus duodecima die Ianuarij è viuis morbo subtractus est. Septimo pòst die grauis Duaci tumultus exoritur. Huius causam præbuit Ioannes Lattrius vrbis huius Bailliuus. Vbi nàmque is cum potestate primùm aduenit Duacum, illicò rumor increbuit eum mādata quædam regia cùm publicæ rei aduersantia, tum priuilegiis vrbanis pugnantia deferre. Hinc ergo populus ira vehementer accensus temperare sibi non potuit, quin extemplò in Bailliuum facto agmine inuolaret, eúmque opprimere conaretur. Verùm is celeritate impetum vulgi præuersus, in D. Amati ædem sese proripuit, ibique tectus furentium manus euasit. Mouit magnoperè hoc facinus Senatores, iique mox Bruxellas ad Aulam rogatum misere, quid opus facto esset. Legati sunt inde quidam Regis nomine, qui de tumultu quæstionem haberent: horúmque iudicio nonnulli motus auctores exilio damnati sunt. Mense subsecuto, vsus absentia Regis Caroli Francorum Rex apud Henricum Angliæ Regem perfecit, vti Tornacum, eiúsque territorium, traditis ipsi aureorum sexcentis millibus, & nonnullis è Nobilitate obsidibus, suæ potestati subiiceret. eáque res magnum Gallo-flandris metum incussit, quibus neque grata, neque commoda erat Francorum vicinia. De legendo Imperatoris successore actum breui pòst Francofurti ad Mœnum amnem magna Septemuirorum contentione. In Franciæ Regem plurimus inclinabat Treuirensis Antistes, alióśque nitebatur eò pertrahere, vt suis ipsum suffragiis Cæsarem dicerent. Plures ad Carolum Hispaniæ Regem ac Belgicarum Prouinciarum Principem, postremísque tabulis Maximiliani Cæsaris, & Ferdinandi Aragoniæ Regis subiectarum vtrique ditionum heredem destinatum, ideóque maxima fultum ad tuendum Imperium potentia, calculos retulere. Igitur, quamquam duodeuiginti tantùm annos, ac menses aliquot natum, vigesima octaua Iunij luce Romanum Imperatorem eum dixere, insignique missa in Hispaniam legatione, vt Sacri Imperij decus onúsque susciperet, suáque aduersarios eius potentia retunderet, magnopere obtestati sunt. Non renuit Carolus impositum sibi maximum orbis Magistratum ingenti animo capessere: & quamuis Hispania ea tempestate grauissimis motibus agitaretur, plerísque hominum odio Belgarum ardentibus, quos is in ea regione variis ornauerat Præfecturis, aut Sacerdotiis: in viam tamen per Oceanum sese daturum promisit, postquam illic commisso grauibus ac fidelibus viris imperio, multarum classem nauium adornasset; vt quamprimùm in Belgium secundis auris appulsus, Germaniam peteret, ibique prima corona cinge-

Maximil. Imper. moritur. Meffam, alij. Duaci tumultus populi. Liber M S.

C

Frãco Tornacũ redditur. Mss. Consin. l. 4. Bell. foresi Joan. Car. anno 1520. tribuit.

AN. 1519.

D

Carolus Austriacus in Cæsarem legitur. Mss. Vita Car. Hist. Belg. Sur. Heuter. Bellefor. Haræus.

retur

A retur Aquilgrani. Dum hęret adhuc in Hispaniæ Regnis Carolus, è Francia Ludouicus Guillardus, Tornacensium Pontifex anteà renuntiatus, Tornacum venit, vbi à Clero ciuibúsque intra muros solita pompa receptus sacros labores iis impenderet. Nullus enim ei priùs in vrbem eam aditus patuerat, quàm Franciæ Angliæque Reges capita legum scripsere, quibus hic illi Tornacensium ciuitatem fineśque restituit, ac inter alia fuit constitutum, vti Volsæus Tornacensi Pontificatu se abdicaret; eum contrà Ludouicus adipisceretur. Ad res Gallo-flandriæ quod attinet, quò magis pannorum mercimonio floreret Insula, Senatus amplissimum iis locum præparauit, qui foris adueherentur. Et quò factas ideò expensas molliùs toleraret, Belgarum Princeps Carolus litteris suis veniam concessit ab mercatoribus, quorum illic panni seruarentur, vectigal aliquod exigendi. Prohibitum quoque est huius diplomate, pannos Insulæ totâque Insulensi Castellania adulterinis coloribus tingere, eosdémque rotis aquariis subigere, ne quid ipsi detrimenti accipiant magno patriæ damno. Frequentabat eo tempore multus hominum concursus D. Piatonis ædem

Ludouicus Guillardus Tornac. Episcop. Tornac. init.

Conf l. 4. c. 49. Rer. Tornac.

Circa pannos quædam constituuntur Insulæ.

Litt. Carol.

B Sichnij: quorum alij variis corporum ægritudinibus curandis opem flagitabant; alij ad depellendos è corporibus immundos spiritus S. Martyris sepulchro, & Reliquiis admouebantur. Et sanè quamplurimis ad eorum malorum expulsionem beatus Sacerdos opitulatus est. Placuit tamen diuino Numini non minùs Insulæ locum deligere, vbi rebus admirandis ad mortalium opem ac solatium vnà Matrem suam illustrem redderet. Suprà memorauimus in D. Petri æde sacellum Deiparæ Virgini iam olim constitutum, vbi sacra eius statua fuit reposita, quæ cognomen à Cancellis obtinuit: ad eámque nonnulla quondam iconem miracula fuisse diuinitus edita. cultum eius, cùm ferè esset intermortuus, præterito sæculo rursus erectum instauratúmque Philippi Burgundiæ Ducis studio. Igitur Augusto mense huius anni cùm plerique ad conciliandam sibi opitulationem B. Virginis in hoc sese sacello stitissent, per eam se diuina vis in illos exeruit. Quosdam spiritus infernales, quibus tunc data multis in locis homines vexandi potestas erat, affligebant crudeliter. Nonnullorum

S. Piatus multos Sichnij curat.

Monu. MS.

Dicta Virgo multis opitulatur Insulæ.

Monu. MS.

C corpora lues epidemica inuaserat, cruciabátque. Ab variis alij morbis grauiter vexabantur. Paucis horum omnium negata fuit corporis salus, & ab hostium vexationibus libertas. Iaqueminam Ioannis Siluij ciuis Insulani coniugem adeò insidentis spiritus malignis artibus, cruciatibúsque vehementer afflictam, vt destituto viribus corpore absque fulcris ingredi non posset, vigesima octaua dicti mensis luce, & deterrimo possessore liberauit, & in pristinum robur membrorum restituit imploratum in sacello Virginis remedium. Portatus Insulam è Duacensi oppido Petrus du Pire, de suo exigi corpore incubatorem spiritum sensit (à quo iam diu fuerat exagitatus, omnibúsque corporis viribus priuatus) abstersa quoque desubitò mębrorum inualetudine. Hæc misericordiæ cælestis exempla cùm latiùs vulgarentur, nō modò è pagis oppidísque Insulani & Duacensis nominis, verùm etiam Brugis, Audomaropoli, aliunde, miseros mortales traxerunt, qui tædio infernalium vexatorum affecti, suis quietem corporibus quærebant, neque alibi obtinere poterant; vt Deiparæ Matris matium adiutricem experirentur: felicémque à suis ij malis liberationem nacti

D sunt. Vt etiam aliqua de curatis corporum morbis exempla proferamus: Michaelidem Preuost Insulæ natam, aliorúmque huius vrbis ciuium filios duos enterocelæ grauissimis doloribus excruciatos, & incommodis maximis impeditos, fusæ ad statuam Dei Parentis preces ea carnificina liberarunt. Hugo de le Cambre D. Petri apud Insulanos Canonicus, Hugonis Caulieri coniux ac filius, itémque Robertus Blouc pestilitate omnes contacti, post imploratam maximæ Virginis opem conualuere prorsus. Gerardo du Chastel apoplexia vehementer impedito linguæ vsus derepente redditus est. Quem Ioanna de Forest mortuum enixa fuerat fœtum, is ad duas ferme horas diuinitus vitam accepit, vt interea temporis sacra tingeretur vnda.

AN. 1520. Qui secutus est proximè annus, haud minus prodigiosis à D. Virgine profectis rebus Insulæ claruit. Inter eos, qui depulsis à corporibus iniquis possessoribus Februario mense salutem receperunt, è Duacensi oppido Marcus emicuit, postquam is ad Cancellatæ Virginis sacellum delatus est Insulam. Corbeia profectus cum vxore Coleta

A

Longeuillææ Constantinus negotiator, per dies aliquot fusis ad Virginem matrem precibus, eam cælesti beneficio ab incubatione dæmonis liberari gauisus est, domúmque sanam reduxit. Quam Ioannes de Vos Insulæ genuerat Catharinam, & apud Malbodienses in Nigrarum Virginum cœtu degentem diabolus membra eius occupás dirissimè excruciabat, ea quoque hîc, vt teterrimum id monstrum è corpore suo misericordiæ Matris ope deturbaretur, impetrauit. Ioanna le Grand Bethuniensis adeò furiosè ab impuro genio exagitari solita, vt vix energumenam octoni homines comprimere possent, breui spatio temporis ad statuam eiusdem Virginis exacto, tam crudelem hostem expulit Aprili mense. Per Maium, Octobrem, ac Decembrem aliæ atque aliæ fœminæ idem beneficium obtinuere diuinitus. Hæc dum fiunt Insulæ magna Deiparæ Matris in mortales beneficentia, & secundis populi admurmurationibus celebrantur: Carolus Cęsar & Belgarum Princeps ex Hispania classe profectus, felici perfecta nauigatione in Zelandia portum ingreditur, indéque vrbes præcipuas in Belgio visitat, & magno vbique plausu, insignique voluptate excipitur. Mandat subinde Septemuiris Electoribus, ac Germaniæ Principibus, vti cunctis rebus procuratis Aquisgrani conueniant Octobris sexto die, in quod tempus solemnem coronationis suę pompam remiserat. Sęuus interim aër fuit vêtis, fulguribus, ac tonitruis Iulio mense. Magnam inde cladem sensit Cysoniense Monasterium. Vndecimo mensis eius die Fratres concinendis in laudem D. Virginis Mariæ Vesperis operam dabant, cùm subitò fulmen in chori medium celerrimè penetrat, omnibus attonitis, sed intactis: indéque turrim multis infernè sacellis circumornatam, supernè campanis suauissimi soni, ac pyramide præalta nobilem corripit, totámque liquefacto ære nolarum absumit. Datum miraculo est, quòd attentè piéque modulantibus Religiosis, nullum ex eis fulgur afflauerit exstinxeritque. Non licuit posteà, eo, quem dixerat, die, Carolo Aquisgranum proficisci, ibique in Regem Romanorum ornari corona. Quòd epidimica lues eam vrbem admodum infestaret, placuit in eiusdem mensis primam ac vigesimam lucem eius pompæ ritus transmittere. Voluissent quidem Septemuiri Electores aliique Germaniæ Principes, aut diutiùs coronationis cęremonias differri, aut aliam eis destinari vrbem. Verùm Carolus neutrum admisit, ac condicto tempore Aquisgrani maximo apparatu in Cæsarem vnctus, ac prima redimitus corona est. Vti comperio, in cereuisiæ coctores Insulæ multa peccantes grauissimo is posteà edicto animaduertit, vrbis huius Senatu, & Collegio ærarij Principalis flagitantibus: eóque multa quoque constituit aduersus eos, qui cereuisialis vectigalis immunes priuilegio abutebantur. Ac tunc morte abreptus est Cominij Ioannes Despauterius inter Grammaticos nulli secundus. Apud Flandros Teutones Nienouæ vitam hauserat. Vbi tamen animo litteris altiùs imbuto ludum aperire placuit, præ ceteris vrbibus Cominium arripit, paruum quidem, at per æstatem loci genio iucundissimum. Hîc igitur præsertim pueros Latina lingua loqui docuit, & quos in vulgus emisit, de Grammatica libros composuit.

Carolus Imp. ex Hispania in Belgium venit. Missaus, Sur. Heuter. Histor. Belg. Haraus.

B

Cysoniense Coenobium de cælo tangitur. Mem. MSS.

Carolus V. Aquisgrani coronatur. Mess. Histor. Belg. Sur. Heut. aij.

C

Aduersus cereuisiarios Insul. diploma Cæsaris.

Ioannes Despauterius moritur. Obert. Miraus.

A N. 1521.

Primus ac vigesimus post millesimum & quingentesimum annus nonnullis etiam, vt præcedentes, à Beata Virgine profectis rebus admirandis Insulæ claruit. E quorumdam hominum corporibus rursum depulsi sunt spiritus improbi, ac inueni maxima vi morbi ad extrema perducto derepentè sanitas restituta. Sauciabat interim vehementer Franciæ Regem Franciscum id facinus Germanorum, quo Carolum Hispaniæ Regem Imperij Romani dignitate ornauerant. & quòd eius Principis prosperrimos successus, ac potêtiam perpeti nequiret, in eum grauissimum alebat odium, & ad omnem ei nocendi occasionem excubabat diligentissimè. Vt in Belgio atrox ei bellum suscitarent, Robertum Marchanum, & Geldriæ Ducem Carolum auro verbísque sollicitabat. Neque verò fuit eos difficile in Cæsarem animare, quibus & bella cordi erant, & Cæsar ipse displicebat magnopere. Cœpto igitur per eos bello, suas etiam copias Francus armauit. Non defuit Carolus Imperator suis ad Belgas tutandos partibus: ac mox in Henricum Nassauium totius Belgici exercitus imperium transtulit. Postquam hic contra Marcanum variis locis bello grassatus est, cum eo in sex hebdomadas animorum inducias pepigit. Ad Maseriam impo-

Noua Insulæ miracula B. Virginis Mariæ. Mem. MSS.

D

Franciæ Rex in Cæsarem bellum suscitat. Histor. Belg. Messaus, Sur. Heuter. lib. 8. Lib. MS. Duac. Philipp. Meier. in Append. Iacobi MS. Lacrens in Chron. Confin lib. 4. cap. 50. Rer. Tornacens. Bellef. Haraus.

A imposiium Mosæ oppidum, subinde castra conuertit, eiúsque muros ingenii circumuenit exercitu. Cōsumptis illic frustrà plerisque dierum septimanis, sub finem æstatis
has in partes copias traduxit, multúmque per viam Frācorum finibus intulit damni.
Quòd Mauretaniæ castri, vrbísque Tornacensis pręsidia plurimum Gallo-flandris,
aliisque vicinis Belgij populis incommodi parerent frequētissimis excursionibus, de
vtroque Francis eripiendo loco capta sunt consilia. Mauretaniæ arcē obsidere iussus
est Lignij regulus. Fiennarū toparchæ datum in mandatis, vt aliquas Tornacensium
vrbi copias admoueret impediendis eruptionibus. Intra dies paucos mense Septēbri
Lignius Mauretania potitus est. Maioribus inde copiis Tornaeū cingitur, & ad eius
expugnationem comparantur omnia. Ex aduerso, harum rerum nuntiis commotus
Franciæ Rex in Artesiam exercitum pertrahit. Quòd nihil obuiàm è Belgicis copiis
raperetur, Bapalmas vi capit, diruitque. Inde Cameracesium vastat, & Hānoniæ partem extimam. Buccinium à præsidio desertū intercipit, flammísque corrūpit. Multis
ingentē Belgis hæc dolorem afferebant: passimque murmurantium voces iactabant,
B ista vitio ductorum Cæsariani exercitus fieri, quos arbitrabantur occultè cum Frāco
sentire; ideóque Bapalmas & ciuitatem Atrebatensem omni ferè præsidio nudasse,
nullúque maturè militem è maximis copiis, quas partim ad Tornacum, partim iuxta
Valentianas, vbi tum Cæsar morabatur, habebant, eius opposuisse viribus. Et crescebant horum opprobrationes, vbi Scaldim Francus traiecit, ac inter Buccinium, Aubercicuriam, & Dononium ad quatuor, vel quinque dies consedit, Nassauio post defensos frustrà limites tantùm iuxtà militem continente, ac nullam prælij aleam subeunte. Metuebatur tunc castris Tornacensibus. Id enim vnum Francus moliebatur,
vti transito per D. Amandi oppidum, Pontem Raissiæ, aut Martianense municipium, Scarpo flumine, ciuitati Tornacensi suppetias ferret. Erant tunc iis in locis
omnibus firma satis præsidia, per quæ Regem viam tentaturum credebatur. Præcipua vis Francorum ad pontem Martianensem incubuit: omninóque pertupissent
eæ copiæ, nisi Duacensis Bailliuus Ioannes Latrius à nobis antè memoratus, cum
C aliqua militum manu eum locum insedisset. Is Iam ex oppido S. Amandi, & Rayssię
Ponte viros non paucos in vnum agmen contraxerat tempestiuè; ac mox, vbi Francos sensit ingruere, audenter opposuit, adeóque fortiter egit, vt retrocedere compulerit. Ergo tunc Regi necessitas iniecta fuit copias inde abducendi, quòd spem omnem abiecisset ferendi Tornacensibus subsidij. Inter Valentianas & Duacum vbi
rursus sese contulit, vix quidquam illic miles eius reliqui fecit. Variis excursionibus
multa contracta præda est, iniectus passim villis vicísque ignis. Et multum Duacensibus formidinis id agmen iniecit, quod propiùs muros adequitauit Octobris die
septimo ac vigesimo. Vbi pars eius inter Sinum ac Decyum struēdis insidiis delituit,
ceteri iuxta muros vrbis aciem explicuere, vt egressos portis præsidiarios equites
paullùm cedendo in opportunum cædi locum pertraherent. Verùm metus insidiarum intra mœnia Belgas continuit. Igitur Franci spe sua deiecti, flammas Sino Decyóque iniiciunt: pagos nonnullos ad Binicuriæ toparcham Duacensis pręsidij Præfectum spectantes flammis corrumpunt, quamuis horum incolæ numerata pecunia
D cladem priùs redemissent. Delectus interim per Flādriam habebātur, quòd illic fama
vulgasset, Valentianas & Duacum ab Francis obsideri. Iámque ferendo his vrbibus
auxilio excoalescebant copiæ, cùm Francus vesperi sub muros Duacenses successit, ac metum ciuibus frequenti bombardarum explosione duplicauit. Communis
in vrbe vox erat, proditores aliquos intra mœnia delitescere, quorum opera noctu
in muros Galli euaderent: ideóque cum præsidio frequentes in armis ciues excubarunt. Vix tamen tentata irruptione paullò pòst hostis inde discessit. Per viam ab eo
Cantinium, Villersia, Geulesinium, ac Ferinum, aliique pagi flammis cremati absumptique sunt. Emensus deinceps magnis itineribus Artesiam Francorum Rex Hesdinio copias admouit, ac intra paucos dies id oppidū cepit spoliauitque. Simili Bethuniam impetu corripere, ac subigere animus erat: verùm illic ac circùm posita præsidia infelicis eum successus metu perculere. Et post dies paucos ingenti Regis huius
dolore Tornacum denique ab Cęsarianis per deditionem occupatum fuit, quo die

Toroacum à Cæsarianis obsidetur. *Mass. Bellefor. Haraus*

Franciæ Rex, vt hanc obsidionem impediat, multa Belgis infert mala.

Massaus, lib. MS. Duac. Philip. Meier. Locrius. Bellef. Haraus.

Tornacū Cæsari deditur. *Haraus, Massaus, alij.*

A

S. Andreas colitur. Et mox educendis altiùs ac perficiendis eius vrbis castri ad Scaldim fundati munitionibus nauatum est. Data tum ab Cæsare optio Tornacensibus, vel Flandris se, vel Hannonibus quoad litium euocationes adiungendi. ac postquam cum Flandriæ Comitatu in vnum quasi corpus iudiciorum coalescere maluerunt, idem vrbem eorum ac territorium aliquo Prouinciæ iure donauit; Gubernatorem ac Baillivum ipsis attribuit; Ordines vt seorsim ab Flandris babeant, concessit.

Marchant. l. 1. Fland. Cousin. lib. 4. cap. 50. Torn Rer.

Interim quàuis nō leuis Gallo-flandriam, subacta, Flandrisque sic adiecta vrbe Tornacensium, voluptas affecerit: damni tamen ea multum pertulit, militibus Cęsaris obsidionis tempore vicos agrósque circùm vastantibus. Et magna mox Insulam annonæ caritas incessit, quę commeatibus Cęsarianis copijs sufficiendis exhausta fuerat. Igitur Cęsarem in Artesiam ad Lendiensem Baillivum, Atrebati & Bethuniæ Gubernatores scribere oportuit, ne quam Insulensibus molestiam afferrent frumentum in Artesia comparantibus, eósque annonam libere efferre sinerent.

Insulensis ager vrbsque patitur. *Litter. Cæsar.*

AN. 1522. Fuit posteà eidem Principi imposita necessitas in Hispaniam rursus iter per Oceanum mare suscipiendi, vt Hispanorum animos nondum omninò pacatos præsentia sua prudentiaque ad concordiam pacémque induceret. Priusquam itineri sese committeret, Belgium denuò amitæ suæ Margaretę gubernandum tradidit: & quemadmodum alibi circa fines Franciæ pręsidia collocauit, ita per vrbes Gallo-flandriæ copiosum satis militem constituit, Gallorum excursionibus coërcendis. Parùm Insulensibus eorum plurimi placuere, quos in ipsorum vrbe Cæsar posuit. Inter eos enim multi conspiciebantur, quos iuste Senatus exilio damnauerat; ipsorúmque praui mores & flagitia, quibus vrbem fœdabát, castigari grauiter merebantur. Sed cum Senatus eos prehendere nitebatur, ductores obrogabant extemplò: ideóque ad maiora perpetranda illos impunitas proiiciebat. Igitur cùm ea res magnum Senatoribus dolorem faceret, ad Cęsarem longè absentem scripsere, déque militum sceleratis moribus retulere, quos exigentibus meritis vrbe quondam expulerant: veniámque postulauere pœnis eos coërcendi. His Cęsar cognitis ductores eorum pręsidiorum vehementer arguit, ac Senatui potestatem fecit in exules illos supplicio animaduertendi.

B

Cæsar in Hispan. nauigat. *Histor. Belg. Heuter.*

Dat Insulensibus potestatem præsidiarios castigandi. *Litt. Cæsar.*

C

Ad octauum diem Augusti densum agmen Francorum Sclusam vsque per Artesiam penetrauit. Illic obtento transitu, & præsidio firmato, pars vlteriùs progressa inter eum locum ac Duacum excursionibus omnia turbauit, multúmque prædæ conuertit. Admodum grauis hæc irruptio Duacensibus accidit, ob illatum messoribus incommodum. Iámque miles cogebatur, vt iunctis viribus in eos aduersarios concurreret. Verum ipsi postridie, priusquam inuaderentur, cum præda celeri se fuga proripuere.

Frāci in Gallo-flandriam excurrunt. *Lib. MS. Duac.*

Secundo & vigesimo Septembris die accensus fortè ignis S. Amati Sacrarium (Sacristiam vulgò nominant) Duaci repentè inuasit, multúmque damni tam lipsanis Sanctorum, quàm sacris ornatibus attulit.

Sacrarium D. Amati conflagrat. *Lib. MS. Duac.*

AN. 1523. Annus millesimus quingentesimus & vigesimus tertius varijs inter Francos, Hispanos, Belgásque bellis exactus est, victoria nunc in Cæsarem, nunc in Regem Francorum minutis prælijs inclinante.

D

Maij decimo septimo die ad sextam horam vesperi grauissima mortales tempestas terruit. Nunc ingenti strepitu tonitruorum nubes fremebant; nunc horrendis aër fulminibus & fulgetris ardebat, nunc enormis grando magnitudinis pilarum instar per tecta saxáque crepitabat. Etsi tantùm horæ medium eis cælum rebus sæuijt, magnum nihilominùs damnum peperit. Laborabat eo tempore Tornacum ingenti corporum humanorum pestilentia, communi tunc malo vicinis quoque oppidis. Et mox in eam vrbem longè maior inuecta est animorum lues. Quippe ciuium multi in Germania negotiabantur, & dum illic mercimonijs intenti tempus ducerent, ab Germanis Lutheri erroribus imbutis eius hæresiarchæ lucubrationes prauis infectæ dogmatibus ipsis legendæ porrigebantur, domúmque referendæ. Igitur cùm ijs libertatem animorum, peccandique licentiam insinuantibus multi caperentur, etiam alijs in errorem inducendis eos libros communicauere protinus. Qui contactos pe-

Tempestas horribilis. *Lib. MS. Duac.*

Tornacum infestāt pestis & hæresis. *Cousin. l. 4. c. 5. Rer. Torn.*

stis

A stis huius veneno animos medicaretur, aut ne malum id latiùs spargeretur, impediret, in vrbe non erat Tornacensis Episcopus. Quòd hic gente Francus esset, ac Regi Francorum adhæresceret, in Gallijs procul morabatur. Ergo per absentiam eius cùm pestilens vires malum caperet, etiam in vicina se loca diffudit occultè, ac nonnullos Insulæ & alibi corrupit. Præerat ijs temporibus Ecclesiæ Carnotensi Erardus è Marcanorum Comitum illustri familia prognatus, ac iam diu Leodiensium Pontifex creatus, sacrique ornatus purpura Leonis Papæ Decimi munere. Quòd is ad partes Cæsaris totus inclinaret, eò se Pontificatu exuere, & palàm posteà Franci amicitiæ nuntium remittere constituerat. Igitur cum Ludouico Guillardo (quem AN. 1524. suprà diximus Tornacensibus infulis decoratum) in Gallia commorante, de Carnotensis Episcopatus cessione tractauit: ac modò is Tornacensem Diœcesim Carolo Crouyaco Henrici Porceanensis Comitis filio concederet, illum se abdicaturum, ipsique donaturum promisit. Fecit quod rogabatur Guillardus, concessoque Crouyaco Episcopatu Tornacensi, Carnotensem adijt. Ratam habuit eam permutatio-B nem Cæsar, ipsique placuit omnino Carolum præsertim ab eo delectum, quem sacro insigniret Tornacensis Ecclesiç Magistratu. Verùm is annos pubertatis nondum excesserat: & quamuis Affligemensi prçesset Abbatiç, annum modò decimum & septimum agebat. Igitur necdum curis Episcopalibus idoneus multum temporis nunc in Italia, nunc alibi transegit: ac non priùs Diœcesim inaugurandus inijt, quàm nonus ac trigesimus Christi annus procurreret. Episcopalibus interim muneribus Tornaci perfunctus est Sarreptanus Antistes, quem Suffraganeum huic Ecclesiæ Pontifex Maximus concesserat. Paullò ante hoc tempus vitam cum morte mutauerat in Italia Petrus Anconitanus S. Eusebiæ Cardinalis, & Atrebatensis Ecclesiæ Pontifex. Qui succederet in huius Diœceseos gubernationem, exacto tandem biennio electus est Eustathius Crouyacus Reuxij Comitis filius, quem Audomaropolis & Aria Ecclesiarum S. Audomari & D. Petri Præpositum venerabantur, & plurimùm, ob præclaras animi dotes, sanctósque mores, quamuis tamen nondum C adolescentiam excederet, suspiciebant.

AN. 1525. Anno post millesimum & quingentesimum quinto & vigesimo in Gallo flandria Ioannes Salembienus Asceterij Cysoniensis Abbas, tùm annos nouem & triginta, senósque menses insigni prudentia, & magno labore sacrum munus administrasset: corpore iam senio & continuis exercitationibus fracto, imperium volens abiecit, & moderandi onus in Matthiam à Barda nepotem suum, pari prudentia fultum, & studio virtutum, deposuit octaua & vigesima luce Ianuarij. Quòue ceteris ad parendum nouo Antistiti daret stimulos, primus ipse ad pedes eius accidens obedienti se voto constrinxit. Altero pòst die cùm idem pientissimus vir ad postremam animum luctam comparasset, admodum quietè sanctéque in medio circumfusæ Fratrum coronæ spiritum emisit. Persolutis igitur ei iustis, nihil Matthias eorum omisit, quæ plurimùm ad rectam sanctámque familiæ gubernationem facerent: omninoque dedit operam, vt iactis ab auunculo insignis religionis ac disciplinæ fundamentis præclara superstrueret virtutum ædificia. Interim dum moram Cæsar paullò lon-D giorem trahit in Hispania, eiúsque copiarum Præfecti in Nauarræ finibus & Italia bellum aduersus Francos administrant fortiter prudentérque: iucundissimam de his ac nobilissimam refert victoriam mense Februario per eam diem, quæ S. Matthiæ festo consecrata est. Ticinum Franciæ Rex multis Francorum, Heluetiorum, & Italorum copijs arctissimè premebat, omnémque operam adhibebat, vt eo tandem loco potiretur. Contrà, Hispani ad præsidium intra muros eius vrbis positi, admodum se fortiter tuebantur, quamuis multa obsidionis incommoda tolerarent. Stabant quoque aduersus Francos præclarè instructi copijs armísque Carolus Lannoyus Gallo-flander, Neapolitani regni Prorex, Marchio Pescharius, Carolus Bourbonius, Alphonsus Vastius, Cæsariani ductores, & ad omnem intenti occasionem forti aliquo facinore, vel stratagemate, vrbem obsidione liberandi. Multa obsessis deerant: carebant pecunia, qui soluere obsidionem moliebantur: neque spes facilè affulgebat breui suppetias obsessis veniendi, nisi iusto prælio cum Francis decerne-

CAROLVS CROVYACVS fit Tornacensium Episcopus.

Chappeau. in Leod. Episcop. Consin. lib. 4. c. 50. Gazæus.

Petrus Ancon. t. Atrebat. Episcop. moritur.

Gazæus, Locr. Tabb. Atreb.

Successorem accipit EVSTATHIVM CROVYACVM.

Iisdem auctores.

Ioannes Salembien Cysoniensis Abbas sese abdicat, & nepote succedente moritur.

Mann. MS. Cyson.

Prælium & victoria Cæsarianorum ad Ticinum.

Francisc. Guicciardin. Paul. Iouius. Massæus, Sur. Galeatius Capella, Adrianus Barlandus, Ferronus, Petr. Byzarus, Additiones ad Gelium, Bellefor. Marchant. loco. Car. Haræus, alij.

A

cerneretur. Quamquam igitur omnem Franci Cæsarianis pugnandi viam præcluderent, hi tamen ea nocte exeunte, quæ festam lucem S. Matthiæ prægreditur, linteo tecti omnes eorum castra ferociter inuadunt. Intra viuarium, vbi feræ ad venandi voluptatem claudi alique solebant, vndique muro circumdatum, maximam copiarum partem in tuto Rex continebat, ideóque vigilias quidam negligentiùs agebant. Id ductores Cæsaris animaduertentes, summo silentio illius muri partem per cæmentarios & milites disijciunt: ac mox instructis ad pugnam quatuor aciebus, in Francos eorúmque socios inuehuntur. Ad horum impetum, Alençonius graui timore perculsus in fugam se cum suis coniecit: intra breue tempus Heluetij

Rex Francorum capitur.
Ijdem auctores.

fusi fugatíque sunt: parum obstitere victoribus Itali. Cum acie sua solus Rex fortiter sese defendebat: neque priùs exorto iam die vinci, capique potuit, quàm in terram equo suffosso concideret. Ignotus illic cùm se aduersus militarem turbam manus inferentem diu protegeret, ad Proregis Lannoyj conspectum, quis esset, denique patefecit, ab eóque perhumaniter exceptus, in Cæsaris se potestatem tradidit. E Principibus Francorum multi cum Rege in manus venere victorum: éque ductoribus & nobilibus viris pars maior in captiuitatem abducti sunt. Qui summum ineunt numerum, ad duodecim millia; qui minimum, ad octo cæsos referunt. E castris ditissima omnis generis præda, collecta est. Vix octingentos Cæsariani perdidere in his, præter vnum, magni nominis nullus perijt. De tanto Regis infortunio nullam vultu verbísque voluptatem animi Cęsar prodidit. nullum etiam lętitię signum à populo campani ęris sonitu, ignium flammis, & tormentorum ęneorum fremitu edi voluit, magno Christianę modestię, subactíque iam animi testimonio. tantùm eius mandato actæ pro victoria Numini grates. Agitatum subinde in Hispania est, quî Cęsar aduersus Regē gereret sese. Vt coleretur hic maximè, ac postquam ex eo, quæ possent, in commodum Cæsaris expressa fuissent, è custodia in regnum mitteretur, potior è tribus visa est sententia. In Hispaniam posteà triremium classe Francum Lannoyus Cæsaris voluntate portauit. Ibi de pacis legibus, queis ipsum è cu-

B

Quibus conditionibus fuerit liberatus.
Auctores citati.
Litteræ pacis.

stodia in libertatem asseri placeret, multa consilijs Cæsar diu voluit. In varia denique capita scriptæ sunt libertatis & pacis tabulæ anni sequentis Ianuario. Vt alia silentio transeam, ijs Franciæ Rex in Flandriæ Comitatum & Artesiam supremo exutus est imperio: D. Amandi oppidum, Mortaigniam, iísque subiectas ditiones Cæsari in perpetuum cessit: de repetendis Gallo-flandria & Tornacesio omnis exstincta est mentio. Verùm ipse Martio proximi anni donatus libertate, ex alijs legibus pacis vix aliquam seruauit: & quamuis in Hispania liberi eius obsidum loco attinerentur, in nouum tamen posteà contra Cæsarem bellum exarsit, tractis in societatem armorum Romano Pontifice, Anglorúmque Rege, quibus eius Principis prosperitas parùm attulerat. Interim certis nuntijs Nicolaus Coppinus Ecclesiæ S. Petri Louaniensis Decanus, ac per Belgium hæreticæ prauitatis Inquisitor, accepit, non paucos Insulæ vicinísque locis hæreseos erroribus imbui: ac ne serperet latiùs ea lues, animum extemplò intendit. Grauibus ipse tum Louanij districtus erat impedimentis, adeò vt nulla spes daretur intra breue tempus has in partes commeandi. Vt igitur quàm primùm tam pernicioso malo iretur obuiàm, Ioannem Frelinium Insulensis Dominicanæ familiæ Priorem litteris exciuit, vt vices suas obiret, ac strenuè seueréque in id genus homines inquireret. Fecítque Ioannes accuratè quod rogabatur. Eodem propè tempore ad Cęsaris aures peruenit, per Gallo-flandriam nonnullos Sacra Biblia idiomate vulgari traducta manibus terere; de Fidei rebus malignè sermones miscere; occultos hęreticorum conuentus agitari: quosdam etiam Catholicos Sacerdotes, dum è pulpito ad populum dicunt, imprudentiùs hęreticorum dogmata ingerere ignaris refutandi specie ac studio; eosdem in aliquos peruersæ doctrinę suspectos acriùs inuehi, ac publicè proprijs ipsos nominibus & cognominibus ciere. Igitur cùm vtrumque grauiter ferret, primùm, ne quid simile concionatores admitterent, mandauit: quòd eiusmodi zelus ac imprudentia plurimùm animis interdum officiat auditorum; ipsósque reos magis exasperet, quàm ad mentem saniorem incitet. Deinde seuerissimo sanxit edicto, ne quis hęreticorum conuentus

C
AN. 1526.

Missam, alij. non nulli tam citati.

AN. 1527.

Hæretici Insulæ deprehenduntur, & puniuntur.
Litter. Nicol. Coppini, & Caroli Imper.

D

coge-

A cogeretur, ne qui libros hæresibus aspersos legerent. Qui hanc in legem aliquid commisisse deprehenderentur, eos vel pecunia, vel exilio Senatus multaret: libros eorum publicè flammis absumeret, qui sanctione promulgata libros occuluissent, in exilium pellerentur, proposita capitis pœna, & fortunarum confiscatione, si rursus simile quidquam admitterent. Cùm igitur & Ioannes Frelinius, & Insulensis Senatus diligentem circa hæreticos detegendos, opprimendósque operam impenderent, perfectum sanè est, quammaximo huius ditionis bono, vt nullum tunc ea pestis incrementum caperet. Intereà temporis Armenteriani parandarum opum gratia nouum canalem effodere moliuntur, quo ex Artesia in Lisam ducto, frumenti plurimum ex eadem Prouincia nauibus conueherent. Verùm Insulenses ac Bethunlenses facilè animaduertentes magno id sibi damno futurum, coniunctis animis & consilijs eò gnauiter incubuere, vt cœptum opus disturbarent, breuíque ab opere cessatum est. Octobri mense Carolus Lannoyus è nobilissima Gallo-flandriç familia prognatus, & Aureo Vellere insignis, graui febris ardore vitam in Italia Caietç per-
B didit. Prudentiç militaris & fortitudinis laudem adeptus, apud Cęsarem Carolum magno erat loco. Et certè pro eo multis ac præclaris sese facinoribus in Italia illustrem reddiderat. Diu Proregem egit apud Neapolitanos, ac commissum sibi munus sapienter moderatus est. In eo regno Sulmonensi Principatu ab Cæsare donatus fuit non exigua laborum mercede. Pars maxima exstitit commissi ad Ticinum aduersus Francos prælij, ibique adeò Regem Franciscum pressit, vt denique captiuum abduxerit, quemadmodum antè commemorauimus.

Arméteriani nouum canalem frustrà fodere aggrediuntur. *Litt. Insul.*

Carolus Lannoyus moritur. *Heuter. alij.*

AN. 1528. Annus sequens maximam partem grauibus bellorum motibus inhorruit, Cæsarianis Francisque in Italia, Belgio, & alibi frequenter concurrentibus. Indictum publicè fuit Duaci, vt dicatus S. Mauronto dies quinto Maij festiuo cultu, clausis tabernis, & prohibitis operibus, celebretur quotannis. Mense Iulio Hispanis, Gallis, ac Belgis quies aliqua concessa, dum interim Cæsaris & Franci Præfecti in Italia bellum gerunt. In octo scilicet menses Imperator, Franciæ Rex, Anglúsque inducias
C pacti sunt, quibus Hispani, Galli, Angli, Belgæ domi fruerentur. Cùm subinde ad vigesimum Iulij diem Lutheranus quidam Henricus nomine fuisset ob hęresim publicè flammis traditus Tornaci: per secutæ noctis tenebras is multo circumfusus igni socijs in carcere ibidem detentis videndum se præbuit, ac lugubri voce protestatus est, omnes iugi secum incendio addicendos, nisi nunc resipiscant. Et valuit apud eos homines infelicis sectarij admonitio, vt mox errores detestati fuerint, ac per animorum expiationem in Dei gratiam sese restitui optauerint. Festa Sanctorum Iacobi & Christophori luce, ac tribus deinceps subsecutis diebus, tonitrua, fulmen, grando, mirum in modum homines concussere, maximísque affecere damnis.

Festũ S. Mauronti indicitur Duaci.

Cæsar & Frãcus inducias paciscuntur. *Heuter. Mass.*

Hæretici apparitio socijs prodest. *Massæus.*

AN. 1529. Circumactis posteà mensibus vndecim, firma inter Clementem Romanum Pontificem, & Cæsarem pax coaluit. Iulij quinta die solemnibus cæremonijs Canonicorum D. Amati templum Duaci rursus consecrat Nicolaus Saepranus Tornacensis Episcopi Suffraganeus, incerta quæ prophanauerit causa. Tertia pòst luce hinc Margareta Imperatoris amita, illinc mater Franciç Regis, Cameracum ingre-
D diuntur de pacis hos inter Principes conciliandæ legibus actura. Venit eodem ab Summo Pontifice Archiepiscopus Capuanus, ab Angliæ Rege Londinensis Antistes Duxque Suffolciæ. Post varias difficultates vltro citróque obiectas, Augusto demum mense non ingratis Cæsari conditionibus pax composita. Inter alia, huius legibus Flandriæ & Artesiæ Comitatus, Gallo-flandriæ vrbes finésque, Netuiorum ciuitas ac territorium, S. Amandi, & Mortaigniæ oppida ditionésque omni rursus Francorum iure exuta sunt. Per Autumnum is morbus, quem Anglicum sudorem multi vocauere, Belgium inuasit, ac plerosque mortales per vtramque Flandriam absumpsit. Priusquam Medici remedia parauissent, incognito adhuc malo, vbique terror incubuit. At postquam deprehensum est eam pestem frigore corpora exteriùs constringere, interiùs præcordia æstu maximo adurere, multis remedium attulit intra lectum & stragulas expressus illicò sudor, procuratáque insomnia.

D. Amati tẽplum Duaci dedicatur. *Mem. mss. Atreb. Eccles.*

Inter Cæsarẽ & Francũ pax conciliatur. *Massæus, Guicciardin. Haræus.*

Sudor pestilens in Belgio grassatur. *Massæus, Roland. Mechlin. Lud. Guicciard. Haræus, Surius, alij.*

AN. 1530. Sequenti Februario ea die, qua colitur S. Matthias Apostolus, in Italia Cæsar

Carolus Bononiæ coro-

nat Imperator.
Guicciardin. Haraus. Meff. Sur. Heuter. alij.

ab Romano Pontifice Imperatoria ornatus est corona Bononiæ, quòd eum ritum A
solemnibus cæremoniis ob bellorum tumultus vsurpare Romæ non liceret. Ad co-
genda paullò pòst Imperij Comitia Augustam Vindelicorum in Germaniam inde
profectus est. Res interim Belgicas per longam absentiam minimè neglexit. Quòd
per leges pacis, tum Madriti, tum Cameraci conceptas promulgatásque, in Flan-
driam & Attesiam ius omne Regi Franciæ ademptum fuisset, ideóque nulla esset
ampliùs à litigantibus iis, è Comitatibus ad Regium Parisios Senatum prouocatio:
nouum Atrebati tribunal, ad quod è totius Artesiæ Prouincia liceret causas euoca-
re; dein Mechliniæ Supremum Belgij Senatum, quò fieret potestas è Prouincialium
consessuum iudiciis appellandi, constituit. Eius deinde præscripto argentea Franco-
rum Regis moneta per vtramque Flandriam ad forsices ignémque damnata est,
quòd iniqui ponderis deprehenderetur. Frustrà tunc multis Duacenses egere, vt
complexam disciplinas omnes Academiam impetrarent. Licet enim hoc institu-
tum Cæsari honestum, Belgis necessarium, vtile sibi fore ostenderent: nihil tamen
obtinuere, Louaniensibus præsertim aduersantibus, qui magna eius Principis gratia B
flagrabant, & apud eum quiduis poterant. Prima luce Decembris mortalitatem
exuit Mechliniæ Margareta Imperatoris amita, & Belgij Moderatrix. Quæ Belgij
clauum capesseret, sororem suam Mariam Hungariæ Regis Ludouici viduam Caro-
lus sufficere statuit. Duaci Senatus animaduersa pauperum vrbicorum indigentia,
publicum ad subministrandas eis necessitates peculium instituit: & qui curam eius
haberent, è lectioribus cuiusque Parochiæ ciuibus viros aliquot præfecit.

Mechliniēsis Curia, & Artesianum Tribunal instituuntur.
Philip. Meier. Locrius.
Iacob. Meier. in Flandria.
Duacenses Academiam frustrà petūt.
Vanderhar. l. 1. Monu. MSS. Duac.
Margareta Belgij Gubernatrix obit.
Eius in locū destinatur Maria Hungar. Regina.

Anni proximi Ianuario, cùm fratrem suum Ferdinandum Aquisgrani in Roma- AN. 1531.
norum Regem corona ornari à Septemuiris Imperij curasset, eo de loco Cæsar in
Belgium venit, à quo plerosque annos abfuerat. Quam Belgicis Prouinciis sororem
Mariam præponere decreuerat, huc deduxit. Vbi res plerasque in melius variis lo-
cis composuit, Tornacum insigni pompa delatus est Decembris initio. Ab eo hîc
Equitum Aurei Velleris Consessus habitus, ac multi Principes in huius Sodalitij al-
bum conscripti paranda firmandáue cum iis amicitia. Ditus interim Cometa C
quindecim fermè dies, adulto mense Augusto, magnum incussit horrorem spectan-
tibus.

Cæsar in Belgium redit.
Guicciardin. Meffaus. Sur. Heuter. Cousin. Haraus.
Cometa.
Ioan. Car. Append. Car.

Proximo deinde Ianuario ad Comitia Imperij Ratisbonam Cæsar profectus est. AN. 1532.
In hæreticos aliquos noxium virus spargentes animaduersum Insulæ partim exilio,
partim ferro flammísue. Vnus quoque Duaci prauis erroribus imbutus noxas sup-
plicio luit.

Abit rursus in Germaniam.
Guicciardin.
Hæretici puniuntur.
Lib. MS. Duac.

Iunio mense plerisque locis mulieres haud paruos motus excitauere. Primus
Atrebati tumultus exortus est. Ob damnatam priùs monetam, & frumenti carita-
tem subdita est turbulentis animis ira: tantúmque mox ardoris ij concepere, vt
complures fœminæ æstro quodam percitæ in Abbatiam D. Vedasti conuolauerint,
indéque vi frumentum auferre contenderint. Luère tamen harum nonnullæ hoc
facinus exilio. Serpsit paullò pòst in vrbem Duacensem id malum. Quædam enim
illic mulieres ob frumentum turbas exciuere. ac nonnullæ cuiusdam negotiatoris
frumentarij coniugem tantum non feris discerpsere manibus. Harum quasdam ideò D
Senatus exilio perculit. Sensit posteà Cameracum earum vim aliquam turbarum,
dum monetæ frumentique causa suis etiam vrbem eam concussere motibus mulie-
res, donec in earum aliquas animaduersum pœnis est.

Mulieres turbas Atrebati, Duaci, & Cameraci excitant.
Lib. MS. Duac.

Iulio mēse in Duacensi oppido Deipata Virgo rebus admirandis populum ad ma-
iorem sui cultum exciuit. Huius statua exteriori templi Apostolorum Principis Petri
parieti adhærebat, iam tum aliquam sibi venerationem intra cācellos ferreos, quibus
includebatur, concilians, & Cācellatę cognomen obtinuerat. Euenit octaua luce Iu-
lij sub vesperū, vt aliqui ciuium pro more ad eam supplicaturi de via paullùm diuer-
terent: ac circùm pueri, secundùm ætatis consuetudinem, petulantius coram eadem
inter ludendum se gererent. Hæc cùm pucrilis immodestia non parum sanctissimæ
Virgini displiceret, contrà supplicantium preces ciuium eidem arriderent: ibi quibus-
dam puerorum eius imago visa est commoueri, iisque percutiendis manū extēdere.

D. Virgo miraculis claret Duaci.
Monu. MSS. Duac.

Ad hoc

A Ad hoc miraculum ipsi mox pueri consternati, socios admonent, ac repente omnes sese fuga domum ingenti cum tremore ad parentes corripiunt. illic quæ viderint, vel à sociis audiuerint, patribus matribúsue trepidi narrant. Ad eam relationé ex ędibus patres omnes matrésque familias erúpunt, & coram sacra Virginis icone supplices accidunt, eámque venerantur. Hi deinde ingenti gaudio delibuti rem istam aliis exultim communicant: adeóque intra sesquihoræ spatium ea fama per vrbem spargitur, vt maximus ad eam imaginem hominum fiat concursus, primíque succedentibus accedendi locum magna platearum intercapedine præripiant. Ac tantus sanctissimæ Dei Matris statuam venerandi etiam pòst ardor tam exteros, quàm incolas incessit, vt solidum octiduum is locus interdiu noctúque ab frequentissima multitudine celebraretur. Et cùm nunc solis ardentis, nunc humidæ noctis iniuria noceret, in sacelli modum obtenta sunt vela, & lanionum militare tentorium. Atque hanc colendi statuam auxere quædam cupiditatem. Primùm ab eo tempore ad nonum vsque & decimum eius mensis diem magna vis sanitatum ea de Virginis icone in mortales plurimos fluxit.
B Sex claudis implorata Dei Matris ope incessus est redditus. homini mortuo vita concessa. videndi facultatem cæcus obtinuit. puerulis absque Baptismo defunctis impetrata vitæ vsura, vt sacris vndis abluerentur. aliis alij beneficiis obstricti. Ad hæc, M. Iacobus Domien, qui iam tum ab ortu captus oculis fuerat, multámque doctrinā in scholis hauserat, per eos dies suauissimè ac disertissimè apud frequentissimam eam concionem in Virginis laudem è pulpito aliquoties perorauit. Placuit deinde Ecclesiæ S. Petri Præposito, Decano, & Canonicis, in solemni Processione Christi Parentis statuam publicè portare, ac mox Sacrum etiam in eiusdem Virginis laudem celebrare, ostentantibus se palàm iis, ac vota soluentibus, qui per eius opitulationem ab variis fuerant morbis malisue liberati. Nulla demum per id tempus miracula patrabantur, quin extemplò è campanaria D. Petri turre æs sacrum perstreperet, ciendis ad concinendas Numinis, & Deiparæ Matris laudes, agendásque gratias, ciuibus. Neque verò paucorum fuit dierum vel ea in homines
C Virginis beneficentia, vel hominum in eam grati animi significatio, & colendi studium Huius anni reliquis mensibus creberrima emicuerunt in humana corpora sanctissimæ Matris misericordiæ beneficia: tantúmque ex hominum oblationibus pecuniæ collectum est, vt intra breue tempus sacellum illic conderetur. Hæc dum fiunt Duaci, Augusto mense Phanopinum ex Gallia descendit Maria Luxemburgia Vindocinensis Comitis vidua, & Insulensis Castellana. Eo, quem secum ducebat, nobilium virorum comitatu familiæ splendor prodebatur, sed plus ipsa peperit admirationis insigni virtutum decore, quibus admodum magnis fulgebat. Intra Monasterium Andreas Mondetus loci Antistes, quanto licuit apparatu, recepit, coluitque. Diem illic noctémque cùm hæsisset, Insulámne petierit, an Basseam, incertum habeo. Certè cùm discessit, apud Phanopinenses Religiosos magnum sui desiderium reliquit, ob impressam animis sanctissimorum eius morum memoriam, quibus mirificè omnes recreauerat. Extremo Septembri nouus exortus est Cometes, ac sæuis crinibus in aliquot dies Octobris minas produxit. Ad Christi Natalem diem
D Scarpus amnis pluuialibus aquis vehementer assurgens, plurimum Duaco, & vicis omnibus, quos alluit, vel interlabitur, damnum attulit: multóque maiorem Duacum cladem sensisset, nisi maturè malo itum obuiàm fuisset obstructis firmiter portis aliquot vrbis, per quas eluuies maximè voluebatur. Damni quoque multum per earum aquarum abundantiam Selusa pertulit.

Phanopinum venit Maria Insul. Castellana.

Francisc. Pictor. in Chron. Phanop.

Cometa.

Gazzetardus. Eluuies Duaci, & alibi. Libb. MSS. Duacens.

AN. 1533. Anno subsecuto Maria Hungariæ Regina & Belgij Gubernatrix insignem Caroli Cæsaris, eiúsque coniugis curam suscipiens, per omnes Belgicas Prouincias publicum instituit Supplicium, diuino ipsis Numine precibus conciliando. Eum in finem dum vigesima & secunda Iulij luce Duaci Supplicatio ab Clero & Magistratu, singulísque opificum hetęrijs obitur, frequentissimus ad hoc oppidum è positis circùm locis factus est hominum concursus. Dictúque est incredibile, quanta vis tum ciuium, tum aduenarum Cancellatę Virginis ędiculam frequentauerit, tam vt Principum saluti consulerent, quàm vt aliquid sibi impetrarent, flagitato Deiparę matris

Duaci B. Virginem Cácellatam multus populus celebrat.

Annal. MSS. Duac.

Ibidem quæ peccabantur circa Senatus electionem, corriguntur.

Litt. Mariæ Reginæ.

A auxilio, cuius multa quotidie in mortales manabant diuinitus beneficia. Non multò pòst in eiusdem vrbis Senatum ac huius Electores diligentissima facta est inquisitio, eorúmque errores Regina Maria edicto compescuit. Vti rem istam paullò altiùs repetamus, nonnulla nos impellunt. Priusquam è Belgio Cæsar in Germaniam proficisceretur, à certissimis hominibus acceperat, haud leuiter Duaci ab ijs, qui Magistratum gesserant, peccata committi, quoties ipsi è ciuibus viros, qui nouos eligerent Senatores, nuncupabant. ab ijs præsertim illos in Electorum numerum cooptari, quos & generis humilitas, & rerum ignorantia despicabiles redderent: vti faciliùs per eos in Senatum illos adsciscerent, quos Magistratibus ornare decreuerant. inde multa in Rempublicam mala inuehi, quæ vel opprimere, vel tollere esset difficile. Ea cùm magnopere Cæsari ad omnem Reipublicæ vtilitatem diligenter incumbenti displicerent: Iacobo Luxemburgio Gauerensi Comiti totius Flandriæ Teutonicę Gubernatori, & Gallo-flandriæ Præfecto, dedit in mandatis, vt strenuam circa Duacensium errores profundiùs indagandos, ac deprehendendos, operam impéderet, ijsdémque tollendis remedia comminisceretur. Eam quidem tunc Iacobus B curā suscepit: verùm posteà morbo impeditus, nihil laboris ad hoc negotium ex animi sententia peragendum attulit. Qui cuncta interim accuratiùs expenderent, ac de medicādis erroribus solliciti essent, M. Petrum Taspilium supremi Flandriæ Senatus Prę́sidem, ac Guidonem Payagium Duacēsis oppidi Vicarium delegit. Non leuis ab his opera per multos dies nauata. Verùm priusquam cuncta ipsis explorata cognitaque essent, è Belgio Cæsar discessit, vitámque Iacobus Luxemburgius morbo perdidit. Igitur cùm posteà nullus Petrum ac Guidonem premeret, ab incœpto ipsi destitere, ac Duacenses in pristinos errores relapsi sunt securiùs. Vertebatur annus AN. 1534. Christi supra millesimum & quingentesimum trigesimus quartus, cùm nouæ ad Reginam Mariam de peccatis horum perlatæ sunt querimoniæ: ac tantum hæ pondus obtinuerunt, vt mox illa per litteras Duacensib. Scabinis mandauerit, vt ad quintum ac decimum diem Nouembris eò loci suos ipsi legatos esse iuberent, vbi moram traheret. per hos omnia in medium producerentur, quibus vel obiecta sibi C diluerent, vel ab se facta priuilegijs niti ostenderent. omnino enim his auditis ratum sibi esse fixúmque, aliquid randem constituere, quod in publicum vrbis bonum vertat. Condicto die, quos Duacensis Senatus legauit, ij Reginæ in Hannonia stiterunt se Binchij. Ad ea, quæ obijciebantur, aliud nihil tunc respondere, quàm cupere Senatum ea omnia, quibus per accusationem onerabatur, scripto tradita sibi porrigi. hunc quippe nonnulla fugere eorum, quæ priùs facta fuerint: vbi de scripto cuncta perspexerit, purgaturum se suósque, vel Gandaui apud Senatum Flandriæ, vel Mechliniæ in suprema Belgarum Curia; & concessa sibi olim priuilegia defensurum. Haberet interim perspectum Maria, vt Insulæ, sic Duaci quoque, si qui ciuium in leges aliquid commiserint, in eos manus inijci posse, vti pro meritis pœna coërceantur: vt in oppidum punitio conuertatur, idque suis exuatur priuilegijs, admittendum minimè. Curauit posteà legi cuncta expendíque Maria, quę post accuratam inuestigationem compertum est ab Duacensibus peccata fuisse: dein cuncta vrbis eius priuilegia excuti iussit diligenter, ac Senatus libellum supplicem examinari. His D peractis, eadem cognitum habuit, omnino sibi licere, aduersus Duacenses summo iure progredi, eósque veteribus priuilegijs nudare, nulla ipsis apud Iudices purgandi sese concessa facultate: tum quia quædam ijs capita reformationis apposita fuerant; tum etiam quia enormibus sese aduersus ea peccatis Duacenses diu obstrinxerant, cùm ij, per quos dicerentur Senatores, eligebantur. Verùm tametsi summa vtens potestate ad Comitem Flandriæ Duacensem Senatum creandi ius retrahere posset: nihilominùs tamen ea noluit, varias ob causas, feueritate ciues comprimere: tantùm quędam constituit, quibus admodum caueretur, ne quid in posterum caperet detrimenti Respublica, dum Senatus legeretur. Ac primò quidem ab ea fuit sancitum, vt Scabini duodecim Magistratus abdicaturi, aliique totidem, qui prꝛterito anno vrbem fuerant moderati, haud priùs nouorum Senatorum Electores nominarent, quàm solemnibus sese obstringerent verbis, è ciuibus se nouem viros inte-

gritate

A gritate vitæ ac præclaris moribus spectabiles, ad hoc munus delecturos: hos neutiquam sese vel sua, vel aliena commendatione, ac prece impulisse, vt aliquos in Scabinorum, aut Sexuirorum numerum cooptent; nullisue tum suis, tum alienis verbis hortaturos, vt quempiam ornent Magistratibus. Ad hæc decretum quoque est, vt ij nouem Electores nullum priùs Scabinum, aut Sexuirum nominent, quàm ipsi etiam graui se iuramento adstringant, nullius se precibus aut commendatione flectendos, vti nonnullos ordini Senatorio inserant; neque plures tribus frumentarijs negotiatoribus inter Scabinos Sexuirósque numerentur. Et quò facilius ad gerendos Magistratus idonei ciues habeantur, facta est ijsdem Electoribus potestas, vt nonnullos quoque ex ijs creent Senatores, quibus aliàs in Senatum aditus erat præclusus: quorum numero præsertim ij continebantur, qui vel in Clericos adsciti sunt, vel foris degunt, vel ab Senatu litem aliò traduxere. Illud etiam datum in mandatis, vt intra tertium ab Magistratuum creatione diem, Electorum, Scabinorum, ac Sexuirorum nomina, cognomina, genus, conditio, opificium, vel negotiatio, ad

B Flandriæ Comitem, aut per eius absentiam, ad Belgij Gubernatorem transmittantur in scripto Duacensis Bailliui, ac Senatus Actuarij sigillis munito. Ad extremum veteribus tam Electorum, quàm Scabinorum, & Sexuirorum, iurandi formulis addita sunt quædam, fraudibus corrigendis. His enim in modum ab Regina constitutis, anni sequentis Ianuario, ad diem primum & vigesimum datum est Petro Taspilio & Guidoni Payagio negotium, vt Februarij principio Duaci essent, operámque nauarent, ne quid eorum in proxima Senatus creatione omitteretur. Indictus erat septimus mensis huius dies habendis de legendo Scabinorum ordine Comitijs. Ad id tempus Taspilio propter alia maioris momenti impedimenta non licuit Duacum proficisci. Igitur dicta die cum ij omnes conuenissent, quos nouis Magistratibus creandis Electores dicere ex Comitis Ludouici Malcani, & Philippi Audacis Burgundiæ Ducis sanctione, oportebat: priusquam aliquis Elector nuncuparetur, Prætorium, vbi consederant, Guido solus ingreditur, ac Reginæ Mariæ productis litteris, nouam ex ijs legendi rationem, iurandique formulam proponit: ac subinde

C nominatos Senatores ad dicendum sacramentum nouis quoque verbis adigit, vt veteres abusus rescindantur. Etsi non parùm ea Reginæ mandata mouerent Duacenses, omnia nihilominus ij ex eius sententia perfecere. Indéque ad hæc vsque tempora Senatum apud eos creandi ratio manauit. Paullò pòst Arquinghehemi mensis Martius vitæ finem attulit Helenæ Crouyacæ Arelchottani Ducis sorori, & Iacobi Gauerensis Comitis viduæ. Huius magna tabulis vltimis in Armenteriæ templum liberalitas emicuit. Etenimque totum sacelli sui cimelium argenteum, tapetes magni pretij & holosericos aræ paratus donauit. Hærebat interim Cæsar Carolus in Hispania, quò se nuper contulerat, ingentémque classem adornabat, vti bellum in Africam aduersus Hatiadenum Barbarossam inferret, eúmque Tunetano regno, vnde Muleassem Regem per iniuriam exturbauerat, magnis copijs exueret. Ac rebus omnibus ad tantam expeditionem necessarijs, in Hispania, Italia, & Sicilia præparatis, vigesimo die Maij regiam ingressus est nauim, prosperáque vsus nauigatio-

D ne, Iulio mense primùm Guletam expugnauit, deinde Tuneto potitus est: cùm exortus Cometes eo tempore non parum animos Belgarum concuteret, ac in aliquot secuti mensis dies horrorem protraheret. Ea Muleassem expeditione cùm maximè sibi deuinxisset, regnum ipsi restituit, tantúmque imperato in annos singulos tributo, impositóque Guletæ valido præsidio, in Italiam per Siciliam classem reduxit. Eodem ferè tempore abijt è viuis Philippus Lannoyus Santarum in Gallo flandria regulus, quem animus ingens, & multa vis sapientiæ Imperatori Carolo gratum fecerant. Is enim Consilijs arcanis & Cubiculo admotum etiam inter Aurei Velleris Equites elegerat, ac Tornaco Gubernatorem imposuerat. Haud diu posteà licuit Cæsari armorum quietem capere. Etenim Francorum Rex, minimè obtento ab eo Mediolanensi Ducatu, ad nouum se bellum impulit. Statimque Archithalassum Franciæ Philippum Chabotium in Sabaudiam cum insigni militum numero dimisit, vt ea regione subacta, in Italiam bellum duceret. Ea re cognita Imperator, qui

Marginalia:

AN. 1535. (beside "dita sunt quædam")

Ex nouæ reformationis formula Magistratus creatur Duaci. *Regest. Duac.*

Helena Crouyaca moritur Arquinghehemi. *Epitaph monu. Armenter.*

Carolus Imp. bellum gerit in Africa. *Guicciardin. Herans. Mss. Rosceius, Sur. Tilet Heuter. c. 5.*

Philipp. Lannoyus obit. *Epitaph. eius.*

AN. 1536. (beside "Cæsari armorum quietem capere")

Francorum Rex in Cæsarem bellum renouat. *Guicciardin. Bellefor. Mss. Brefan. Sur. Heuter. Harleus. alij.*

A

iam Venetos, aliásque Italiæ ciuitates, ac Principes in suam traxerat societatem, nihil cunctatus est in Franciam ex Italia descendere, idque regnum multis viribus aggredi. Ac per litteras in Belgium sorori Mariæ mandauit, vt quàm primùm delectu habito, equestres ac pedestres copias armari iuberet, iisque in Galliam ducendis præficeret Henricum Nassauium & Reuxij Comitem. Dum fratris mandata per omnes Belgij Prouincias exequitur Regina, multúsque miles conscribitur, & armis instruitur:

Motus quidam Insulæ. *Litt. Mariæ.*

apperente Maio quidam vitæ solutioris iuuenes Insulæ decreuerant in ciuium hortos forti manu penetrare, indéque rosmarinos, & alias virentes arbores efferre, vt primo die Maij sub auroram, vbicumque liberet, depangerent figeréntue. Eius factionis gnarus vrbis Præpositus, cùm in foro plerosque horum cerneret, grauibus eos verbis admonuit, ne quod tale facinus capesserent, ac quieti domum reciperent sese. Verùm surdis ea canebat; statimque multis horum cachinnis exceptus est, quamuis vincula & carcerem minaretur. Ergo dum sentit eos sinistrum aliquid in se moliri, satellites suos dato signo in eos irruere iubet, & aliquos manibus prehendere. Illic grauis extemplò tumultus exoritur. B Quidquid obuium fuit, iuuenes tela fecere. cultris quidam, alij saxis, alio alij telo Præpositum sese tuentem, ac socios eius, immaniter adoriuntur. Vni seruorum Præpositi lethiferum vulnus illatum, vnde paullò pòst vitam perdidit. cum Præposito ceteros malè mulctatos fuga texit. Doluit ea res admodum Senatoribus: & quamquam diligentiam adhibuerint, vt factiosos iuuenes comprehenderent, visi sunt tamē Reginæ Mariæ minùs gnauiter officio perfuncti; ac ideò litteris ea suis, vt in eos ad pœnas diligentiùs quæsitos animaduerterent supplicio, exciuit.

Castra Belgæ in Francos mouent. *M. ss Bresin. Carol. Mameran. in Gest. Car. Guicciard. lib. 1. Comment. Heuter. lib. 11. Bellef. Haræus.*

Non multis diebus interiectis, instructum rebus omnibus exercitum (viginti peditum, sex equitum millia censebantur) in fines Francorum duxere Nassauius & Reuxius. Ab his illata pagis vicísque clades plurima. Assidēs Somonæ amni oppidum Braya, & Guysa de hostibus capta. Admotus deinde est Peronæ exercitus, eáque vrbs cincta obsidio. Ad huius rei nuntios cùm Parisios vsque grauissimus vbique Francos metus concuteret, nihil ab iis omissum est, ne oppido Belgæ potirentur: adeóque strenuam impositū ei prçsidium operam nauauit, vt, post aliquot tentatas frustrà impressiones, C inde Nassauius Reuxiúsque copias in Belgium reduxerint. Hæsit primùm Cameraci cum aliqua militum manu Reuxius. Eo de loco in Artesiam profectus, Teruannam obsidione vallauit. Ne quid Francis ibi circumuentis ad defensionem deesset, diligenter Franciscus Rex effecit. Submissa frequenter sunt ab eo subsidia, & omnis generis commeatus. Ac tandem eam vrbem cum insigni equitum & peditum copia, & rebus ad recreandos muniendósque obsessos necessariis, ingressus est Annibaldus.

Frācus Artesiam infestat. *Auctores citati. Append. Car.*

Non multo elapso tempore, idem quoque Rex quinque ac viginti armatorum hominum millia in Artesiam hostiliter traxit. AN. 1537. Capta hîc ab eo arx Auchiaca, Hesdinium, Lilleria, & S. Venantij oppidum. Omninóque in Flandriam penetrasset, nisi tempestiuè frangendis eius conatibus Reuxij Comes ad Minariacum quaterna peditum millia obiecisset, equitésque sexcentos. Ingenti tunc metu per Gallo-flandriam laboratum est, cuius extremi fines paucis passuum millibus à Minariaco dissiti sunt.

Lib. ms. Duac.

D Duaco præsertim timebatur; ideóque latioribus terræ aggeribus muniti introrsum muri, ciuibus omnibus edicto Senatus terram dorso afferentibus: nouísque porta Docreana munitionibus firmata. Metum subinde quædam abstersere.

Franci cæduntur. *Auctores antè citati.*

In Galliam Rex abiit Dorlenium; ac retentis tantùm octo Germanorum millibus, ceteras domum copias dimisit. Contrà, Buræ Reuxiúsque Comites S. Pauli oppidum facto impetu penetrantes, ad quatuor Francorum millia cecidere. ac paucis diebus interpositis, Annibaldum ceterósque Duces Francorum, qui nouos Teruannam commeatus intulerant, ad Guinegatam felici fregere cepetéque prælio. Ad hæc in ternos menses inter Franciæ Regem, ac Cæsaris ductores in Belgio bellum administrantes, pactæ sunt induciæ Iulij mensis principio.

Ab D. Virgine miracula eduntur Duaci. *Monum. MSS. Duac.*

Non caruit interim Duacum frequentibus Deiparæ Matris erga morbis affectos ciues exterósque beneficijs. Quemadmodum enim anteà, sic etiam hoc tempore multi per eam corporum ægrientium consecuti sunt sanitatem. Adeóque in dies eorum creuit liberalitas,

qui

A qui cælestibus illecti gratijs D. Virginis Miraculorum (ita namque tunc nuncupari cœperat, priori Cancellatæ cognomento consenescente) sacellum frequentabant, vt collecta e muneribus pecunia necessarium æs sumptúmque maximæ D. Petri campanæ, cui nomen est Maria, hoc anno fundendæ sufficerit. Ac per id tempus Ioannes Ruffaldus Insulæ commorans, & apud Cæsarem plurima pollens gratia, filium suum Hieronymum, Abbatię Gerardimontensis Antistitem, ad opulentissimi Atrebatium Vedastini Monasterij infulas euexit. Erat sanè Hieronymus litteris haud leuiter tinctus, vsúsque fuerat Ludouico Viue magistro Louanij. Eúmque tum plurima virtus alia, tum religio, pietas, mansuetudo, castimonia, gloriæ contemptus, in pauperes effusa liberalitas ornabant: quæ omnia feliciter inauguratum Atrebati tam suis, quàm alijs, gratum fecere. At inter Cæsarem Regémque Franciæ agi cœptum de pace: inque diem vigesimum & secundum Februarij eam ob rem productæ sunt induciæ. Postquam tamen diu ab legatis vtriusque Principis discussæ sunt pacis ineundæ conditiones, nullo modo hæc impetrari potuit: tantúmque in secundum ac

Hieronymus Ruffaldus fit Abbas Vedastinus. *Chron. Vedast.*

AN. 1538.

B vigesimum diem Augusti pertrahi placuit tempus induciarum. Vt tunc certis pax legibus conficeretur, à Paulo Pontifice Maximo admodum fuit laboratum. Vbi namque vtriusque Principis rationes coràm accepit, nihil omninò reliqui fecit, vt stabilem inter eos pacem componeret. Verum neque monitis eius, neque maximorum aliorum hominum precibus concessum est, vt in aliquas solidæ pacis conditiones Augustus Francúsque descenderent. Aliúdque nihil obtentum denique fuit, quàm vt annorum decem inducias pacisc erentur. Ac tum, priusquam in Hispaniam Cæsar, in Franciam Rex Franciscus ex Italia proficiscerentur, in mutuum ipsi conspectum amplexúmque venere, diésque aliquot tam colloquijs, quàm conuiuijs hilariter ab ijsdem absumpti sunt. Quæ res subditis vtriusque Principis adeò iucundè accidit, vt publicè Numini Diuísque gratias egerint templa subeundo, ac Supplicationes instituendo: indéque multum in tempus solidam armorum quietem sibi promiserint. Ceterum hoc anno, in quem propter conciliatos Principum animos

Annorum decem Induciæ inter Cæsarē & Francum conciliantur. *Massaui. Bosteus. B sfin. Sur. D et Heuter. Histor. Belg. Ha aus.*

C ea voluptas incidit, dum tertia Paschali Dominica quidam ciuium Duacensium vnà cum vxore famulóque in popina iuxta D. Eligij portam suauiter compotant, tres eos fulmen absumpsit, ceteris ibidem considentibus intactis. Eodem in oppido D. Petri Pastor hæreseos damnatus, sacris Ordinibus & vestibus exuitur, ignique traditur mense Iulio. Compertus is fuerat occulta hæreticorum conuenticula celebrasse, ac nonnulla verba hæreseos veneno illita protulisse. Lata igitur vrendi corporis in eum sententia, Duacum venit Salubriensis Pontifex Atrebatensis Episcopi Suffraganeus, vti sacris nudatum in ordinem redigeret, ac supplicio afficiendum lictoribus tradi permitteret. Ad has cæremonias ritúsque perficiendos, cum eodem Præsule in editum tabulatum, vnde circumquaque conspici possent, Aroasianus, S. Nicolai Pratensis, Mareolanus, Antistites, byssinis splendentes pluuialibus (sacri amictus hoc genus est) conscendere. Erat illic erectum altare, & impositus ei calix. Ad hoc vbi steterunt, cum horrendis carminibus detractæ sunt primò sacerdotales eo vestes, quibus ornatus in theatrum prodierat. dein crines abrasi, & quatuor demum

Tres fulmine tanguntur Duaci. *Lib. ms. Duac.* Pastor ibidē ob hæresim comburitur. *Idem liber.*

D digiti, quibus sacrosanctam contigerat hostiam, pelle nudati. iniecta postmodum partim viridis, partim rubea corpori vestis. Eo dum schemate ab lictoribus ad rogum deducitur, exortus est ingens multorum clamor ciuium, qui per eum Sacerdotem Ecclesiæ fuerant Sacramentorum participes facti, velut quiritantium, & dubitantium, rectène ipsis sacramenta fuissent præbita. Verùm is omnem illis scrupulum ademit, cùm palàm protestatus est ea se mente semper Sacramenta confecisse, ac impertiuisse, qua solent Catholici Sacerdotes; ideóque iussit esse quietos & securos. Ac mox hæreses omnes detestatus, Ecclesiæque reconciliatus, inter flammas spiritum reddidit. Secuto Septembri in laicos quatuor hęreseos toxico infectos ibidem eum in modum animaduersum est, vt primò virgis terga conscinderentur; ignita perforarentur linguę cuspide; inurerentur cauterio genæ; in perpetuum denique ipsi exilium truderentur.

Datum est Orchiaci Beginagium Franciscanis tertiæ regulæ virginibus. E Briffo-

Orchiaci Grisiæ Soro-

A

res constituuntur.
Mem. MSS. Orchiacens.

liensi Asceterio vocatas inuenio, & legem subiuisse morbidis etiam lue infectis operam nauandi. Apud Atrebates, Eustachius Crouyacus eorum Pontifex è viuis excessit Octobris tertia luce. Datus ei successor est Antonius Perenotus Nicolai Granuellæ reguli, & apud Cæsarem gratiosi admodum viri filius, quem multiplex doctrina, iudicij excellentia, magna vis consiliorum, nobilissimæ virtutes, aliáque nonnulla infulis dignum reddiderant. Secutus proximè annus nonnullis Duaci profectis à Christi Parente miraculis inclaruit. Inter alias mulieres, quæ cælestem per eam opem ad ipsius statuam in sacello D. Petri Canonicorum ędi assidente obtinuerunt, Ioanna de Wagnies Merincurię nata emicuit. Ea námque cùm fuisset iam inde ab vigesimo secundo vitæ anno in grauissimam senectutem oculorum lumine priuata, eo in loco ardentiùs in preces incumbens lucis vsuram recepit.

ANTONIVS PERENOTVS creatur Episc. Atrebat.
Missam. Gaz. Locr. Tabb. Atrebat.

AN. 1539.

D. Virgo Duacum miraculis illustrat.
Mem. MSS. Duac.

B

ANNALIVM GALLO-FLANDRIÆ

LIBER VNDECIMVS.

EA, quæ memorauimus, dum in Belgio gererentur, in Hispania Cæsar morabatur eius regionis ex animi sententia componendis rebus intentus. Nulli tunc eum vsquam hostiles tumultus agitabant. Induciarum beneficio cuncta per Italiam, Galliam, Belgium arma quieuerant. Neque timor vllus prodebatur excitandorum vsquam ab hostibus motuum. Verùm enimuerò in eo hostilium armorum silentio, & aduersariorum populorum profundissima quiete, hostilia in Belgio aduersus Principem suum subditi moliuntur. Etenim cœptum est hoc tempore in Cæsarem, eiúsque sororem Mariam à Gandensibus tumultuari. Et propiùs abfuit, quin totum Flandriæ Comitatum in rebellionem traherent, Franciæque Regi subijcerent sese. Exacta pro superioribus bellis pecunia occasionem motus præbuit. Quidam enim Gandensis vrbis ciuium ægrè tolerantes, quadringenta florenorum millia Flandrici nominis populo ab Regina Maria in neruos belli aduersus Francos suscepti superioribus annis imperata: per iniuriam sese opprimi publicè questi sunt; eáque conuelli priuilegia, quibus ab varijs Flandrię Comitibus donati, nulla tenebantur extra ordinem subsidia pecuniarum Principi suo pendere. Ac prorsus in animos induxerunt, indictæ pecunię nihil conferre; ad bellum in Francos gerendum si subsidijs Cæsar indigeret, aliquot tantum armatorum virorum millia sub signis mittere, eáque rebus necessarijs instruere. Et ne soli Mariæ flagitationibus obrogare viderentur, non modò ceteros eiusdem vrbis ciues, verùm etiam alios Flandriæ populos suam in sententiam pertrahere certabant. Nihil tamen ab alijs Flandriæ Membris iubenti ex Cæsaris mandato Reginæ est recusatum. Et omninò quamplurimis Gandensibus displicuit ea popularium dissensio. Vbi verò Gandaui percrebuit, eos omnes Gandenses in honestas custodias ab Regina detrusos, qui Bruxellis, Antuerpiæ, ac Mechliniæ fuerant deprehensi; neque prius inde dimittendos, quàm cum ceteris vrbibus pecuniam ciuitas Gandensis numerasset: longè grauiùs factiosis hominibus exarsere animi. Missus ab his extemplò est ad Mariam Lebuinus Blommius turbarum vir appetens, vti captiuos repeteret, nullóque iure ab Gandensibus extraordinariam exigi pecuniam doceret. Hic cùm aliud nihil ab Regina impetrasset, quàm per Cæsaris Consiliarios Mechliniæ, vel Bruxellis de Comitum diplomatibus, & Gandensium iure disceptandum: ipsi interim,

C

Gandenses contra Cæsarem tumultuantur.
Histor. Belg. Guicciardin. Sur. Bresin. Heuter Bell. fur. Gillij Append. Harans, aly.

D

A rim, quam pendere tenebantur, pecuniam numerarent: maiores post reditum turbas in vrbe conciauit. Quippe mox factionis auctores ad Brugenses, Iperanos, Franconates legatos misere, qui faces rebellionis eorum animis subderent, ipsósque deinum eò perducerent, vti secum renuerent imperatos extra ordinem nummos tribuere. Verùm plus fidei erga Principem suum ij populi retinuere, quàm vt fœdus cum paucis factiosis aduersus eum paciscerentur: tantúmque oppidula quædam in tumultuantium Gandensium societatem coiuere. Auxit posteà horum peruicaciam datum Flandriæ Ordinibus Cæsaris responsum, quo primùm Reginæ facta omnia comprobabat, dein mandabat Flandris omnibus, vti petitam in subsidium pecuniam contribuerent, nisi rebellium loco haberi mallent, pœnísque comprimi: ac multò magis ab eodē data Mechliniano Senatui potestas omnes Flandrici nominis homines grauibus etiam pœnis ad indictæ pecuniæ solutionem cogendi. Vbi namque secundùm eam facultatem aduersum se Mechlinienses Consiliarios sententiam dixisse; nonnullósque ab ijs cum mandatis in Flandriam missos, qui pecuniam pen-
B dere recusantes in carcerem compingerent, acceperūt: hos primùm partim capiunt, partim è finibus suis violenter exigunt; ac subinde correptis armis, quædam circum vrbem firma munitionibus loca occupant; in certam demum rebellionem coniurant datis nominibus; ac in eam ad Regem Franciæ sententiam occultè scribunt, omninò sese perfecturos, vti totus Flandriæ Comitatus ei subijciatur, si se suáque omnia suam in protectionem susceperit. Enimuerò grauissimum discrimē Flandricis rebus ingruebat, cùm hæc pauci homines in aliorum perniciem struerent. Sed minimè placuit sapienti admodum Regi aures tumultuanti & inconstanti plebi accommodare. Plus enim valuit apud eum fides induciarum, quàm calida & temeraria rebellium studia, quàm incerta felicis successus rei alienæ inuasio. Igitur quas seditiosi Gandauenses ad eum litteras scripserant, eas extemplò in Hispaniam ad Cæsarem misit: vnàque ipsum docuit, & quæ illi machinarentur, & quæ legatis eorum responderit. Mouit hinc iucunde Cæsarem gratum Francisci Regis officium, inde
C grauiter sauciauit eorum hominum facinus, apud quos ipse lucis vsuram hauserat, quibúsque multum fauoris impertiuerat. Ergo frangendis celeriter eorum conatibus, statuit in Belgium ocyssimè viam capere: ac prorsus opportunum sibi iudicauit, vt Belgicos fines citiùs attingeret, per Franciam iter instituere. Et huc inuitabant multa Regis de grato fidóque hospitio promissa. Processerat iam Nouember, cùm regia publicáque fide accepta in viam se dedit Carolus: ac nonnullis inter publicas festásque Regis & Francorum gratulationes periculis defunctus, extremo fe-
AN. 1540. rè Ianuario Cameracum ingressus est, seriùs longè, quàm destinauerat. Inde rebus ad coërcendos rebellantium Gandensium animos comparatis, Gandauum adijt Maria sorore, ac præcipuis Belgij Proceribus comitantibus. Aderant ei dux Germanorum legiones, quas Ferdinandus frater, ac Romanorum Rex, adduxerat, & supra mille ac quingentos equites Belgæ. Vix vrbem intrauerat quinto & vigesimo Februarij die, cùm ad portas omnes murósque custodias disposuit, vt elabendi spes omnis factiosis adimeretur. In iudicium subinde causa tumultuantium vocata est,
D cui Cæsar præerat, circumstantibus Belgij Nobilibus, totóque Flandriæ Senatu. Aduersus seditiosos primùm dixit Cæsaris Aduocatus, omniáque in medium protulit capita, quibus læsæ Maiestatis reos faceret, ac demum vti pro meritis castigarentur, Cæsaris animum vehementer incendit. Datus posteà locus est Aduocato Gandensium, vti pro criminum reis diceret. Ab hoc multa in defensionem perduellium de scripto producta: verùm adeò frigidè languidéque, vt nihil admodum abstergendis criminibus idoneum protulerit, ac ideò totus ad commouendam Caroli commiserationem, ad quam solùm Gandenses conciliandam perfugerent, in fine orationis contenderit. Deliberatum ab Cæsare diu fuit, quas in rebelles pœnas ipse constitueret. Adhibiti in consilium Aurei Velleris Equites, diuersarum Præside, Curiarum, libellorum supplicum Præfecti, multique alij insigni doctrina & prudentia fulti homines. Tandem pridie Kalendas Maij cùm sententiam Cæsar in perduelles pronuntiaret, omnibus eos priuilegijs, immunitatibus, consuetudini-

Cæsar ijs castigandis per Franciam periculosè Belgium petit.

Auctores quod citat. Massæus, Lectius.

Ac in eos grauès pœnas cōstituit.

Auctores citati.

bus ac iuribus nudauit. inducta veteri ratione Magistratus creandi, nouam instituit. è præcipuis tumultus auctoribus quosdam capite plexit. aliis alios pœnis perculit. deiecta parte murorum vrbis, arcem condere aggressus est, vbi firmum aduersus eiusmodi rebelliones præsidium excubaret. In Aldenardēses quoque non absimili pœna paullò pôst animaduertit, quòd rebellionem vnà cum Gandensibus arripuissent, ac proteruè aluissent. Adempta scilicet eis priuilegia sunt, & imposita necessitas per Principis legatos Magistratus nouos quotannis nuncupandi. A

Aldenardeo- rebellionis articipes cæ- m punit. Actor. citati.

Hæc dum fiunt in eo Comitatus Flandrici tractu, vnde non parum formidinis propter Aldenardæ viciniam Gallo-flandri contraxerant: visum est Cæsari Insulensibus concedere, vti latiùs oppidi sui muros extenderent. Datum igitur ab eo negotium est Comiti Reuxio Gallo-flandriæ Præfecto, dynastæ Buignicurtio Atrebatium Gubernatori, Ludouico Iuio Ariæ Capitaneo, & Ioanni Marcenario, vt cum Scabinis Insulensem vrbem diligenter obirent; qua parte pomœrium eius produci posset, animaduerterent. Et paruo interiecto tempore laborem ipse suscepit hoc viam carpendi, & attentiùs omnia lustrandi. Veniam subinde Senatoribus concessit, ab Ægrotorum porta vsque ad domum Rosimbosiam producto latiùs vrbis spatio, muros opere nouo circumducendi; portásque Molinariam & Barrensem iis claudendi mœnibus. Verùm ea facultate vti hoc anno, & sequentibus minimè licuit Senatui, ac in plurimum tempus dilatum id opus, tantúmque pars eius septimi ac decimi sæculi principio perfecta est. Ceterùm per huius anni æstatem calores maximi omnia torruerunt: exinde fluminum maxima in Belgio aquis defecta, vt siccis pedibus Lisam, Scaldim, Mosam, Rhenum, quibusdam locis, homines transierint. Secuta est rerum victu necessariarum ingens penuria, præter vinum terra nihil ferè suppeditante. Interim ab Imperatore Carolo diplomata duo manarunt. Horum altero per Germaniam inferiorem grauiter admodum vetita fuit scriptorum ab hæreticis librorum lectio, ne quem ea in horum errores pertraheret. Aduersus Insulenses alterum Carolus condidit. Statuerant ij ad vndecimum Iulij diem pro veteri more, festum Regis stultorum celebrare, permissa insigni hominibus morionés agentibus licentia. Id cùm animaduerteret pius Princeps multa in vrbem hactenus mala intulisse, ac plura in dies suscitaturum, nisi remedium adhiberet; seuero Senatui edicto mandauit, eas inposterum absque venia sua insolentias ne permitteret. Per Septembrem Duaci ad D. Virginis Cancellatæ statuam Ioannes l'Erbu filiolo suo, quem coniux mortuum enixa fuerat, tantisper vitam impetrauit, donec sacro tingeretur baptismatis latice. Eodem ferme tempore insigni sese miraculo eadem Christi Parens Fournis in agro Insulensi potentem prodidit. Mulier quædam Ilyensis capta fuerat, vi morbi, membrorum corporis totius officio: itáque per multos annos haud sine magno fastidio domi iacuerat. Igitur vti sanitatem recuperaret, Fournas iter ad Deiparæ Matris imaginem vouit, & mox in viam se dedit magna flagrans obtiuendæ valetudinis cupiditate. Haud ampliùs leuca vterque pagus est dissitus. Duos tamen ipsa dies, noctémque vnam, partim reptando, partim fulcris nitendo, absumpsit, vt hoc iter conficeret. Verùm vix Fournensis territorij fines attigit; cùm sensit corpori suo vires aliquas restitui: & cùm tandem ad Fournense templum peruenisset, haud prius à precibus cessauit, indéque pedem extulit leta, quàm prorsus recuperasset corporis firmitatem. Ad faciendam huius miraculi fidem, diu ad parietem eius ædis, quæ reliquit, fulcra pependere. At in Marketiano Parthenone vitam exuit Philippa de Lattre Virginum illic degentium Antistita. Eluxit in ea mirum hunc locum ædificiis, ornatibus sacris, & accurata Religionis obseruantia decorandi studium. Perfectum scilicet ab ea fuit, nihil vt proprium Moniales haberent, sed omnibus in medium delatis rebus, iis tantùm vterentur, quarum ipsa copiam concederet. Insignem posteà natalibus & virtutibus Agnetem Cruciam ad Cœnobij regimen Virgines euehi voluere. Nullis quoque hæc sumptibus pepercit, vti pulcherrimis templo decus ornamentis adderet; coëmptis eum in finem pannis multicoloribus, tum auro & argento Phrygium in morem illusis, tum Damascenis & holosericis. Struxit etiam elegans Abbatialis Palatij mem- B C D

Cæsar Insulensibus dat facultatem pomœrium urbis producendi. Litteræ Caroli.

Æstas admodum sicca. ...rau, Heuter. l. 11.

Hæreticorum libros legi vetat Cæsar. Edict. Caroli. Festum Regis stultorū idem prohibet Insulis. Edict. Caroli.

Miraculum D. Virg. Duaci. Annal. MSS. ...

...em Fournis. Relat. Pastor. Fournens.

Philippa Marketensis Antistita moritur. Annal. MSS. ...

... succedit Agnes Crucia.

brum,

A brum,& multa vbique opportuna variis rebus,& opificiis ædificia. Omninóque curã
suscepit, vt quæ Philippa reformationis initia struxerat, suò etiam perficeret labore.
AN. 1541. Subsecuti mox anni principio, è Belgicis Prouinciis in Germaniam Carolus Im- Carolus Cæsar è Belgio discedit.
perator discessit. Ibi celebrato Ratisbonæ Principum Imperij Conuentu, in Italiam
iter fecit, indéque per mare in Africam exercitum transuexit. Algetiam expugnare,
caperéque, ipsi votum erat. Verùm in ea expeditione adeò ventos, & mare suis ad- Algeriam infeliciter tentat.
uersari conatibus sensit, vt grauissima tempestate bis agitatus multam suorum naui-
giorum ac militum iacturam fecerit; ægréque cum paucis ex naufragio euadens Dre- *Histor Belg Sur, Vita Caroli, Guicciardin. Heuter Harant, aly.*
panensem Siciliæ portum tenuerit, ac inde vela in Hispaniam fecerit. Iactatum va-
tiis subinde locis est, ad quos tantùm naufragij nuntius peruenerat, à piscibus maris
haustum Cæsarem fuisse; ac quibusdam ideò viris tantùm voluptatis inspersum est,
vt palàm in eum multa per irrisionem probra effuderint. Francotum Rex, Dúxque Franciæ & Cliuius in eum mouent bellum.
Cliuiensis per id tempus in Carolum exasperati vehementiùs, in armorum societa-
tem occulto fœdere coiuerunt: ac de bello in eius Prouincias inferendo multa ce-
B pere consilia. Regem sauciauerat negatus nuper ab Cæsare Mediolanensis Duca- *Auctores citati. Bellefor Gilly Append.*
tus, quem priùs is se traditurum promiserat. Cliuius magnopere dolebat excludi se
Geldriæ & Zutphaniæ ditionibus, quarum sibi possessionem contendebat iure de-
AN. 1542. beri. Igitur opportunis bello rebus comparatis, priusquam Cæsar copias colligeret,
indictum ab vtroque est ei bellum, ac gestum illud ferociter. Militem suum in quin-
que agmina partitus est Francus, iisque varias ditiones Caroli eodem aggressus
est tempore. In Luxemburgicum Ducatum vnus eorum exercituum missus, al-
ter in Attesiam. Antonius Vindocinensis Dux in Attesiæ fines mouit, ac primò
Tournehamense castrum, in extima huius regionis parte munitum egregiè, per
deditionem accepit, & vicinas aliquot munitiones subegit. His extemplò funditus
euersis, per agrum Audomarensem & Atiensem prædabundus excurrit. Lille-
riam, inter Ariacum & Bethuniam situm oppidum eadem inuoluit ruina. Ab altera
parte Martinus Rossemius, apud Geldros nobili loco natus, vnà cum Longeuallio
C Francis & Cliuiensibus sese ducem præbuit, ac transmisso Mosæ alueo Antuer-
piam vsque procurrit. Spem fecerant ea nobilissima & opulentissima vrbe potiun-
di, quorumdam illic commorantium occulta de proditione fœdera, & parùm
firmæ murorum munitiones, ac vix armis assueti incolæ. Verùm satis animorum ar-
morúmque illic compertum fuit, vt validis alioquin iis copiis, ex Consulum & alio-
rum hominum artis bellicæ minimè expertium sententia & mandatis, cum paucis
militibus ciues obsisterent. Ex aduerso, Princeps Auraicus, Comes Buranus, & Reu-
xius, diuersis in partibus Belgij copias sub signis habebant, & conatus hostium fran-
gere nitebantur. Euenit tunc, vt plerique sceleribus onusti homines, quòd militiæ Milites Cæsariani Insulam infestantes eijciuntur.
Cæsaris nomina dedissent, Insulam liberè frequentarent; ibi licentiùs vitam agita-
rent, ac rixis, potationibus, violentia turbas cierent; persæpè domorum fenestras la-
pidibus confringerent, grauibus ciues vulneribus afficerent. Nihil interim omisit *Littera Mariæ.*
Senatus, vti suorum ciuium rebus vitæque cautum iret: omninóque in eos milites
manus mittere moliebatur. Verùm ij, sub quorum signis illi merebant, ne quid in ip-
D sos ab vrbico Magistratu grauius constitueretur, opponebant se vehementer, ac de
facinoribus eorum sumpturos se supplicium promittebant. Nihil interim ab eis in
sontes patrabatur, hique solitis vrbem insolentiis perturbabant. Igitur Senatus cùm
perspiceret ereptam sibi potestatem in eos lege agendi, ægréque toleraret ciues suos
vexari: ad Mariam Reginam questum aliquos misit. Et mox ea Comiti Reuxio
Gallo-flandriæ Gubernatori mandauit, vt intra triduum vrbe omnes exigeret, &
non parentibus grauia supplicia minaretur. Ea igitur colluuie hominum egredi
coacta, ac rursus ingredi prohibita, Insulanis ciuibus sua reddita quies est. Per eos- D. Virgo
dem dies misericordem simul ac præpotentem Deipara Mater sese prodidit Duaci. Duaci culta miraculum edit.
Laborabat ingenti morbo in Gallia non procul Desiderij Monte Ioanna Lyon, iam-
que deposita erat, cùm filius eius Nicolaus pro recuperanda materna valetudine *Monum. mss. Duac.*
Duacum proficiscendi, ibique ad B. Virginis Miraculorum statuam supplicandi vo-
tum nuncupauit, & subitò in viam se dedit. Vix autem is sese coram sacra Imagine

A

stiterat hoc in oppido, ac pro matris sanitate preces fuderat; cùm Ioanna multis inde passuum millibus distans, derepentè morbum abstergi, & in pristinam se valetudinem restitui percepit, filiúmque posteà iter in patriam remensum sana lætáque complexa est. Apud Marrianenses Monachos è terris ad superos euocatus est Iacobus Coenius eorum Archimandrita multo iam senio confectus. Nullo ferè magis se iactat Præsule hoc Monasterium. Domestica disciplina, sobrietas, doctrina, ædificiorum structiones, templi ac Reliquiarum cultus, ei quàm maximè cordi erant. Nullus ferè locus in æde memoriam eius liberalitatis non ingerit. Domesticos census auxit admodum. Romæ dum esset, sibi ac successoribus à Pontifice Maximo mitram obtinuit. Coadiutorem, cùm adhuc viueret, sibi legerat Iacobum Grootium persimili studio ac virtute præditum hominem: quo posteà pedum tractante multum etiam floruit Asceterium.

Iacobus Coenius Abb. Martian. moritur. Mem. Marrian.

AN. 1543. Eo, qui secutus est, anno, dum Francorum armis Hannonia, & pleræque aliæ ditiones Belgij vastantur, Imperator Carolus primùm ex Hispania in Italiam, eo de loco in Germaniam proficiscitur. Habitis ibi apud Spirenses Principum Comitiis, contractísque copiis, in Belgium venit. Hîc subacta vrbe Durensi, & coacto in pacis leges Clinio Duce, in Brabantiam se contulit. Postquam illic omnium Belgij Ordinum Conuentum habuit, pecuniámque ab iis in belli subsidium impetrauit, Landreciúm iussit exercitu maximo circumueniri. Eo tamen oppido ne potiretur, iniecta committendi cum Franciæ Rege paullùm inde castra promouente prælij spes effecit. Quippe vix suas vltra Sabim fluuium Cæsar copias deduxit, ibique ad pugnam composuit: cùm Francus immisso in oppidum nouo præsidio & commeatu, versus Galliam se recepit, omnémque præcidit occasionem certaminis. Ergo Cæsar, motis ab Landrecio castris, Cameracum sese cum magna copiarum parte contulit. Illuc cum viribus proficiscendi hanc causam referunt. Quidam vrbis eius primores abalienato erant ab Cæsare animo, iámque ad ciendum occultè cum Franco fœdus aspiciebant. Vt id facerent, grauioribus eius mandatis, ac militum ipsius insolentiis mouebantur, de quibus non rarò questi fuerant. Quantum inde discriminis Hannoniæ, Artesiæ, & Gallo-flandriæ ingrueret, non erat ignarus Cæsar, si Francus eam vrbem insideret opportuno ad has ditiones vexandas loco sitam. Igitur opprimendis factiosorum ciuium conatibus, armatos in eam secum homines duxit, ac mox iis & ceteris in officio metúue retinendis, in summa eius collis crepidine, qui ad solis Ortum imminet, validissimam struxit arcem. Eodem propè tempore, aduersus hostes firmando Insulensi oppido, Cæsaris & Reginæ mandatis Comes Reuxius muros id ambientes curauit aggeribus terreis introrsum muniri pedes latis quadraginta: vnde plurimum Franciscanæ familiæ, Nigrarum Sororum, & Abbatiolæ fundo detractum fuit. Ceterùm, hoc anno è viuis abiit Philippus Lannoyus Moulembaisiæ & Turquoinij regulus. Is Aurei Velleris torque fulgebat Consiliorum & Cubiculi Cæsaris consors, Fisco Principali præfectus, & magnus Reginæ Mariæ domus Magister. In Laudẽsi Monasterio Dionysius Bauuins, cùm annos suprà triginta duos religiosum fuisset cœtum magna cum laude moderatus, spontanea pedum cessione in manus nepotis Dionysij Waterlosij, volentibus Monachis, transmisit. Asperrimo subindè hyems frigore grassata est, indéque fluuij omnes & paludes gelu rigentes viam præbuere.

Cæsar in Belgium redit belli in Francos gesturus. Guicciardin. Histor. Belgica. Haræus, Heuter. lib. 11.

B

...e Cameracum Franco ...edatur, impedit, ibique ...rcem condit. Guicciardin. Histor. Belg. Heuter. lib. 12. Haræus.

C

...uri Insulẽ... aggeribus terreis muniuntur. ...Tyfr. Insul.

...Moritur Philippus Lannoyus. ...Epitaph. ...

Dionysius ...bb. Laudẽs. ...abdicat. ...Mem. MSS. ...Laudens.

D

AN. 1544. Profectus in Germaniam Ianuario mense Imperator, à Principibus Imperij Spirę congregatis, magna gerendi aduersus Francos belli subsidia impetrauit. Inde reuersus in Belgium, ea ferè omnia Luxemburgensis Ducatus oppida in potestatem redegit, quæ Francus occupauerat. Mouit postmodum in Picardiam, collectis per Buranum Reuxiúmque Comites Belgarum copiis. Ibi castris Desiderij Montis oppidum cingit. Non successit primò Hispanorum, deinde Germanorum in eam murorum partem, quæ tormentis fuerat disiecta, impetus. vtrique enim cum magna virorum fortium iactura repulsi sunt ab obsessis. Dedidere tamen posteà vrbem Franci, postquam deficiente commeatu nulla spes affulsit ab Rege subsidia recipiendi. Magnum cepit iis in castris dolorem Imperator, primùm ex morte Renati Auraicorum

...mp. bellum ...erit in Francos. Guicciardin. Histor. Belgic. Haræus, Sur. Heuter. ab. ...Montem Desiderij obsidet. ...Auctor. ...s in castris ...uraicum ...rincipem & ...ominatum ...gulis perdit.

Prin-

A Principis, saxi e rudenbus vi bombardæ adacti impetu grauiter læsi; dein è Ioannis Halewini & Cominij toparchæ miserando exitu, qui præsidiariis equitibus eius Præfectus tormenti ferrei pila traiectus occubuit. Multum verò momenti vrbis eius deditio ad frangendos Gallorum animos contulit. Quippe Rex Francorum animaduertens paratam esse in Franciam Cæsari viam, deinde valido sese ab Rege Anglorum exercitu premi: de pace consilia cepit admittere. Et sanè ipsi apud Crespiacum paucis pòst diebus petenti quies armorum ab Cæsare concessa est æquis legibus. Venit interim Petrus Brullius in Belgium Argentorato profectus. Is domo Gallus erat, sectâ Sacramentarius adhærebat. Has in partes ardor compulerat plerosque homines ab vera Religione abducendi, suisque erroribus imbuendi. Vix Tornacum aduenerat, cùm plerique occultis conuentibus ad ea, quæ spargebat, dogmata proniùs animos inflexere, & propinatum virus errorum hausere perquàm auidè. Eo de loco Insulam se contulit. Etsi rarior hic aures præberet eius vocibus auditor: inuenti tamen nonnulli sunt, quibus sermonum eius venenum inter occulta

Epitaph. eius. — *Pax inter Cæsarem & Francum coalescit.* — *Auctor. citati.* — *Petrus Brullius quosdam Tornaci & Insulæ erroribus inficit.* — *Surius.*

B colloquia suauiter infusum minimè displicerer. Verùm ne latiùs id serperet malum, quod has in vrbes infelici aduentu intulerat, ab Numine prouisum extemplò est. Vix enim Brullius Insula pedem Tornacum retulerat, cùm de pestiferis eius colloquiis & dogmatibus inter probos homines quidpiam ferri cœpit; eiúsque nomen, & nocentissimus labor ad Senatum delata sunt. In eum igitur ab hoc decreta est manuum iniectio. Diu quæsiuere Senatus Apparitores, vt vinculis constringerent. Omninóque manus horum & diligentiam fuisset frustratus, nisi lapidis casus & dolor eum prodidissent. Vbi námque ad aures eorum, quos infecerat, peruenit, ipsum Senatus mandato, vt in custodiam truderetur, conquiri; è muris vrbis per funem noctu in fossas demittere aggressi sunt. iámque in terram depositus occultè fugam capere poterat. Verùm ecce, dum paullulum ibi considet, éque mœnibus amicorum vnus voce submissa felicem abitum precatur: è muro iam dissoluto, cui

C ciuis valedicens innitebatur, per imprudentiam non parui ponderis saxum delabitur, eiúsque crus alterum grauiter lædit. Tunc igitur infelix eo vehementem casu dolorem percipiens, vnáque frigus, quod acre tunc erat, ægrè tolerans, in lamentabiles se voces resoluit & gemitus. Hæc dum audiunt vigiles in proximo stationem habentes, illuc accurrunt celerrimè, hominémque vinculis oneratum in carcerem deportant, quem post aliquot dies praua dogmata obstinatè tuentem flammis Senatus addixit.

Idem Tornaci exuritur. — *Surius.*

AN. 1545. Annum proximum Carolus Imperator partim Belgium visitans, partim apud Germanos degens, & Principibus ad veterem & Catholicam Religionem reuocandis operam nauans, absumpsit. Interim Antonius Perenottus Atrebatium Pontifex ab eo renuntiatus, insigni Comitatu pompáque Atrebatum ingreditur, vt Pontificatus munia illic exerceat. Duaci nouis inclaruit miraculis Cancellatæ Virginis Imago. Vix enim eius visendæ votum concepit Guilenus Vachius in Hannonia Valentianis habitans, cùm suorum cæcitatem oculorum sensit abstergi. Et postquam Dionysij Parmentieri ciuis Insulani filia eodem in oppido misericordiæ Ma-

D tris opem implorauit, in ipso ad patrem reditu vocis vsuram, qua carebat, sibi concedi mirata est, ac deinceps expeditè verba edidit. Ab Iulij quinto & decimo die in medium vsque Septembrem nullus in terras fluxit imber, ideóque multa sui pecora confecta sunt.

Perenottus Atreb. Episc. Atrebatum init. — *Locrius.* — *Miracula quædam à B. Virgine Duaci eduntur.* — *Mem. MSS. Duac.*

AN. 1546. Bellum subinde aduersus Principes Germaniæ grauissimo tuendarum hæreseon fœdere constrictos Carolus Cæsar aggressus est. Eo dum feliciter nunc quosdam superat, nunc alios ad officium cogit, varia magnos homines funera è medio sustulere. In Gallia vitam posuit Maria Luxemburgia, quæ multis admodum nobilis virtutibus per nuptias in Vendomiam domum Insulensem Castellaniam transtulit. Apud Atrebates Guilelmo Hangouartio vitam morbus eripuit. Is Insulæ natus cùm litteris operam dedisset, animúmque ad Legum cognitionem appulisset, prudentia & sapientia Cæsarem sibi conciliauit. Igitur ab eo inter Consiliarios adscitus est, dum Prouinciale tribunal Artesiæ constituit Atrebati, ac defuncto Ioanni Caulierio eius

Imperator in Germania bellum gerit. — *Guicciardin. &c.* — *Maria Insul. Castellana moritur.* — *Franc. Pretin. Locrius.* — *Gulielmus Hangouartius decedit.* — *Epitaph. eius.*

A

Senatus primo Præsidi suffectus. Multa belli & pacis tempore eiusdem Principis iussu grauissima negotia suscepit, & maxima laude perfecit; cùm singulari in dominum suum fide, industria, & constantia prędirus esset. In ea D. Stephani ædis parte sepulchrum eius cernitur, quam Ioannes Hangouartius olim Diuitis cognomen adeptus suis sumptibus construxerat multis florenorum millibus attributis. Alibi naturæ debitum soluit Ioannes Ruffaldus. Apud Carolum Cæsarem quiduis poterat arcanis eius adhibitus, Fiscique Principalis per Belgium Quæstor supremus. E liberis suis Hieronymum D. Vedasti Attrebatensis, & S. Adriani Gerardimontensis Antistitem reliquit, Hugonem Bethuniæ ad D. Bartholomæi Prępositum, & Tornacensem ac Insulensem Canonicum. Superest hodiéque intra muros Insulenses iuxta D. Stephani ędem sacellum Deiparę Matris Lauretanę, quod ipse suis impendiis eleganti admodum opere strui curauit, ac perpetuis redditibus ornauit, sibi suísque ad sepulturam delectum.

Ioannes Ruffaldus obit. *Epitaph. eius.*

AN. 1547. B

Annus post millesimum & quingentesimum septimus & quadragesimus insignem Carolo Imperatori gloriam peperit victis captísue bello Saxoniæ Duce, & Hassiæ Lantgrauio. Eius circumlata felicissimæ victoriæ fama multos Germaniæ Principes, quibus hactenus arrepta in ipsum arma cordi fuerant, ad officium reuocauit, eiúsque potentiæ supplices fecit. Missum tunc ad eum ab Romano Pontifice diploma, quod ipsum Maximi & Felicissimi cognomine indueret. Hæc dum fiunt in Germania, Francorum Rex Franciscus morbo vitam in Gallia perdidit. Sceptrum eius in filium Henricum illico translatum, cui viam ad regnum Caroli fratris primò geniti mors nuper struxerat. Parùm Belgis arrisit huius ad regiam dignitatem promotio. Etenim satis erat cognitum, præfracti hominem animi bella rursus arrepturum, si regiam capesseret potestatem. Nihil tamen ab eo primis in Belgium annis agitatum est.

Imperator Saxonem Hassumque superat. *Histor. Belgica, Guicciardin. Hareus, Sur. Ludou. Auila, Vita Caroli, Heuter. lib. 12. alij.*

A Pont. Rom. Maximus & Felicissimus cognominatur.

Franciscus Francor. Rex moritur: ei succedit Henricus.

AN. 1548.

Rebus in Germania compositis, anno proximo Cęsar in Belgium redijt, ac triumphanti similis has in Prouincias ingressus est, ductis in pompam captiuis Principibus. Ei posteà insignem attulit dolorem Maximiliani Buræ Comitis, quem fidelissimum semper, & bellicis artibus clarissimum in paucis amabat. Franciscam is duxerat in matrimonium, quæ Lannoyæ aliarúmque ditionum dominium in dotem ei tradidit. Per id tempus res admirabilis euenit Duaci. Toussanus Cardonus eiusdem oppidi ciuis, & opificio calcarius, plerumque mentis vsu captus, ab ratione aliena quædam patrabat. Fòrs accidit, vt, coniuge negotia foris procurante, is emota mente filiolum suum in cunis iacentem conspexerit, indéque festinanter extractum in puteum satis profundum proiecerit. Redijt non paullò pòst domum vxor, & cùm in cunas oculos coniecisset, puerulum abesse conspicata est. Ibi mox in gemitus effusa (verebatur enim, ne quid mali pater filio consciuisset) maritum ardenter flagitat, númnam sciret, vbi pusio delitesceret? Ille non immemor facti, maléne tamen egisset, nihil pensi habens, in puteo iacere, illicque ridere respondit. Exciuit maiorem mulieri dolorem & formidinem ea responsio. Et statim in lachrymas resoluta, domo se proripit, ac viciniam conuocat, vtque sibi miseræ succurrat, obtestatur. Haud tamen ipsa interim cogitationem deponit implorandi Beatæ Virginis subsidij. Nam assiduè opem eius flagitat, & voto sese astringit in ædicula eius ad Sancti Petri templum ipsius laudibus plusculum indulgendi. Accurrunt igitur è vicinis ædibus quà viri, quà fœminæ, magno numero: & mox ad puteum palpitantes conuolant. Illic oculis omnium res incredibilis oblata. Quippe puerulus latici supernatans suauiter ridere conspectus, quemadmodum pater prius dixerat. Verso itaque in gaudium luctu festinanter è puteo infans educitur. Cum eo mater è vestigio comitantibus vicinis ad D. Virginis ædiculam sese confert. ibi filiolum suum eius Iconi præsentat: vt quem ipsa in aquis illæsum conseruauerat, clientem susciperet. peractúmque illico in actionem gratiarum eadem muliere procurante, & plurimis ciuium præsentibus, cum Musico cantu, & celebri pompa, Missæ sacrificium.

C

Cæsar in Belgium redit. *Guicciardin. Histor. Belg. Sur. Heuter.*

Buranus Comes obit.

Puerulus ab submersione Duaci miraculosè præseruatur. *Monum. MS. Duac.*

D

Ex aduerso, præclarum è liberis virum Duacensis vrbs perdidit, Iacobum l'Hostium. Inter Religiosos Societatis Iesu tertium vix annum compleuerat, cùm præclaram

P. Iacobus l'Hostius è Societate Iesu moritur. *Orlandin. in hist. Societ.*

A claram factorum suorum famam per varias sparsit huius sacri Ordinis Prouincias. Suum Socijs nomen adscripserat Louanij, dum Rhetoricam & Dialecticam publicè profiteretur. Inde P. Petrum Fabrum, & Franciscum Stradam in Lusitaniam vela facientes secutus, hauriendis rebus diuinis aliquantisper operam dedit Conimbricę. In Germaniam subinde ad Vbios profectum S. Pater Ignatius ad se Romam euocauit. Postquam illic hominis ingenium, doctrinam, virtutes abundè probauit, eum in Siciliam idem prudens ac prouidus parens Societatis mittendum duxit; vt in ea Sociorum primus insula strenuos ad colendam Christi vineam labores intenderet. Eò dum viam maturè faceret, Agrigentini Præsulis Vicario Generali fuerat adiunctus ex Carpensis Cardinalis desiderio. Nihil illic In eo fuit desideratum, quod ab insigni Societatis operario expetitur. Agrigenti, Saccæ, Drepani, ac Bibonæ, ad exprimendas è peccatorum vomicis criminum sordes, ad inferenda puerorum animis Christianæ doctrinæ rudimenta, ad instruendum concionibus è sacro suggestu populum, ad iacentium in Nosocomijs ægrorum solatia & cultum, ad corrigenda Parthenonum vitia, & munienda claustris Religiosa Gynecæa, multus sedulúsque incubuit: ac plurimis ad vitam exactiùs & probiùs ducendam gratissimus auctor exstitit. Ea cùm vulgarentur Iacobi opera, ingénsque ex ipsis vtilitas in publicum etiam bonum manaret: iniectum est sensim Siculis desiderium quædam Societati domicilia condendi. Ac mox Belgas quoque laboribus eius ac prudentia fruendi cupido incessit. Rogatus enim posteà est per litteras S. Ignatius, eum vt Louaniensi Collegio Rectorem concederet. Verùm Iacobus Romam è Sicilia reuocatus cùm in viam se dedisset, vt cum potestate Louanium proficisceretur, præmaturo sanè letho Bononiæ diem extremum obijt, ibique peracerbo Belgis funere tumulatus est. Luxit præsertim eius mortem S. parens Societatis Ignatius, qui plurimùm eius promptissima delectari solebat obedientia: quòd ab eo suauissimis & sanctissimis moribus prædito multa in publicum Belgij bonum redundatura sibi promitteret. *Laudes eius.* *Idem Orland.*

B (marker beside "Parthenonum vitia" line above)

AN. 1549. C Successit alterum huic funus, Duacensi Patrum Dominicanorum familię permolestum. Ioannem Vairrierum Duaci quoque genitum id tumulo tradidit, virum sanè quàm doctina & eloquentia, tam regendi prudentia eximium. Cùm esset apprimè diuinarum rerum cognitione pręditus, Theologicas, dum viueret, domi quęstiones subtiliter explicuit. Ad populum cùm sacra ex alto verba faceret, vt disertè admodum eloquebatur, ita mentes auditorum quò cuperet magna cum vtilitate rapiebat. Aduersus hæreses Quæsitor suo præclarè functus est officio. Dum Prioris titulo suæ præesset familiæ, erga subditos paterno amore contendit studióque censeri. *P. Ioannes Vairrier apud Dominicanos decedit Duaci.* *Epitaph. eius.*

Multo interim Carolus Imperator ardebat desiderio Belgium in Philippi filij sui, ac Hispaniarum Principis, humeros deponendi. Eò iam diu mandauerat ipsum ex Hispanijs has in Prouincias proficisci; & postquam per Italiam in Germaniam descendisse certis nuntijs accepit, insignem equitum numerum obuiàm misit, vt reliquum iter cùm secutus, tum honestiùs conficeret. Igitur postquam Belgium ingressus est florentissimus is iuuenis, ac Bruxellis maxima omnium ordinum pompa & D gratulatione fuit exceptus, ipsum Cæsar per præcipuas ditionum suarum vrbes hoc anno circumduxit, ac populis Principem dedit. E Brabantia in Flandriam cùm duceret, Leonora & Maria sororibus vnà viam facientibus, aditum est primò Gandauum; dein Brugensis ciuitas adulto Iulio. Inde digressos, ac per Ipras & Berghas profectos Augusti Kalendis omnes excepit Audomarense oppidum. Inde cùm venissent Bethuniam eiusdem mensis tertia luce, per Fournas postridie Insulam petiere. Magno hic spectaculorum, luminum, conuiuiorum apparatu cuncti sunt suscepti, ac lætitia. Exiguum tamen tempus ciuium voluptati ab his concessum. Vbi namque fidem Philippus populo iurauit, ciuésque sibi obstrinxit die sequenti, Fornacum disceditur. Plusculum illic moræ tractum, vt eius loci rebus nondum satis confirmatis Principes prouiderent. Nono die Augusti viam ingressi Orchiacenses prandium præbent; vesperi Duacenses obuiàm eunt. Nihil in horum oppido defuit, vt secundum dignitatem colerentur. Iurata vtrinque fide, Atrebatum postridie dis- *Imperator filio suo Belgium tradit, eúque per vrbes eius circumducit.* *Histor. Belgic. Guicciardin. Sur Heuter. lib. 13. Confin. l. 4. c. 53. Meteran.*

cessum est. Eo deloco Cameracum, Hannoniæ vrbes, Brabantia, Hollandia, & quædam aliæ Prouinciæ petuntur. Intereà quidam, vt alibi, sic per Flandriam omnem & Tornacesium occultè sparsis hæreseon venenis inficiebantur. Ea re perspecta, datum est in mandatis hæreticæ prauitatis Quæsitoribus, vt omnem ad eos homines peruestigandos, pœnisque castigandos operam impenderent. Non defuit sanè partibus suis M. Petrus Titelmannus S. Hermetis Rhotornaci Decanus, & Theologiæ Laurea donatus; tantùmque sontibus in Flandria & Tornacensium finibus sui nominis terrorem iniecit, vt propter quæstionum rigorem & seueritatem famam obtinuerit. A

In Flandria & Tornacesio hæresis seminatur.

In sectarios hic diligenter inquirit Titelmannus.

Anno post millesimum & quingentesimum quinquagesimo, in Germaniam Cæsar intendit, eodémque Belgij Princeps Philippus ad Comitia in Augustana Vindelicorum vrbe habenda profectus est. Is Conuentus cùm cœptus fuisset sexto ac vigesimo Iulij die, rebus ad Religionem pertinentibus in Germania componendis, ac in dies mulios protractus: Augusto desinente Nicolaum Perenottum è viuis mors abstulit, magna Cæsaris mœstitia. Hunc enim virum Carolus ob præclaras animi dotes per annos viginti maximis semper negotiis adhibuerat, multáque per ipsum res difficillimas explicuerat felicissimè. Inter eos, quos relinquebat liberos, Pontificem Atrebatium agebat Antonius paternis moribus dotibúsque præclarus. Vt enim varijs animum artibus & scientiis excoluerat; ita iudicij magnitudine & facilè cuncta comprehendebat, expediebátque sapienter admodum. Igitur eum Cæsar suos inter Consiliarios patris loco adsciscere nihil cunctatus est: omninóque is maximum in eo gradu nomen peperit sibi. Per hoc tempus florebat Insulæ Franciscus Ruëus artis Medicę scientia nobilissimus. Inter alia ingenij sui monumenta opusculum vulgauit, quo gemmarum naturam initio explorat, dein iis de lapidibus pretiosis doctè disputat, quos S. Ioannes in Apocalypsi enumerat, & qui nostra ætate laudem meruere. In agro Insulensi cùm iuxta templum Fournense pagi Curio laborum solutus obambularet, duas derepente mulieres conspexit nubilo tristíque vultu loquentes: statímque ab iis percontando causam tristitię percepit puerulum esse, quem ipsæ ad D. Virginem Fournensem deferrent, quòd priùs vita fuerit priuatus, quàm de matris vtero in auras effunderetur. Iubet igitur infantulum sibi ostendi, quem sportula inclusum gestabant. Ibi desubito non modica puerulus vitæ signa patefacit, haud dubia Christi Patentis opitulatione, quam inuocatum mulieres aduenerant. & hausta mox Pastor è proximo riuo aqua tempestiuè baptismum impertiit, plerisque vicinis ad ferendum de miraculo testimonium accurrentibus. AN. 1550. B C

Cæsar in Germaniam abit cū filio.

Guicciardin. Histor. Belg. Sur. Heuter. l. 13. Harant.

Patre mortuo Antonius Perenottus ad consilia Cæsaris admittitur.

Franciscus Ruëus Insul. Medicus.

Puerulo vita diuinitus Fournis conceditur.

Relat. Pastor. Fournens.

Vix iniuerat primus & quinquagesimus à millesimo & quingentesimo annus, cùm decimo tertio Ianuarij die prima nocte vehemens admodum ventus in turrem S. Albini, cuius pyramis altè surrecta tegi cœperat, Duaci incubuit; ac confestim pars eius superior in nauis tectum prostrata ingentem attulit cladem. Exactis aliquot mensibus, postquam Philippus Belgij Princeps in Italiam ex Germania discesserat, vt exinde triremibus in Hispanias nauigaret, duplex Carolum Cæsarem bellum incessit. Vnius auctor fuit Henricus Galliæ Rex, qui primò præsidium Gallicum rogante Octauio Farnesio (hic paullò antè ab Cæsare abalienatus temerè fuerat) aduersus eum Principem Parmæ imposuit; dein hostilia per Italiam aggressus facere, Belgicas quoque Prouincias copiis infestauit. Alterum mouit Saxoniæ Dux Mauritius (quem nuper mirificè Carolus ornauerat, vnúmque è Septemuiris, ad quos ius spectat Cæsarem legendi, creauerat) postquam ad Lutheranos deficiens de liberando Lantgrauio consilia suscepit, & cum Franco fœdus arctissimum percussit. Quin Cęsar aduersus acerrimos Ecclesię Catholicæ hostes Turcas arma portaret, hæc bella fecere: multúmque damni Germanię, Italiæ, Galliis, Belgio vtrumque attulit. Præcipuum belli Francici pondus in Belgio primùm Attesia, dein Luxemburgica ditio sustinuit. Ne Flandriam inuaderet hostis, Comes Reuxius Gallo-flandrię Gubernator, & quibusdam Belgarum copiis præfectus, plurimùm ac feliciter laborauit. Inter eos bellorum tumultus in Gallo-flandria commiseratione digna res accidit. Duaci cùm auriga Valentianensis propter domum suam dolia duo puluere tormentario AN. 1551. D AN. 1552.

Superior turris S. Albini deijcitur Duaci.

Lib. ms. Duac.

Imperator ab Rege Francorum, & Mauritio Saxone bello petitur.

Guicciardin. Histor. Belg. Surius, Heuter. l. 13. Bellefor.

Puluis tormentarius Duaci quibusdā exitio.

Lib. ms. Duac.

A infaria è curru demisisset, eorúmque vincula victor iam laxiora constringeret; quo
casu, incertum est, ignis puluerem corripuit. Ibi mox aurigæ nepos varias in partes
discerptus, interempti aliquot alij, plures vredine afflati grauiter cæsi sunt, nudata
tegulis aurigæ domus, tota ferè platea vitreæ ædium fenestræ diffractæ.

AN. 1553. Supra millesimum & quingentesimum annus tertius & quinquagesimus in con-
tinuis ferè bellis traductus est, nunc Belgis, nunc Francis in mutuum exitium arma
stringentibus. Dum stationem habent Duaci aliquot Germanicæ cohortes, festis
Paschalibus, sexta die Aprilis, ad secundam noctis horam, fortuitus, an destinatus,
lignorum struem ignis inuasit in Franciscanorum Phrontisterio. In media claustri,
seu peristylij, area stabat is cumulus: ideóque per ipsum peristylium, ædem, sacra-
rium, vicina triclinia, & membra dormitoria, bacchatæ sunt flammæ: eáque omnia
trium horarum ac dimidiæ spatio penitùs absumpta. Quædam tamen in templo ser-
uata, miraculi speciem præbuere. Cùm enim tectum omne, & turrim campanariam,
liquefactis eius quinque nolis, altarium tabulas, aquilam in choro æneam, omnia
B candelabra ignis corripuisset: tria prorsus illæsa permansere, sacrum Christi Corporis
adytum thecáque, lustralis aquæ labrum in naui defixum, sacelli Deiparæ Matris
Conceptioni dicati tabula. Innata multis suspicio fuit, Germanicæ gentis præsidium
faces, aut malleolos strui lignorum iniecisse, vt, domum depascente incendio, libe-
rius in rapinas incumberent. Quadragesimo ab hinc die, de nouo ædi sacræ tecto &
campanili imponendo decretum est: breníque id opus, quod insigni structura cer-
nitur, fastigium accepit, collatis ad vnum & viginti florenorum millia ciuium ami-
corúmque symbolis. Non multis post hanc Franciscanæ familiæ cladem diebus Im-
perator Carolus ab infelici Metensis vrbis obsidione in Belgium reuersus, de Ter-
uanna Francis eripienda consilium inijt, eámque obsidendi mandatum Comiti
Reuxio Belgicæ militiæ Præfecto, & Gallo-flandriæ Gubernatori dedit. Commo-
dùm ab exiguo præsidio tenebatur ea ciuitas, cùm Reuxius exercitum admouit. In
multos tamen dies, Francis fortiter sese defendentibus, ea producta est obsidio: ac
C inter continuos eius labores morbo exstinctus est Comes Reuxius. In eius locum
suffectus Buignicourtij regulus, cùm disiectis continua tormentorũ iaculatione mu-
ris viam in vrbem militi fecisset, post secundam denique impressionem ea potitus
est quarto Idus Iunij, postquam, Francis in vna parte de legibus deditionis collo-
quentibus, alteram præsidio nudatam Hispani fortiter adorti sunt, & magna in omnes
cæde grassati. Ne postmodum is locus ab Francis per vim, aut furtum bellicum reci-
peretur, ac denuò cladibus hostis Artesiam inde afficeret: placuit Imperatori totum
in plana deijci. Datus posteà supremus Belgicę militiæ moderator Sabaudiæ Dux
Philibertus Emmanuel Francis Hesdinum vetus armis eripuit: eóque funditus
euerso, eiusdem nominis alterum oppidum mille passus inde loco bellicæ sedi op-
portuniore condere aggressus est. Post varia deinde edita belli facinora Cæsaris
Francique copiæ in hiberna deductæ sunt. Ac tum Duaci pridie S. Catharinæ Mar-
tyris exorto tumultu, ab graui clade propiùs ciues militeśque abfuere. Erant id tem-
poris vrbi præsidio Hispani aliquot. Hi quo die diximus armis contecti, hastásque,
D vel bombardas manibus gestantes, ad portam Esquerciniam intendunt. Qui statio-
nem illic ciues vigilabundi habebant, agmen istud conspicientes, de ipsis extemplò
quærunt anxiè, quid in armis eò loci properent? & postquam responsum accepere,
lustrandi manipuli causa huc venisse; istine illico facessant, edicunt. in Barleto (am-
plissimus is vrbis locus est apertúsque ad mœnia, vbi boues equíque veneunt) op-
portuniùs lustrationem fieri, quàm intra portæ angustias. Cùm Hispani ad hæc ver-
ba minimè loco cederent, ac corporum motu & armorum suspicionem inijcerent
inuadendæ protinus portæ, nouique in vrbem indncendi subsidij, vt iuncto agmine,
& coorto tumultu expilarent ciuium domos: occultè viri ad Senatum submissi sunt,
qui de periculo docerent. Et pòst paullò è Senatoribus aliquot aduenient, qui paca-
tis militem verbis alloquentes, vti domum discedat armis innoxijs, impetrant. Ve-
rùm Hispanis à porta in hospitia sese conferentibus, repens è specula vrbis ære cam-
pano ciues ad arma concitantur: hique subitò varijs armis instructi, densos in cuneos

Duaci Ascetereon S. Frãcisci incendiũ depascitur. — *Mon. MSS. eius loci.*

Teruannam obsidet Comes Reuxius, ac priusquam ea capiatur, decedit. — *Guicciardin. Histor. Belg. Sor. Heuter. Haraeus, alij.*

Teruanna capitur, & diruitur. — *Auctor. citati.*

Dux Sabaudiæ Hesdinũ vetus capit, ac euertit; dein nouum condit. — *Auctores citati.*

Tumultus Duaci oritur comprimiturque. — *Lib. MS. Duac.*

coeunt,

A

coëunt, & propero gradu portam adeunt. His milites animaduersis portam versus celerrimè conuolant, vt, facto globo, vel vrbem egrediantur, vel armis se protegant. At priusquam eam obtinerent, clatris deiectis valuas vigiles obseruauerant. Igitur accurrentibus vndique magno numero ciuibus, cùm in angulum quemdam Hispani sese confertim recepissent, arma ponere tandem coacti sunt, eáque ciuibus tradere. Et cùm inde fugam ciuium metu arriperent, primoris cuiusdam, ac Mondragonij Capitanei ductu in Hospitium Martianense demum tutò euasere, itáque sine sanguine motus est omnis compositus.

Philippus Belgij Princeps cum Angliæ Regina nuptias init. *Guicciardinus, alij.*

AN. 1554. Annus proximè secutus, primò contractis inter Philippum Hispaniarum Belgijque Principem, & Mariam Anglorum Reginam nuptiis, dein mutuis Francorum & Belgarum cladibus admodum nobilis fuit. In Anglia, cum Regina in manus venit Philippus apparatu Hispanorum, Anglorum & Belgarum quàm maximo. In Belgio, primus Hannoniam, Namurcensium ditionem, & Artesiam Franciæ Rex ingentibus damnis affecit, vrbibus, oppidis, ac vicis compluribus miserandum in modum direptis & incendio deformatis. In Picardiam posteà militem deduxit Emmanuel Dux Sabaudiæ, eiúsque opera perfectum est noui Hesdinij oppidum, reprimendis ca parte hostium incursionibus.

Francus partem Belgij vastat. *Guicciardinus. Heuter. Haraus.*

Sabaudus in Picardia populatur.

B

AN. 1555. Haud multò benignior iisdem regionibus fuit annus proximus. In eas quippe nunc ab Francis, nunc à Belgis grauissimæ strages illatæ sunt bello. Vt de remotioribus raceam excursionibus, vnam dumtaxat hîc memorabo, quæ propiùs Gallo-flandriam attingit. Augusto mense, quo die S. Ludouicus colitur, magno Franci agmine vicos aliquot Artesiæ partim flammis, partim rapinis populantur, & Berbieriam vsque, vno ab Duaco lapide, procurrunt. Huius expeditionis gnari Hugo Flourianus Aussimontij regulus, & Buignicourtij toparcha, Bapalmis, Duaco & Atrebato præsidia educunt, & ad Pontem Veronum hostem armis repentè aggrediuntur. Hic iam laxa disciplina, & quasi securus, ac prædæ incubans, nihil hostile præsagiebat: ideóque, tametsi equitum mille & quadringentorum peditum numerum expleret, ab quingentis tamen tum Burgundionibus tum Hispanis cæsus, fugatúsque est primùm ad dictum Pontem, dein eo in campo, qnem Floridum appellant. In manus viui venere Agaillius Franciæ Mareschallus, Humierij toparcha Peronæ Præfectus, D. Quintini Capitaneus, dynasta Riuierius, & plerique alij nobiles viri. Recepta omnis est præda. Per Septembrem Philippum filium ex Anglia in Belgium Imperator Carolus euocat, & coactis Bruxellæ Belgarum Ordinibus, aliarúmque regionum legatis, ei regna omnia, & ditiones, quibus potiebatur, Octobri proximo possidenda, & moderanda tradit, omníque in ea se potestate exuit, ac in Ferdinandum fratrem suum Imperium transmittere constituit: vt in Hispaniam profectus, intra Monasterium vitæ reliquum priuatus, quietúsque exigat, nouo sanè præclaróque Principum exemplo. Ad eam Romani Imperij, tot regnorum, & regionum spontaneam cessionem hæc præsertim impulere, in senium vergens ætas, fractæ corporis vires, ardens diuino Numini obsequium extra tumultus aulicos & bellicos præstandi, cælestiáque meditandi desiderium. Ad diem sextum & vigesimum Nouembris Andreas Mondetus Phanopinensis Monasterij Antistes, vitam posuit ab suscepto munere anno tertio & quadragesimo. Quàm sanctè ad hoc culmen honoris euectus fuerat, tam integris moribus sese parrem suis, ac specimen virtutis præbuit. Ædificia quędam sacra prophanáue domi ac foris, pretiosissima templi Phanopinensis supellex, eius munificentiæ ac paternę curæ memoriam perpetuò ingerunt. Qui post eum Phanopinensi præesset cœtui, electus præsertim est Ioannes ab Arrio, paribus ad regendum animi dotibus, & virtutibus instructus. Parabat interim Cæsar omnia, quæ sibi ad Hispanicam profectionem opportuna sentiebat. Ac ne priùs in viam sese daret, quàm Belgarum quieti cautum fuisset, omnem adhibuit cum filio Rege operam. Igitur anni, qui hunc excepit, initio, quinquennales ab ipso & Philippo eum Henrico Rege Francorum pactæ sunt induciæ. Hę cum tertio ac decimo die Martij per Gallo-flandriam proclamatę fuissent, magna populum incessit lætitia, peractísque decretis supplicationibus, duo tréfue dies festis ludis & igni-

Franci Artesiam infestãt, sed mox à Belgicis copijs cæduntur. *Lib. ms. Duac.*

C

Imperator Philippo filio regna omnia cedit. *Hist. Belg. Sur. Vita Car. Heuter l. 14. Meyer. Haraus, alij.*

And. Mondet Phanop. Abbas moritur. *Mon. m's. Phanop. Mon.*

D

Ei succedit Ioannes de l'Atre.

Quinque annorum Carolus & Francus inducias paciscuntur. *Histor Belgica. Haraus Sur. Lib. ms. Duac. alij.*

AN. 1556.

bus

A bus dati. Postmodum æstatem adeo calor ingens & siccitas infestauere, vt arbores herbæque torrerentur, neque soliro virore niderenr. Sex integris mensibus non pluisse memorant: vnde magna prorsus consecuta est annonæ caritas. Hæc inter mense Maio Duaci deprehensus est Michaël Pecqueurius adulterinam pecuniam cudere. Is præcipuè in profundo loco, vnde creta fuerat effossa, formandis noctu nummis operam dabat intra vallum Sinense & Wasieriam, dum vxor in proximo excubias ageret. Animaduersum primò est in huius coniugem perpetui exilij pœna; quòd non modò marito cudenti operam cōmodasset, verum etiam percussos ab eo nummos expenderet. Erepta postmodum Michaëli vita flammis est in suburbio. Et post flagellationem Senatus in perpetuum exilio Magdalenam Alexandram mulrauit, quòd Michaëli cudendorum numismatum formas à marito sibi relictas dedisset, quibus paullùm is immutatis vteretur. Augusto mense Orbiacum fortuitus ignis corripuit, támque obstinato incendio depastus est, vt præter ædem Parochialem, Senatus Curiam, & hospitium vnicum, domus omnes arserint. Eodem

Magna æstatis siccitas, & calor.
Pecuniam adulterās Duaci punitur.
Lib. ms. Duac.
Orchiacum ardet.

B propè tempore vita priuatur in Phanopinensi Asceterio Franciscus Pietinus magna vir religione & litteratura. Quamuis per multum quotidie tēpus in studia litterarū incumberet, nihil tamen vnquam ab solitis animi piis meditationibus, diuinisque laudibus remisit, ac corporis castigationibus. Abbatum sui Monasterij Chronicon satis eleganter & operosè contexuit, ac de Castellanis Insulensibus libellum composuit: quod vtrumque opus nondum lucem aspexit. Cùm prosperum Cæsar ventū in Hispaniam nauigaturus præstolaretur in Zelandia, litteras ad Septemuiros, ac Principes Germaniæ scripsit, quibus Imperium se abdicare, ac in humeros Ferdinandi Fratris deponere significabat, eósque magnopere obtestabatur, ne quam suæ moram voluntati inijcerent. Ac priusquam ab his responsum acciperet, mari se commisit extremo ferè Septembri: & prospera vsus nauigatione Laredium in Biscaia portum tenuit; indéque Vallisoletum, & ad S. Iusti Monasterium haud procul Placentia situm lectica deuectus est, vt priuatam inter rerum cælestium contemplatio-

Franciscus Pietinus obit.
Monum. MSS. Phanop.
Imp. Carolus de abdicato Imp. scribit in German. & nauigat in Hispaniam.
Guicciardin. Histor. Belg. Sur. Heuter. Haræus, alij.

C nes vitam quietè ac religiosè duceret. Illic dum sese piis commentationibus excolit, & diuinis rebus animum iucundè reficit: Franci bellum aduersus filium eius primùm in Italia, dein quoque in Belgio moliuntur. Nihil hostile animo Belgæ volue-

AN. 1557. bant, cùm anni sequentis initio Archithalassus Franciæ Gaspar Colignius noctu no belli furto Duacum ante lucem ipso Regum festo aggressus est. Spem conceperat, nocturnis compotationibus ciues altiùs iri sopitum, facilémque sibi per muros aditum fore, somno mersis omnibus. Verùm res aliò, quàm sperauerat, vertit. Cùm enim summo mane scalas muris applicuisset, repens ipsum metus absterruit, ac retrò pedem referre compulit. Placet quibusdam, è rusticanis hominibus nonnullos pridie sub vesperum vrbem ingressos, ac Senatum periculi monuisse: ideóque positis pro corona murorum vigilibus solito plutibus, & speculatore cymbalum è turri Prętoria pulsante, obuiàm itum insidiis. Veriùs alij memorant, S. Mauronti opera seruatum fuisse oppidum. Sub id enim tempus, quo suos ad mœnia Colignius ducebat, iámque ad conscensionem omnia diligenter ac tacitè properabat: Beatum Mauron-

Fráci bellum renouant.
Duacum intercipere frustrà conātur.
VValtm. Godeleuæus in lib. de abdic. Imperat. Guicciardin. Histor. Belgic. Sur. Heuter. Lig. Locr. Haræus. Lib. ms. Duac.
Arnoldus VVyon. lib. 2. Ligni vitæ.

D tum vrbis Patronum adhuc stertenti Ecclesiæ Amatensis Æedituo per somnium se videndum dedisse, ac tertiùm, vt ære campano Matutinalis Officij signum ederet, monuisse. cùm is minimè obsequeretur, ac nondum ciendæ nolæ tempus aduenisse contenderet, hoc facere, quod iubebatur, Diuum coëgisse. cùm igitur Æedituus ex more campanam impellit, eam haudquaquam ita sonuisse, quasi Clerus ad Officium diuinum euocaretur, verùm bellicum quidpiam increpuisse, ceu fieri solet, cum ad arma capienda trepidis in rebus è publica ciues incitantur specula. dum populus grauius incitatóque æris sonitu suscitatus sese induit, armáque corripit, Sanctum interim Mauronrum Monachali, & aureis conspersa liliis veste conspicuum, & regium manu sceptrum tenentem (quo schemate pingi solet) vrbis mœnia obiuisse diligenter, ac sua hæc præsentia sic defendisse, vt in ea hostium nullus euaserit. eum ab ciuibus in armis muros conscendentibus tunc visum: huiúsque primum aspectu lætatum fuisse vrbis Procuratorem Amatum Wyonium. inde profluxisse anniuersa-

A

rias publicæ Supplicationis cæremonias, quibus memoriam tanti beneficij Clerus, Senatus, ac populus ipso Regum festo magna cum voluptate celebrat. Sua igitur se eiectum spe grauiter dolens Colignius, eo de loco Lendium copias conuertit, quod Artesiæ oppidum Atrebatum inter Insulámque perquàm commodè situm est. Id cùm fuisset magna vi adortus, haud difficilè suam in potestatem redegit, quod à paucis admodum defenderetur. Vbi magnam inde prædam conuexit, ignémque domibus iniecit, haud procul Atrebatium vrbe in Picardiam regressus est. Quacumque iter habuit, nihil reliqui ab militibus factum, actis ij præ se pecoribus, & auecta supellectili, vbique pagos incendio cremauere. Ita fractis induciis, mandato Regis Hispaniarum ad bellum Francis inferendum cuncta in Belgio comparata sunt. Ac Martio quidem mense publico Senatus edicto imperatum est Duaci, vt qui ferendis armis idonei essent, omnes arma sibi compararent, & ad lustrum habendum sese componerent. Idémque alibi factum per Gallo-flandriam & Artesiam. Inde proximo Aprili Francis ab Rege Philippo bellum indicitur. Nondum sub signis copias ex vrbibus is eduxerat, cùm Duaci compertus est Ioannes Bailletus eiusdem oppidi ciuis argenteos & aureos nummos adulterinos cudere, idque propter crimen incendio addictus vitam perdidit Maio mense. Et paucis pòst diebus mater eius annum ferè septuagesimum nata ob eiusdem criminis participationem Senatus sententia, elisis prius faucibus, flammis conflagrauit. Eo tempore, veluti Brabantia, aliásque Belgij ditiones, ita Flandriam cùm Teutonicam, tum Gallicam magna corripuit annonæ caritas. Ac tum veniit Duaci tritici mensura, quam rasieriam nominant, quinque florenis, Orchiaci decem, in oppido S. Amandi quindecim. Vetitúmque Duaci est publica Senatus sanctione quidquam frumenti portis efferri. Tantam nihilominùs vim commeatuum Rex Philippus in Belgio comparauit, quæ peditum quinquaginta millibus ac tredecim equitum millibus sufficeret: eásque mox copias cum tormentis & impedimentis quamplurimis Emmanueli Sabaudiæ Duci aduersus Francos ducendas extremo ferè Iulio commisit. Hic cùm specie Mariæburgi in extimis Hannoniæ finibus obsidendi Francos fefellisset, aliorsum per Guisiam in Veromandiam castra mouit, ac D. Quintini oppidum eius ditionis caput obsidio circumuenit. Illic cùm omnia diligenter ad faciendam in muros impressionem comparantur: post alios atque alios, suppetias obsessis ferre conatus est Præfectus Equitum Franciæ Annas Montmorencyus, eóque minimè contemnendas Nobilium, equitum, peditúmque copias duxit. Verùm is eo die, qui Sancto Martyri Laurentio consecratus est, insignem adeò cladem ab Philippi Regis exercitu pertulit, vt cæsis fugatísque omnibus signis, cum multa Nobilitate in potestatem victorum ipse venerit. Ac paucis pòst diebus apertis tormentorum vi muris, factóque vehementi à tribus partibus insultu, eo Rex Philippus oppido potitus est. Peremptis illic præsidiariis militibus, data vita est Gaspari Colignio, ac plerisque aliis nobilibus viris, à quibus defensa vrbs fuerat, modò grandi captiuitatem auro luerent. Subacta mox à Philippi ductoribus Castelletum, Hama, Chaonium & Nouiodunum. Hæc cùm feliciter à Philippi copiis facta fuissent in Gallia; ipséque metu solutus Germanos, Anglósque domum è castris dimisisset, ac solos Hispanos & Belgas in armis retineret: non parùm ei mœstitiæ Dux Guisianus attulit, Anglis erepta Caletensi vrbe, Gisnáque. Multum siquidem incommodi Anglicanis ac Belgicis nauibus ex eo portu Franci poterant inferre. Et pauorem quoque postmodum idem Dux incussit, coacto ad deditionem in finibus Ducatus Luxemburgêsis oppido Theodonis, ac in eodem tractu captis quibusdam aliis vrbibus. Ad hæc Flandros armis infestabat Thermæus Franciæ castrorum Metator. Vbi fluuium Grauelingam alluentem copias transmisit, Dunkercanum oppidum aggressus breui subegit, & ablata præda incendio corrupit. Similem ab eo cladem passæ sunt Bergæ. Verùm in reditu vix eumdem amnem transierat, & aciem ad Oceanum composuerat, cùm Egmondius Comes ab Philippo Rege submissus, magno ipsum impetu adortus est, ac cæsis dissipatísque copiis, inter captiuos victor abduxit. Recreatus admodum eo Comitis successu Rex, nouis delectibus habitis ad triginta peditum, equitum tredecim millia in

Galliam

Margin notes:

Lendium capiunt, & populantur.

Lib. MS. Duac.

Hispaniæ Rex bellum indicit Francis.

B

Adulterinus monetarius Duaci punitur.

Lib. MS. Duac.

Magna caritas annonæ.

Histor. Belg. Sur.
Lib. MS. Duac.

A Philippi Regis ducibus Franci cæduntur, obsessa D. Quintini vrbe.

C

Histor. Belgica, Surius, Heuter. Bellef. Haraeus, Meteran., alij.

Ab iisdem D. Quintini vrbs capitur.

Auctores citati.

Aliaque pòst oppida.

Guisiæ Dux Caletum Anglis eripit.

D

A N. 1558.

Histor. Belg. Sur. Haraeus.

Et vrbes quasdam in Duc. Lux.

Regi Philippo.

Histor. Belg. Haraeus.

Thermæus Flandriam infestat, & capitur.

Haraeus.

Philippus Rex in Galliam exercitus ducit.

Haraeus.

A Galliam aduerſus Francos duxit, ac iuxta Dorlenium caſtra metatus eſt. Ex oppoſito cum iuſto exercitu Francorum Rex ad Petræpontem caſtra poſuit, haud procul Ambiano. Illis in locis dum Philippus & Henricus trium menſium ſpatio intra munitiones caſtrorum ſeſe continent, ac leuibus tantùm velitationibus ſuos carpere hoſtem ſinunt: de pace inter eos concilianda non ſemel actum eſt fruſtrà. Et in Hiſpania vigeſimo primo Septembris die vitam cum morte mutauit Carolus Imperator, egregiè ad ſupremum certamen comparatus. Hoc de Cæſare quamuis multa, eáque maxima ſeſe offerant memoranda, quibus ſupra ceteros non modò ſui temporis, verùm etiam actarum retrò ætatum Principes emicuit: nihil tamen eorum hoc loco in medium afferre propoſuit tum ne quid ex præſtantia ipſorum breuiter dicendo deteram; tum quòd ea multi auctores & fuſiùs & ornatiùs litteris mandauerint. Tantùm hîc placet ſignificare, obitum eius Flandris omnibus Comitatum incolentibus luctuoſum accidiſſe; vel quòd apud eos vitæ vſuram hauſerit; vel quòd ipſi eius opera omni Francorum imperio exuti fuerint: ideòque hos ipſi cum multo

Carolus V. Imper. moritur.

Zenocar. Sur. Heuter. Hiſtor. Belgica, Ferrmenden, alij.

B cultu gemitúque parentaſſe. Nondum exacto bimeſtri tempore, quem Philippus Rex dolorem ex patris deceſſu conceperat, noua cumulauit triſtitia, nuntiato ex Anglia Mariæ Reginæ & coniugis letho, quòd ea nullis generatis liberis Eliſabethæ ſorori regnum relinqueret, manifeſto Catholicæ Fidei periculo. Cum ijs publicis funeribus, hæc quoque priuata mœſtitiam Gallo-flandris eo tempore pepererunt. Etenim ſublatus eſt morte Franciſcus Roſimboſius magno apud ipſos loco natus. Eum Cæſar Carolus oratorio ſuo præfecerat, & D. Petri Inſulenſis Præpoſitura ornauerat. multa itinera ſuſcepta obitæque legationes tam Cæſaris, quàm Regis Philippi nomine, auctoritatem famámque ipſi conciliauerant. Erepta quoque eſt Paſchaſio Balduino vita Phanopinenſis Abbatiæ Canonico Regulari. Is vir erat maximè Religionis, caſtimoniæ, ſilentij & virtutum aliarum cupidus. Latinæ linguæ Græcam & Hebraicam ita coniunxerat, vt his tribus æquè polleret. Ad chronica, numeros, pondera gnauus incubuit: iiſque de rebus libros aliquos egregiè contexuit, qui

C nondum prælo ſubiecti fuere.

Obit Angliæ Regina.

Franciſc. Roſimboſ. S. Petri Præpoſ. decedit.

Epitaph eius.

Paſchaſius Balduinus vita priuatur.

Monum. m s s. Phanop.

AN. 1559. Per Aprilem anni ſequentis inter Reges Philippum & Henricum pax denique compoſita eſt in Caſtro Cameraceſij, magnáque eius promulgatio voluptate Belgas affecit. ac ne facilè ab vtroque Rege in leges ipſius aliquid committeretur, placuit Philippo Eliſabetham Henrici filiam natu maximam in vxorem ducere. Hæc priuſquam fierent, idem Rex Belgarum ſaluti conſulens, omnémque adhibens operam, ne pugnantia Catholicæ Fidei dogmata per inferioris Germaniæ Prouincias vel ſpargerentur, vel ſata vires acciperent: de parentis voluntate (idem enim is inſtitutum animo diu voluerat, filióque commendauerat) & de ſapientum hominum conſilio, plures eis Epiſcopos tribuere moliebatur; à quibus errores faciliùs deprehenderentur, euellerentúrque. Eò litteras ad Romanum Pontificem Paulum eius nominis Quartum ſcripſerat, quibus & deſiderium patefaciebat ſuum, & fructum explicabat, qui frequentibus conſtitutis Epiſcopatibus colligeretur: dein eas vrbes complectebatur, vbi commodè nouorum ſedes Epiſcoporum conſtitui poſſent; ac

Pax conciliatur inter Reges Philip. & Henric.

Philip. Henrici filiam ſibi coniugat.

Idem de pluribus Epiſcopis in Belgio creandis apud Pont. Max. agit.

Litteræ Philip. Vanderhar. l. 2. de tum. tumult. Belg. Liber de erect. Epiſcopat. Belg. Onuphr. alij.

D denique media ſubminiſtrabat, quæ ſingulis recenter creatis Præſulibus ad tuendam dignitatem ſufficerent. Qui cum legato Romæ degente hoc negotium calidè promoueret, ab eodem miſſus eſt in Vrbem Franciſcus Sonnius Louanienſis Theologus. Igitur ijs, quæ ab Rege Catholico ſcribebantur, ac petebantur, maturè ponderatis, hoc denique anno quarto Idus Maij conſcripto diplomate idem Pontifex Maximus nouos in Belgio Epiſcopatus ita conſtituit, vt veteribus quatuor, Vltraiectenſi, Cameracenſi, Tornacenſi, & Atrebatenſi, quatuordecim adijceret, Mechlinienſem ſcilicet, Antuerpianum, Gandauenſem, Iprenſem, Brugenſem, Audomarenſem, Namurcenſem, Buſtoducenſem, Middelburgenſem, Harlemicum, Leuuardienſem, Dauentrienſem, Ruremondanum, Groningenſem; ſedibus eorum ijs in ciuitatibus poſitis, à quibus nomen ſortiuntur. Datúmque eſt negotium Saluatori Epiſcopo Cluſino & Apoſtolico Nuntio, qui tum in Belgio degebat, vt quoſdam præſtantes fide viros eligeret, qui limites tot Epiſcopis præſcriberent, vrbéſque &

Vtque ij conſtituantur obtinet.

Auctor. citati.

Quibus tunc Epiſcopis Gallo-flandria ſubiecta.

Diploma Pōtif.

 pagos

pagos subijcerent. Ea partitione tribus præcipuè Gallo-flandria Episcopis ex veteri ferè censu attributa. Qui Scaldim vltra proijciuntur, eos Cameracensis pagos habet. Ex vrbibus oppidisque, Insula Cominium, Lannoya, Orchiacum Tornacensem agnoscunt: Duacum, Armenteria, & Bassea subiecta sunt Atrebatensi. Vici pagique ceteri hos inter duos propè omnes diuisi. Voluebat interim animo Hispaniæ res Philippus, eque Belgio profectionem: omninóque tandem decreuit, his relictis Prouincijs, in eam se regionem conferre, vbi rerum latissimè potiebatur. Vt hanc ei mentem extorquerent, non pauci Belgarum Proceres nitebantur, quibus populi huius nota erant ingenia. Per absentiam enim Principis, quò diuturnior ea foret, hoc plura in Reipublicæ perniciem eruptura demum mala. Belgis placere media. arctissimam eis seruitutem odio esse; summam periculo libertatem. si nimiùm coërceas, in motus erumpere: si licentiam omnem permittas, sese aliósque pessumdare. nihil æquè in officio retinere, ac præsentiam Principis metum lenitate & liberalitate sapienter temperantis. Verumtamen vt in sententia profectionis Philippus perseueraret, multa ex aduerso incitabant. Tumultum in Hispania per absentiam verebatur. Vt oris Africanis prouideret, propiùs eum accedere oportebat. Ne quid absente se Belgij Proceres mouerent; abundè prospectum rebatur, quamplurimis in eos ab se collatis nuper beneficijs: quorum memoria, fructúsque non poterant non ipsos in officio fidéque continere. Plebem quoque minimè arbitrabatur ad ciuiles tumultus incitatum iri, quòd neutiquam crederet eam tot bona, quibus per pacem abundabat, varijs obiecturam motuum discriminibus, eorúmque iacturam per seditiones fieri, passuram. Igitur dum necessaria nauigationi parantur omnia in Zelandiæ portubus: Belgij totius Ordines, Equitésque Velleris Aurei Gandauum Philippus euocat. Illic primùm aliquot in hoc militare Collegium clarissimos viros adsciscit, vt defunctorum numerum suppleant. Dein habito Conuentu, de sua in Hispaniam profectione, & diuturna illic commoratione cunctos edocet: cum ijs de rebus ad statum Belgij pertinentibus diu multúmque agitat, & nonnulla constituit. Quod calidè quidam vrgebant, exstinguendarum specie discordiarum, quæ plerumque inter variarum regionum Præfectos ac milites oriuntur, Hispanos omnes è Belgio se missurum aliò promittit. alia nonnulla, quæ petebantur à Belgis, concedit liberaliter. Singulis Belgij Prouincijs ac ditionibus Præfectos attribuit. Flandriæ & Artesiæ Gubernatorem Egmondanum Comitem pronuntiat. Hollandis, Zelandis, & Vltraiectensibus Auraicum Principem præponit. Marchionem Bergarum Hannoniæ, Dynastam Courieriensem Gallo-flandris, Montignij regulum Tornacensibus, alijs alios præficit. Quæ totius Belgij Præfecturam inear, Margaretam Austriacam Octaui Ducis Parmensis coniugem, ac sororem suam, eligit. Ei Pontificem Atrebatensem Antonium Perenotum aliósque viros magnos adiungit, quorum præsertim consilijs vtatur, résque ordinet. Vt omnes in auita & Catholica Religione constantes perseuerent, grauissimis denique verbis obtestatur: quòd, pessumdata vera Religione, nihil firmum stabiléque res publicæ habeant; eadem integra florentéque, cuncta prosperè succedant. Hæc dum geruntur Gandaui Iulio & Augusto, nouum Duaci spectaculum accidit quarta Iulij luce. Iudocus Houseau, coriarius opificio, statu Clericus, cæsi hominis reus, ad supplicium capitis ducebatur Senatus sententia. Verùm is in pegmate dum lictoris gladium prestolatur, Senatoribus è fenestris oppositæ domus, è fori area ciuibus spectantibus, derepentè Christianitatis, vt nuncupant, Decanus rusticanis aliquot Parochis septus exclamat; Gladium lictor ne exerat, suum se Clericum repetere. Iubet nihilominùs Senatus lictorem progredi, reúmque plectere. Instat contrà Decanus, ac Iudoeum sibi dedi flagitat. Et mox eius voces populus etiam ingenti clamore excipit, ac Clericum vinculis liberandum vociferatur. Ita tumultu exorto, Senatores Iudocum in carcerem retrudi imperant. Verùm is postquam sex ferè menses in catenis detentus fuit, tandem Atrebatensis Episcopi iudicio in libertatem asseritur tonsuræ Clericalis gratia, & tantùm pecuniæ vim aliquam multæ nomine persoluit. Præceps iam erat Augustus, cùm Philippus Rex in Zelandia Vlissinghæ opportunum nactus nauigationi tempus, nauigio se spectan-

Margin notes: A — De profectione in Hispaniam Regis consilia. *Histor Belgic. Vanderhar. l. 1. Haræus.* — Quibus frustrà quædam apponuntur. *Vanderhar. l. 1.* — B — Idem Equitū Vell. Aurei, & Ordinum Belg. Conuentu habet Gandaui. *Histor Belgic. Vanderhar. l. 1. Haræus.* — Hos de abitu suo monet, atq; vt è Belgio Hispani mittantur, concedit. *Iydem auctores.* — C — Prouincijs dat Præfectos. *Iydem auctores.* — Ad retinendā Fidē Catholicam omnes hortatur. — Duaci Clericus sæcularis supplicio publico eripitur. *Lib. Duac. ms.* — D — Philippus Rex in Hispaniam nauigat.

A spectantibus Legatis Principum, & Belgij Proceribus imposuit; ac verbis extremis, vt potissimam haberent Religionis Catholicæ curam, adhortatus est. Paucis pòst diebus profecta Bruxellas Margareta imperij Belgici habenas suscepit. In Gallo-flandriæ agro Agnes Crucia Marquettensis Abbatiæ Antistita, ipso die S. Huberti, cùm grauissimo afflicta morbo in lecto decumberet, Courieriarum toparcha Insulensis Gubernatore, ac quibusdam alijs nobilibus viris adstantibus, pedum in manus Margaretæ Bacimontiæ electò deposuit: quò liberiùs ad mortem animum præpararet. Et cùm Margareta in Abbatissam inauguraretur, ipsa primùm ei se submisit, ac obedientiam professa est. Paucis diebus exactis, eadem pridie S. Andreæ vitam animi læta deseruit. Agnes Crucia Marquett. pedum abdicat, & moritur. *Monum. MSS. Marq.* Succedit Margareta Bacimontia.

AN. 1560. Anno sequenti magnum Duacensibus beneficium Philippus Rex impertijt, concessa ipsis Studiorum Vniuersitate. Is enim cùm satis animaduerteret, noua in Belgij ditionibus constituta disciplinarum Academia, multorum iuuenum saluti cautum fore, quos aliàs extra Belgium inspersus ab Magistris hæresi corruptis error trãsuersos B ageret: ignaris Duacensibus apud Romanũ Pontificem Paulum Quartum instituerat; vt eam permitteret Studiorum Vniuersitatem in oppido Duacensium erigi, eámque solitis ornaret priuilegijs. Tam iustæ petitioni fecerat satis Paulus, iámque anno sui Pontificatus quinto eam litteris concessionem tradiderat. Quia tamen nondum maturæ ad hoc perficiendum negotium res erant: in principium Pontificatus Pij Quarti dilatum id fuit, quo nouum ab hoc Pontifice diploma impetratum fuit ijs confirmandis, quæ Paulus concesserat. At ne tum quidem extemplò Duacensibus ab Rege significatum est, factam sibi à Pontifice Maximo Academiam apud eos erigendi potestatem. Tantùm huius iniecta mentio ipsis est Iulio mense per eam occasionem, quam pauilò latiùs nunc explicabo. Cùm multi Duaci milites ab D. Quintini vrbe Francis ob pacem restituta reduces considerent, Senatores hoc onere ciues vrbémque grauari sentientes, dicto mense Hieronymum Francium sibi à Consilijs Bruxellas ad Margaretam Austriacam Belgij moderatricem oratum misere, aliò vt C illi transmitterentur. Is verò dum paullò diutiùs hæret Bruxellis, Viglius Zwichemus Arcani Senatus Regij caput, per eum Duacensibus opprobrauit, quòd ardens Academiam postulandi studium imprudenter ac noxiè exstinxerint: eósque grauiter stimulauit, vt quod olim tam calidè apud Cæsarem Carolum fuerant prosecuti, nunc feruentiùs denuò aggrederentur. Haud enim defuturos, qui causam eorum aduersus Louanienses susciperent; séque præsertim ad hoc negotium & consilia & animos allaturum. Ac subiecit, iam tum suo, tum Perenoti Atrebatensis Episcopi studio, Philippum Regem occultè ab Summo Pontifice litteras impetrasse, quibus erigendæ Duaci Academiæ fieret potestas. Gauisus ea Præsidis oratione Francius ad Senatum se relaturum, actis gratijs, promisit. Et certè vix domum redierat, cùm ea frequenti Senatu, quæ dixerat Zwichemus, exposuit. In varias tunc itum sententias. Verùm deniquè placuit in consultationem Ecclesiasticorum & Nobilium præcipuos aduocare. Ac tunc omnes in eam conspirauere sententiam, vt tanti momenti, támque vtile & honestum vrbi negotium perageretur. Delecti mox, qui legatio-D nem vrbis nomine ad Margaretam & Senatum Regium obirent, M. Ludouicus Pouris Legum Doctor, & D. Amati Decanus, Iacobus de Bonmarchiet vir nobilis & Scabinorum Princeps, ac Hieronymus Francius. Igitur hi cùm Bruxellas, Nouembri adiuissent, in ædibus Zwichemi Præsidis mandata exponere iussi sunt. Illic cum Præside aderant Cardinalis Perenotus (eum nuper in purpuratorum Patrum Pontifex Maximus Senatum admiserat, ac Mechliniensem Archiepiscopum renuntiauerat, suffecto in locum eius apud Atrebates Francisco Richardotio, insignis doctrinæ & facundiæ viro) & Philippus Nigri Cancellarius. Quę Duacenses orabant, hi omnes lętis promptísque animis excipiunt. de modo ea promouendi, ac conficiendi multis horis agitant. Quædam subinde in consultationem adducunt de Professorum stipendijs, déque Gymnasiorum ędificatione, & opprimendis Louaniensium aduersis conatibus. Vbi tandem conclusum fuit, ab Rege quædam pendenda, & quam domum in veteri Arce Duacensi haberet, primo Gymnasio tribuendam

Hispaniarum Rex Duacensem procurat Academiam. *Monum. MSS. Duac. Vanderbar Li. Hauan. Hieron Franc. in Comment. MS. Loc. aut.*

Pro ea stabilienda, Proceres quidam laborant.

A

esse: ab vrbe Duacensi, & vicinis quibusdam Abbatibus cetera conferenda: ad suos læti Oratores Duacum rediere. Et voluptatem Duacensibus attulit tam Vniuersitatis impetratio, quàm suggestum de struendis Collegiis, & conquirendis stipendiis consilium. Sed non leuis posteà difficultas exorta est, vel cùm Antistitum symbolæ rogarentur, vel cùm Brabantini sese opponerent: diúque hoc negotium protractum, priusquam perageretur. Brabantinis grauissimum videbatur, ab Rege & viris, quos enumerauimus, de constituenda Duaci Vniuersitate Studiorum insciis sese agitatum & conclusum fuisse. Et multorum animos aduersus hoc institutum inflammabat Auraïcus Princeps, qui iam de Catholica Religione haud rectè sentiebat, & in eam Regémque multa occultè moliebatur: quòd facilè perspiceret, statutam in Catholico admodum oppido Academiam suis conatibus non leuiter obfuturam. Plurimáque mouebant Louanienses, vt Regem ab hac mente auerterent. Et cùm apud eum nihil profecissent, cum Brabantiæ Ordinibus egerunt, vt suam ipsi Academiam nouis ædificiis ornarent, omnium Artium præclaros Doctores conquirerent, his maiora constituerent stipendia: quò plures Louanium iuuenes pertraherent; ac si fors Duaci scholæ aperirentur, ad has pauci, vel nulli accederent. Verùm quamuis ij omnes nihil reliqui fecerint, vt totum de Duacensi Vniuersitate negotium disijceretur: nihil tamen ipsi apud Regem, eiusque sanctiorem Senatum obtinuere; ac tota res ex animi sententia Duacensibus feliciter successit. Decretum námque omninò est, vt apud eos Academia constitueretur. Intereà loci tristissimo infortunio iuuenes duo, cùm in fossis oppidi Duacensis per hyemem gelu obduratis ambulant, inde pilam accepturi, rupta sub pedibus glacie aquis absorbentur. In Martianensi Phrontisterio damni multum fulmen pepererit. In ligneam id pyramidem, quæ Chori medio insistebat nolis aliquot grauis, intortum vehementer, magnum illicò fecit incendium. Hoc tota turris tectúmque absumpta: & cùm trabium campanarúmque indelabentium impetu fornix perrumperetur, in Chori pulcherrima sedilia, templíque ornatus ignis desæuijt: vt multis millibus florenorum steterit instauratio.

B

[Contrà, qui]dam ei se opponunt, sed frustrà. [Ii]dem auctores.

[F]ulmen no[cen]t templo [M]artianensis [A]bbatiæ.

C

Non multò pòst Tornaci & Valentianis occulta primùm conuenticula hæreseos toxico imbuti homines habuere: dein etiam turmatim sub vesperum per plateas incessère Psalmos Marotianis versibus illigatos cantabundi, ipsísque Magistratibus impedire tonantibus intentantes minas cædémque. Ac tunc etiam ab his nonnullis sectarum propagatoribus in agrum Insulensem immissis, occulti cœtus facti sunt illic virorum ac mulierum; & pleríque tum in eodem tractu in errores blandis per hos sermonibus inducti. Hos qui retinerent in perfidiæ officio, alióſque adiungerent iuxta Insulam, Perenciæ præsertim & Quesnoyæ, Caluiniani dogmatis sartores, ac Ministri, vt vocant, agitarunt. Ijs quoque in pagis, qui Scaldim vltra Insulensi sunt nomini obnoxij, hæresim quidam proseminare aggressi, haud parum nocuere. Illic námque intra Obesiam & S. Trinitatis Montem ab iis clanculum conuētus cogi deprehensi sunt, qui sacrilegè baptismum iterant. Creuissétque huiusmodi hominum lues, nisi mox eorum aliqui publica sententia pœnas dedissent Obesiæ. Ea tempestate Insulæ sacris exorcismis è cuiusdam primarij viri corpore dæmon expellitur, variíque Rhotornaci ad S. Hermetis sepulchrum eiusmodi hominesinsessoribus liberantur. Ea fama postquam hæreticorum, qui pars Tornaci, pars Valentianis, pars in agro Insulensi degebant, auribus allapsa est: ingens eos dolor incessit, ac metus etiam perculit, ne quod suis rebus satis ex animi sententia fluentibus obstaculum iniiceretur. Id enim scilicet verebantur, ne si quos ab Ecclesiæ Catholicæ sinu auellerant, plus ij potestatis inesse Catholicis ad diabolos humanis corporibus exigēdos, quàm sectæ suæ Ministris, animaduerterent, ad Orthodoxos rursus conuolarent. Igitur ex eo dolore ac timore consilium capiunt præstigiis suos in susceptis erroribus retinendi. Qui sese motibus variis, ac inconditis vocibus energumenos simularent, deinde ad præconis Caluinistici præsentiam precésque liberatos fingerent, Ludouicum Quesnoyæ, ac mulierem quamdam annis grauem, & hæretici hominis vxorem, Perenciæ (abest propiùs Insula is vterque vicus) pauci occultè partim verbis subornant,

A N. 1561.

[H]æretici cō[ue]niunt & in[fi]ciūt Tor[na]ci, Valētia[ni]s, & in agro [In]sulensi. [V]anderbar. l. 1. [B]usind. 4. c. 55. [...]rum.

[Q]uidam eorū [af]ficiuntur [su]pplicio. [B]usin. d. l.

A N. 1562.

D

[Q]uidam ali[os] inducūt, [ut] se simulent [en]ergume[no]s. [V]anderbar. l. 1. [...]rum.

A patrim promissis onerant præsentariæ pecuniæ, & annui census. Et commodùm erat Tornaci Matthæus Lannoyus gente Francus, & hæreseos Caluinianæ acerrimus, & disertissimus buccinator. Igitur Ludouico ac muliere fabulam domi aptissimè peragentibus, multisque horum infortunio grauiter commotis (iam enim eius fama nocturnis conuentibus inter hæreticos latissimè vulgabatur) ad Matthæum quidam iter capiunt, eúmque multis verbis flagitant, ne suam malè affectis opem deesse patiatur. Perenciam & Quesnoyam vnà secum viam capiat, eque miserorum corporibus hostes abigat. Ille primùm id ab se facinus amolitur. nullam sibi ad hoc negotium perficiendum potestatem concessam. alijs, quàm suis, esse viribus opus: Adeò tamen denique, seu verborum lenocinijs, seu grauissimis obtestationibus eò se præcipitem trahi permisit, vt post aliquot dies affuturum se promitteret. Interim viri mulierísque, ceu dæmones cierent, vocibus ædes circumsonant, breui quemdam moribus probis hominem affuturum, cuius potentia depellantur. Vbi Matthæus Armenteriam Tornaco profectus fuit, ibique dies septem ex condicto substi-
B tit, ad mulierem Perenciam ducitur. Ibi vetula primùm corpus contorquere, ac horrendis vocibus fremere; hominem procul auersari; frustráque ad sui tormentum venisse, vociferari. Contrà, Matthæus ad eius conspectum commiseratione plurima tangi (putabat enim ex vero rem geri, omnísque erat simulationis ignarus;) in genua protinus cadere; vnà secum orationem vt fundat, & Symbolum recitet, iubere. inter preces ac recitationem Symboli, illa linguam sibi tumidam fieri, intersectis vocibus stridere. multa tum ridicula, tum fabulosa profundere. ex aduerso, Matthæus, hæc vt omitteret, imperare; ad circumfusos concionem habere; inter dicendi laborem somno corripi: & postquam euigilauit, fœminámque adhuc incompositis motibus agitari percepit, in orationem rursus genuáque effundi. Ac tum denique sensim languentibus membris mulieri quies conceditur: statimque ab omnibus exclamatum est, deterrimi hostis cruciatibus eam Matthæi ope prorsus liberam euasisse. Ita pessimorum hominum vocibus delinitus atqueque delusus Lannoyus Ioanni Wa-
C leo, qui per eum vicum hæreticis præerat, fœminam commendat, & Insulam primùm occultè, dein Tornacum & Valentianas ad suos proficiscitur. At Quesnoyæ Ludouicus idem Perencianæ fœminæ ex condicto pulcherrimè simulat. Conuolant extemplò quidam, eiúsque cruciatus Matthæo nuntiant, simúlque obtestantur, ad eum venire vltrà ne differat. Is grauibus negotijs distentus, Waleum Quesnoyam amittit, vt hominem sanet. Ad huius aduentum Ludouicus mira proijcit nugamenta, ciendis adstantium risibus. dein ab se dæmonem abijsse mentitur imperio Ioannis. Sed modico interiecto spatio temporis, eum nunc gigantis specie, nunc anatis, modò canis videndum sese proponere: ac rursus ad nouos cruciatus in corpus tegressum exclamat. Ac tum nihil leue & nugatorium effutit. Contrà, in voces horrendas prorumpere; manus & brachia iactare; minari, fremere; & cùm seniores lecto affusi, vt malus dęmon abscedat, imperant, haud se digressurum vociferatur, nisi Lannoyus aduenerit, quamquam eum odio maximo prosequeretur, optarétque grauissimis addictum supplicijs. Hæc omnia litteris ad se transmissa dum Lannoyus
D perdidicit, tandem Tornaco Insulam venit. Hic dum moram per dies octo rebus quibusdam accurandis facit, Turquoinium ad tingendos baptismate tergeminos excitur. Inde Quesnoyam iter carpit, ac intempesta nocte, procul ab ædibus, in plano loco concionem aduocat. Erat tunc illic etiam Ludouicus inter alios in fossa delitescens. Igitur dum verba ex alto facit Lannoyus, in alneto Ludouicus atrociter exclamat, dirísque aërem vocibus complet, ac ita corpus exagitat, vt quamuis à quatuor viris teneretur, in altum tamen sese proiecerit. Ibi Matthæus ad preces ardenter incumbit: & cùm nihil proficit, alios etiam orationem ingeminare compellit. Ita denique, quamquam initio se digressurum negaret, è corpore Ludouici fictus dęmon abscedit, & reliquum noctis agendis gratijs, & curandis corporibus datur. His alijsque similibus technis hæretici & Matthæum & socios decipiebant, vnáque Catholicos huius tractus in peruersa dogmata pertrahere nitebantur. Parùm tamen ij per Gallo-flandriæ vrbes profecere. Nihil ideò Insulæ, Duaci & Orciæ nouatum.

Eosq. à Matthæo Lánoyò Caluiniano Ministro curatos mendaciter euulgãt, iidem auctores.

 nusquam

nusquam eorum locorum ab hæreticis ad populum habiti sermones: etsi forsan aliqui erroribus infecti delitescerent. Serpebat tantùm id malum latiùs in Castellania Insulensi, partim Armenicriæ, partim Quesnoyæ, Turquoinij, Perenciæ, & vicis aliis ad Lisam vergentibus. At multis posteà hæreticis maximo pudori & dolori fuit, Catholicis contrà voluptati, & constantiæ, Matthæi Lannoyj conuersio, cùm, detectis in Hollandia ludis, quos mulier & Ludouicus hîc fecerant, eiuratis erroribus, ad Catholicos transfugit, edito etiam libello, qui technas hæreticorum tetegeret. A

Academia Duaci magnificè insigníque pompa inchoatur.

Libro MS. Duac. Heron. Franc. in MS. Commentar. Laurum.

Rebus interim omnibus ferè comparatis, quinta Octobris luce in vrbem Duacensem inducta est Vniuersitas studiorum insigni pompa sacrísque cæremoniis. Venerat priùs in oppidum Gallo flandriæ Præfectus Ioan. Montmorencyus multo comitatu sepius Nobilium. Aderant etiam Pontifex Atrebatensis Franciscus Richardotius, & inuitati è Gallicis Belgij Prouinciis Archimandritæ aliquot. Euocati etiam fuerant è vicinis vrbibus pagísque non pauci Nobiles. Igitur summo mane coacti primum in ædem S. Petri sunt Canonici & Clerici vtriusque templi Collegiati, Patochi omnes cum suis, Sanctissimæ Trinitatis Religiosi, Beatorum Dominici & Francisci familiæ. Eodem postquam conuenissent Gubernator, Episcopus, Abbates, Nobilitas, & vniuersi vrbis Magistratus: Clero in Ordinem composito, elatum è templo est Augustissimum Christi Corpus, itúmque suppliciter ad Parochialem Deiparæ Matris ædem. Inde Gubernator, Baillíuus, Senatores, ac Nobiles extra vrbem ad sacellum leprosariæ domus progressi sunt. Illic ij præstolabantur horum aduentum, qui Regis ac Senatus Arcani iudicio lecti fuerant Cancellarius, ac disciplinarum ferè omnium publici Professores. Erant illi, vt accepi, Walerandus Hangouartius domo Insulensis, S. Amati Præpositus, quem Rex nuper Cancellarij Vniuersitatis munere ornauerat: M. Richardus Smitheus Anglus supremum in Theologiæ stadio decus assecutus, M. Ioannes Rubus Athensis Theologiæ Licentiatus, M. Matthæus Westcapellius Theologici studij lauream adeptus; quibus impositum munus fuerat sacras paginas, déque Deo ac rebus diuinis quæstiones explicandi: M. Ioannes Venduillius apud Gallo-flandros Insulæ natus, legum Doctor, M. Ioannes Ramus, Boëtius Epo Frisius, etiam Magisterio Legum donati, M. Adrianus Pucssius Iuris vtriusque Licentia ornatus; quibus iniunctum fuerat, vti Ius vtrumque prælegerent: M. Ioannes Huuctiet Ferrariæ natus in Hannonia, & M. Ioannes Cospeau Montensis, quarum hic Græcas litteras, ille Latinas doceret. Igitur hi omnes cùm à Gallo-flandriæ Præfecto, ac Duacensi Balliuo & Senatu fuissent peramanter salutati: horum nomine Hieronymus Francius vrbis Consiliarius in hanc eos sententiam Gallicis verbis breuiter affatus est. *Hunc in locum, venerabiles admodum & doctissimi viri, vrbis huius Gubernator, Balliuus, ac Senatores, ea, quam videtis, Nobilium, & præcipuorum ciuium frequentia comitati venere: vt quam de vestro aduentu voluptatem capiunt, significent; vnáque vos ardenter precibus incessant, latis vt animis intra muros Duacenses pedem inferatis, vti tandem id, quod Pontifex Maximus, Regia Maiestas, & Belgij Moderatrix summoperè exoptant, ad maiorem Vniuersitatis studiorum splendorem exequamini propria quisque obeuntes munera. Enimuerò quemadmodum magno perfusi gaudio ipsi vos excipiunt, vt nullam officij partem à vobis desiderari patiamini, quò plurimum incrementi capiat, laudísque referat Academia: ita nihil ij se reliqui facturos promittunt, vt sua vos ope fulciant, & suo in omnibus fauore prosequantur. Eò, si placet, enitimini vehementer, vt vestra doctrina plurimùm Vniuersitas studiorum efflorescat, éque vestris moribus probis ac virtutibus multum emolumenti ad frugem animorum capiat Respublica.* His ab eo viro pronuntiatis, M. Ioannes Ramus Cancellarij & Collegarum nomine hunc in modum paucis Latinè respondit: *Haudquaquam facile sibi esse, dignas tanto Gubernatoris, Balliui, ac Senatus erga se officio, & gratulandi studio grates rependere. Ceterùm, ex eo se multam fauore & honore lætitiam animis percipere: ac diligentem prorsus omnes daturos operam, dum quisque suum munus accurabit, vt plurimùm Numinis gloria promoueatur; Magistratus exspectationi fiat satis; iuuentus cum fructu maximo erudiatur; non paruis vrbs ac Vniuersitas crescant auctibus.* E sacello discessum subinde est, ac in

B C D

vrbem

A vrbem hæc Academiæ lumina Gubernator cum Senatu honorificè deduxit, pone longo iuuenum, qui capessendorum studiorum gratia conuenerant, incumbente agmine. Postquam omnes Sanctissimæ Virginis templum subiere, vbi Præsules omnes præstolabantur; hic, inuocata Sancti Spiritus gratia, de Magnifici Academiæ Rectoris electione agi cœptum est in sacrario. Plura in Walerandum Hangouartium post longam deliberationem vota cecidere. Hoc igitur Rectoralibus insignibus ornato, & in principem locum præ Senatu recepto, ab templo in forum Supplicationis pompa processit, Eucharistiam deferente Atrebatium Pontifice. Illic omnibus consistentibus, in aram Episcopus hierothecam deposuit, ac deinceps edito de loco ad nobilissimam & frequentissimam concionem de studiorum necessitate, & Academiæ vtilitate, admodum eleganter & facundè pro more suo disseruit. Delatum subinde est ab eodem in sacram Diui Amati ędem suppliciter Christi Corpus, omni, ceu priùs, pompa vel pręeunte, vel subsequente. Postquam tota in templum recepta est Processio, Ioannes Lentailleurus Aquicinctensis Antistes ad aram solemniter Missę
B Sacrificium peregit, Sanctorum Amati & Petri Decanis ei ad sacrum ministerium obsecundantibus. Eo de loco postmodum in S. Petri Ecclesiam, Senatu præsertim comitante, Christi Corporis relatum est Sacramentum. Ad meridiem in Prætoria vrbis Curia datum ab Senatoribus Magnifico Rectori, ac Professoribus epulum, vnà cum Episcopo, Gubernatore, Prælatis omnibus Ecclesiasticis, Magistratibus, viris nobilibus, ac primæ notæ ciuibus ad eius celebritatem euocatis. Post hilarem corporum recreationem, Senatus conuiuis per Vrbis Consiliarium significauit, quanta propter eorum præsentiam fuerit lætitia delibutus; ac immensas ipsis egit gratias ob impensum nascenti Academiæ fauorem & honorem: dein sibi curæ quàm maximæ futurum asseruit, vt pari se, cùm res feret, obsequio, & ad quæuis alia, quæ ipsorum vel commodo, vel honori seruient, promptitudine gratos sentiant. Consecutis aliquot diebus Atrebatensis Pontifex primùm, & vrbis Pensionarius; deinde Professores ferè omnes, elegantibus auditores orationibus mirum in modum affe-
C cere: tum vt fructus ex Vniuersitatis institutione manantes perciperentur; tum vt quisque Doctorum scientiæ præstantia & dicendi elegantia non leuem sibi auctoritatem accerseret. Datum subinde lectionibus initium. Et quia nōdum publicis exercitationibus destinatum ædificium culmen acceperat: Octo Sacerdotum aula iuxta Beati Petri templum Theologis, Medicinæ, ac linguarum Græcæ & Latinæ publicis Professoribus attributa est; Iuris Vtriusque Doctoribus ædicula S. Catharinæ concessa: vt illic tantisper discipulos suis imbuerent scientijs, donec Gymnasium cœtibus varijs laxè capiendis idoneum redderetur. Quam Philippus Rex in veteri castro domum habebat, cùm in Magistrorum ac iuuenum vsus ea fuisset aptata, Philosophiæ Professores iniere, ibique iuuentutem excoluere Philosophorum placitis; vbi suas etiam humaniorum litterarum & Grammaticæ Magistri exedras frequentarunt formandis adolescentibus. Statutum fuerat, ne priùs aliquid de morbis eorúmque curationibus à quoquam publicè traderetur, quàm commune vrbis Collegium suis esset numeris absolutum. Quia tamen varijs è partibus iuuenes aduene-
D re, quos desiderium percipiendorum de rebus Medicinalibus præceptorum huc impulerat, placuit etiam per M. Claudium Respinum Duacensem Licentiatum apud Octo Sacerdotes tamdiu nonnihil è Medicorum placitis explicari, donec Magistris Adriano Rhodio, Ioanni Siluio, & Nicolao Mercatellio, quibus Medicinæ Doctoribus imposita fuerat docendi prouincia, publicas habere lectiones integrum esset.

Dum res Vniuersitatis ita feliciter Duaci procedunt, secutorum posteà in Belgio motuum ciuilium initia se prodiderunt, crescentibus in dies aduersus Cardinalem Granuellanum quorumdam Belgij procerum simultatibus: quarum vis eò denique progressa est, vt nihil reliqui, scriptis ad Regem litteris, diffamationum libellis, & probrosis actionibus, fecerint; donec is aliò è Belgicis Prouincijs amitteretur. Spargebant ij, plus potestatis illi datum, quàm publicæ res poscerent: & quòd secundùm Margaretam penes ipsum esset totum Belgij imperium, in magno Prouincias dis-

Initia tumultuum Belgij.

Histor. Belgica. Vanderhar. l. 1. Haraus. Michael ab Isselt. Lanarius, Opmeerus.

crimine verfari; ideóque ne florentiffimus earum ftatus concideret, eum effe procul amoliendum, cuius ambitioni vix Belgium fufficeret. Verùm hæc in fpeciem iactabantur. Eum quippe veriot exigendi caufa, tum Procerum eorum ambitio, tum cuncta ex libidine agendi cupido, ac denique Catholicæ Religionis exftinguendæ ardor, ab iuftis æftimatoribus credebatur. Etenim Cardinale apud Margaretam manente, & priftina auctoritate florente, nulla fpes ijs affulgebat quidquam turbarum ex animi fententia moliendi, & fectas palàm inducendi: cùm is magna præditus iudicij excellentia, etiam profundiffima quæque turbarum confilia etueret, ac fortiffimus effet Orthodoxæ propugnator Religionis. Inter eas Procerum contentiones, viri quidam infignes apud Gallo-flandros vel exorti, vel dignitate pollentes, è terris ad fuperos euocati funt. Primùm Hieronymus Ruffaldus Infulenfis ac Vedaftini Cœnobij apud Atrebates Archimandrita magno iam natu fatis conceffit: cuius famam auxit præ ceteris virtutibus prolixa in pauperes liberalitas. Ex hac vita deinde fubtractus eft anni millefimi quingentefimi & fexagefimi quarti Ianuatio Matthias à Barda quintus & trigefimus Antiftes Cyfonienfis Monafterij. Erga Deum religio, homines erga pietas, nomen ei maximum conciliauerant. tantóque pacis ftudio tenebatur, vt mitiffimo erga omnes animo vteretur, ceterófque ad pacem hortatibus ftimularet. Ac ideò quæ pulcherrima intra Cœnobium ædificia conftruxit, vbique pacis retinendæ vel conciliandæ memoriam ingerunt, hoc eius Symbolo, *Simus in pace*, lapidibus paffim verbis Gallicis infculpto. Succefforem is habuit Alardum Cuuillonium Infula oriundum, fimilibus virû animi dotibus præftantem. In Monafterio Laudenfi Francifcus Vanabeelius feptimum iam annum Monaftici cœtus regimen tractans, cùm animaduerteret in dies corporis fui vires imminui, multáque propter eorum virorum contentiones, de quibus antè memorauimus, ingruere Ecclefiafticis rebus difcrimina: tempeftiuè onus gubernandi fponte abdicauit, vt maiorem animo quietem caperet. Præclatum hoc illi adfcriptum, quòd nemini obfuerit, contrà, quibus potuit profuerit multùm. Poft eam ceffionem factum eiufdem loci imperium Francifco Mommalio eft traditum, quem multa virtus ornabat, cuique animus fortis erat, iífque par fuftinendis aduerfitatibus, de quibus pofteà narrabitur. Capiebat interim quibufdam in locis vires tam pernicies morum, quàm variarum hærefeon lues. Et parùm abfuit, quin, multis mentibus iuuenum corrumpendis, vir quifpiam Iuris admodum confultus, at quondam in Gallia Hæreſiarcharum affiduus fectator, in Academiam Duacenfem nonnullorum Belgij primatum opera irreperet, ibique de forenfibus rebus lectiones haberet. Verùm ex aduerfo quidam ftetere. Ac tunc bonis motibus, & Catholicæ Religioni latiùs propagandis horum aliqui vtile ftudium adhibuere. In his cùm primas partes teneret Ioannes Lentailleurius Aquicinctenfis Antiftes, iam inde ab condita Duaci Vniuerfitate Studiorum, de Societatis Iefu hominibus, quos & nouerat, & probauerat Lutetiæ Parifiorum, in oppidum Duacenfe aduocandis, & difciplinarum quà Philofophicarum, quà humaniorum explicationi admouendis plurimùm laborabat, inftigantibus præfertim D. Ioanne Procuratore, & Legum Doctore Venduillio. Hoc igitur anno vt ea res promoueretur, ab ea Societate aliquos impetrauit. Verùm ij priufquam Duacum mitterentur, vifum eft Superioribus operæ pretium cuncta diligenter explorare, num effent dandis Collegio initiis comparata. Duacum ergo venere P. Euerardus Mercurianus, & P. Balduinus ab Angelo. Totius Germaniæ inferioris Collegiorum Societatis curam eo tempore gerebat Mercurianus: omninóque ad eum pertinebat accuratiùs perpendere fecundùm datam à Præpofito Generali Iacobo Laynio poteftatem, vtrùm per eos dies Collegium aliquod Duaci commodè poffet inchoari. Egit is cum Aquicinctenfi Præfule perquàm familiariter, omniáque de conftituendo Collegio, & cenfibus Societatis hominibus attribuendis eius confilia percepit. Multa fubinde didicit, quæ varij Vniuerfitatis homines impedimenta obijciebant tam falutaribus Antiftitis conatibus. Vbi cuncta hæc fecum ipfe, ac deinde cum P. Balduino reputaret attentiùs: facilè tandem animaduertit, nihil adhuc maturum Sociis accipiendis effe; ac protfus tanti momenti negotium in tempus aliud

reij-

[Margin notes, left:]
Hieronymus Ruffaldus Abb. Vedaft. moritur. *Epitaph. eius. Chron. Vedaft. Locrius.*
Matthias à Barda Cyfon. Abb. decedit. *Epitaph. eius.*
Huic fucceffit Alard. Cuuillon.
Fráncifc. Vanabeel Laudēf. Antiftes abdicat fe regimine. *Monu. M S S. Laud.*
Succefforem accipit Francifc. Mommalium.
De Societatis Iefu hominibus Duaci collocandis laborat Abb. Aquic. *Monu. M S S Franc. Barij Prior Aquic. Hiftor. M S. Colleg. Duac.*

[Margin notes, right:] A — AN. 1563. — AN. 1564. — B — C — D

A reijciendum, vt commodiùs perficeretur. Itaque tam studioso Societatis Antistiti gratias agens, primò ne animum despondêret, hortatus est, deinde prolixam sui Ordinis operam promisit, vbi tempus & commoditas Duaci Socios consistere permitteret, solitisque Scholarum muneribus, & pietatis exercitationibus fungi: quod aliquando superatis denique multis difficultatibus ipso viuente futurum spopondit.

AN. 1565. Et mox aliò cum socio pedem retulit. Sub anni huius finem, ac principium alterius, adeò frigus hyemis asperum fuit, vt Mosa, Scaldis, Lisa, pleraque amnes alij, durissima glacie steterint; currúsque mercibus onustos, & mercatus hominum propter Antuerpiam Scaldis sustinuerit. Vinearum nucúmque pars plurima tum Duaci, tum alibi vi frigoris enecta. Per æstatem dum in eodem oppido ab ciuibus Christi Passio in proscenio exhibetur: quidam dæmonum personas sustinentes, ex inferis ignem missilem infarro puluere tormentario iaculati sunt imprudentius. Is enim & vicinum horteum corripuit, & cum eo septem octóue domos absumpsit, plerasque alias ex parte corrupit. Et damnati sunt Senatus iudicio ludiones, vt damni partem ciuibus eo incendio detrimentum passis rependerent. Octobri mense Guilbertus Ongniesus, magna vir prudentia & morum præstantia, quem Rex Hispaniæ Caroli Crouyaci nuper vita defuncti successorem legerat, in Elnonensi Monasterio Tornacensis vnctus est Episcopus; idémque Nouembri proximo Tornacum inijt pompa solemni. Quòd eam hæreseon seminatores vehementer inficerent, omninò hæc vrbs magna Pastoris vigilantia indigebat. Non deerant quidem huic Pontifici animus & constantia, quibus hominum, aut Diœcesim suam erroribus aspergentium, aut praua dogmata tuentium, conatus frangeret. Verùm id malum adeò iam vires

Frigus insolitum.

Lib. ms. Duaci. Locrius.

Domus aliquot Duaci comburuntur ludionum imprudentia.

Lib. ms. Duac.

B

GVILBERT. ONGNIESVS consecratur Episc. Tornac. ac Tornacum ingreditur.

Cousin. l. 4.

AN. 1566. acquisîuerat, vt non nisi admodum difficulter opprimi posset. Et sanè annus sequens palàm ostendit, quantum audaciæ & furoris hæreseon sectatores induerint, dum armis ij correptis Tornaci alibique in Deum sacráque inuolarunt. Sed quàm funestus hic annus Gallo-flandriæ fuit quorumdam Monasteriorum expilatione, & imaginum sacrarum deturbatione: tam iucundus exstitit multa pestilentium & impiorum

C cæde hominum. Quæ priusquam vtraque hoc loco litteris tradam, nonnulla paullò altiùs erunt repetenda, ex quibus cognitum lector habeat, quænam sectarijs ad impia edenda facinora occasionem audaciámque præbuerint. Quorumdam Belgij Procerum animos vel infecerant prorsus, vel labefactauerant distorta prauorum hominum dogmata. iámque cupido libertatis ad mutandum Reipublicæ statum, vsurpandúmque Belgicarum Prouinciarum imperium vehementer incesserat. Igitur tandem horum artibus reuocato è ditionibus Belgicis Cardinale Granuellano, cuius certè consilijs, prudentia, & fortitudine Religio Catholica, Regiáque auctoritas, nitebantur; nihil non ipsi animis designauerunt, ac primùm occultè, dein etiam publicè fecerunt. Non placebant ipsis tot erecti nuper in Belgio Episcopatus: partim quòd ea multitudo Episcoporum sua diligentia sectarum disseminationi obsisteret; partim quod aliquot ijs Episcopis essent attributa, tuendę dignitatis alendæque familiæ gratia, Monachorum Cœnobia, quorum mitras pedáue suis quidam Nobiles dari liberis optabant. Nihil ipsis acerbius acciderat, quàm Tridentini Con-

Quænam fecerant hæreticis audaciam in res sacras.

Vanderhar. l. 1. de Inst. tumult. Belgij Surius, Haraus, Commentar. m s. Wayemborg. Ifsels. Lamarius. Opmeer.

D cilij in Belgio promulgatio; instituti passim habendis de hæreseos peste quęstionibus Ecclesiastici Magistratus; & erigi iussa in hæreticos ex Caroli Quinti diplomatibus tribunalia. Eisdem ferè omnibus angusta domi res erat, exhaustis in prodigas effusiones conuiuiorum, aliorúmque sumptuum inutilium, loculis. Vt ergo vel diuitias sibi corraderent; vel metum reprehensionis ac pœnarum ab se proeul auerterent: de mutanda Religione, de tollendo veteri Regis in Belgas imperio, consilia iniuere. Ad Ordines omnem auctoritatem imperiúmque reuocare conati sunt, ipsásque inter se Belgij ditiones facta partitione diuiserunt: vt non iam ijs tamquam Prę-fecti Regij, verùm vt domini pręessent. Ad hęc illecti sectariorum muneribus, non modò priuatim ijs facultatem permisere locos eos adeundi, in quibus hęretici per conciones animos ad libertatem & nouarum studia doctrinarum erigerent: verùm etiam quodammodò patrocinium eorum posteà visi sunt palàm suscipere. Ab hac vesania profectę sunt eę litterę, quas in Hispaniam ad Regem misere, pro tollendis

aduer-

aduersus hæreticos constitutis Magistratibus sacris, & antiquandis infligendarum sectariis pœnarum legibus: & aliquot libelli, quos eumdem in finem Margaretæ Belgarum Gubernatrici frequentes obtulere. Horum etiam molitionibus perfectum denique est, vt quibusdam extra vrbes locis suos cœtus publicè haberent hæretici, ibique prauis dogmatibus concionem hominum imbuerent, permissu Margaretæ, modò aduersum Regem nihil machinarentur, ac suorum Magistratuum imperiis parerent. Et quòd ea tempestate multis opibus abundaret Belgium, ac plerique ad voluptates licentiùs per opulentiam incumberent: passimque in proscœniis historiæ sacræ parùm decorè, & non sine Rituum sacrorum irrisionibus, Comœdiç à personatis hominibus repręsentatę auidissimis auribus animísque excipiebantur: perfacile fuit multos in dies à veris & antiquis dogmatibus in errores pertrahere. Igitur cùm numerus eorum in Brabantia, & Flandria, Tornaci & Valentianis plurimùm augeretur, inuasit eos demum hoc anno etiam in vrbibus conciones habendi desiderium: ac mox quoque accersitis è Germania Galliáque errorum pręconibus, pro suggestu publicè dicentes armis septi cupidissimè audierunt. Parùmque valuit auctoritas Magistratuum, qui contrà minis obsistebant. Et paullò pòst eò furoris quidam adacti fuere, vt in potentissimis quoque vrbibus in sacras ædes impetum fecerint, ibique sacras res deprędati, altaria, Diuorum imagines, S. Eucharistiæ adyta, barbarum in morem inuaserint, eáque omnia violauerint, ac protriuerint multis excepta ludibriis. Ea furiosorum hominum vesania & rabies quî Gallo flandriam denique corripuerit, ac, multis in ea malis perpetratis, oppressa fuerit, nûc aggrediar explicare.

Nuper è viuis abiuerat Ioannes Montmorancyus Courieriarum toparcha, & Aurei Velleris Eques, quem Philippus Rex Gallo-flandriæ præfecerat. Et Parmensis Margareta Maximilianum à Gandauo Vilanum Rasseghemij Baronem suffecerat, insigni hominem erga Deum, Regem, & patriam fide. Hic cùm perspiceret admodum hæreticos Gallo-flandricis rebus inhiare, omnem adhibuit operam, ne quid hæ vel eorum occultis conuentibus, vel insidijs armorum detrimenti caperent: eiusque votis respondebant vrbium Gallo-flandriæ Magistratus, quos idem ardor impulerat patriam tuendi. Nihilominùs Maio mense Cornelius quidam, qui de veterinario, & fabro ferrario nuperrimè Caluini dogmatum præco euaserat, séque Magistrum Cornelium nuncupari iusserat, Insulam propiùs accedit, & nunc Marquæ, nunc Bonduæ, Linsellij, Marquettæ ad populum in agris publicas habet conciones. Initio pietatem is ac modestiam redolebat, nequedum intentatis ferociter armis, vt incautos in fraudem faciliùs pertraheret. Ac ferè tantùm ipsum aliqui sæpiebant ducti aliunde hæretici. At mox è pagis, tum vbi hortabatur, tum propinquioribus, plurimi affluxerunt externæ fuco modestiæ, ac promissis grandibus capti. Neque tandem defuere, qui palàm etiam ad eum in proximos agros adirent Insula, vel hauriendæ, vel retinendæ nouæ religionis gratia. Sed postquam Senatus hoc animaduertit, is edicto statim publicè sanxit, illud vltrà ne fieret: ac si qui foris concionantem frequentasse deprehendebantur, ij non modò sannis, & grauibus verbis, verùm etiam verberibus excipiebantur, dum in vrbem redirent. Ac domos eorum aliorúmue, iubentibus Senatoribus, quidam scrutabantur, tum vt libros erroribus aspersos inquirerent, tum etiam vt latentes sectarios, qui occultè in vrbem penetrauerant, eruerent. Eoantum vnus famulorum Gubernatoris audentiæ sumpsit, vt in Cornelium ad suos iuxta Marquettam verba facientem ex cæco, & opportuno ad fugam loco bombardam exploserit, & tantumnon pila eum interemerit. Quæ res adeò Antuerpiensibus, Tornacensibus & Valencenatibus hæreticis displicuere: vt variis apud Senatum Insulensem litteris questi sint suorum amicorum calamitatem. Verùm nihil ideò de studio suo Senatus remisit, ac in prauæ fidei suspectos diligentiùs incumbens, ad illos rescripsit: Maiorem sibi ansam de iis querendi oblatam; quandoquidem ipsi adeò Catholicos, résque sacras pudendis opprobriis iniuriísque multis in locis affecerint. Neque verò Senatum latebat, Antuerpienses, ac Tornacenses hæreticos magno ardere desiderio Insulæ omnia turbandi, & rebus in ea potiundis magnam-

Gubernator & Senatores Gallo-flandriæ aduersus hæreticos vigilant. *Vanderbar. l. 2 Comment. n. 3. VVastemburg.*

Cornelius Minister Caluin. in Gallo-fläd. cöcionatur, & quosdã corrumpit. *Vanderbar. l. 2 Comment. n. 1. VVastemburg.*

Exagitantur Insulẽses eius concionem adeuntes. *Vanderbar. l. 2.*

Aduersus hæreticos vrbi cauet Senatus Insulensis. *VVastemburg in Comment. n. 3.*

A magnámque ipsis spem fecisse aliquid istic feliciter audendi, opes vrbis, mercimonia, conuenarum multitudinem, & varietatem, quæ frequenter idonea pessumdandis hominum animis sunt. Igitur is cùm perspiceret militaribus vrbem viribus destitui; neque adeò muris & propugnaculis muniri, quòd intra viscera regionis iaceret: ad incolas tutandos, & retinendam Fidem Catholicam, non modò bellicas vrbis Societates armari pręcepit, verùm etiam cines alios in sex cohortes distribuit, armisque instrui iussit. Qui præessent, & in armis cum imperio educerent, hi Tribuni delecti sunt, Guillebertus Haucronij dominus, Franciscus Gibrecij, Franciscus Frenoyæ, Philippus Warnesij, Matthias Sappignij, Maximilianus Herbamesij toparchæ, ac viri tum genere, tum armis nobiles. Et iuncto cum Senatoribus studio, collatisque pecuniarum symbolis, quatuor primorum Dynastarum Insulensis Castellaniæ Bailliui, Gisleno de Haynin Brœucquiano regulo potestatem fecere trecentos pedites colligendi, & armis instruendi, quibus ipse cum imperio præficeretur.

B Hæc cum Insulæ peraguntur, fœderati Belgicarum Prouinciarum Nobiles apud Parmensem Ducissam Belgij moderatricem vehementer institere, vt ea primùm sese per legatos apud Regem agere, ac postulata sua ei exponere permitteret. deinde tantisper Caroli Cæsaris Edictorum, quæ præsertim ad Religionem Catholicam, & Inquisitionem Fidei spectant, executioni supersederet, quoad ex Hispania legati reuerterentur. Vt in Hispaniam ad Regem duo pręcipua fœderis columina proficiscerentur, permissum est. De Cęsaris Sanctionibus, & de Fide quęstionibus, ita Parmensis constituit. Nouum ipsa condi Edictum procurat. Prouinciarum Pręfecti ad suas omnes vt Prouincias se conferant, imperat, ibique Maio mense Ordinum Cōuentus habeant, & nouam omnibus Sanctionem moderandis Caroli Edictis accommodatam proponant. Vbi quique suis in Prouinciis Ordines consedere, in hanc sententiam à Præfectis propositum fuit Edictum. *Præter veterem & Catholicam Religionem, aliam nullus habeat in omnibus Belgij Prouincijs, colátue priuatim, vel publicè.*

Fœderati Nobiles duo petunt à Parmensi.
Vanderhar. l. 2. de hui tumult. Issels. Haram.
Primum ea concedit.
Ijdem auctores, Lanarus.
De altero hæc statuit.

C *Alienam à Catholica religionem qui domi, vel in publico docuerit; in ea religione munus aliquod gesserit; de ipsa libros scripserit; habendis de eadem cōuenticulis, aut lectionibus, malo dolo sciénsue suas ædes commodauerit; turbarum ob eam fuerit auctor, & Catholicis offendiculum posuerit: ita subeat Iudicis animaduersionem, vt erratorum pœnitentia ductus ferro caput amittat; in errore pertinax laqueo stranguletur; eius bona in Fiscum transferantur, nisi forsan ijs in Prouincijs aut vrbibus sint constituta, vbi propter commissum crimen nihil fisco addicitur. Qui duntaxat animum hæresis labe infecerit; eius reatus nihil facto externo prodiderit: pœnis obnoxius minimè sit, vbi coram Episcopo & de culpa dolorem conceperit, & hæresim fuerit detestatus. Qui contrà hæresis accusatus, ei noluerit renuntiare, proscribatur; ac si quidem in exilio quietus agitet, bonis fruatur suis; hæc tamen alienandi, aut testamento in aliquem transferendi nullam potestatem habeat; vbi mortem oppetierit, heredes Catholici intestatò succedant: è contrà si multatus exilio quidpiam aduersus Religionem Catholicam, vel quietem Belgicarum Prouinciarum machinari comperiatur, bonis omnibus nudetur denique. In Anabaptistas errorem deponentes extra ordinem Iudex animaduertat, citráque mortem eos puniat; errorem pertinaciter tuentes, exilio multet bonísque:*

Edictorum Caroli moderatio proponitur.
Vanderharius. Issels. Iola Frera l. 6. Histor. Belg. Histor. Turbar. Belgij. Lanar.

D *vbi tamen vtrique nihil grauius commiserint. In hæresis crimen iteratò delapsi, cùm rursus eos pœnituerit errorum, exilio tantùm & bonorum amissione coërceantur: si obstinatè prauis dogmatibus adhæreant, vita priuentur. In Anabaptistas denuò complexos errores nullo discrimine pœnâ mortis animaduertatur, & laqueo. Si quis libros hæresibus aspersos, aut ciendæ seditionis gratia conscriptos, volens sciénsque sæpenumerò impresserit, ac vendiderit, in pœnas incurrat, quia prauis Doctoribus ac Ministris decretæ sunt: si duntaxat interdum id commiserit, primùm proscribatur, dein Iudicis arbitrio, vel pecunia, vel pœnis corporis multetur. Qui fuerit tantùm id vtrumque non hæresis studio, verùm lucri gratia fecisse compertus, extra ordinem arbitrio suo pœnas ei Iudex irroget. Qui frequens in disputationem descenderit, vt aliquos in errorem impellat, ac peruertat, mortis supplicio id luat. qui rariùs, ac non pessumdandi animos libidine, verùm sola curiositate impulsus id fecerit, ad Iudicis arbitrium coerceatur. Vbi quispiam illitos errorum toxico libros legerit, aliisue legendos præbuerit, in*

A *Catholicæ Religionis contumeliam imagines coloribus efformauerit, statuas sculpserit, signa cælauerit; aut horum aliqua domum importauerit seruandi ergò; prohibita sectariorum conuenticula celebrauerit: considerata criminis grauitate, & qualitate rei aut personæ, in eum pœna Iudicis arbitrio decernuntor. Quisquis hæreticorum conuentus, aut occultas societates detexerit, ac Iudicibus prodiderit; si particeps eorum aliquando fuerit, à pœnis asseratur; si nullam cum eis in conuenticulis consuetudinem habuerit, eorum bonorum, quibus deprehensi & damnati exuentur, dimidio donator, si sexcentos ea florenos non superent; vbi summam eam excesserint, quadrante. De peregrinis hæc obseruentur: ijs tantum liceat esse vel vrbium, vel pagorum inquilinis, qui Curionis, quem postremũ habuerunt, ac Iudicis idoneum, & litteris mandatum testimonium præbuerint: qui solùm negotiationis ergò adueniunt, ac sine Catholicorum offendiculo in vrbe pagóue commorantur, id ne cogantur exhibere. Regij Iudices, Vassalli, seu beneficiarij, & ab his substituti Iudices, vbi reos ex huius Edicti legibus pœnis aut supplicio non affecerint, ita puniantur; vt Iudices vtrique Magistratu nudentur, Vassalli clientela priuentur ac beneficio. Si per præuentionem Regij Iudices in regiorum clientium subditos ex huius moderationis capitibus iurisdictionem ob admissum crimen* B *exerceant: ijs beneficiarijs minimè liceat eas ad se causas pertrahere. Quem reatu fo!uerit pœnitentia, & immunem pœnarum reddiderit, is nullum gerere sinatur Magistratum. Quos Iudicum sentẽtia hæresis suspectos pronuntiauerit, ij, postquam innocẽtes comperti fuerint, & in probitatis famam restituti, à Præfectnris & Magistratibus ne arceantur. Etsi præsertim ad ea loca pertineat relegatio, ad quæ ius dicentis potestas extenditur: in eos tamen, qui contra leges huius Edicti peccauerint, ita placet exilium decerni, vt ex omnibus Belgij Prouincijs proscribantur.* His nonnulla de Typographis & ludorum litteriarorum Rectoribus & Magistris subnectebantur, quæ nunc non est necesse in medium producere. Hęc igitur Edicti capita cum Prouinciarum Gubernatores Ordinibus proposuissent, illud quoque singulis ex mandato Parmensis edixere, vt post dies aliquot, quid ipsi de his sentirent, liberè scripto traderent, & ad eam transmitterent. In varias hîc itum sententias, vt varij singulos Ordines affectus impulerant. Artesiani, vt omnia sibi placerent capita, id solùm expetebant, in calumniatores ne leuibus pœnis animad- C uerteretur. Alij multa vel inseri, vel mutari mitigatiue, aut detrahi cupiebant, quorum sententias hoc loco exponere superuacaneum duxi. Quid Gallo flandri responderint, id totum ex eorum tabulis ob oculos ponere, mei prorsus muneris esse arbitror: Sic igitur ij rescripsere.

Hac de moderatione Gallo-flandrorum sententia.

Cùm Nobiles, ac Ordines Insulensium, Duacensium, & Orchiacensium Vrbium & Castellaniarum ea percepissent, quæ Baro Rasseghemius dictarum Vrbium & Castellaniarum Gubernator proposuerat, indictíque Conuentus causam cognouissent; ac denique omnia concepta mandato suæ Celsitudinis ab Aurei Velleris Equitibus, ac tum Status, tum Priuati Consilij Senatoribus moderationis eorum Edictorum, quæ Carolus V. Imperator circa Religionem condidit, suáque Rex Dominus noster auctoritate firmauit, audiissent ac intellexissent capita: in eam omnino sentẽtiam venere; Propositam sibi mitiorem Sanctionem vtilem sanè esse, ac præsentibus temporibus, ad Fidei Catholicæ, & veteris Religionis hucusque in Belgicis Prouincijs cultæ conseruationem, augendúmque debiti Regi obsequij studium videri opportunissimam: dummodò primùm per huius moderationis, ac nouæ Sanctionis accep- D *tationem alia omnia Edicta contra hæreses conscripta antiquentur, eorúmque effectus, vel quæ ab ipsis dependent, aut iam promanarunt, inhibeantur; ac denique ea Inquisitio, quæ hactenus aduersus hæreticos exercita fuit, aut alia quæcumque, nec directè, nec indirectè in dictis Vrbibus & Castellanijs vsurpetur, verùm aboleatur penitùs.*

Deinde Vrbes & Castellaniæ Insulenses, Duacenses, & Orchiacenses nulli sint confiscationi, flagitio, commissóue obnoxiæ, quemadmodum ab his hactenus ab omni retrò memoria liberæ fuerũt, neque quidquam hîc vel directè, vel indirectè fisco addicatur, aut quidpiam pro flagitio, & commisso reputetur.

Ad hæc inquilini Insulensium, Duacensium, & Orchiacensium Vrbium & Castellaniarum haud magis, quàm ceteri Regis subditi, ad obseruandas huius moderationis vel nouæ constitutionis leges constringantur: quoniam sicuti per omnes Regis ditiones vniformis esse debet Religio; ita remedia, quæ ad eius conseruationem vsurpantur, paria & æqualia sint, oportet.

A Ad prohibitiones librorum quinto primùm huius Moderationis capite, dein quinquagesimo tertio memoratorum quod attinet, satis esse videtur, eos libros, qui vel hæresibus & improbata doctrina sunt inspersi, ac vel apertè, vel occultè ad motus & seditiones impellunt, interdicere: eorum minimè vetito vsu, qui tametsi sunt à damnatis hominibus conscripti, nulla tamen hæreseos, vel praua doctrinæ labe fœdati sunt, ac nullam ad tumultus viam sternunt: quanquam nullus ab hæreticis auctoribus profectus liber in exedris litterariis vnquam sit discipulis legendus.

Qui aduersus nonum articulum litteris quidem scriptis, at nondum euulgatis peccauerint, ac posteà tacti pœnitudine suos errores condemnauerint, iis hæc tantùm pœna videtur irroganda, vt primæ vicei proscriptione puniantur: quandoquidem eadem pertinacibus gratia conceditur.

Circa decimum & quartum articulum, vbi mentio fit abiurationis, sufficere videtur, si quis coram eo Iudice, qui de crimine cognouit, ac proprio Parocho, hæresim eiuret: cùm vt id decentiùs fiat, tum ne multis pœnitens impensis grauetur. Ad hæc vbi dicitur in capite deci-
B moquarto, Secundùm ius & consuetudines locorum, hæc adiungi verba expediret; Saluo tamen iure proscriptorum, vt in vtilitatem liberorum, nepotum, neptium, aliorùmque suorum heredum Catholicorum, ac non aliorum, testamenta possint condere, dummodò his locorum consuetudines minimè repugnent.

In eodem articulo post vocem Confiscationis, ista conuenit verba subnecti, Quibus in locis obnoxia sunt fisco bona: quoniam vti suprà dictum est, in Vrbes & Castellanias Insulenses, Duacenses, & Orchiacenses nullum ius cadit confiscationis, flagitiorum, commissorúmque. Et eadem articulis 17. 28. & 51. videntur addenda.

Quod ad quartum & vigesimum punctum attinet, haud videtur ab ratione alienum, si ad libros improbandos, vel probandos, etiam aliarum Facultatum Doctores cum Theologis iungantur; vnaque ad hoc negotium meliùs expediendum Rector, Decanus, & Doctores Vniuersitatis Duacensis cooptentur: quandoquidem quotidie perplurimi typis mandantur libri Gallico idiomate conscripti, cuius plerique Doctorum Louaniensium igna-
C ri sunt.

Eos verò, qui comperti fuerint malo dolo, & per calumniam aliquos ad Iudices detulisse, grauissimis ad Iudicum arbitrium pœnis coërceri addecet.

Circa trigesimum articulum, Beneficiarii vtrique Nobiles, qui necis vitæque ius habent, eius sunt opinionis, vt potiùs arbitrariis pœnis comprimantur, quàm plena iurisdictione priuentur, si forteassis eorum culpa, mandato, cognitu, intra fines ipsis obnoxios aduersus has leges quidpiam nonnemo commiserit.

Quod verò ad hanc eiusdem articuli partem spectat, qua conceditur Vassallis, vt minimè sua iurisdictione nudentur, si quo donati sint id contrarium priuilegio, nihilque ipsis noceat ministrorum Regis anticipatio: cùm Vrbes haud minoris æstimandæ sint conditionis, quàm Nobiles beneficiarii, hoc ipsum iis Vrbibus concedendum videtur, quæ contra præoccupationem vel priuilegio, vel consuetudine sunt munitæ, vt horum neutro priuentur, nullaque præuentione infestentur; si nulla consuetudine, nullóue priuilegio gaudeant, saltem regii satellites neque domos priùs explorent, neque manus illi iniiciant, quàm inquisiuerint,
D quámue quispiam è Senatu comitetur. Esséque operæ pretium ad eius capitis 32. verba, Extra omnes ditionis nostræ Belgicæ Prouincias, etiam hæc subiungere, Extráue agros eas incurrentes.

Non incongruum quoque videretur, si toparchis Rex facultatem eos exilio, vel pœnis aliis coërcendi concederet, qui aliunde profecti familiam in ipsorum ditiones transferunt, nisi Pastoris ac Senatus eius loci, quem proximè deseruerunt, idoneum testimonium proferant.

Ceterùm, dicti Nobiles Ordinésque Regem suppliciter orant, hanc vt Responsionem, hócue consilium in optimam partem accipiat, eósque fidelissimorum & propensissimorum ad ipsius obsequia subditorum loco habeat: ac si forsitan succedentium temporum varietas exigeret, vt quædam eius Moderationis capita mutentur, ea benigno æquóque animo, quæ suggerent Ordines, admittat.

Submississimè quoque supplicant, vti Rex secundùm id, quod sanctè proposuit, ad Fidei

sanctæ conseruationem, morum emendationem, errorum exstirpationem magnoperè aduigilet, ne quid Episcopi, Præsules, aliæue personæ Ecclesiasticæ peccent, ac circa ipsos necessarium nihil desideretur; quemadmodum & maximè conuenit, & plurimùm requiritur ad maiorem harum ditionum vtilitatem & tranquillitatem: præsertim si attentè perpendatur, non aliunde, quàm è seria Ecclesiasticorum hominum emendatione, plus fructus colligi posse. Vtque omnis sordium auaritiæ suspicio comprimatur, operam dare dignetur, vt Curionibus, ac ijs omnibus, qui iuuentutem in scholis erudiunt, abundè necessitates subministrentur. A

Ita factum & constitutum à dictis Nobilibus & Ordinibus Insulæ, Sabbato, decima quinta die Iunij, anno millesimo quingentesimo sexagesimo sexto: Et signatum per Franciscum de Moutmorency dominum Deswatines, Adrianum de Noielles dominum de Croix, Ioannem dominum de Haynin, Equites, & Ioannem de Ghiselain Scutiferum dominum de Bousebecque, tum suo, tum aliorum dictarum Vrbium & Castellaniarum Nobilium nomine; deinde per Ioannem de le Fortrie dictæ vrbis Insulensis Procuratorem nomine ac mandato memoratorum Ordinum.

Ita signatum, Franciscus de Montmorency, Adrianus de Noyelle, Ioannes de Haynin, Ioannes de Ghiselain, & I. de le Fortrie. B

Nihil profuit apud confoederatos & hæreticos Parmensis Moderatio.

Vanderhar l. 1. de Init. tumult. Belgij, alij anteà vsati.

Vbi verò tam Insulensium, quam aliorum Ordinum, Responsiones ad Parmensem delatæ sunt; tametsi nihil antiquius hæc habuit, quam ex Moderationis capitibus, & cuiusque Prouinciæ Ordinum Responsis & suggestionibus Religionis negotium paullò minùs tractare, quòd plurimum inde fructus, abstersо rigore nimio, qui multos commouerat, speraretur: nihil tamen inde potuit ad conciliandam Belgij tranquillitatem consequi. Etenim confœderatis neque Sanctio, neque ab Ordinibus Prouinciarum suggesta consilia placebant. Palàm ab his, & illis, qui nouitatum errorúmque studio flagrabant, iactabatur: editam à Parmensi Sanctionem non particularibus Prouinciarum Ordinibus, verùm Generali horum omnium Conuentui proponendam fuisse; quòd plus animorum in liberioribus Comitijs aduersus eam colligi posse crederent. haudquaquam tolerandum esse, vt ij de capitibus Edicti sententiam proferant, quibus fortasse nullum ius ad celebranda Comitia Generalia competeret. non paucorum separatim, sed multorum ad iustum Belgij totius coëuntium consessum, de tanti momenti rebus ferre iudicium. Nihil in publicam vtilitatem hoc nouo Decreto molitam Parmensem, ideò nocentius esse, quò plus doli tegeret. pœnarum genus esse mutatum, minimè sublatum capitis supplicium. vstionis flammarúmque terrorem abstersum; enses, laqueósque superesse. Inquisitorum munus ac nomen deleta: causam Religionis ad Episcopos & Iudices auaritiæ sordibus fœdos delatam. Et subdebant aliunde non leues commotis animis irarum flammas tum exules, tum sectarum Ministri. Ab his publicè concionandi libidine æstuantibus id vulgò iactabatur; in nouatoribus zelum languescere; in tam nobilibus Prouincijs nouellam opprimi metu Ecclesiam. plus permitti Catholicis, quàm deceret; nisi obuiàm eatur, hosce omnium necem erupturos denique. Vrgebant illi Germanorum, & Gallorum exemplo concutiendos acriter animos, magnúmque facinus audendum. si diutiùs tardetur, firmatum iri vires aduersariorum: vt hi feliciter occupentur, multa conaturis suppetere. Parmensem metu concuti; pleraque in Belgio mutare; vbi tumultibus & viribus res turbauerint, ab Rege multa impetratum iri facilius. Hæc igitur cùm plurimorum animos vehementer accenderent, multis in Belgij partibus graues exorti sunt motus Fœderatorum, & sectis fauentium. ac posito publicè metu, buccinatores hæresum è suggestu palàm blaterantes, condensi, armísque muniti sepiunt. Eos conatus, & probrosos Ecclesiæ Catholicæ, & Regijs mãdatis aduersantes dum nouis Edictis conatur Parmensis opprimere, parùm equidem proficit. Eorum tabularum hortatibus, & quorumdam Nobilium dissimulatione vires capit impiorum hominum audacia. In res sacras extemplò furor armáque conuertuntur. Multa breui spatio in Brabantia, Flandria, Tornaci, Valentianis, violata fractáque altaria; multæ Christi ac Sanctorum imagines & statuæ impijs manibus laceratæ dissipatæque; in Gallo-flandriam posteà hæc rabies grassata, quam sectarij maximo insectabantur odio. Quippe paucis inde diebus Augusto mense mul-

Parthenonẽ Marquettanũ

tu hæ-

A ti hæreticorum, pars Flandri, pars alij, ad Lisam fluuium in vnum agmen coaluere ab armis, tuditibus, & rabie insigniter parati. Ac die mensis eius decimosexto, postquam grauem templis quibusdam per iter cladem intulissent, sub horam nonam matutinam Marquettense Monasterium violenter irrumpunt. Erant per id tempus in sacra æde Virgines omnes, ac diuinis laudibus nauabant: iámque Sacerdos ad aram operaturus sacris vestibus amiciebatur, cùm ignaris cũctis impij homines illuc sese cum magno impetu, ac furore penetrarunt. Nihil actum in Sanctimoniales & Sacerdotem petulantiùs. omnis in imagines, statuas, aliáque sacra furor conuersus. Statuæ omnes Diuorum ex editis locis deiectæ, statimque vel malleis contritæ, vel concisæ bipennibus. altaribus duodecim detractæ tabulæ, & in frusta comminutæ. nullis alibi parsum imaginibus exlitum. sacra vela, & altarium ornamenta direpta. in terram prostratæ æneę columnę; lampades omnes confractę; lacerati & dispersi codices sacri. è thecis extractas, & humi proiectas Sanctorum Reliquias pedibus protriuerunt. armaria omnia, cistas, abacos, grassandi cupidine perfregere. Vndecim

aggrediuntur hæretici, & sacra illic violant.

Mem. MSS. Marquett. abb. VVaesemburg. in Comment MS. Vandesbar. l. 2.

B florenorum millibus æstimatum id damnum, quo templi pauimentum passim tegebatur. Sed in septa quoque, aliósque sacros Cœnobij locos rabies incubuit, illicque similisunt cuncta furore prostrata Itum denique per cellas penarias, ibique vinum & cereuisia partim auidissimè hausta, partim effusa. Quidam carnes salitas, alij butyrum vasis extraxere, ac petulanter ijs se mutuò petiuere. Vbi tales ludos ad saturitatem ex animi sententia lusere, pedem è Monasterio lætabundi, & psalmos cantabundi efferunt. Interim cùm Moniales aliæ alibi delitescunt (omnes enim illico clamor furórque phanaticorum hominum in latebras disperserat) quædam Sororum ad seruilia opera receptarum (Maria Thomæ, & Catharina Preudhomia vocabantur) multo pietatis affectu stimulatæ, cum nitidis candidisque linteis ædem sacram subeunt, illicque humi prostratæ, dispersa Diuorum lipsana colligunt, & velis ijs inuoluunt. Die sequenti cùm Virgines omnes Insulam Antistitæ iussu deducerentur, placuit eas Sanctorum Reliquias cum cetero cimelio, quod impiæ manus non

C attigerant, currui imponere. Ac tum eæ Sorores, quas memorauimus, circa hæc Cęlitum ossa quidpiam admirabile contigisse asseruerunt. adeò enim ipsa sibi grauia tunc visa, vt ægrè sursùm efferrent, cùm anteà leuis admodum essent ponderis. quasi Sanctos loci mutatio afficeret.

Sensit etiam per eos dies impiorum rabiem hominum Abbatia Laudensis in altero Insulæ latere ad primum ferè lapidem iacens. Hic enim ijs pari furore in templum irruentibus, imagines & statuę Diuorum disiectę protritęque sunt: ædis ornatus etiam direptus: lacerati sparsique bibliothecæ libri templique codices: annona penarij dissipata. Haud minus damni pertulit Cysoniense Monasterium. Simili siquidem hominum manu ædes templúmque inuolante, illata grauis Sanctorum statuis & sacris tabulis clades est. dispersa etiam D. Arnulphi Martyris per ludibrium ossa, neque ampliùs ea colligi potuere. Et quanto pacis odio feruerent, Iconoclastæ satis illic ostenderunt, cùm è symbolo Abbatis Matthiæ à Barda, quod multis locis in hæc verba Gallicè insculptum erat, *Soyons en paix*, litteram *a* vbique ferè detriuerunt, &

Idem faciunt in Laudensi Abbatia.

Mem. MSS. Laud. VVaesembu g in Commentar. MS.

Et Cysoniēsi Coenobio.

Mem. MSS. Cyson.

D hoc retento symbolo, *Soyons en pix*, vnà monumentum sui furoris, bellíque sacrilegi, ac miserandi exitus omen præbuerunt. Suam quoque per id tempus cladem Turquoiniense templum pertulit. In id enim cùm impetum hæretici fecissent, rebus sacris & imaginibus Sanctorum graue bellum indixere. Et vt omnibus cognitum fieret, quo spiritu afflati hæc edebant impij furoris facinora, diffractis erasísue sacris imaginibus, duos tantùm ad mensam pauperum sculptos in ligno dęmones intactos reliquere. Ac tunc quo die in cęlos Assumptę Christi Parentis festum celebratur, ibidem ausi sunt Caluinianæ doctrinæ præcones sacrum suggestum conscendere, indéque blasphemias in Deum ac Deiparam Matrem euomere, tanto Catholicorum dolore, vt ij posteà sedem illorum contactu, & blasphemis vocibus fœdatam ignibus absumere statuerint.

Et in æde Turquoiniensi.

Relatio Turq.

Iisdem diebus ab Flandria nouus in Gallo-flandriam turbo incubuit. Iuxta Casletum agmen coiuerat hominum rebus sacris iram stragémque minitantium. Et

Vandesbarius, Histor. Hardensis.

cùm illic vicorum aliquot templa sacrilegis manibus violassent, eius facinoris fama Balliolum vsque diffusa est. Tunc Ministris hæreseos Caluinianæ flammas subdentibus, iuxta Balliolum alij vehementiùs odio sacrorum arsere: statimque collecto agmine in D. Antonij Monasterium irruunt, cunctáque ausu nefario contrectant, & dissipant. Inde Iacobo & Iuliano etiam peruersi dogmatis buccinatoribus animos facientibus, ac duces sese præbentibus, Stegras versus iter arripiunt, ędémque sacram illic pessumdant. Postquam inde Messinas rabiem vertêre, ibíque nobilissimam Benedictinarum Virginum Abbatiam rapinis, Iconomachia, flammísque fœdauere, reuocato per Lisam itinere, in Laleuuam descendunt, ibíque sacris rebus bellum inferunt. Tot secundis expeditionibus perfuncti, cùm nullus vires opponeret, ausi sunt agrum Insulensem petere, ac primò Armenteriam inuadere. Illic exsaturati pastíque rerum sacrarum direptione, ac imaginum violatione, Fournas se conferunt. Ibi cùm Deiparam exosi multa è templi parietibus pendentia hominum fulcra, quę recuperatę per eam sanitatis argumenta erant, per insignem rabiem deiecissent, fregisséntque: etiam in capsam lipsanorum eius, quę partim auro & argento, partim ęre rutilabat, furorem vertêre, eáque minutatim concisa, Reliquias humi per ludibrium sparsere. At enim nihil se fecisse arbitrabantur, nisi pendentis è Cruce Christi statuam ex edito loco deturbarent, & in partes ferro diuiderent. Eò funes campani æris densissimos arripiunt, ac Domini collo inijciunt. Verùm vbi coniunctis viribus animísque funes contingunt, & summis conatibus Crucifixum deijcere moliuntur: derepentè funes ipsi omnes confringuntur, iniectáque est ijs necessitas, irrita cōtentione, aliò viam rapiendi. Et mox Siclinium versus iter ingressi sunt, eadē in templa bacchandi libidine animos stimulante. Eius regionis indigenas nusquam ab vera Religione error abduxerat, eundósque odium peruersæ doctrinæ accendebat, & Iconoclastarum facta grauiter sauciabant. Igitur cùm murmur increbuit, eam hominum fæcem Siclinium tendere, iámque ab eo propiùs abesse: Siclinij, Gondecuriæ, Waurinij, proximísque locis aliquot ruricolæ, arreptis, quæ fors obtulerat, armis, telísque, in diuersos coëunt manipulos. & confestim ab varijs partibus sacrilegos aggressi vicinam in paludem propellunt: eos illic partim interlabentis fluuij aquis obruunt, partim ferro trucidant, vt pauci cladis nuntij domum sese fuga receperint. Id facinus rusticorum quàm vehementi Tornacensem Episcopum Guilbertum Ongniesum, & Gallo-flandriæ Gubernatorem Rassleghemium Insulæ commorantes, bonósque omnes gaudio affecit: tam ingenti dolore sectarios vbique perculit. Eos nihilominùs, qui Tornaci, Valentianis, Cellis, alibíque hæresibus infecti degebant, nouus ardor in sacra & Gallo-flandros impulit. Ab his destinata prædæ & furori aliquot Monasteria: vt Orchiacum Catholicis eriperetur, imperatum. Ergo ferè tria hominum millia conueniunt partim ciuium, partim agrestium. ipsis arma, gladij, secures, hastæ, tudites, sclopi, tridentes, longurij. Hoc apparatu dum Augusto desinente ad Sancti Amandi oppidum deferuntur, Catholici vbique trepidant, nouæ ipsis copiæ accedunt. Quà renditur, nihil integrum sinunt: nusquam per viam ipsis obsistitur. Ita breui spatio temporis D. Amandi, Viconiense, & Hasnoniense, Monasteria, confractis statuis, & discerptis imaginibus sacris, direpta sunt. His impijs tumidi victorijs acie compositá Orchiacum versus iter intendunt, parùm eo tempore munitum oppidum. Sed huius consilij gnarus Ioannes Latrius Gubernatoris Gallo-flandriæ Duaci Vicarius, & Antonius Roisinus Cordij regulus, qui præsidio Duacensi præerat, detectis hostium insidijs, Orchiacensibus animos fecerant, ac circùm Præfectis vicorum mandauerant, vt in armis consisterent, ac propinquantibus hæreticis signum campanis ederent, ciendis in agmen indigenis. Igitur frustrà tentatum est ab impijs hominibus Orchiacum, portas muróśque ciuibus fortiter tutantibus, & circumquaque arma frementibus nolis. Minus virium ac defensionis, non animorum, Martianis fuit, quò viam hostis Orchiacensis vrbis ingressu prohibitus, fecerat. Eo námque oppidulo violenter inuaso, vix forum obtinuerunt hæretici, cùm subitò his implent clamoribus; Viuant Geusij, Viuant Geusij. Ac è vestigio Cœnobium quà vetus, quà Benedictinis hominibus, & sacris Diuorum corpo-

Margin notes:

A

Armenteriarum tēplum ab impijs violatur. *Surius, Relatio Armentar.*

Itemque Fournense. *Relat. Fourn*

B

Apud Siclinium hæretici cæduntur. *Vanderhar, l. 2. Relatio Siclin. ipsels.*

C

Orchiacū ab Iconoclastis frustrà tentatur. *Vanderhar. l. 2. Pont. Pateanus in Commentar. MS. Consin. l. 4.*

D

Ab ijsdem Martianense Monasterium diripitur. *Vanderhar. l. 2. Surius.*

A corporibus nobile inuadunt penetrántque. Sed commodum paullò antè cum Religiosis Antistes Duacum celeriter abscesserat, transportatis eodem pulcherrimis cum sacro & argenteo cimelio lipsanothecis: illicque solus supererat cum aliquot famulis D. Petrus Manartæus Cœnobij filiis præfectus. Itaque postquam magno tumultu templum ingressi sunt Iconomachi, dux eorum Minister Decalogum altissima voce & cantu Marotiano præire: ceteri eadem verba canendo repetere. Vbi verò illuc peruentum est, vbi cultus idolorum prohibetur, tunc omnes vecordibus & furentibus similes arma expedire. Quidam scalas parietibus & columnis apponere. alij easdem conscendere, ac statuas & imagines deijcere: quidam alijs è locis sacras icones perticis & longurijs deturbare: nonnulli statuas malleis confringere, aut earum capita ferris desecare: imagines alij lacerare manibus: ab impio labore nullus cessare: ipsi dogmatum præcones stentoreis vocibus animos facere. Ita paruo tempore præter Apostolorum statuas altiùs paullò defixas, omnia Diuorum monumenta, & altaria diruta confractáque sunt. Ab huius loci Religioso, qui tum viuebat, accepi,

B tanto ardore in statuas impios homines illatos, vt vix sibi à labentibus earum fragminibus cauerint: eorúmque duos ingentis S. Christophori capitis ferra recisi casu obrutos fuisse. Verùm ceteri parùm ea moti strage sociorum, à templo cladem in penariam cellam vertére, vt laboribus fessa corpora curarent. Et vt capacioribus, ac frequentioribus sese poculis inuitarent, Manartæus ipse, (quem supra nominauimus) vini dolia inuertit, ac superiùs aperuit. Interim idem cum domino Villersio Martianensi Bailliuo dat operam, vt fidissimi quidam viri ad proximos locos occultè & celeriter abeant, Præfectos eorum doceant, si pauci cum armis Catholici conueniant, haud dubiè sectarios omnes eos deleturos, qui partim rei bellicæ ignorantia, partim ignauia, securitate, temulentia idonei sint cladi. Ad hosce nuntios armat se cumprimis Robertus Longeuallius Turris & Zittardij toparcha, qui sexcentis inde passibus in Arce Warlainia degebat: dein Ferreolus Guyonius Piseicurtensis Bailliuus, & grauis eques armaturæ, eiúsque gener Petrus d'Aubenois eiusdem ordi-

C nis eques, ac plerique alij vel genere, vel armis nobiles viri. Neque suam operam passi sunt desiderari agricolæ nonnulli fortissimis corporibus, & ardentibus animis præditi. Eorum, qui bellis præcedentibus arma tractauerant, equites nonnulli, pedites ferè centum ac viginti contrahuntur, vt horum pars maior duce Guyonio in proximam se lucem compararet, pars altera Longeuallio se iúngat. Intereà loci Martianis hæretici quod reliquum erat eius diei, ac noctem totam compotationibus traducunt. Orto iam sole, ac nondum discussa crapula, vt in proximum Aquicinctense Monasterium (vnde fugam Abbas cum Monachis rapuerat, ac supellectilem, quà sacram, quà prophanam Duacum auexerat) pari furore arma conuertant, ordine nullo conuasant, & magna securitate ad iter se componunt. Panes quidam, carnes alij, plenas vino lagenas nonnulli, vel supellectilem dorso baiulant. Sed in ipso ferè discessu, quosdam rabies rursus impulit ad deijciendas Apostolorum statuas: neque priùs eorum impetus comprimi potuit, quàm Martianensis Bailliuus in speciem promisit, data se opportunitate procuraturum, vt suis è locis de-

D turbētur. Edito igitur signo profectionis, alacriter omnes, & nihil hostile metuentes, Martianis excedere parāt, & quasi victoriæ Peana psalmos à Maroto traductos cōcinunt. Quæ posteà sunt secuta, variè memorari video. Vt habent Ponti Payeni Commentarij, paullùm ea fæx hominum è Martianensi municipio discesserat, & per siccatam æstu paludem gradiebatur, cùm modico inde spatio ex aduerso Catholicorum acies in armis occurrit, cædémque tam tuba & tympanis, quàm vocibus fremuit. Ibi grauis extemplò metus sectarios inuadit: positísque omnes armis, oneribus, & animis fugam respiciunt. Et cùm Orthodoxi impetum facerent, nullus eorum arma stringere ausus est. Igitur illic ad satietatem in ipsos sæuitum. Sexcenti eo loco prostrati: plures fluuios & riui paludis hausere: cùm plerique aquis obrui mallent, quàm Catholicorum ferro perimi. Paucos siluæ texerunt. Qui fuga iam euaserant cædis locum, ab rusticis ij sono campanæ concitatis alibi perempti. Libris mandauit Florentius Vanderharius Longeuallium & Guyonium arma copiásque inuasisse, ad

Ad Martianas Iconomachos Catholici cædunt.

Vanderhar. l. 1. Pont. Paienus in Commentar. MS. Relatio Martianens. Sermon. Vrselr. Iteratus, Iean. Cousin lib. 4. Aquicinct. Relatio.

 Brilluum

Brilloum ac Thilloum hostem assecutos. Ingentem illic stragem edidisse. Ex iis, qui
Ferricum Aquicincto secuti sunt, hęc accipio. Cantinio, Levardia, Somainio, Aubre- A
cicuria, Montignio, Moncicuria, & aliunde, varia rusticorum agmina non procul Bel-
lorepario ad paludem Rieullay, hortante Guyonio, conuenisse: hunc eodem Pisci-
curtio aliam duxisse copiam. Cùm illic ad quatuor ferè hominum millia (quorum
pauci erant armis bellicis, ac plurimi tantùm tridentibus, perticis, furcis, hastilibus, &
longuriis instructi) fuissent numerata: Guyonium rectà cum iis per paludem Martia-
nas petiuisse, non tam cupidine sectarios opprimēdi, quàm iniecta formidine ab Fli-
nensi Parthenone & Aquicinctensi Monasterio eorum auertendi furorem, & impe-
tum inhibendi. Vbi Martianensi municipio propinquarunt, nullum patuisse aditum,
leuato, & obserato pensili fluminis ponte. Illic multitudini animos exarsisse grauiori
sectariorum odio, eósque cædendi desiderio, cùm intus plateæ Psalmos Gallicè ca-
nentium vocibus resonarent. Transnasse fluuium quempiam, & detracto pessulo
pontem demisisse. Via iam facta, omnes protinus in municipium irruisse. Ad horum
fremitum & tumultum hæreticos ordine nullo fugam captasse. Ex his primùm iu- B
uenem duabus plumbeis glandibus traiectum peremptúmque, quòd Salutationem
Angelicam nollet pronuntiare. Factam subinde obuiorum omnium cædem fuisse.
Cùm multi via Bouiniensi effugere molirentur, & retardandis Catholicorum inua-
sionibus obicem ligneum opponerent: circumuentos ferè omnes illic fuisse, ac de-
nique ferró partim occisos, partim aquis suffocatos. Inter hos Ministrum acceptis
in ventre vulneribus haustam priùs vini copiam per ea fudisse, & in aquam deie-
ctum, nouísque plagis affectum, oppetiuisse. Eos, qui per propinqua nemora euade-
re tentabant, Guyonij generum equitando cum aliquot aliis præuertisse ac cecidisse.
Paucos igitur, aut nullos illic alibíque neci subductos. Addunt Martianenses, quos-
dam in Monasterio deprehensos, earum statuarum, quas deiecerant, aut rerum
aliarum ab ipsis in templo & peristylio corruptarum fragminibus appetitos lęsósque
à Catholicis, occidisse. Atqui prior ista clades fuit. Alteram attulir eadem dies, vel
secuta, vt à plerisque scribitur. Noua coaluerat accensorum studio direptionis, res- C
que sacras persequentium hæreticorum multitudo: vel vt aliis modò cæsis copiis
iungeretur, vel vt atrox aliquod aggrederetur separatim facinus. Rumor spargeba-
tur iam certis locis, Aquicinctum & Flinense Monasterium ab his impiis hominibus
petenda spoliandáque. Verùm in tempore Numen eorum conatibus iuit obuiàm.
Dùm enim Orchiacum inter ac Bouinium iter faciunt, partim Duacenses aliquot,
partim Flinenses, Coustichiani, alíque vicini, qui cum armis in agmen coïuerant,
ductore, vt accipio, Turriensi domino, magnis eos viribus adorti sunt. Plus tamen
cum his, quàm cum aliis, fuit negotij. Aliquamdiu scilicet ij restitere; nec abfuit à pe-
riculo Turriensis toparcha, equo plumbea glande traiecto. Sed hoc ipsi ad gloriam
adeò valuit, vt Parmensis gratiam, ex qua iam exciderat, ideò paullò pòst recupera-
uerit. Ceterùm, vbi iam viribus post aliquam concertationē destitui cœperunt hære-
tici, tāta eorum strages facta est, vt vix vllus cædē euaserit. Ita Catholici gentis impiæ
odium conceperant, vt, ne cuiquā parcerent, animos obstinauerint. Et sanè postmo-
dum his in partibus iis docti malis nihil ausi sunt moliri palàm per agros sectarij. D
Qui narrant, his ferè temporibus Insulæ quosdam ad sacrarum statuarum & imagi-
num inuasionem armis & malleis instructos incubuisse, verùm forti mulierum ma-
nu absterritos, ab vero discedunt. Rem vti contigit, & ab viris fide dignis accepi,
breuiter expediam. Paucis diebus post Parochiæ S. Saluatoris Encœnia, cùm mulie-
res aliquæ eo in templo Missæ sacrificio assisterent, Margareta des Tailleurs Ger-
uasium quemdam hæreseos suspectum fixis statuam oculis intueri aspicit, ac proti-
nus sacrilegum aliquid in eam concipere arbitrata, ingenti voce exclamat, Homi-
nem adesse, qui sacram iconem deturbare, & confringere adoriatur. Ad eum clamo-
rem mulıæ tum è templo, tum è vicinia mulieres accurrunt, dein etiam viri pleri-
que: & ferociùs facto impetu, Geruasium comprehendunt, vinculísque constri-
ctum per plateas publicè ad Gubernatorem in arcem vrbis pertrahunt. Illic impie-
ratis in Diuos hominem accusant. Quòd res eo feruentiùs ageretur, turbam Guber-

onoclastis fulæ nihil uit.

Vaucerburg. in commens. MS.

nator

A natorem mittit in Geruasium prudentiùs & attentiùs inquirit; nihilque tandem eorum quæstionibus, de quibus arcessebatur, extundit. Ergo ne quem nouum tumultum populus admodum Catholicus exsuscitet, eum postico ex arce foras amittit, sparso tamen in vulgus castigati corporis rumore. Nouit post dies paucos ex sororis Margaretæ aliorúmque litteris Catholicus Rex, quæ fœdissima Orthodoxæ Fidei hostes varijs in locis aduersus res sacras facinora perpetrauerant; maximúmque dolorem ex eis concepit. Ac nihil tunc habuit antiquius, quàm vt nouis diplomatibus Catholicam Religionem in Belgicis Prouincijs stabiliret, inque homines impios iudicio pœnisque grauissimis animaduerti iuberet. Verumenimuerò quamuis ex Regis sententia in Iconomachos, & alios hæreticos Diuinæ ac Regiæ Maiestatis reos inquireretur admodum diligenter, & in quosdam etiam iudicio sæuiretur: plerique tamen nihilo plus ab insolentijs, & impijs armis manus abstinuere. Inter alios Magister ille Cornelius, de quo suprà memorauimus, audendum sibi aliquid arbitratus est, quo suam in Catholicos rabiem patefaceret. Is enim ex præcone Caluiniani

Aduersus hæreticos noua sancit Rex Catholicus.

B dogmatis iam militiæ ductor effectus, copiam aliquam armatorum hominum contraxit, & cum ea in alia Gallo-flandriæ parte Marquam, primo Insulam iuxta lapide, intendit. Verùm eius aduentu cognito, priusquam graui aliquo hunc locum maleficio afficeret, Baro Rasseghemius Gallo-flandriæ Præfectus, militem præsidiarium ac ciues aliquos Insula Marquam versus emisit: quorum primo impetu Cornelij agmen fusum fugatúmque est. Igitur cæsis ibi plerisque suorum, Quesnoyam Cornelius se recepit, vt nouum eò militem è varijs Flandriæ partibus acciret. Auctisque tandem in dies copijs, ad quadringentos in aciem eduxit, capto Waterloum versus itinere. Ex opposito, nihil tum sibi cunctandum ratus Gallo-flandriæ Gubernator, huius regionis plerosque Nobiles, ac totum Insulense præsidium occultis & compendiosis itineribus rapuit. nactúsque opportunò ad Crucem loco Sectarios, adeò fortiter eos inuasit, vt in fugam cæsis non paucis egerit extemplò. Ab ea clade suos Cornelius Waterloum ex fuga recepit: & cùm Catholici ardentiùs insequerentur,

Cornelius cũ hæreticis in Gallo-fland. cladem à Catholicis accipit primùm Marquæ ab Rasseghemio Barone.

Vanderhar. l. 2. VVasemberg. in Comment. in 2. Sur. in Commentar. Issels, Harams Natalis Comes.

Dein etiam VVaterloi ab eodem.

Auctor. citati.

C intra septa cœmeterij satis, propter ascensum, & peribolum, aditu difficilis, continuit tantisper, donec Rasseghemius cum suis peruaderet. Tunc quibus licuit intrare, templum hæreticis ad horas aliquot perfugium præbuit. Eo námque obserato & benè munito, è fenestris ac turri grauiter iaculari cœpere. Omnem contrà operam adhibuit Rasseghemius, vt facto impetu ædem sui perrumperent. Frustrà fuit is conatus, multis introrsum omnem aditum tuentibus. Igitur cùm nihil insultu proficeretur, ignem recto, foribúsque inijcere placuit. Ibi triste spectaculum flammis ligna corripientibus & absumentibus præbitum. Consumpti plerique hostium incendio, vel fumo enecti. Nonnulli sese de fenestris, tecto, turri, saltu præcipites dare, & vel casu obteri, vel Catholicorum hastis excipi confodíque. Fuerunt tamen nox & quorumdam indigenarum studia nonnullis præsidio. Cùm enim Rasseghemius inde copias vesperi abduxisset, scalis appositis incolumes quidam, alij semiustulati in tuta recepti sunt, Hæc dum geruntur in Gallo-flandria, insolenter admodum sese Valentianis & Tornaci efferebant hæretici, patúmque in vtraque vrbe Catholicis

D erat potestatis. Res ibi sacræ iacebant, & Maiestas Regia, iussúsque Margaretæ temnebantur. Id cùm grauissimè Margareta toleraret, Noircarmio dynastæ, qui per absentiam Marchionis Bergensis Hannoniæ & Valentianarum Vicariam Præfecturam obtinebat, dedit in mandatis, vt collecto exercitu, Valentianas cingeret, armisque hæreticos ibi degentes, ac rerum potientes, Regiæ Maiestati subiiceret. December iam inierat, cùm Noircarmius contractis copiis Valentianas circumuenit; & in hæreticos aduersus Regem Hispaniarum rebellionem alentes hostilia facere aggressus est. Displicuit ea res magnopere sectariis omnibus in Brabantia, Flandria, Tornaci confirmantibus: ac priusquam circùm Valentianas Noircarmius vallum duceret, ac munitiones promoueret, tentandum aliquod facinus statuêre; quo vel alibi grauiter Catholici infestarentur, vel ipsi suppetias irent obsessis. Igitur exeunte Decembri sumptis iterùm animis Cornelius, qui nuper Waterloi mortem effugerat, militem nouum collegit, ac iuxta Lannoyam in Gallo-flandriæ finibus constitit.

Noircarmij Regulus Valentianas obsidet.

Histor. Belgica. Natalis Comes, Issels, Opmeer. Surius, Vanderhar. l. 2. Confess. lib. 4. Harans, aly.

Notas hæreticorum copias Cornelius ad Lan-

A

noyam congregat. *Vanderbar. l. 2. VVacemburg. in Comment. MS. Pont Paen. Comment. MS. Natalis Comes, Surius, Isselt, Haraei.*

tit. Conscriptus etiam alius miles iuxta Tornacum, qui Lannoyam tenderet, ac se Cornelio adiungeret. Ac priusquàm is in viam se daret Lannoyam versus, ipso die Christi Natalium quatuor vicina Tornaco Monasteria incendio deformauit, vt sui furoris terrorem Orthodoxis incuteret. Vtrisque coniunctis copiis, tria fermè hominum millia censebantur. Sed eorum maximæ parti neque ars militaris, neque arma prœliis idonea suppetebant, quòd soli ferè opifices, operæ, ac rustici rebus domi decoctis conuenissent. Soli vires faciebant ducenti circiter Artesiani & Hannones, qui militiæ & prędis assueti, aduersus Francos bella fortiter in limitibus gesserant, ac iam prædabundi nemora, & agros infestabant. Verùm hæ copiæ non adeò repentè, & occultè coiuerant, quin Rasseghemius & Noircarmius de iis per certos nuntios

Lannoyam frustrà tentat.

exploratorum cognouerint. Igitur vix Lannoyam hæretici peruenerant, cùm in oppidum sibi aditum patefieri flagitarunt, ac responsum negantibus, èque muris sese fortiter defendentibus Lannoyanis grauissima quæque minati sunt. Etsi oppidum intra perpauci essent defensores, parùmque firmi essent muri; ac nullæ præter

Mouent io cum copias Rasseghemius & Noircarmius. *Auctores citati. Opmeerus, alij.*

castrum munitiones incolas tegerent: tamen ingentibus animis eousque ciues hostium postulatis & viribus obstitere, donec Noircarmium & Rasseghemium de conatibus hæreticorum certissimi docerent nuntij. Hi ergo tametsi diuersis, ac longè dissitis in locis consisterent, rati tamen sunt illico magnum se facturos operæ pretium, si priùs sectarios celerrimo a iuentu opprimerent, quàm Lannoya potirentur, ibique, excitatis munitionibus, alij atque alij coalescerent. Nam nouis in dies ij manipulis augebantur. Etiam stabant in armis multa Flandrorum millia, quibus erat statutum Valentianensis vrbis obsidium soluere. Itaque Rasseghemius centum equites collegit, eósque fermè omnes Insulensis Castellaniæ Nobiles: quadringentos ferè pedites armis assuetos, & supra tria rusticorum armatorum millia. Eo sepius agmine cum Crucem vicum Insula duobus milliaribus distantem, paullò ampliùs mille passibus ab hostium castris attigisset, militem continuit, ac quosdam occultè exploratum pręmisit, quo loco consisterent, quibus munitionibus tegerentur, quan-

B

Gregem eius delet Noircarmius. *Auctores citati.*

tis constarent copiis. Interim Noircarmius neque aduentus, neque consiliorum Rasseghemij gnarus, Lannoyam versus magnis itineribus contendit. Duas habebat cataphractorum equitum alas, quibus præerant Reuxij Comes & Baro Montignius. Eæ constabant quingentis circiter viris: suámque turmam ducebat Comes Reuxius vnà cum Vicario Antonio Nedoncelio Quesnoyæ regulo, summæ viro fortitudinis & prudentiæ: contrà, Montignij equites ducebat Ioannes Bailliolanus Surei toparcha. Peditum Wallonum aderant vetera sex signa, quæ Ordinaria nuncupantur, & in limitaneis vrbibus pace bellóque in armis excubant. Igitur instructus his copiis Noircarmius celerrimè viam noctu molitur, ac die sequenti (Diuo Thomæ Cantuariensi sacer is erat) orto iam sole in hostis conspectum peruenit, spe plenus aduentu subito imparatos obruendi. Verùm illos iam rumor afflauerat properantis & propinquantis exercitus Regij; ac in aciem sese composuerant, tutóque loco prœlium exspectabant. Ab tergo muniebant eos tumentes aqua fossæ, densæque spinis sepes: à lateribus & fronte locus vligine, aqua, fundo malignus defendebat: vt admodum difficulter equitibus Catholicis aditus pateret. Neque vnquam expugnari potuissent, nisi prudentia militaris eos arsque inter pugnandum destituissent. Igitur Noircarmius spe sua deiectus, cùm in conspectu, quà transeundum erat, cœni plurimum cerneret, longo circuitu hostem circumueniendum arbitrabatur. Contrà, Comes Reuxius aduersis in eum frontibus incurrendum affirmabat, ne per moram sese subduceret. At Nedoncelius, cui plurimum vterque deferebat, ob præclarum militiæ studium, in diuersas distractis sententias cum leni risu obiecit, plus æquo tempus duci ea consiliorum varietate, cùm in hominum fęcem, non milites, faciendus esset impetus, qui vel iam tremerent, fugámque aspicerent, conuersis in tergaoculis. Et mox Noircarmio & Comite annuentibus, in vliginis cœnique profundum celeriter equum adegit. Id ceteri conspicati, eodem, stimulatis equis, precipites feruntur, quamuis nonnullos equorum imbecillitas, aut breuitas in discrimen adduceret. Euadunt tamen omnes in solum aduersum; eósque aliquantulum cum cœno luctau

C

D

pedites

A pedites sequuntur. Ibi magno hæretici metu perculsi, & attoniti, per summam imprudentiam sclopos omnes admotis ignibus exonerant, priusquam iactu Regios milites assequi possent: ideóque vix nocuere. Et subitò in fugam effusi, huc illúcque nullis seruatis ordinibus abripiuntur. Soli, quos memorauimus, Artesiani & Hannones duce Terielo Atrebatensi, quem Senatus ob flagitia exilio damnauerat, obsistere. Verùm his omnibus cæsis, tanta ceterorum strages edita est, vt locus eorum cadaueribus sterneretur. & si qui pugnantium gladios euaserant, in rusticorum manus nihilo meliori fortuna incidere. Igitur paucis ex eo numero in tutum sese fuga referentibus, ac mille quingentis in pugnæ loco prostratis, signa quindecim relata inuenio. Neque priùs de Noircarmij aduentu quidquam Rasseghemius nouit, quàm is victoria potiretur. Ab eo tempore conatus hæreticorum in territorio Insulensis nominis sunt compressi, neque quisquam eorum ad conciones in pagis visisue populum exciuit posteà. Et omnia deinceps Insulæ Catholicis ex animi sententia fluxere. Ceterùm Rasseghemius primùm, dein Margareta Austriaca, per litteras Lannoyanis ingentes gratias egere, quòd arreptis armis hominibus impijs aditum in oppidum arcémque negauerint. Ea porrò Noircarmij victoria etiam Tornacensibus Catholicis profuit vehementer. Is enim cùm per eam ciuitatem, quæ reliquerat circum Valentianas, castra repeteret, vndecim Wallonum peditum signa in arcem induxit, terrendis sectariorum animis: ac mox inde per vrbem diuisit retinendis in officio ciuibus, & factiosorum motibus opprimendis. Eo facto permulti hæretici rebus suis vitæque diffidentes, aliò se fuga recepere: è contrario Catholicis animi confirmati sunt, & quies vrbi, sertúmque sacrarum vsus templis redditus. B

Profuit ea Noircarmij victoria Insulensibus. *Auctores citati.*

Itéque Tornacensibus Catholicis. *Auctores citati.*

Intereà loci duo de Societatis Iesu Sacerdotibus, qui nuper Tornaco Iconoclastarum furorem vitantes excesserant, vtilem Duaci operam collocauere. Quæ nostris temporibus controuertuntur, Quæstiones vnus publicè dicendo explicuit: intra priuatos parietes quorumdam animos litteris humanioribus coluit alter. probis vterque moribus, ac frequentibus hortatibus, quà ciues, quà iuuentutem ad virtutis studium exciuit. His plurimùm delectatus Aquicinctensis Abbas Ioannes Lentailleurius, nouo exarsit Socijs exedras & domicilium parandi desiderio, vt philosophicis & humanioribus studijs adolescentes publicè imbuerent, aliáque obirent munera Societatis ad pietatem incitandis ciuibus. Sed dum ea diutiùs animo voluit consilia, ij duo Socij alius aliò Superiorum voluntate, Duaco relicto, abiere. Igitur per eorum absentiam Ioannes ardentior factus, longè calidiùs de aduocanda Societate negotium arripuit. Neque priùs animo quietem concepit, quàm rursus à P. Prouinciale nouis concedendi Collegij promissis erectus est. Verùm vbi non recusat Societas in ea Vniuersitate onus docendi, non paruum ipse vnà cum Academicis impedimentum attulit. Volebat enim Socios, vbi docerent, ab discipulis minerual accipere, idémque magnopere vrgebant Academiæ capita, quòd asperfa gratis doctrina, in exedras suas Socij iuuenes omnes tracturi viderentur. Contrà, Patres instituti Societatis rationem omne Scholastici laboris didactrum amolientem opponebant. Laboratum sanè sedulo est ab optimo Præsule, vt Academici, & Societatis Præpositus Generalis de suo quique iure aliquid remitterent, quo tandem voti sui Socios expetentis compos fieret. Modò suadebat, vt expuncto didactri nomine, pecuniam in vsum templi vertendam Patres acciperent. Eosdem modò impellebat, vt conuictoribus, quos in contubernium admitterent, pretium maius indicerent, quod pecuniæ ad victum & minerual in alijs Collegijs exigendæ responderet. Sed neutrum Socijs placuit, vtpote Ordinis sui auaritiæ sordes auersantis Constitutionibus aduersum. Itum tamen denique in hanc sententiam est, vt litteras humaniores Socij gratis docerent, ab philosophis aliquid penderetur, quod in Academiæ commodum redundaret. Verùm mox aliud impedimentum à viris primùm Academicis, & Senatu, dein etiam ab ipso Præsule obiectum est. Cùm enim illi Socijs minimè refragantibus statuissent, ne qui Societatis homines ad aliquem in Academia Magistratum eueherentur, néue publicis è cathedris prælegerent; etiam hoc vehementer instare, vt si non omnimoda (quod priùs ardenter optauerant) saltem aliqua in

Duo Patres Societatis Iesu Duaci laborant. *Hiller. Societ. Duac.*

C

Vrget denuò Abbas Aquic. vt Societas Duaci collocetur. *Eadem histor.*

Verùm id ne fiat, quædam impediunt. *Eadem histor.*

D

A

Societatis Professores iurisdictione pollerent: quòd arbitrarentur lapsu temporis eos multa peccaturos, ac industria languente per inscitiam animis efformandis operam daturos remissiùs. Ei suggestum extemplò Abbati fuit, vt magnopere caueret, ne quid nimia Socijs concessa libertate detrimenti caperet Vniuersitas. adeòque vir bonus eum in animum timorem admisit, vt quoties ad scribendam donandi Socijs Collegij formulam calamum in manum sumeret, toties aliquid Societatis legibus, & liberiati Religiosæ repugnans animo capesseret, chartæque illineret. ac interdum in Patres animaduertendi ius sibi ac successoribus arrogaret: quamquam aliàs huius esset Ordinis amantissimus & cupidissimus. Igitur ijs rebus negotium Societatis interpellantibus, hoc anno, ac sequenti de Collegio Duacensi constitui nihil potuit.

VValerandus Hágouartius moritur. *Epitaph. eius.* *Laudes eiusdem.*

AN. 1567. Cùm anni supra millesimum & quingentesimum sexagesimi septimi Ianuarius procederet, mortalibus exemptus est Walerandus Hangouartius. Cæsaris Caroli Quinti, eiúsque filij Philippi Regis Hispaniarum gratiam sibi adeò conciliauerat doctrina, moribúsque, vt suis eum vterque eleemosynis præfecerit, ac varijs ornauerit dignitatibus. Insulæ cluebat D. Petri Decanus & Canonicus; Bethuniæ S. Bartholomæi Præpositum agebat; Duaci, vt diximus, Amatenses Canonici eo gaudebant Præposito, ac primo Vniuersitas Cancellario. Quæ cunctos in eius admirationem & amorem raperent, multa inerat viro sacra prophanáque doctrina, multa virtutum præstantia. Priusquam grandior ętas in Belgio retineret, Cæsarem varijs bellis, aut itineribus secutus, Germaniam, Italiam, Hispaniam peragrauit: superato mari Mediterraneo, Algeriam, siue Saldæ Coloniam, adijt. Ceris eius vltimis multum pecuniæ tributum est Seminario scholasticorum D. Petri Insulæ promouendo: dein alendis in perpetuum octodecim viris natu grandibus, & vitæ necessitatibus

B

Aduersus hæreticos vigilatur in Gallo-flandria. *Sur. Vanderhar. Natalis Comes lib. 18.*

destitutis. Ad res publicas quod attinet, multum operę Baro Rasseghemius feliciter impendit, vt hæreticorum zizania per Gallo-flandriam extirparentur radicitus: eiúsque factum opera fuit, vt non modò Insulæ, verùm etiam vicinis in pagis complures matronæ liberos suos ab sectariorũ Ministris baptismo tinctos Sacerdotibus Catholicis præsentarent, vt ex ritu Orthodoxorum omissas supplerent cæremonias;

Surius, Natalis Comes, Vanderhar. Isselt. Relatio Armenter. Comment. MS. VVaumburg.

C

aut vitio baptizatos vero ritu, verbísque necessariis adhibitis, aqua contingerent. Et cùm Belgij moderatrix Margareta ex Philippi Regis præcepto in omnibus Prouinciis eius hæreticorum exercitia prohibuisset: ad mensem Aprilem Comes Egmondanus ne quis hæreticorum in agris conciones haberet, laborauit, ac multa eorum templa vel destruxit, vel perfici vetuit in Flandria: huiúsque mandato id fanum in plana deiectum est, quod Armenteriæ ipsius ditionis oppido, sectarij condiderant.

Relat. Comm.

Et Cominij Dux Arescliottanus erectis è deiecti hæreticorum templi trabibus patibulis aliquot eorum suspendi iussit, quos peruersa tuendi dogmata, & regia contemnendi Edicta obstinatio incesserat. Iam diu autem perlatum fuerat in Hispaniam ad Regem Philippum, à Belgij proceribus parùm Margaretæ sororis iussibus obtemperari: ideòque minùs ex animi sui sententia tum Religionis Catholicæ, tum publicæ rei negotia his in partibus procedere. Igitur Ferdinandum Albæ Ducem insigni virtum prudentia, fide, fortitudine, ac militari peritia præditum, has in Prouincias statuit cum summo imperio, & grandi potestate mittere. Et quibus metum hæreticis

Dux Albanus Belgio præficitur. *Surius, Isselt. Natalis Comes, Lamar Opmeer. Hessor. Tuckar. Belg. Haræus, alij.*

D

incuteret, ac Nobiles ad officium reuocaret, Hispanorum peditum nouem millia, Allobrogum septem, equites leuis armaturæ mille profectionem paranti attribuit. Augustus iam iniuerat, cùm is Belgium attigit: eiúsque mensis prima & vigesima die Belgicarum ditionum Præfectus Bruxellis renuntiatus est. Ac tum prius nihil habuit, quàm vt capita factiosorum Procerum in custodiam coniiceret, ac rebellantes indigenas armis comprimeret. Ad hoc dum laborem variis in locis impendit Albanus, ab sicariis hæreseos suspectis M. Petrus Famelart Turquoiniensis Parochus ex insidiis cęditur. Insigni morum pręstantia præclarum is apud suos nomen sibi obtinuerat: ideòque maleuolis ac impiis hominibus, quos partim virtutum splendore grauiter afficiebat, partim ex officio spe frugis melioris increpabat frequenter, admodum displicebat. Quidam igitur, quos præsertim verborum aculeis iustè meritóque perstrinxerat, in necem eius conspirauere, & ad eum è medio tollendum ani-

In Belgium is venit. *Turquoiniensis Parochus ab impijs hominibus occiditur.* *Relat. Turq.*

mos

A mos armaque irrumpere. Cum is dies, quem cædi destinauerant, in noctem declinâsset, telis instructi domum eius petiere, vt inopinatum opprimerent. Verùm priusquam vim facerent, vnus eorum per rimam oculos in cubiculum, vbi somnum capere consueuerat, coniecit: ac postquam animaduertit, eum iam ligno saxóue, in quod quietem capturus caput inclinaret, in preces eum ardenter incumbere: ad socios extemplò conuersus: Quidnam, inquit, hunc in hominem molimur, cuius vitæ, lectique asperitas, & orationes ipsum cælo charum, ideóque à nobis minimè appetendum telis ferróque, testantur? Igitur vbi, quæ viderat, cuncta cum animi motu explicuit, haud difficulter socios eo tempore ab cæde Pastoris auertit. Non multis tamen inde diebus exactis, fortè accidit, vt M. Petrus è via domum repeteret, ac tunc horum sicariorum aliqui eminùs eum conspicarentur. Iterum rursum his animus vehementer commotus, & mox ad cædem eos ardor impulit: ac priusquam ab eo deprehenderentur, sese sub pontem misere, quà viam erat facturus, vti ferro ex insidijs agressi perimerent. Ergo dum nihil mali suspicatur, iterque lentè prosequens ad pon-

B tem peruenit, horum è latebris erumpentium ferro petitur, interimitúrque. Verùm quibus ob toleratam patienter iniustam necem eius in cælis anima luminibus resplendeat, haud obscurè Numen patefecit, cùm eius corpus etiam post vigesimum ab inflictis vulneribus annum intra terræ viscera integrum incorruptúmque permanserit. Nauauit interim operam Societatis Iesu Sacerdotibus Duaci collocandis Ioannes Lentailleurus Aquicinctensis Antistes, ac demum alterius anni principio sub tempus vernum obtento Monachorum suorum, & aliorum, quorum intererat, consensu, ad Collegium Duaci fundandum, Sociisque attribuendum, etsi rebus nondum stabilitis incubuit. Parum admodum pecuniæ in loculis habebat, cum id opus ingens aggressus est: tantos tamen ad illud animos attulit, vt, Deo labores eius munificentia sua cumulante, nondum exacta æstate pleraque membra Sociorum habitationi, & lectionibus habendis opportuna perfecerit. Ac tum sanè lætissimus euocandis Duacum Patribus operam dedit: &, quamuis nondum dirempta, quam cum

C Academicis ipsóque Societas habebat, controuersia, ijs auctor fuit, vt appetente Auctumno Duacum inirent, ibique ludum litterarium aperirent, quod auidissimè cupiebat. Igitur eò missi duo Socij sunt à Patre Prouinciali, qui res attentiùs explorarent, num maturæ essent Societatis hominibus excipiendis. Ij Facultatem Artium, vt vocant, Societatis negotio vehementer obsistere, ac nondum omnia lectionibus liberè habendis opportuna deprehendunt, ideóque gratijs Antistiti actis ad Prouincialem remeant. Turbauit optimum Abbatem subitus Patrum discessus: auctum tamen eius magis, quàm diminutum, Socios in Collegio suo Duaci collocandi desiderium. Apud Episcopum Atrebatensem Franciscum Richardotium, Magistratus Duacenses, aliósque viros grauissimos egit occultiùs, eorum vt consilijs adiutus id, quod animo tamdiu conceperat, perficeret denique. Sed nihil ab his suggestum, cuiúsque omnia prudentiæ sunt relicta. Igitur quantis potuit precibus impulsum Prouincialem Præpositum Duacum pertrahit. Hic omnia Societati secunda pollicitus, demum impetrat, vt Octobris initio Collegij exedras Socij aperiant. Designati

D mox, qui non modò litteras humaniores profiterentur, verùm etiam de rebus diuinis & philosophicis lectiones haberent: iisque Rector præfectus est P. Maximilianus à Capella Insulensis; & qui vices eius Romam ad Congregationem abeuntis obiret, datus P. Henricus Somalius. Verùm breui studia Sociorum obturbata sunt; & non parum interpolati conatus Præsulis Aquicinctini. Quos enim Patres legendorum in scholis auctorum catalogos passim Duaci cum scedulis, quibus ludum Octobris decima nona luce aperiendum indicabatur, valuis affigi curauerant, Vniuersitatis Decreto reuulsi sunt, palámque proclamatum est, nemini licere iuuentutem in exedris docere, qui non fuerit, dato nomine, Vniuersitatis Matriculæ, vt vocant, insertus, atque iureiurando Magnifico Rectori obstrictus. Ibi Patres, quos anteà doli metus, ne sua darent Matriculæ nomina, & in verba Magnifici Domini iurarent, absterruerat, inopes consilij primùm ad Prælatos, Aquicinctensem & Martianensem, dein etiam ad Archiepiscopum Cameracensem, & Atrebatium Pontificem, qui tunc erant

Eius corpus diu post mortem integrum perseuerat.

AN. 1568.

De Societate Iesu Duaci constituenda laborat Abb. Aquicinctensis.

Histor. Societ. Duac. Francisc. Barns.

Collegium ædificat.

Socij Duaci mittuntur, vt doceant.

Ijs ab Vniuersitate impedimentum obijcitur.

Incipiunt tamen sub finē Octobris docere.

Duaci, abeunt opis petendæ gratia. Hi cùm aliquem promouendo Societatis negotio apud Academicos laborem impendissent, eorum tandem valuit auctoritas, vt Sociis permitteretur Octobris decimonono ea lege Gymnasium patefacere, vt de controuersia Romam ad Præpositum Ordinis sui Generalem perscriberent, si nihil inde post anni dimidium responderetur, datis nominibus, sacramento se Rectori Vniuersitatis obligarent. Ita denique rebus constitutis, Octobris vigesimo die datum est scholasticis Societatis exercitationibus initium, postquam ad aram fecisset Abbas Lentailleutius, Sociis assistentibus, cum multa illustrium virorum corona, & ciuium frequentia. Quòd exedræ non caperent omnes, duo posteà de Sociis, vnus prosa oratione, versu alter, sub dio dixere. Plausum obtinuit sermonis & actionis elegantia: statímque secunda latiùs de Patribus fama serpsit. Cùm duobus insecutis diebus partim Societatis Professores, partim alij, variis orationibus tum Academicos, tum alios tenuissent; quarto & vigesimo die locis distinctis sex de Sociis lectiones orsi sunt, Theologiæ vnus, litterarum humaniorum quinque, Philosophiam ex decreto Academicorum docentibus quatuor externis. Quòd paullò antè Romam fuisset profectus P. Maximilianus à Capella, vt tres Prouinciæ Belgicæ in Procuratorum Societatis Congregatione procuraret, destinatum is sibi munus Socios in hoc nouo Collegio regendi aggredi non potuit. Igitur primus hoc onus gubernandi sustinuit P. Henricus Somalius tantisper dum in Belgium ab Italia P. Maximilianus regrederetur. Eo dum in officio versatur, etiam extra Gymnasium diffusus est in ciuium vtilitatem quà conciones habendo, quà pueris Catechisticam doctrinam explicando, labor Sociorum. Auctus inde plurimùm in Societatem fauor Aquicinctini Præsulis ciuiúmque. Indultum tunc Sociis ab Senatu vini ac cereuisiæ vectigal. De constituendis censibus annuis, quibus Patres alerentur, iisque donando Collegio Abbas seriò laborauit. Nihil interim Roma perscriptum fuit ad Socios de præstando ab iis Vniuersitatis Rectori iureiurando: ideóque tandem ipsis iniecta necessitas est, vt secundùm leges admissi ab Vniuersitate Collegij, exactis iam mensibus præscriptis, sua in Matriculā nomina conferrent, & Magnifico se Rectori iuramento adstringerent. Verùm paucis eos diebus hæc obligatio implicuit. Pius enim Pōtifex eius nominis Quintus Bullam paullò pòst conscripsit, qua primùm Societatem eo liberauit iureiurando, dein eamdem ab omni Artium Facultatis, & Vniuersitatis iurisdictione exemit. Haud procul interim magno discrimine Buccinium abfuit. Quod is locus in ea sit Hannoniæ regione, ex qua in primis Hannonia, dein Artesia, & ager Duacensis nominis possint admodum infestari: Famartensis topartha eum dolo militari conatus est Catholicis eripere Octobris initio. Senserat is illic præter Gubernatorem vix vllos esse, qui castrum defenderent. Igitur viginti septus equitibus, eò per Villerium Cauciacum iter instituit. Facilè fuisset hac via id perficere, quod moliebatur, nisi pro more ferrea catenæ in angustiis, per quas erat transeundum, illic extēta iter equis præclusisset. Verbis ad laxandam impulsus is fuit, cuius erat munus catenam tendere, vel laxare. quia tamen is Famartensem dynastam detexerat, nunquam adigi potuit, vt catenam demitti permitteret. Igitur dum illic exspectando moram trahunt hostiles equites: celeriter de periculo Bucciniensi Gubernatori nunciatum est: iisque portas arctissimè claudi curauit. Ita de sua spe deiectus ille cuneus, vltra Cameracum fuga se proripuit.

Sectarij frustra Buccinio insidiantur.

Lib. ms. Duac.

Seminarium Anglicanum Duaci collocatur.

Libell. de Instit. Seminar.

Tractabat eo tempore in Academia Duacensi de rebus diuinis quæstiones Theologiæ Doctor Guilelmus Alanus, præclarum Anglicanæ nationis lumen. Is cùm animaduerteret in florentissimo Angliæ regno grauissimum ab Regina Catholicis bellum inferri, ac præsertim initiatos sacris Ordinibus homines ad necem conquiri, horúmque frequentissimis cædibus breui futurum, vt nulli Catholicis in Fide retinendis Sacerdotes suppeterent, nisi alibi iuuenes sacris dogmatibus imbuti coalescerent in cœtum, ac studiis philosophicis & diuinis excolerentur, qui posteà in Presbyteros vngerentur: ad hoc negotium feliciter promouendum omnem statuit operam adhibere. Igitur communicato cum sapientibus viris animi proposito, diu perpendit, vbi nam locorum aliquod iuuentutis Anglicanæ Phyteuterion instituerētur.

A B C D

A Nuſquam maior opportunitas eius ſtabiliendi viſa, quàm Duaci; tum quòd nulla eſſet Angliæ vicinior Vniuerſitas, tum quòd id oppidum apprimè Catholicam Fidem coleret. Aliquot ergo iuuenes ex Anglia huc profecti in contubernium Guilelmi opera conuenerunt, eúmque Præſidem habuere. Quòd nulla initio alia neceſſitatibus media ſuppeditarent, quæ ipſi domo attulerant, ea in commune conferebantur. his ſua Guilelmus didactra iungebat, & nonnullas aliunde ſymbolas colligebat. Actum etiam poſteà cum Philippo Hiſpaniarum Rege fuit, vti penſionem aliquam annuatim concederet: iſque hoc nouo lætus inſtituto in ſingulos annos mille ſexcentóſque florenos principio attribuit.

AN. 1569. Iis auxiliis dum fruuntur Duaci iuuenes Anglicani, & in ſtudiis grauioribus ad doctrinam & virtutem effloreſcunt: Ioannes Aquicinctenſis Antiſtes concordibus Monaſterij ſui Fratrum ſuffragiis quam Ieſu Sociis ſedem conſtruxerat, cum horto & annuo cenſu poſſidendam ipſis in perpetuum donauit; eámque Societas donationem ſic recepit, vt Abbatem Monachoſque huius Collegij Fundatores nuncupauerit. Ac tunc impetratum quoque ab Duacenſi

Duaci Collegium Societati Ieſu donatur.

B Senatu eſt, vt ſuis hoc munus, ac perpetuam Sociorum Duaci habitationem litteris comprobaret. Exactis ſubinde menſibus aliquot, ac ſedatis iam ciuilium motuum tumultibus, Dux Albanus ab Rege Hiſpaniarū toti Belgio præfectus, omnium Prouinciarum Belgij Ordines Bruxellas aduocat. illic ab iis vicies centena florenorum millia pendi flagitat. Cur tantum pecuniæ poſtularet, duas præſertim afferebat rationes; exhauſtum præcedentibus bellis ærarium (quatuor enim aureorum nummûm milliones Philippus Rex mouendis in rebelles armis expenderat; ſimiliúmque nummorum octingenta millia Eliſabeth Angliæ Regina, centum & quinquaginta millia Comes Palatinus interceperat) & neceſſarios in futurum belli neruos, vbi motus noui exorirentur. Quamquam enim militum partem exauctoraſſet Dux, non paucas tamē in præſidiis copias retinebat, iis opprimēdis, quos dein rebelles ſuſcitarent, tumultibus armorum: quòd prudenter exiſtimaret, nonnullos ſubinde ad res nouas rurſus pacis beneficio exarſuros. De numerandis millibus poſtulatis

Exigit Albanus pecuniam à Belgis.

Natalis Comes, Iſſelt, Hiſtor. de turbis Belgij. Comment. VVatemburg. Lonarius, Beyerlinck, Haraus, alij.

C haud adeò grauis difficultas exſtitit. quînam ea colligerentur, in varias itum ſententias. Duci bonum videbatur ex antiqua Belgicarum Prouinciarum ſubſidia tribuendi ratione, vt Flandria totius ſummæ trientem, Brabantia quadrantem, ſoluerent cenſus Flandrici quadrantem Hollandi, ſextantem Arteſiani & Hannonij penderent; ceteræ Prouinciæ aliud aliæ ſecundùm conſuetudinem impertirentur. Verùm Flandris & Brabantis ea pecuniam numerandi ratio magnopere diſplicuit. Eam ſiquidem olim partitionem ſubſidiorum factam fuiſſe aſſerebant, cùm geſtis in Francos bellis vicinæ his Prouinciæ multùm direptionibus & incendiis vaſtarentur, paucíſque rebus abundarent. Nunc autem has regiones multò plus, quàm priùs, florere, omninóque idoneas eſſe ſubſidiis maioribus tribuendis. Igitur alius vt modus pecuniam numerandi ab Duce iniretur, flagitauere; ſtatímque ſuggeſſerunt, vti vini doliis ac cereuiſiæ, bobus, panno, cenſibus annuis, vectigal aliquod omnibus commune imponeretur. Ex aduerſo ſtetere Arteſiani, Hannones, Gallo-flandri, Namurcenſes, aliíque: & prorſus in animos induxere nullam, quàm veterem, ſubſidia Regi

D ſubminiſtrandi rationem admittere. In eam tamen omnes denique ſapientum virorum opera ſententiam deſcendêre, vti rerum omnium, vt vocant, immobilium centeſimus nummus penderetur. Verùm vix Prouinciæ collectam inde ſummam pecuniæ Duci repræſentatunt, cùm is alterum indixit centeſimum denarium. Hîc rurſus exorta grauis eſt altercatio. Centenarium nummum iſtum colligere, quòd is grandem nimis pecuniæ vim conficeret, indéque nimiùm poſſeſſores fundorum prêmerentur, abnuêre omnes Prouinciæ. Ergo nonnulli Albano Duci mentem iniiciunt, vt rerum immobilium quæ venderentur, vigeſimum poſtulet denarium, aliarum venalium rerum decimum exigat. Ad hanc flagitationem diuiſæ ſunt denuò Prouinciarum ſententiæ. quidam enim certis conditionibus vtroſque nummos concedendos arbitrabantur; quòd ſatis animaduerterent, haud adeò facilè colligendos. obſtinatiſſimè alij negauerunt pendendos: vel quòd Albanum inſcio Rege Catholico indicere autumarent; vel quòd nimis inde conficienda pecuniæ ſumma

Centeſimus ei nummus conceditur.

Auctores citati.

Eidem vigeſimum & decimum denarium flagitāti obrogatur.

Auctores citati.

populo grauis euaderet. Cùm enim nondum ratio nummos è rebus venalibus colligendi ad eum, qui posteà fuit indictus, modum esset constituta, persæpè accidebat, vti priusquam pannus aliquis vsui esse posset, quater, quinies, pluriésue idem nummus decimus exigeretur; cùm principio per lanæ venditionem is colligeretur, deinde fili inde confecti negotiator, ac posteà textor tinctórque, demum ipse panni mercator eumdem penderent. Addebatur etiam, non exiguum Belgij Prouincias damnum incursuras, quòd absque dubio quamplurimi artifices aliò essent familias translaturi, ac cùm ideò vilioris apud eos populos, ad quos migrarent, merces æstimarentur, eas è Belgio tam multis factas exactionibus cariores perituri essent nulli. Mouit ea responsio Ducem, vti rursus duos florenorum milliones peteret. quia tamen ad hos colligendos rursus erat Prouinciarum necessaria partitio, non placuit hæc subsidia tribuendi ratio. Igitur Albanus illuc denique incubuit, vt colligendi decimi nummi rationem mitigaret, atque vt tantùm semel è quibusque rebus iam perfectis hic denarius exigeretur, constituit. Sed ne sic quidem impetrauit, quod volebat; tum quia decimi nummi odium animos omnium incesserat; tum quia multi rebellium quosdam occultis vocibus scriptísque ab eius obseruantia reuocabant, Parúmque ipse paullò pòst à magno discrimine absuit, cùm Bruxellis commorans ab eius vrbis ciuibus decimum pendi nummum vehementiùs imperauit. Cùm enim ad eius mandata non leuiter multi fremerent: neque lanij pecudes iugulare, neque panes coquere pistores, neque cereuisiam parare zythepsæ; omnes passim tabernæ occludi; multis rebus necessarijs vrbs destitui; ad tumultum ciuilem cuncta vergere. Ac mox vrbis huius pleræque aliæ ciuitates exemplo sese aduersus Albani mandata commouere: ac diu inter ipsum & Prouincias de postulato denario protracta est disceptatio.

Ob decimi nummi petitionem Albanus periclitatur.
Auctores citati.

A — B — AN. 1570.

Interim per hyemem aquas gelu longo vinxit tempore, ac demum repentè glaciem soluentibus Austri flatibus, tanta vis aquarum in amnes confluxit, vt ij altissimè tumescentes, quà rapidè voluebantur, damni multum attulerint. Eius cladis partem sensere Duacum Tornacúmque nonnullis pontibus deiectis, molísque ac ædificijs abreptis. Ac tum Insulensem agrum multi prædones, hæretici, exules latrocinijs diuexauère. Qui se conatibus eorum opponeret, institutus est aliquis Mareschalli, vt nominant, Præpositus, eíque pedites octo, tres equites attributi. Verùm is numerus cùm minimè sufficeret, ac Præpositus frequenter cum suis graue periculum incurreret, duodecim ei pedites, equites quinque concessi sunt. Paullùm igitur horum vigilantia & armis repressa denique in siluis & itineribus latrocinia. Iunio mense Belgici Pontifices, alijque Prælati Mechliniæ congregati mandato Ducis Albani ad promouendam Tridentini executionem incubuere. Proximo Dux .o ex Regis Catholici voluntate delicta Belgis omnibus è magnifico pegmate .adulget Antuerpiæ. Ea criminum condonatio ab varijs variè accepta est. Nonnulli Pandoram malorum vocauere, quòd ipsis minùs syncerè Dux impertiri videretur: quasi quædam occuleret, quibus incauti caperentur, & in laqueum sese induerent. Contrà, bonis omnibus arrisit ea vehementer. Verùm post huius veniæ promulgationem non id assecutus est Albanus, quod maximè sibi proposuerat. Is enim Belgas vrgebat, vt decimum, ac vigesimum, quem diximus, nummum penderent, quò pecuniæ vim maximam persoluendis copiarum stipendijs, & comparandis aduersus noua bella impensis, conficeret. Hoc cùm magnopere Prouinciarum Ordinibus displiceret, ab ijs palàm eius flagitationibus obrogatum est. ac tandem ex omnibus Prouincijs ad Regem in Hispaniam missæ sunt legationes, quæ supplicibus eum verbis docerent, quantum ex eorum nummorum exactione mali posset suboriri; eiúsque animum ab hoc vectigali auerterent. Nihil vsquam interim tributum. ex aduerso, ingens apud omnes ferè populos in Albanum Ducem conflatum est odium. Et mox etiam occultè noui belli quædam semina nonnulli homines factiosi iecere: ijsque in multorum animis adolescentibus, de rebellione à plerisque arrepta sunt calidè consilia. Dum verò varijs in partibus Belgij ad factiones oppidorum, & furtiuas vrbium occupationes horum quidam excubant: D. Sulpitij Prioratus è Gal-

Eluuies fluminũ nocet.
Lib. MS. Duac. Haraus.
Agrum Insulẽsem infestãt latrocinia.
Monn. Insulensf.
Aduersus hæc creatur Mareschalli præpositus.
De Concil. Trident. executione agitur.
Beyerl- H.
C- una B- gis indul- -tur.
Hi- -ig. L- tumult. B- Ifelt. Lanar. Haraus.
Albanus frustrà iterùm petit nummũ decimum.
Iidem auctores.

C — D — AN. 1571.

A lia Duacum translatus est ab Ioanne Lentailleurio Aquicinctensi Præsule, qui pulcherrimum ei collocando haud procul à Collegio suo ædificium condere cœpit in amœnissimo & rarissimo vrbis tractu. [S. Sulpitij Prioratus Duaci collocatur.] Erat priùs iuxta Dorlenium huius sedes Prioratus, magnáque omnino tum in ea vrbecula, tum in vicinis agris potestate pollebat, qui Monachus Aquicinctensis illic Priorem agebat. [Francisc. B. r. in Collect. an.] Verùm vt eo de loco in Belgium is Prioratus traduceretur, quæ bella cum Francis Belgæ frequentia gerebant, quæque Priori cum ijsdem intercedebant grauissimæ difficultates, ansam præbuere. Gallo-flandriam magna tunc incessit frumenti caritas, rursúsque latrocinijs ac cædibus agrum Insulensem iūcti infestarūt prædonibus hæretici exulésque. [Castellaniam Insulensem infestāt prædones.] Eam ob rem Mareschalli Præpositus quinquaginta milites ijs persequēdis obtinuit, totúsque ad eorum oppressionē incubuit. [Mon. Insul.]

AN. 1572. Non multò pòst in aperturn erupere multa, quæ plerique rebellionem alentes occultè fuerant machinati. Nam in Zelandia, Hollandia, & Brabantia, quædam vrbes partim furtiuis molitionibus, partim inuasione ab hæreticis occupatæ sunt. [Rebelles in Belgio vrbes capiunt.] Vt his auxilium multis in locis incolæ subministrarent, & ad publicam rebellionem exardescerent, ipsa rebellium & hæreticorum capita spargebant passim, eos, qui partes suas sequerentur, ab Hispanica tyrannide liberatum iri

B propediem. Serpsit quoque hoc malum propiùs Gallo-flandriæ fines. Nassouiæ Comes Ludouicus Auraici frater vrbem Montensem militari astu, & quorumdam proditione, nullis Regiorum Præfectorum sentientibus, ac paucis conatum eius indigenis adiuuantibus, intercepit Maio mense dum supra millesimum & quingentesimum Christi annum secundus & septuagesimus voluitur. [Ac in ijs Montes, Natalis Comes, Isselt, Lamarsus, Beyerlinck. Haraeus, Baudart. alij.] Terruit ea res totam Hannoniam, ac non modicè Gallo-flandriam ei diuersis in partibus contiguam concussit. Et non diu pòst metum duplicauit Famartij regulus, ereptis etiam furto militari Valentianis. [Valentianas, Ijdem.] Accessit quoque posteà plus formidinis, cùm rebelles in Flandriæ Comitatu Aldenarda nullo impediente potiti sunt. [Aldenardam. Ijdem.] Ne quid simile paterentur, Duacenses peditum tria signa legere, eóque firmauere vrbem præsidio. Totidem cohortes ab Insulensibus conscriptæ sunt Bachio, Marcenellio, & Blangeruallio, ductoribus; [Aduersus eos Gallo-flandri se muniunt.] quæ tamdiu cum ciuibus vrbem tutarentur, donec Flandria & Hannonia

C hostem Albanus exigeret. [VVaterlos g ms. Comment.] Ne diu Montibus aduersarij confiderent, Ducis huius factum est diligentia. Etenim quàm citissimè potuit, eam vrbem castris circumuenit, cæsísque Francorum suppetias venientium copijs, & præcluso Principis Auraici militibus aditu, obsessos ad deditionem coëgit vigesima prima luce Septembris. Et postmodum in libertatem assertæ sunt Valentianæ, militum cohortibus eas turpiter deserentibus. Recepta etiam intra breue tempus est Aldenarda. [Montes, Valentianæ, & Aldenarda recuperātur.] Igitur tam vicino metu liberati Insulenses & Duacenses, quos milites legerant exarmauere. [Auctores antedictati.] Verùm etsi armorum quiete tunc Gallo-flandri fruerentur, aliud tamen malum eos afflixit grauiter. Quippe sub initium Septembris pestifera lues Duaci & alibi grassari cœpit, multósque mortales absumere. [Duaci lues.] Qui tum Duaci pestilentia contactis opem ferret spiritualem, ab Societatis Iesu Patribus Senatus aliquem flagitauit. Pater Franciscus Costerus, P. Maximiliano à Capella suffectus, Collegij Socios moderabatur. Is ne quem suorum periculo exponeret, eum laborem sponte suscepit. [AEgros adiuuat P. Vincētius Verius Societ. Iesu Sacerdos.] Verùm Socij omnibus

D contrà modis nisi sunt: ac P. Vincentius Verius ingentis, & imperterriti vir animi suffragijs omnium delectus eam subijt prouinciam. [Histor. ms. Colleg. Duac.] Quem socium acceperat, P. Rogerium Bobet Anglum breui lues abstulit. ipse contrà solus adeò gnauiter muneri suo satisfecit, nulli vt promptissimam opem deposito negauerit, omnésque ardentissima fuerit ægros charitate complexus. Igitur postquam integris semper viribus quamplurimis ad spiritum è corporis ergastulo feliciter emittendum diu noctúque auxilium præstitit; passim ab ciuibus iactatum est, nihil esse Duacensibus pestilitate languentibus metuendum, quibus aduersus pestiferum malum tam præclarum in Verio præsidium Numen collocauerat. eæque secundæ voces quorumdam maleuolorum proiectas atrociter eum in Patrem calumnias oppressere. Subinde omnibus ferè Gallo-flandris graues etiam fuere October & Nouember, ob insignem annonæ caritatem. [Gallo-flandri annonæ caritate vexātur. Lib. ms. Duac.] Frumenti rara erat copia: salis mensura maximo pretio parabatur: nusquam opificia & mercimonia florebant: Hollandis Zelandísque ma-

gnam partem aduersis, ac nihil in Flandriam inferri, aut hinc euehi mari pauentibus. Et in annum sequentem ea rerum penuria Gallo-flandriæ cladem produxit. Inter has annonæ difficultates, & frequentia funera, Duaci ad superos abiit Matthæus Galenus D. Amati Præpositus, & Vniuersitatis Cancellarius. Eum Zelandia in auras produxerat: Philosophicis disciplinis ac Theologia imbuerat Louanium, Dilingæ cùm sacras litteras explicaret, Duacum Senatus acciuerat, ibique Franciscus Richardotius Attrebatensis Pontifex publicè Doctorem salutauerat anno stabilitæ Academiæ secundo. Inter Patres Tridentinæ Synodi consederat. Quos scripsit de sacrosancto Missæ Sacrificio Libros, & Catecheses, palmam merentur. Dolebat interim vehementer Catholicus Rex, in grauissimas Belgium factiones distrahi, ac multis locis hæreticos, Auraico præsertim auctore, potiri; feréque omnes Belgicarum Prouinciarum incolas magno in Albanum eiúsque filium Fredericum odio succendi, quorum imperij asperitatem minimè tolerabant. Igitur reuocandis ad officium Belgij populis, Ducem Albanum, qui frequentibus litteris honestam ab eo missionem, ob annorum & negotiorum Belgij grauitatem petierat, constituit onere Belgicæ Gubernationis leuare, eique Ludouicum Requesenium, Magnum, vt nuncupant, Equitum Castellæ Commendatorem (cui plurimum inerat prudentiæ, artis bellicæ, & mansuetudinis) sufficere. Et post dies paucos eum insigni cum potestate in Belgium misit. Ad decimum & septimum Nouembris Bruxellas is subiit, vt harum regimen Prouinciarum capesseret, ac bellum in Fidei Catholicæ Regisque hostes administraret. Non multò antequam is adueniret, inter Religiosos Societatis Iesu, & Facultatem Artium haud leuis exorta Duaci est cōtentio. Vir doctus, qui publicè in Academia Eloquentiam profitebatur, Regij Gymnasij moderationem susceperat. Is ergo cùm animaduerteret Collegium suum non multa iuuenum Philosophiæ operam nauantium copia efflorescere, ac longè plures Aquicinctensis Collegij exedras frequentare: animo multa commentatus est, quibus hinc aliquot adolescentes illuc honestè pertraheret. Ac tandem ea sedit ipsi sententia, vt omnes ij iuuenes, qui non modò intra Collegij Aquicinctensis septa considerent, verùm etiam in Gymnasio, quod nuper à fundamentis exstruxerat Martianensis Antistes Arnoldus Gantroisus, habitarent, ab Sociis nulla mercede data in Gymnasio Aquicinctensi Philosophorum scitis imbuerentur; dummodò ceteri adolescentes, qui sparsim per vrbem commorabantur, Regij Collegij scholas Philosophicas cogerentur celebrare. Vt hoc institutum probaret Vniuersitas, non fuit ab eo magnopere laborandum. id siquidem illa est auidè complexa. Tantùm incesserat metus, ne Socij obrogarent. Verùm & hi perlubenter, contrà quàm alij opinabantur, ei se sanctioni submisere. Igitur Nonis Septembris Decretum Vniuersitas scripsit, quo non tantùm id eius viri institutum comprobaret, verùm etiam Societatis Iesu Religiosis Philosophiæ auditoribus, vt gratis promoueantur ad Magisterium, ac Philosophiam profitentibus, suorum vt discipulorum disputationibus & actibus præsideant, pauperésque extra Collegia in ciuium domibus habitantes in exedras recipiant, potestatem impertiret. Ad huius Decreti recitationem Artium Facultas & Collegij Regij Præses primùm stupuere, dein ea, quæ sanxerāt, damnauere protinùs. indéque diuturnæ discordiæ iacta sunt semina. Interim Ioannes Præsul Aquicinctinus ignaris Sociis cum Vniuersitatis capitibus egit secretò; ac pollicitus, Socios non didactri quidem nomine, verùm alio titulo pecuniam ab auditoribus collecturos, eò perpulit, vt Decretum conderent, quo daretur omnibus adolescentibus facultas Philosophicas Societatis exedras frequentandi. Et quòd in hanc sententiam decreuerant, litteris mandatum fuit dicti mensis die octauo & vigesimo. Displicuit tamen vehementer Sociis addita de pecunia colligenda conditio: omninóque ab his ea est improbata, quòd contra Societatis institutum tenderet, ac nonnullas ei sordes auaritiæ iniiceret. Sed quod cœperat, vrgebat Antistes: isque tum hoc, tum altero nixus Vniuersitatis Decreto, ac variis rationibus, quæ iam diu ipsum stimulauerant, impulsus, & obluctantis Artium Facultatis conatus omnes perfregit, & in Sociorum humeros Aristotelem in Collegio suo explicandi onus transposuit. Datum igitur est ab Sociis huic labori

principi-

B C D

[Margin notes, partly cut off:] ...Matthæus Galenus Duaci moritur, ...ex Hispaniæ ...lbano dat ...ccessorem ...equesenium. ... Belgium ...ullò pòst in ...enit. ...ocietatis Iesu Sacerdotes ...fficultatem ...uaci patiú-...r obscho-...

A principium Octobris decima luce. At enim vix per vrbem diffusa est cœptarum à Patribus lectionum fama, cùm longè grauiùs, quàm priùs, commota est Artium Facultas. Igitur ea mox fremere, & palàm clamitare, Vniuersitatem in se Iuris nihil habere; huic diem dicere, ac litem intentare. Et missi ab hac è suis quatuor sunt postero die, qui Sociorum exedras adirent; illic seriò studiosis iuuenibus significarent, nulla fultos auctoritate Patres Philosophiam profiteri; hos non legitima donatos potestate, verùm malis artibus & fraude subnixos cathedras conscendisse. ex horum scholis facessant illico, si benè prospectum sibi cupiant. qui porrò pergent iis præceptoribus aures præbere, neque ad gradus, neque ad honores litterarios iri prouectum. Ex aduerso Socij adolescentibus animos facere; vti constantes in cœpto persisterent, hortari; ne minis Facultatis Artium frangerentur, erigere. Philosophicas enim lectiones indultas sibi Decreto Vniuersitatis; ideóque se docere. Multùm interim angebatur animo Pater Rector, cui nondum perspecta mens erat P. Præpositi Generalis, aut P. Prouincialis ex Italia Belgium repetentis sententia; quique Facultatem

Philosophiā docere aggrediuntur.

Eadem instar.

Eos frustrà conatur impedire Facultas Artium.

Eadem hystor.

B Artium minimè scriptis aut dictis leniendam arbitrabatur.. Ne quid minùs rectè vel cœpisse, vel statuisse suo sensu videretur, placuit ipsi ad varios rem totam deferre, vt eorum magis, quàm suo, staret iudicio. Qui multis locis in huius negotij consultationem aduocati fuere, in cœpto firmiter hærendum censuere, idémque responsum fuit P. Balduini Prouincialis Roma reducis, ac ferè omnium huius Prouinciæ Patrum. Neque verò Aquicinctinus Archimandrita suum Sociis studium deesse passus est. Totam ipse controuersiam litteris mandatam supplex ad Regem in Hispaniam misit. Rescriptum est ab optimo Principe secundùm Præsulis desiderium. Qui rem totam discuteret, is Atrebatium Pontificem Richardotium delegit. Si nequiret hic animos conciliare, ad Senatum Regium de controuersia referret. Ceterùm, vt Socij docere pergerent, ab Rege fuit imperatum. Dum his peragendis tempus aliquod impenditur, Ioannes Venduillius, qui publicas Iuris vtriusque Duaci lectiones habebat, ægerrimè sanè tolerabat hæreticos in Belgio vires capere, multásque sibi vrbes

Pro iisdē Rex decernit.

Reg. litter.

Ioānes Venduillius pro Fide Catholica & Rege laborat.

Nuel. Zoes. in vita eius.

C cum ingenti Orthodoxæ Fidei contemptu, & Catholicorum detrimento subiicere; ac plerosque peruersos homines; animis Belgarum ab Rege Hispaniarum longiùs auertendis, & grauissimis ac contumeliosissimis vocibus eum palàm proscindere. Igitur magna cupidine incensus & Catholicam Fidem, & Regem Philippum aduersus hæreticos & maledicos tuendi, duo sibi peragenda constituit. Primum fuit publicè priuatímque de retinendis Orthodoxis dogmatibus, & colendo Hispaniarum Rege cum insigni affectu sermones serere. Alterum multa conquirere, & litteris mandare, quibus tum Catholica Religio, tum Regis auctoritas apud bonos confirmari, apud improbos restitui possent. Inter colloquia frequenter asserebat, Regem adeò præclaris virtutibus præditum esse, vt neque parem habuerint Hispani Belgæque Principem; neque apud Francos secundùm D. Ludouicum sanctior euaserit. Ac ne fingere quidquam in eius laudem videretur, ea sæpenumerò in medium producebat, quæ cùm alij maximi viri, tum Madrucius, Romanæ Sedis Nuntius, eius insignia sanctitatis argumenta protulerant. Et verò etiam meritis eius adscribendum

D affirmabat, quòd Belgæ grauioribus ab Numine pœnis, ob ingentia peccata, quibus ipsum offenderant, non incesserentur. Ad conquirenda sanandis peruersorum hominum mentibus medicamēta, tam domi solus inter meditandum & quietem, quàm foris apud Maximilianum à Bergis Cameracensem Archiepiscopum, Iprensem Pontificem Rythouium, Archimandritam Aquicinctinum, aliósque viros dignitate, sapientia, virtutibus florentes incumbebat. Horum ipse consilia & sententias exquirebat: nonnulla quoque iis proponebat, quæ de sui sensis animi deprompserat. Factum igitur denique est primùm iis sermonibus, quos frequentes cum iis hominibus cædebat, vt calidissima Ioannis adhortatione impulsi, virum aliquem in Hispaniam ad Regem illi miserint, à quo de plurimis Belgij rebus doceretur; dein ipse non leuem sumpserit laborem ea cuncta litteris tradendi, quæ vel alij subministrauerant, vel ipse fuerat commentatus, ac libellum concinnandi, quo multas pacem cum Hollandis & Zelandis componendi rationes proponeret. Cur ad Regem quispiam le-

garetur, ea præsertim causa exstitit, quòd non patuus animos metus occuparet, ne plurima ipsum laterent, quæ tamen eum nosse ex vsu commodóque Belgij esset. Ad pacem cum Hollandis & Zelandis ineundam cur impelleret, hoc præcipuè permouebat, quòd ex Prouinciæ tutissimam iis sedem præberent, qui sceleribus pasti & pœnas effugere, & religionis motúmque libertatem assequi nitebantur. Hunc vbi librum perfecit, eum magno Commendatori, quem diximus nuper ad gubernandum Belgium mandato Regis ex Hispania venisse, supplex obtulit. Is & Ioannis pro Religione Catholica, & Regis auctoritate studium, & sapientiam, hoc perlecto scripto, admiratus: non modò prolixas ipsi gratias egit, verùm istud quoque in Hispanicam vetti linguam, & ad Regem mitti iussit extemplò. Neque verò deinceps eorum, quę ad quietem armorum Belgio conciliandam facerent, aliquid omisit Requesenius. Is enim & publicè proclamari vbique curauit, Philippum Regem omnibus Belgis veniam eorum impertiri, quæ quisque in ipsum tumultibus postremis peccauerat, dummodò sartam tectam Religionem Catholicam seruarent. Nonnullis quoque negotium imposuit, vt eum Proceribus ex Hollandia & Zelandia data fide publica euocatis in colloquium de pace conficienda descenderent. quamquam haud magis felicem ea res successum habuerit, quàm aliquot in hostem bellicæ expeditiones. AN. 1574.

Requesenius ad pacem incumbit.
Issel. Lamar. Beyerlinck. Haraus, alij.

Antonius Surius Gymnasio Regio Duaci præficitur, & imitatione Societatis gratis curat doceri.

Interim Duaci apud Gallo-flandros perfectum est sopienda Facultatis Artium & Societatis Iesu de philosophicis lectionibus controuersia, vt gratiis illi Præsidi, cuius meminimus, actis, Antonius Surius Gymnasij Regij moderationi adhiberetur. Hic enim cùm esset Sociorum amantissimus, & eorùm docendi agendique rationem probaret maximè, omninò videbatur aliquid in horum gratiam facturus. Et sanè vix laborem gubernandi suscepit, cùm eamdem cum Sociis instruendi iuuenes methodum arripuit, ac didactra sustulit: prorsúsque apud Atrebatensem Episcopum effecit, vt is, alioquin ab ea mente diuersus, hoc ipsius confirmaret institutum. Sed nondum eo facto sublata est omnis controuersia, nouas alente semper discordias Facultate.

Ioannes Lentailleur Abb. Aquic. moritur.
Eius encomium.

Vndecima die Februarij Aquicinctensem Præsulem Ioannem Lentailleurium, publici boni studiosissimum hominem, viuis exemit senectus morbúsque. In eo sanè vt insignem Iesu Societatis amicum & parentem, ita Duacensis Academia non vulgarem fautorem, & Aquicinctensis Abbatia præclarum lumen perdidere. Elucebat scilicet in eius moribus & veteris quædam species Religionis, & mirificus variarum splendor virtutum, quibus non modò eius domestici, verùm etiam externi omnes admodum capiebantur. Certabat etiam in eo cum admirabili aduersus pauperes munificentia ingens publicæ rei adiuuandæ, & promouendæ animorum salutis desiderium. Ab his profectæ sunt virtutibus ea, quæ condendi Aquicinctini Gymnasij, & fundandi Societatis Iesu Collegij causa Duaci perfecit. Vt igitur aliquam Socij tot acceptis ab eo beneficiis gratiam referrent, quanto fieri potuit apparatu, euocatis vrbis Senatoribus, & Academicis Magistratibus, parētauere, eorúmque vnus laudes eius funebri oratione profecutus est. Neque verò suis partibus Vniuersitas defuit. Ea námque & Patrono suo iusta persoluit in templo Patrum Dominicanorum, & per Thomam Stapletonum eius facta de sacro suggestu explicari curauit. Huic funeri parum grato Duacensibus alia duo accessere, ex quibus vehemens dolor Gallo-flandros intra breue tempus percuslit. Duos scilicet Episcopos paucis admodum diebus mors oppressit, à quibus tota ferè Gallo-flandriæ ditio regebatur. Horū prior Iulio mense sublatus è terris est Atrebatium Pontifex Franciscus Richardotius. Is in Burgundię Comitatu genitus cùm promptissimo ad omnia præditus esset ingenio, tantum in litteris humanioribus, & grauioribus disciplinis etiānum iuuenis fructus fecerat, vt infra primum & vigesimū ętatis annum magna cum laude S. Pauli Epistolas è publico Parisiis pulpito explanauerit. Postquam subinde tēpus aliquod in Italia cū litteratissimis & disertissimis hominibus trāsijsset, ad variam, quam collegerat, doctrinam insignem quoque vim eloquentiæ adiunxerat. Igitur postmodum vbicumque vel in exedris ad discipulos, vel in sacris ędibus ad populum è cathedra dixit, mirum

Ipsi Societas Iesu & Academia parentant.

Atrebatium Pōtifex Francisc. Richard. obit.
Epitaphium. Lacr. Gazaus.
Laudes eius.
Epitap. Miraus, alij tam etiam.

quantum

A quantum & ſcientiæ varietate, & dulcedine ſermonis auditores oblectauerit, & quocumque impellebat, quàm rapuerit extemplò. Magnum ex eo lumen cepit Veſuntio, cùm annitente Antonio Perenotto excolendam lectionibus ſuis eius Academiam ſuſcepit. Inter ſacros Tridentini Concilij Patres conſidentem, ac pro Religione Catholica doctè diſertéque perorantem attentis omnes auribus, & fauſtis acclamationibus excepere. In Belgium reuocatus, Duacenſis ſtudiorum Vniuerſitatis incunabula non modò ſua præſentia illuſtrauit, verùm etiam oratione ornauit, ſacriſque lectionibus. Cùm Atrebati Pontificijs decoribus inſignitus degeret, nihil omiſit laboris, tum vt ciues in antiqua Religione concionibus retineret, tum vt ſuam Philippo Regi auctoritatem conſeruaret. Quantus ergo vel Atrebates, vel Duacenſes dolor ex eius obitu inuaſerit, memorari ex iuſto nequit: cùm vtrique ſecum attentiùs reputarent, quantum ab eo ceperant vtilitatis, & quanto ad tolerandas fortiter eius temporis difficultates, quæ magnæ profectò erant, & maiorum tamen initia credebantur, deſtituti eſſent ſubſidio. Quem autem ſecundo mors loco è viuorum

B numero ſubduxit, Guilbertus fuit Ongnieſus, quem ſuprà laudauimus, & Tornacenſibus datum Antiſtitem memorauimus. Dum per Auguſtum Cortraci pijs laboribus diſtinetur, epidimica lues eum corripuit, abſtulitque non leui ſubditorum mœſtitia, quos præclaris virtutibus ſuis, & ardentibus zelo vocibus ad retinendam Fidem Orthodoxam, ſtudiúmque probitatis capeſſendum ſemper accenderat.

Guilbert. Ongnieſ. Tornac. Epiſcop. vita defungitur.

Epitaph. Conſin.

Res interim Catholicæ Religionis ac militares in Belgio parùm ex animi ſententia procedere. Multùm ſanè ideò Requeſenius Gubernator angi, triſtarique vehementer, omnem cùm daret operam, vt feliciori ſucceſſu quidquid moliebatur perageret. Id cùm animaduerteret Ioannes Vendullius à nobis anteà commendatus, haud paruum quoque dolorem animo capiebat. Nullam is quietem interdiu, noctúque admittere, plurimum eò laboris conferre, vt multa excogitaret remedia, quibus Religio Catholica, indigenarum ſalus, ſacra loca, Regis auctoritas fulcirentur:

Res Fidei & militiæ in Belgio malè ſuccedunt.

His vt opituletur, Ioannes Venduil. multa excogitat, & in Hiſpaniam vadit.

C iter ad Regem in Hiſpaniam meditari, vt cum eo coràm de Belgicis rebus agitaret familiariter, ſecuréque. Et primam equidem eò proficiſcendi occaſionem arripuit. Vbi facta eſt Regem alloquendi facultas, humaniſſimè Philippus cum ijs de rebus perorantem, quarum gratia viam fecerat, audiuit duarum fermè horarum ſpatio; neque priùs à ſe dimiſit, quàm non vulgaribus argumentis patefecit, aduentum ipſius ſermonémque gratiſſimum ſibi fuiſſe, omninóque verbis amicis conſtrinxit, vti frequentes de Fidei Catholicæ bellíque rebus ad ſe litteras è Belgio mitteret. Verùm eo Ioannem functum officio reditus in patriam in maximas coniecit anguſtias. Cùm enim ex Hiſpanico portu vela facturus in Belgicam ſe nauem impoſuiſſet, aduerſa prorſus nauigatione vſus eſt, eúmque tempeſtas in Angliæ portū quemdam impulit. Ardebat tum graui cum Hiſpaniarum Rege diſſidio Regina Eliſabeth ob retentas nuper ab Duce Albano Anglicanorum negotiatorum naues; quamquam is iuſtè hoc à ſe factum oſtendiſſet, quòd ea priùs aurum intercepiſſet Hiſpanicum. Igitur Ioannes ab eius Præſide Prouinciæ, in cuius portum vi tempeſtatis fue-

Nicol. Zeeſ. in eius vita.

Ab Rege auditur perlubenter.

Idem.

In reditu duplex vitæ periculum incurrit.

Idem.

D rat coniectus, extemplò capitur, & vinculis colligatus ad Reginam mittitur Londinum. Etſi tunc per viam non eſſet ignarus ingens capiti ſuo periculum ingruere: haud tamen animum deſpondebat; verùm ſæpiùs hæc Dauidis verba vſurpans, *Virga tua, Domine, & baculus tuus ipſa me conſolata ſunt;* dein iſta D. Pauli reuoluens, *Non ſunt condigna paſſiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis;* non exiguam capiebat inter metum & vix labores voluptatem. Et cùm ad Numen diuinum, Regiſque Catholici Maieſtatem, quorum cauſa iter ſuſceperat, oculos mentis conuerterebat, non leui ſpe nitebatur aut vitam ponendi fortiter, aut aliquo felici ſucceſſu è manibus hoſtium euadendi. Neque profectò ſpem eius Deus fefellit. Quippe vix eum Catholici Regis legatus, qui Londini apud Reginam agebat, in vinculis adduci cognouit, cùm ab Regina, & vinculis ſolueretur, & in libertatem aſſereretur, impetrauit. Verùm vix eo perfunctus itinere ac periculo Duacum ad ſuos reuerſus eſt, cum nouus eum caſus perculit. Quam enim ob ſimillimos ſuis

Duacum reuerſus vxorem morbo perdit.

Idem

A

mores chastissimam habebat, coniugem mors è viuis abstulit. Sed quamuis inde plurimum mœstitiæ caperet, nihil tamen de animi constantia Ioannes remisit: omninóque ratus est, eam sibi ab Numine datam occasionem è terrenis ad cælestia mentem erigendi liberiùs. Ac mox id institutum arripuit, vt tradita filiæ suæ omni familiæ cura, totus ad virtutum exercitia inardesceret incumberétque. Et quòd minùs iam ad rei familiaris necessitates pecunia opus esset, in paupetum subsidia plus solito erogare cœpit nummorum. Præbuere tum & vinculi matrimonialis solutio, & nouus ardor pietatis ac Religionis, quibusdam viris Ioanni magna deuinctis amicitia, multis eum sermonibus impellendi ansam, vt sacris se sineret Ordinibus initiari. Iam enim illi non obscurè deprehendebant, plurima in eo efflorescere, quibus ad aliquam dignitatem Ecclesiasticam prouectus, insignem publicis priuatísque Ecclesiæ rebus operam impenderet. Verùm nihil tunc ab eo potuit impetrari, quòd hinc Sacerdotij excellentiam ponderaret, multáque ad id suscipiendum subsidia & ornamenta virtutum requiri arbitraretur; plurimis inde rebus ad eum Ordinem necessarijs destitui se per miram animi depressionem crederet.

Frustrà, vt fiat Sacerdos, impellitur. Idem.

B

Intereà loci Catholicus Rex de nuncupandis Tornacensium & Atrebatensium Episcopis multa secum agitauerat: quòd grauissimæ huius temporis difficultates viros admodum doctrina & virtutibus insignes refutandis hæreticorum dogmatibus, corúmque frangendis conatibus requirerent. Igitur ab eo denique Tornacensibus Pontifex datus est Petrus Pintaflourius, qui tunc D. Virginis Decanum Tornaci agebat, ob magnam in egenos liberalitatem, præclara virtutum lumina, Iuris vtriusque scientiam, plurimùm commendatus. Matthæum Moulartium Atrebatenses accepere. Is in oppido S. Ghisleni Cœnobitas moderabatur multa rerum diuinarum cognitione imbutus, & magno procurandæ rei domesticæ succensus ardore. Apud Laudensis Cœnobij Religiosos vitam cum morte mutauit Franciscus Momalius loci eius Antistes. Traditum posteà pedum est Petro Carpentiero, quem veteris studium Religionis, & virtutum adminicula regendo cœtui idoneum fecerant. In Anglos Duaci litteris humanioribus, & studijs grauioribus operam nauantes ab Gregorio eius nominis decimotertio Pontifice Maximo haud exiguum fluxit beneficium. Augebatur in dies eorum iuuenum numerus, quos Guilelmus Alanus in eo Phyteuterio gentis Anglicanæ, cuius antè meminimus, alebat in Angliam postmodum excolendæ Christi vineæ gratia mittendos. Iam enim eductis hinc aliquot Sacerdotibus ad salutem animorum in eo regno feliciter laborantibus, non paruum indigenæ fructum percipiebant, latúsque multorum aliorum operæ campus aperiebatur. Ergo dum luberet longè plures, quàm priùs, in illud Seminarium iuuenes cooptare, quorum industria postmodum maior Anglicanæ seges Ecclesiæ proueniret; parua interim ijs alendis suppeterent domi subsidia: apud nominatum Pontificem insistere placuit, vt is annuatim non leuem aliquam pecuniæ summam pendere dignaretur. Eò rogati sunt Academiæ Duacenæ Proceres, ac Societatis Iesu Patres suis apud ipsum testimonijs profiteri, quantum ex huius Gymnasij alumnis fructum legerent Angliæ regni Prouinciæ. Vt erat Gregorius ad omnem promptus liberalitatem, eorúmque curam maximè procliuis, quorum laboribus Ecclesia Catholica incrementum capiebat, vix perlectis Academicorum & Sociorum litteris, in singulos menses eis addixit iuuenibus alendis aureos centum: & non multò pòst eum numerum alijs quinquaginta menstruis aureis cumulauit. Eodem propè tempore conditum est Duaci orphanis indigentibus ædificium, vbi ciuium symbolis alantur. Ibidem loci alibíque per Gallo-flandriam immodicum salis pretium fuit: & tanto frigore October sæuijt, vt passim opifices ab opere cessarent. Florebat tunc Duacense oppidum tertio iuuentutis Belgicæ Gymnasio, quod Martianense nuncupatur: vbi sub finem anni præteriti cœptum fuerat doceri, cùm eatenus eius Collegij discipuli in exedras Aquicinctinas conuenissent. Separatim lectiones habendi hanc quidam referunt causam. Cum animaduerteret Ioannes Lentailleurius Aquicinctensis Antistes alium sibi, alium Martianensi præsuli Arnoldo Gantoiso finem propositum, id quod olim Abraham Lotho dixerat, ipsum vsurpasse; ac ne quod tandem iurgium

A N. 1575.

PETRVS PINTAFLOVRIVS constituitur Tornac. Episcop. Ioan. Cousinius,

MATTH. MOVLLART Atrebatibus præficitur. Gazæus, Locr.

Petrus Carpentier fit Abb. Land. Monu MSS. Laud.

C

Anglicano Seminario Duacensi Greg. Pont. quædam donat. Libell. de hoc Seminario.

D

Orphanotrophium Duaci conditur. Lib. ms. Duac.

Cur Martianensis Abbas separatim suo in collegio doceri voluerit. Francisc. Barous Prior Aquic. in Collectan. MSS.

sub

A fub eofdem præceptores conuenientibus vtriufque alumnis orirețur, effatum, præftare, vt diftinctis in fedibus fcholas haberent. Verùm longè aliter hæc alij memorant. Arnoldum fiquidem Ioanni primùm auctorem fuiffe, vt communibus expenfis Gymnafium ambo ftruerent. Paratum igitur leuiter ac temerè locum aliquem, in quem collecti ab vtroque iuuenes coalefcerent, iifdémque Præceptoribus vterentur. Poft aliquod tempus Arnoldum eius anguftias ędificij perpendentem, aliò mentem intendiffe, ac Ioanni fignificaffe, hactenus quidem vtrofque difcipulos fub arctum locum pacificè conueniffe; iam verò crefcente in dies iuuenum numero, & horum è re futurum, & plus in Academiam redundaturum fplendoris, vbi fuerint feparati. Cùm igitur nec vtrumque Præfulem tam exigui loci fines capiant, neque tot difcipulis ij fufficiant, Abrahę exemplo Ioanni tamquam Lotho fubridentem dixiffe, ad Orientem ipfe conferret fe, ibique Collegium & fcholas è regione conftrueret; lectum antea locū fibi placere, ibique Gymnafium fe laxius nouis in terram iactis fundamentis ęre proprio conditurum. Ad hanc piam fubtilémque Arnoldi fraudem

Thomas Stapleton in orat. funebri de Arnoldo Gant.

B tififfe continuò Ioannem; ipfúmque prorfus animi lætum ceffiffe loco, & Aquicinctinum Gymnafium fuiffe molitum. Igitur Ioannis opere quàm ocyffimè ad culmen educto, tantifper illic vtrofque iuuenes Magiftris operam fimul dediffe; vbi verò fuum quoque Arnoldus exftruxiffet Collegium, tandem ibi feparatim datos adolefcentibus Præceptores anni præcedentis Septembri, poftquam Abbas Ioannes è terris ad fuperos euolaffet. Ea verò tempeftate fopita nondum erat, quæ cum Artium Facultate de fcholis Philofophicis controuerfia Societatis Iefu Patribus interceſſerat, quamuis ad eius compofitionem & Richardotius Attebatium Epifcopus, eiúfque fucceffor nuncupatus Moullartius, ac plerique alij multum laboris attuliffent. Itaque tandem Moullartio vifum eft operæ pretium tot operis fruftrà impenfis ad Regem de re tota referre. Hic, ne quid intentatum remaneret, ex Vniuerfitatis corpore, ac Senatorio vrbis Ordine lectiffimos aliquot viros Iudices controuerfiæ nominauit. Coram his aliquamdiu actum eft lege. Vbi parùm difce-

C ptando proficitur, omiffa iuridica contentione, coram iifdem Iudicibus quarta Octobris luce ab vtraque parte in hæc conuentum eft verba: *Facultas Artium concedit, vt vbique gratis doceatur, fi Vniuerfitas in fe recipiat abfolutè onus inftituendæ & fuftentandæ gratuitæ inftitutionis (quocumque id pretio fiat, etiam nullo) in Gymnafio fuo Regio, & R. D. Abbas Marchianenfis in fuo: & cafu, quo Vniuerfitas id non poffit præftare, vel propter deficiens fubfidium, quod contribueretur in gratuitam inftitutionem, vel propter dotis tenuitatem, liceat Vniuerfitati deponere id onus, & Facultatem appellare, vt didactra imperet in omnibus Gymnafiis, faluo iure cuiufcumque; & tum illi ad didactra regreffioni nullam iniiciat Vniuerfitas moram, aut impedimentum.* Hanc publici inftrumenti formulam cum Vniuerfitas, Facultatis Artium capita, & Socij comprobaffent: eamdem poftcà Warnerus Daurçus Aquicinctenfis Archimandrita, & Arnoldus Martianenfis Antiftes admiferunt; ac denique ipfi Societatis Iefu Prouincialis fubfcripfit anni fequentis Februario.

Controuerfia de Philofophia fine didactris Duaci docēda componitur. Publicum ea de re inftrumentum.

AN. 1576. D Secutus proximè Martius Ludouicum Requefenium Belgij Gubernatorem pefte contactum numero viuorum fubduxit. Id cùm certis nuntiis cognouiffet Hifpaniarum Rex Philippus, Belgici Status Concilij Proceres tantifper Prouinciarum gubernaculis admouit, donec Ioannes Auftriacus eius frater has in partes cum regendi poteftate defcenderet. Igitur ij plurimo ardentes defiderio iis Regem rebus imbuendi, quæ toto Belgio gererentur, Maximilianum Raffeghemij Baronem, Gallo-flandriæ Præfectum, in Hifpaniam ablegant. Intereà loci Francifco Montmorencyo Waftinarum & Berfeæ Regulo Gallo-flandriæ curam committunt. Eo tempore Hiergij toparcha rem bellicam feliciter adminiftrabat in Hollandia, captis aliquot de hoftibus locis: arctiffimóque in Zelandia Zyrizeenfis vrbs obfidio à Catholicis premebatur: neque fpes erat hæreticis ei fuppetias ferendi. Ac iam multum eo fucceffu Princeps Auraicus, à quo tenebantur eæ Prouinciæ, timoris animo receperat, ne poft breue tempus validiffimæ vrbes in Catholicorum manus redirent: omninóque ad pacem cum Rege faciendam refpicere videbatur. Verùm quam

Ludouicus Requefenius Belgij Præfectus moritur.

Ad Statum Belgici Confiliarios gubernatio defertur ad tempus.
Iffels, Lanarius, Beyerlinck, Natalis Comes, Haraus, alij.

In Hifpaniā ad Regem Raffeghemij Baro mittitur.
Haraus, alij.

ideò ſpem Catholici conceperant, ea confeſtim ipſis fermè initiis oppreſſa eſt. Quod enim Regis nomine propoſitum fuit Edictum,quo iis omnibus officia in Belgio adimebantur,qui non legitimo eſſent complexu procreati,multorum id animos commouit:multóque plus tumultus poſt redactam in Regis poteſtatem Zyrizeam excitauit Hiſpanorum militum ſeditio. In hunc modum hoc eueniſſe comperio. Cùm ſeſe Status Concilij Proceribus Zirizeenſes dederent, eos ad ſui commiſerationem exciuere;ac propter anguſtias rei familiaris, quæ fuerat obſidionis tempore exhauſta, variáſque alias ob cauſas, impetrarunt, ne milites Hiſpanici intra muros conſiſterent. Mandatúmque Sanchio Dauilæ horum Præfecto eſt, vt cum iis ex vrbe deductis aliò diſcederet; Mondragonio & aliquot Wallonicis cohortibus eum cederet locum. Paruit extemplò iuſſibus Concilij Sanchius, indéque ſuos eduxit. Verùm iis militibus nulla iamdiu fuerant numerata ſtipendia: omninóque durum ipſis videbatur, neque locum habere, in quem ſeſe poſt longos aſperóſque militiæ labores ad quietem aliquam reciperent; neque debitam ſibi ad res neceſſarias comparandas pecuniam ſubminiſtrari. Igitur cùm in continentem è Zelandicis inſulis fuiſſent delati, mille circiter ac ſexcenti ad ſeditionem animis exarſere: ac primùm expeditis ad pugnam armis per Brabantiam profecti ſunt Bruxellas propiùs, vt incuſſo terrore ſtipendia extorquerent. Data tunc Bruxellenſibus occaſio eſt armis correptis tumultum excitandi: & quamuis nonnulli aduerſus Regem aliquid molirentur, & Auraici partes occultè caperent; nihilominùs publicè iactabatur, in ſolos Hiſpanos arma indui, teláque parari. E Proceribus ſapientiores facilè percipiebant, niſi confeſtim remedium adhiberetur, per hanc Hiſpanorum ſeditionem magnas diſcordiæ turbarúmque in Belgio conflatum iri flammas: ideóque dandam omnem operam, vt tempeſtiuè vel promiſſis, vel ſtipendiorum ſolutione miles is placaretur. Vt pecunia extemplò numeraretur, fieri nō poterat, exhauſto bellis ærario. Igitur ab Status Senatoribus ad Hiſpanos tentatum mittitur Comes Mansfeldius, num ſoluendorum poſt acceptam ex Hiſpania pecuniam ſtipendiorum promiſſione animi poſſint placari. Verùm apud indigentes plus furoris, quàm quietis armorum, ea peperit legatio. Quippe mox cœpto pergentes itinere, multa ferro flammíſque intulere pagis damna, & ad omnem incubuere locum aliquem munitum intercipiendi occaſionem; vt in tutum ſeſe reciperent, indéque prædas agerent. Quòd in Brabantia nullum vel impreſſioni, vel furto militari oppidum pateret, in Flandriam ſeſe quàm ocyſſimè contulerunt: vt priùs illic vrbem aliquam occuparent, quàm timerentur. Illic ergo Iulio menſe improuiſi Aloſtum capiunt. Inde ad ſitos circumquaque populos litteras mittunt, quibus numerandam ſibi ab ſingulis pecuniam indicerent. Cùm eam pecuniæ vim, quā imperant, non accipiunt; armati vicos adeunt, collectáque præda flammas ædificiis iniiciunt. Ea res in primis grauiter Brabantiæ Ordinibus diſplicuit, quorum fines maximè ab ſeditioſis hominibus diripiebantur. Igitur ij primùm militem ſcripſere, horum excurſionibus reprimendis: ac deinceps etiam Septembris initio ad Ordines aliarum Prouinciarum litteras dedere, quibus flagitabant, aliquos Bruxellas viros mitti, à quibus eorum nomine de mediis ad ſeditioſos opprimendos idoneis agitaretur. Eas litteras poſtquam Gallo-flandriæ Ordines accepere, tametſi non eſſent ignari, è nonnullis aliis Prouinciis quoſdam Bruxellas legatos fuiſſe, qui cum Brabantis in commune pro publica re conſulerent: nullum tamen eo tempore miſere; quòd arbitrarentur in tanti momenti negotio, nihil temerè maturandum, vnde poſteà inſignis animos ſubirêt pœnitentia. Cùm enim ij eſſent Inſulæ congregati, eos inter viri quidam ſapientia & dignitate præditi, quorum facilè princeps erat Arnoldus Gantoiſus Martianenſis Archimandrita, non obſcurè deprehendebant, nonnullos ſiniſtrè in Generalibus Ordinum Comitiis à pleriſque contra Religionem Catholicam, ac Regem Hiſpaniæ, ferendos ſermones, quibus aliqui minùs cauti prouidíque caperentur, & in perículoſiores rebellionis ſeſe turbas alióſque præcipitarent imprudenter: ideóque ceteris auctores fuere nullum ad ea mittendi Comitia. Mouit ſanè vehementer Brabantos ea Gallo-flandriæ Ordinum ſententia. Et mox ad Regios Status Senatores aliquos miſere, à quibus ij doce-

Margin notes:

Ob Hiſpanorum ſeditionem Belgium turbatur. *Iſſelt, Lanar. Beyerlinck. Haraus, alij.* (A)

(B)

(C)

Hiſpani tumultuantes Aloſtum intercipiunt. *Auctores citati.*

In eos Brabanti commouentur, aliaſque conciitant Prouincias, vt ipſos coërceant. *Auctores citati. VVaremburg. Ms. Comment.* (D)

Gallo-flandri principio quieſcunt. *VVaremburg.*

A docerentur, tumultuantes Hispanos aduersus Regem Belgiúmque hostilia in dies magis ac magis moliri, iisque in agros pagósque maleficijs grassari, quæ vix Barbari hostes committerent. Quamobrem celerrimè dandam operam, vt ij, vel viribus è finibus Belgij propellantur, vel saltem ad quietem cogantur armorum. Ad hoc negotium feliciùs peragendum, necessariò videri omnium Regi parentium Prouinciarum Ordines Bruxellas conuocandos, vbi iam alios Flandri Teutonici & Hannones præstolabantur. ab his in vnum coactis de conscribendo aduersus Hispanos milite, aut iam collectis copijs in eos mittendis decernendum promptissimè. ac ne vocatæ ad Comitia Prouinciæ aliquos Bruxellas legare tardent, magnum allaturas momentum, quas ipsi ad earum Ordines litteras darent. Quæ Brabanti suggerebant, rogabántue, ab Regijs omnia Consiliarijs probata sunt. Quare mox ipsi per litteras singularum Ordinibus Prouinciarum mandauere, vt ad Generalem Conuentum Bruxellas aliquos legarent. qui signa militum in promptu haberent, ea mox in Brabantiam mitterent: quibus nulli adessent milites, delectus agerent illicò. His

Generalis Ordinum Conuctus Bruxellis indicitur.

Auctores citati.

B Gallo-flandrici Ordines acceptis mandatis, Insulæ omnes conuenere Kalendis Octobris. In eam à cunctis itum sententiam, vt totius Gallo-flandriæ nomine aliqui Bruxellas proficiscerentur: quos ipsi sub signa milites cogerent, ij mitterentur in Brabantiam his legibus, ne quis contra Religionem Catholicam, Hispaniæ Regem, & patriæ vtilitatem horum armis & viribus vteretur: ab his soli peterentur patriæ hostes. Die proximè secuto ab iisdem Ordinibus constitutum est, vt quatuor peditum cohortes, & quinquaginta sclopetarij equites legerentur, quibus ipsi stipendia numerarent. Ijs dati ductores Franciscus Montmorécyus Bersex dominus, Ioannes Chastellius Blangeruallis toparcha, Malboutrij regulus, & Ioannes Vlieghius, viri tum genere, tum factis nobiles. Bruxellas deinde profecti sunt è Castellania Insulensi Franciscus Hayninius Brœucquij dynasta, à quatuor primariorum regulorum Bailliuis delectus, & M. Antonius Muissartus Insulensi vrbi à Consilijs, Insulensium nomine. Ij cùm nona luce Octobris Bruxellas peruenissent, apud Regios Status Proce-

Ad eos mittunt aliquos Gallo-flandri.

VVaetenburg.

Quibus legibus militem ij Ordinibus obtulerint.

Idem.

Militem conscribunt.

Idem.

C res, quę sibi fuerant mandata de colligendis alendísque ad Catholicę Religionis, Regiæque auctoritatis, & patriæ aduersus hostes defensionem militibus, exposuere. A Præside Sasbouto responsum fuit, Regio Senatui gratissimum fuisse Ordinum Gallo-flandriæ officium, ideóque hunc ipsis gratias habere. non abs re facturos eosdem, si ceteris Prouinciarum Ordinibus Bruxellis congregatis adiungerent sese. In aulam igitur, vbi Comitia iam tum Brabanti, Flandri Teutones, Hannonij, Namurcenses ac Tornacenses habebant, iuere protinus. Illic ab his omnibus didicere, quemadmodum ceterarum Ordines Prouinciarum vnà cum Nobilibus Prælatos ad Conuentum Generalem miserant, omninò decuisse, vt è suis etiam Præsulibus & Nobilibus aliquos ad Comitia legarent Gallo-flandri: ac propterea nonnullos deligi mittíque per litteras peterent. Paucis itaque pòst diebus ab suis moniti legatis Insulæ rursus Ordines conueniunt. Illic tandem decretum fuit, vt Petrus Carpentierus Laudensis Abbas, & Ioannes Hayæ dominus, ille ab Ecclesiasticis, hic ab Nobilibus delecti; Eustachius d'Austius Iumelij toparcha, & M. Philippus Broidæus vrbis Duacensis

Prælatos, & Nobiles Bruxellas mittút ad Ordines.

Idem.

D Pensionarius ab Duacensibus, & Routiauus ab Orchiacensibus, legati, Bruxellas proficiscerentur. Data priùs ipsis potestas est de communi omnium sententia cum aliorum Ordinum legatis de medijs ad comparandam armorum quietem idoneis agendi, déque procuranda in Belgij vtilitatem Hispanorum emissione aliquid constituendi. Omninò tamen id prouiderent, imperatum est, ne quid decerneretur, quod in detrimentum Catholicæ Religionis, & Hispaniæ Regis contemptum vergeret. esse námque sibi constitutum aliud nihil permittere, quàm quæ Concilij Status Proceres suis nuper litteris expressérât, cùm ipsi præsertim ad Fidei Orthodoxæ, Regiæque auctoritatis defensionem, & Belgicarum pacem Prouinciarum consilia & armorum subsidia postularent; tantúmque aduersus Hispanos quietem perturbantes, agrósque expilantes, viros instrui poscerent. Verùm priusquam Gallo-flandriæ legati Bruxellas ingrederentur, à congregatis ea in vrbe Prouinciarum quarumdam Ordinibus cum Principis Auraici & Hollandiæ ac Zelandiæ Legatis de legibus

Quæ fuerint ijs mandata.

Idem.

De Pacificatione Gádensi tractatur.

Idem, Isselt, Histor. Belgica. Histor Turbar. Belg Haraum. Lomarion.

Comes Mãsfeldius, & alij capiuntur à quibusdam Nobilibus.
Auctores extati.

gibus ineundi fœderis, quod Gandensem Pacificationem vocauere, agi cœptum fuerat, & quarto Septembris die nobiles quidam viri Ordinum Generalium, vt ferebant, voluntate, & Bruxellensis populi viribus freti, in Petrum Ernestum Mansfeldium, Comitem Berlaymontium, Viglium Zuichemum, Christophorum Assonuillæum, aliósque Status Concilij Senatores Regios manus iniecerant, & in arctissimam eos custodiam duxerant: quoniam lentiùs ad remedia depellendis opprimendisue Hispanis opportuna incumbere viderentur. Displicuerat equidem vehementer id facinus Prouinciarum quarumdam Ordinibus, quòd minùs apertè in Regiam Maiestatem ea violentia vergeret. His tamen deliniendis sparsus à quibusdam fuerat in vulgus libellus, quo purgandi facti gratia nonnullorum ij captiui falsò criminum arcessebantur. Posthac igitur in milites Hispanos Alosti, alibíque considentes ardentium belli studio Brabantorum impulsus eosdem Ordines in armorum societatem pertraxit. Primi Hannones in hoc bellum sese perduci quorumdam magnorum virorum suasionibus passi sunt. Horum exemplum secuti posteà Namurcenses, Teutonici Flandri, Artesienses, Gallo-flandri, quorum omnium legati Bruxellis cum potestate amplissima morabantur. Verùm id bellicum fœdus parum sane vtilitatis, è contrario damni plurimum ijs peperit, qui legibus eius sese constringi temerè permiserunt. Vt enim maximum in Hannonibus, Artesianis, Namurcensibus, & Gallo-flandris retinendæ Fidei Catholicæ studium semper enituerit: tamen grandia ipsi mala, & magnam bonorum iacturam perpessi sunt frequenter, Regísque gratia excidere. In alijs Prouincijs ad bonorum temporalium amissionem, cladésque corporum varias, etiam ingens animorum pernicies accessit: quoniam sensim vrbes hæreseon lues corripuit, multósque mortales æternas in pœnas egit præcipites. Postquam igitur aduersus Hispanos, Regis hostes patriæque iudicatos, ab Generalibus bellum Ordinibus decretum est, cuncta mox & huius odio nationis, & armorum strepitu feruere cœperunt. E Germanicis Belgicísque militibus non paucos Ordines in suam traxere societatem. Alios quoque per Prouincias haberi delectus imperauere. Ex aduerso, postquam contra se militem ab Ordinibus cogi senserunt Hispani, quorum numerus per eos dies haud magnus erat, omnem ipsi mox operam adhibuerunt, vt rebus sese omnibus intra munitiones vrbium, in quibus considebant, ad tuenda corpora instruerent. Nihil pacifici potuit ab ijs impetrari, quos Alosti seditionem fecisse diximus, quamquam ijs Ordines magnam pecuniæ summam ad soluendam stipendiorum partem repræsentarent, quòd integra sibi dari stipendia exigerent. Initio se Traiecti ad Mosam defendit præsidium, quamuis Ordinum miles ac ciues coniunctis viribus inde trudere contenderent: ac postquam in angulum turrimque vrbis, ob ingruentem multitudinem, recipere coacti sunt sese, per eum posteà locum receptis ab socijs suppetijs rursum admirabili fortitudine ciues hostilémque militem subegere. Et non sine grauissimo damno paucis inde diebus Antuerpiam inductæ sunt Ordinum copiæ, variásque cum ijs eius ciues vrbis magno ac periculoso labore munitiones duxere, vt arcem in potestatem redigerent. Vix enim eius ciuitatis occupatæ nuntijs perculsi sunt Hispani, vel qui Traiectum recuperauerant, vel qui tenebant Alostum, vel qui alibi erant præsidio: cùm subitò correptis omnes armis in viam dedere se, ac magnis itineribus ad tuendam Antuerpiensem arcem intendere: indéque postridie aduentus (quintus dies Nouembris tunc erat) facto in vrbanas munitiones impetu, & eas facilè superarunt, & cæsis Ordinum militibus, ac ciuibus metu consternatis, pulcherrimum vrbis Prætorium, ac plerasque ædes incendio deformauere, dein expilatis domibus opulentissima potiti præda sunt. Hæc dum geruntur in Belgio magna Ordinum mœstitia, & populi damno, Ioannes Austriacus, quem Catholicus Rex Philippus Supremum Belgicarum Prouinciarum Gubernatorem renuntiauerat, Luxemburgensis Ducatus fines ingreditur. Eius de aduentu nuntios iam perceperat Ioannes Venduillius apud Duacenos clarissimus Iuris vtriusque Professor, & mox Martino Rithouio Iprensium Episcopo fuerat auctor, vti celerrimis equis Luxemburgum properaret, ibique de Belgicis rebus ipsum doceret, ac præsertim deploratũ ferè Catholicæ statum Ecclesiæ pate-

Id factũ quibusdam Prouincijs displicet.
Ijdem auctores.

In Hispanias Belgæ bellum mouent.
Ijdem auctores.
Natalis Comes.

Quãtum mali in Belgas ex hoc bello fluxerit.

Alostenses Hispani pacẽ noluit, nisi tota recipiant stipendia.
Auctores extati.

Traiecti defendunt se Hispani.
Ijdem auctores.

Ordines militẽ Antuerpiam mittit, & ad arcis expugnationem separãt.
Ijdem auctores.

Hispani vrbẽ eam expilant.
Ijdem auctores.

Ioannes Austriacus Luxemburgensem Ducatum ingreditur: eumque adit Rythouius Episc. Iprens. & Ioannes Venduillius.
Zoesius in vita Vendu lly.

A

B

C

D

A patefaceret; pòst eum quoque multis rationibus imbueret, quibus aliquod præsentissimum malis remedium adhiberetur. Haud grauatè id officium suscepit Rithouius, quod Venduillius prudenter in publicæ rei vtilitatem suaserat. Verùm nullo is modo induci potuit, vt solus ad Gubernatorem proficisceretur: omninóque in viæ societatem Venduillium pertraxit: vt cuius persuasione fuerat ad hoc iter patriæ fructuosum inductus, ac consilijs ad peragendum tam grande negotium munitus, eiusdem quoque præsentia, & prudentia inter habenda cum Ioanne colloquia fulciretur. Itaque Luxemburgi ambo in conspectum Austriaci venere, ac cum eo multis in communem Religionis Catholicæ & patriæ vtilitatem egere sapienter calidéque. Et placuit admodum quidquid vterque consiliorum ad quietem Belgij & defensionem Orthodoxæ Fidei suggessit. adeò vt quorumdam fuerit Nobilium vocibus iactatum, perinde ac Dei Angelum fuisse Rithouium ab Ioanne Austriaco susceptum.

Ab eo benignè accepti, multa ipsi bona consilia suggerunt.
Iidem auctores.

Sed quamuis animo multa ex eiusdem Episcopi & Venduillij monitis ac consilijs Austriacus in Belgij commodum moliretur: parum tamen ei licuit eorum perficere.
B Eo scilicet tempore ab Ordinibus in Francia, Anglia, Germania per legatos animi multorum conciliabantur opésque, vt suppetias aduersus Hispanos venirent. Gandaui duo ab iisdem promouebantur. Horum nomine imminentem huic vrbi, & ab Hispanico insessam præsidio arcem vicena ferè hominum millia obsidio premebant, & machinis quatiebant. Dein cum Principis Auraici, Hollandorum, & Zelandorum legatis aliquor partim Ecclesiastici, partim laici ab iisdem missi Ordinibus ad condendas inter Auraicum, Hollandos, Zelandos, & reliquas Belgij Prouincias fœderis leges incumbebant gnauiter. Eóque res vtraque processit, vt octauo Nouembris die in scripta Catholici Regis nomine pacis capita iuraretur Gandaui; ac postridie per deditionem in potestatem Ordinum Generalium vrbis eius castrum veneritingenti sanè Flandrorum aliorúmque populorum voluptate, quorum Ordinum legati eas Pacis leges pepigerant, arcémque ad deditionem miles coëgerat.

Arx Gādensis obsidetur ab Ordinibus.
Iſſelt, histor. Belg. Lanarius, Beyerlinck, Haræus.

Pacificatio Gandensis scribitur, & promulgatur.
Iidem auctores. Natalis Comes.

Arx Gandēsis Ordinibus deditur.
Auctores citati.

C Iam enim omnes certissima spe tenebant, breui se abiecto Hispanorum iugo profunda quiete fruituros: quòd id fœdus aliò minimè tendere videretur, quàm è Belgicis vt Prouincijs miles omnis Hispanicus mitteretur aliòs de Regis auctoritate, ac Religionis Catholicæ exercitijs nihil detereretur. Verùm quibus maiori sapientia præditus erat animus, haud difficulter animaduertebant, ex ea Gandensi Pacificatione (id nomen illi inditum, quòd scripta iuratáque Gandaui fuerit) multum in publicam Belgicarum rem Prouinciarum mali manaturum. Etenim tametsi nulla lex eius aduersus Hispaniæ Regem, & Fidem Orthodoxam fuerit apertè conscripta: haud dubiè tamen ab ijs in vtrumque grauissimum discrimen inuectura credebatur, tum quòd Auraïcus Princeps, & quidam eius artes assecuti, aliud nihil propositum haberent, quàm Monarchicum Belgij imperium partim ad Ordinum Gubernationem reuocare, partim subijcere sibi; tum etiam quòd, fortissimis Catholicæ Fidei defensoribus exactis, hæreseos infectis lue hominibus ad omnem libertatem & impietatem aditus recluderetur.

Gandēsis Pacificatio num profuerit Belgio?

Paucis inde diebus in Ordinum potestatem venere Teneramonda, Valentianæ, Cameracum, pars proditione, pars quorumdam armis
D artibúsque. Et erat iisdem animus longè maioribus copijs viribúsque Hispanos premendi. Quòd pecuniæ patum suppeteret in stipendia militum, publico, nomine Regis, Edicto sanxerunt, vt tum Ecclesiastici, tum prophani, quidquid auri, argentiue facti domi haberent, siue cyathi, pateræ, malluuia, pelles, gutti, & paropsides essent, siue statuæ aut imagines nondum templis consecratæ, id totum intra certos dies repræsentarent: vt signorum atque vasorum explorato pondere, id argentum aurúmue conflatis inde nummis in publicas patriæ necessitates verteretur; ipsis autem dominis vel census annuatim penderetur, vel posteà venditionis numeraretur pretium. Verùm aliquem id Edictum apud plerosque populos tumultum exciuit: eique palàm in Gallo-flandria obrogatum est, Ecclesiasticis præsertim aduersantibus: ideóque rationes aliæ pecuniam colligendi suggestæ sunt. Cùm autem hæc Ordines facerent, parùm ipsis grati fuere nuntij, quos Ioannes Austriacus de suo aduentu ad eos Statúsque Concilium misit. His enim cùm significaret, cum suprema gubernan-

Teneramondam, Valentianas, & Cameracum Ordines occupant.
Iſſelt, histor. Belgica, Lanar. Beyerlinck, Haræus.

Aurum & argentū factum ad se deferri imperāt Ordines, cudendis nummis.
Iſſelt, Beyerlinck, Haræus, Lib. MS. Duac.

Ioannes Austriacus de suo aduentu Ordines monet, & cur venerit, explicat. *Natalis Comes, Isselt, Beyerlinck, Haraeus.*

Auraicus, & Ordines quid de aduentu Ioannis Austriaci senserint. *Isselt, Beyerlinck, Haraeus.*

A di potestate ab Rege fratre suo missum se in Belgium; ideóque mandaret, vt ad sui receptionem cuncta curarentur; deinde subiiceret, non tam armorum se causa, bellique aduentare, quàm pacis studio feruere; ac denique quàm primùm è Belgio Hispanos alióſque externos milites dimissurum se assereret, omnémque suo in Prouincias ingressu per Regis misericordiam veterum iniuriarum iri deletum memoriam polliceretur; parùm hæc omnia quibusdam arrisere scilicet. Auraico nihil minùs placebat, quàm vt Ioanni Austriaco Belgicarum Prouinciarum gubernacula permitterentur, multúmque ideò studij posuit, vlteriùs is in Belgium ne procederet. Quidam enim metus ipsum inuaserat, ne suauissimis iam pij ac probi Principis moribus Belgæ omnes caperentur, suæque artes eius prudentia detegerentur, artibúsque. Apud alios criminum reos, in suspicionem pacis & præteritorum facinorum obliuionis promissio veniebat, hoc ne blandimento Ioannes imperij pœnarúmque asperitatem regeret, quibus rerum potens polléńsque in Belgio postmodum aduersus sontes tutiùs grassaretur. Igitur cùm vtrique angerentur grauiter, non displicuit Auraici consilium, quo legem Austriaco ad Gubernationem admitti flagi- B tanti præscribebat: vt adempta vrbibus & Ordinibus priuilegia restitueret omnia; Hispanos alióſque milites extraneos è Belgio eiiceret; absque Ordinum Generalium, Concilij Status Procerum & Fisci Principalis Præfectorum sententia ductúque nihil susciperet, perficerétue; alia parùm æqua promitteret; Gandensis Pacificationis capita seruaturũ se iuramento sponderet, si clauum Belgij tractare cuperet. Et mox in nouum fœdus, quam Concordiam Nouam appellarunt, Bruxellis Ordines coaluere, quo belli studia feruentiùs arriperent, si proposita Ioannes Austriacus aspernaretur. Ac ne imparatos, his repudiatis, ipsos opprimeret, nouos habuere in Belgio delectus, & in Anglia, Gallia, Germania nouis amicitiæ legibus auxilia postularunt. Quæ omnia sic artibus Auraici procurabantur, vt Ioannem à Belgij Gubernatione auerteret; quòd minimè arbitraretur, his eum conditionibus parùm æquis, & Regiæ Maiestati pugnantibus, harum ditionum gubernacula suscepturum. Verùm aliter longè, quàm sperauerat, euenit. Etsi enim Austriacus ingenti esset animo præditus, C nihilque constituisset admittere, vel quod Regis auctoritatem minueret, vel quod suæ parùm esset potestati consentaneum: quia tamen pluris æstimabat, quibuscumque legibus honestam aliquam pacem & fructuosam Belgis, ac Religioni Catholicæ Regiæque nihil obsistentem conciliare, quàm in has Prouincias armorum vi & cædibus sæuire; in animum denique admisit earum nihil legum reiicere, quas Auraicus & Ordines proposuerant; tantúmque aliqua, tum Religionis Catholicæ Regiæque auctoritatis conseruandæ gratia, tum suæ causa securitatis petere. Et postquam ex his quædam minùs grata Ordinibus esse percepit, horum quoque flagitatione supersedit; in Gandensis leges Pacificationis obstrinxit se iureiurando; de corporis sui AN. 1577. custodia & obsidibus, ab Ordinibus constituta complexurum se est pollicitus: vt videlicet omnibus palàm constaret, nihil ipsum recusasse pacis comparandæ gratia.

Quas leges ei ad gubernandum proposuerint. *Iidem auctores.*

Nihil renuit Austriacus eorum, quæ Ordines proposuere, vt pacem obtineat. *Auctores citati.*

Ab eo & Ordinibus pacis gratia Edictũ Perpetuum conditur. *Auctores citati. Natalis Comes.*

Multa facit Auraicus, vt discordiam inter Austriacum & Ordines serat. *Auctores citati.*

Austriacus ea, quæ promiserat, exequitur. *Auctores citati. Natalis Comes.*

Igitur inter eum Ordinéſque pax aliqua multis conditionibus composita, dum in Faminia Marchiæ moraretur, quod Edictum Perpetuum fuit appellatum. Hoc cùm passim promulgaretur extremo ferè Februario, insignem vbique lætitiam peperit. D Ac tum Insulenses omnem ex animo metum excutientes, quas peditum cohortes quatuor alebant, solutis demum stipendiis remisere. Parùm interim Auraico Principi accepta erant, quæ cum Austriaco Generales Ordines Marchiæ per legatos pepigerant; omnémque mouebat lapidem, vt ea diuelleretur concordia. Nunc enim occultis suggestionibus Ordinum Proceres stimulabat, vti nullam Austriaco fidem haberent; quòd is multa vtens simulatione, occasionem in eos sæuiendi præstolaretur. nunc aliquos è Belgis Francíſque subornabat, qui metum Austriaco incuterent proditionis, & positarum ipsi insidiarũ detectione ab Ordinum amicitia & societate abstraherent. Verùm Austriacus satis gnarus quò tenderent omnia eius Principis consilij nihil omisit eorum, quæ stabiliendæ cum Ordinibus concordiæ opportuna iudicabat: breuíque ex arce Antuerpiana, ceteríſque locis Hispanos emisit, eoſque cum aliis militibus externis extra fines Belgij iussit proficisci. Ac paullò pòst et-

A iam perfecit, vt quæ cum Ordinibus transegerat, Regi Catholico probarentur omnia, hicque suam de ipsis sententiam diplomate explicaret Aprili mense, eámque in Belgium ad Ordines transmitteret. Ita cùm fuissent arctiùs cum Ioanne Austriaco amplexi concordiam, insigni prorsus Ordines apparatu Bruxellis ipsum excepere, & cum ingenti voluptate totius populi omnium Belgij Prouinciarum ei gubernacula tradidere. Per eos dies mulier quædam tenuis fortunæ Martianis monstrum partu edidit. Id erat puella binis capitibus, brachiis quatuor, totidémque pedibus ac tibiis. Aduersis faciebus, ceterísque membris benè compositis, nihil deforme præter vnicum dentem ex ore altero prominentem præbebat. Quin huius monstri natiuitas eorum fuerit prænuntia peruersorum consiliorum, odiorum, ac bellorum, quæ breui interiecto spatio temporis in Belgio aduersus Ioannem Austriacum erupere, minimè dubitandum existimo. Etenim paucis post exhibitum ei Principi honorem Bruxellis, permissúmque supremum harum regimen ditionum diebus, præclarum ipsius ad retinendos omnes in Religionis Catholicæ officio, & Hispaniæ Regis

Ideoque ad Gubernationem Belgij admittitur. *Auctores citati.*

Monstrum Martianis nascitur: *Lib. Ms. Duac.*

B obseruantia, studium nonnullos, quibus vitę libertas, & cultus sectarum chara erant, in maius odium eius perpulit. Horum princeps erat Auraicus, in Hollandia & Zelandia summo vtens imperio, qui iam earum ditionum dominium animo deuorauerat, & à Fide Catholica Belgas omnes abducere moliebatur, Regísque obedientia. Huius enim occultis persuasionibus perfectum extemplò est, vt in Austriacum, eiúsque familiares multa Bruxellis haud sine graui iniuria iactarentur ac fierent: ad hauriendam ferro vitam eius nonnulli hac in vrbe, Mechliniæ, ac per vias excubarent: ad petendam Religionis libertatem multi exardescerent. Neque verò, vel eiusdem instigatione, vel regendi cupidine perculsi, admodum patienter ferebant quidam Concilij Status Proceres, vel Ordinum legati harum sibi regionum adimi moderationem. Cùm igitur his Ioannes animaduerteris parùm se gratum Belgij primoribus intelligeret, omninóque multis suam grauibúsque discriminibus vitam obiici; antiquius nihil habuit, quàm dissimulata tristitia & diffidentia, in aliquem se

In Austriacũ tumultus excitatur Auraici artibus. *Auctores citati.*

C munitum locum tutò recipere. Et peropportuna est ipsi oblata mox occasio Namurcum absque suspicione timoris discedendi. Per id enim tempus Nauarræi Regis coniux ad Spadanos erat fontes profectura. Itaque per speciem illius Namurcum insigni pompa deducendi, ibíque honoribus & epulis colendi, præcipuæ Nobilitatis hominibus, illuc vt secum intenderent, mandauit. Ibi post exceptam & honorificè habitam Reginam, cùm diebus aliquot absque sinistra metus, vel doli suspicione constitisset, imminentis huic vrbi arcis Berlaymontij ac filiorum eius industria potitus est, eámque vitæ suæ præsidium, &, si bellum ingrueret, huius sedem delegit. Vix huius intercepti castri, & insessi ab Ioanne Namurci famam Bruxellas, alióque delata fuit, cùm insignis animorum in eum facta est vbique mutatio. Et quamuis ipse tum huius facti rationes scripto exprimeret, tum Ordines Generales ac Status Proceres hortaretur, vt in Regis obseruantia persisterent, nihilque contra eum, séque molirentur: ab horum tamen præcipuis (nam nonnulli pacem, quàm bellum optabant, omninóque prospectum esse Ioannis saluti volebant) illicò in eum belli classi-

Is Namurcũ proficiscitur, eiusque arcẽ occupat. *Auctores citati.*

D cum cani cœptum est; ac postquam ipsum publicè hostem patriæ dixerunt, extemplò sumptis armis nouo & grauiori, quàm priùs, bello Belgium exarsit. Quantum hoc bellico tumultu mali vniuersum tolerarit Belgium, non est mei hoc loco instituti referre. Ad Gallo-flandriam ea quæ pertinent dum memorabo, ex ijs cognitum satis lector habebit, quàm id bellum fortunis, corporibus, & animis funestum fuerit. Igitur dum inter Austriacum & Generales Ordines (apud quos vel Regis, ea fœdera, quæ Gandaui & Marchiæ fuerant icta, probantis, tantúmque ad pacem iterùm conciliandam, vt Religio Catholica suáque auctoritas sartæ tectæque seruarentur, imperantis litteræ; vel Ioannis, vt tam pio patientíque Regi iustissima flagitanti obsecundarent, modestissimæ monitiones parùm effecere) armorum strepitus feruent, ac discordiæ aluntur: in Gallo flandria plerique in nemoribus, & ad itinerum fauces angustiásue, excubare & prædis inhiare cœperunt malè feriati homines. Quod cùm vehementer viam facientibus negotiatoribus aliísque officeret, in quorum vitam mer-

Hostis patriæ declaratur, eique bellum indicitur. *Auctores citati:*

In Gallo-flãdria latrones sæuiunt. *Mean. Insul.*

In eos miles legitur.
Eadem mem.

mercésque ab his impetus fiebat: Insulensibus data est potestas quadraginta milites, A
& ductorem legendi, quorum opera viæ siluæque, latronibus vel fugatis, vel captis,
tergerentur. Dúmque Antuerpię, Gandaui, Valentianis, & alibi Ordinum iussu arces
ea parte, qua vrbibus ingruebãt, nudatas muris & munitionibus fuisse fama vulgaret,
Insulanum quoque Magistratum incessit desiderium etiam sui castri muros & agge-

Vt arx Insulensis parte murorũ nudetur, & vrbi adiungatur, impetratur.
Eadem mem.
Issels.

res vrbem spectantes in plana deiiciendi. Factáque est illis eos deturbãdi, & à funda-
mentis demoliendi ab Generalibus Ordinibus potestas quinto & vigesimo die Sep-
tembris, ea tamen lege imposita, vt illibata Religio Catholica Insulæ seruaretur, ac
propugnaculum aliquod extrorsum recèns strueretur, vrbémque defenderet. Igitur
ea sic vsi sunt post aliquod tempus Insulenses licẽtia, vt eius arcis aream cetero vrbis
corpori adiũxerint.

Auraicus ab Ordinibus Brabantiæ præficitur.
Issels, Beyerlinck, Haraus.
Duci Areschottano Flãdria committitur.
Auctores citati.

In Brabantiam interim ab Ordinibus Princeps Auraicus euoca-
tur, vt supremam eius Prouinciæ capessat Præfecturam; ísque magna cum voluptate
omnium exceptus est. Areschottano Duci Flandriæ regimen committitur eiusdem
Principis cõsilio (qui iam gnarus erat, huic aliísque artes suas, prosperósque successus
parùm placere, iámque eos aliquid occultè aduersum se moliri) vt eo delinitus Ma- B
gistratu, de nouandis rebus nihil cogitaret ampliùs. At enim quantũ ei mali & dede-
coris strueret eo simulato fauore, non obscurè deinceps patuit, vti mox narrabimus.
Durum interim Catholicis quibusdam Proceribus visum est, eum hominem rerum
fermè omnium in Brabantia potiri, & ad totius propè Belgij imperium tendere, qui
Religionis Orthodoxæ capitalem se hostem patefaceret, aliúdque nihil propositum
haberet, quàm in Catholicis Prouinciis sacra Fidei Catholicæ mysteria obterere,
quemadmodum in Hollandia & Zelandia fecerat.

Archidux Matthias euocatus in Belgium venit.
Natalis Comes, Issels, Beyerlinck, Lanar. Haraus.
Et ab Ordinibus recipitur.
Auctores citati.

Igitur viis occultis ad Mathiam
Austriæ Archiducem virum fidelem Maelstedium Viennam oratũ misere, vti quàm
primùm in Belgicas Prouincias veniret, earúmque regimen capesseret. Annuit is
Princeps horum postulationibus, magnísque itineribus, ac nullo propè comitatu in
Belgium delatus est. Displicuit admodum aduẽtus eius Auraico, tum quòd inscio se
hic fuisset vocatus; tum quòd satis intelligeret, de sua multũ auctoritate imperióque
detractum iri, postquam ei tradita fuerint harum ditionum gubernacula. Ne tamen C
quam inde mœstitiam conceperat, proderet, per solitam dissimulationẽ congregatis
Ordinibus auctor fuit, vti summum ei Belgarum imperium committeretur.

Dux Areschottanus, Baro Rasseghemius, & alij plerique, dum Gandaui conueniunt, artibus Auraici capiuntur.
Iidem auctores.

Iuit
paullò pòst Gandauum Dux Areschottanus, vt Flandriæ Prẹfecturam solemni põpa
conuocatis Flandricis Proceribus iniret. Eodem venere Brugensium, Iprensiúmque
Pontifices, Baro Rasseghemius Gallo-flãdrię Gubernator, multique ex prima huius
Comitatus Nobilitate. Verùm illic dum nihil hostile post publicã lętitiam cogitãtes,
ac de publicis rebus paullò diutiùs acturi consident: magnus derepentè motus Gan-
densium Auraici consilio exoritur. Petebant ij ab Duce adempta sibi quondam pri-
uilegia restitui. Quòd istud præstare Dux nequiret, lenioribus eos verbis & promis-
sis ad quietem reuocare nitebatur. Apud exasperatos homines cùm blandæ voces
nihil efficiunt, per impatientiam denique duriusculo Dux eos sermone corripuit.
Descendit altissimè in seditiosos animos ea reprehensio. Et mox aliquot factionis
capita multis se duces prębuere, vt in Areschottanum, Rasseghemium, Brugensem
ac Iprensem Episcopos, éque primariis Nobilibus complures impetum armati face- D
rent, eósque vinculis constrictos in custodiam ducerent. Illi subinde multa huic fa-

Areschottanus è custodia mittitur.
Iidem auctores.
De captiuitate sui Gubernatoris dolẽt Gallo-flãdri.

cinori, edita publicè apologia, obtendêre falsò tegumenta. Ac ne Princeps Auraicus
auctor huius tumultus publicè crederetur, è custodia Ducem Areschottæ mitti ius-
sit. Vt autem Catholicis omnibus magnam ea res dolorem attulerit, suam certè
Gallo-flandri mœstitiam difficulter concoquere potuerunt, quòd in maximis patrię
discriminibus eo iam viro carerent, qui non modò Religioni Catholicæ, Hispaniæ
Regi perquàm erat addictus, verùm etiam commisso sibi populo quietem parere ni-
tebatur: eóque dolorem augebant, quòd in illius se curam ab Ordinibus tradi con-
spicerent, cuius mores ab Rasseghemij virtutibus & artibus plurimùm differrent.

Estienbecquium dynastã Præfectũ accipiunt.
Cometa.

Erat is scilicet Estienbecquæ dynasta, qui præerat Bapalmis in Artesia, & cum Au-
raico sentire credebatur. Dum verò ij, quos diximus, Gandaui in custodiis attinen-
tur, decimo die Nouembris ingens Cometa Belgis horrorem incutere cœpit, & ali-

A quot hebdomadas vesperi cælū obtinuit. Subinde Antuerpiam Archidux Matthias multo cum honore deducitur; ac postquam in Ioannem Austriacum, vt patriæ hostem ac fœdifragum, odia publicè belláque decreta sunt Edicto Bruxellis, certis conditionibus Belgicarum Supremus ditionum Gubernator renuntiatur septimo die Nouembris, eiúsque Vicaria Præfectora Principi Auraico traditur.

Matthias Gubernator Belgij declaratur, & Auraicus eius Vicarius.

Intereà loci aduersus Austriacum milites instruebantur, magnúsque ab Ordinibus conflabatur exercitus. (AN. 1578.) Eo propositum erat Namurcum obsidere, & Ioannem opprimere. Verùm hic nullam suarum omisit partium, vt collecto tempestiue in Luxemburgensi Ducatu milite, hostibus vires opponeret. Ac postquam ex Italia Ducis Parmensis filius Alexander cum veteribus copijs è Belgio nuper dimissis nouas etiam adduxit, Namurcum, vnde priùs in Luxemburgensem ditionem fuerat profectus, iusto septus exercitu redijt. Ad eius aduentus nuntios, relicta obsidione Namurcensi, Ordinum ductores Gemblacum versus castra conuertunt, vt in tutum sese locum recipiant. Præmissi ab Ioanne cum ceteris copijs subsequente Parmensis
B & Octauius Gonzaga cum equitibus paucis & bis mille peditibus, eos assequuntur Gemblacum propiùs, ac velitatione ad pugnam lacessunt; adeóque feliciter impetum fecere, vt, alijs atque alijs succedentibus, immanem exercitum Ordinum breuissimo tempore fuderint fugarintque; &, cùm duos tantùm milites amisissent, ex hostibus ad sex millia ceciderint, captiuis multis, signísque, & toto castrensi apparatu fuerint potiti vltimo die Ianuarij. Gemblacum subinde, & in eo plurimam Belgij Nobilitatem, Bouinas, Arescbottam, Louanium, aliáque oppida in Brabantia, & Hannonia cepit Austriacus. Terruit ea res vehementer Ordines, & ad noua ex Francia, Anglia, Germaniáque petenda tum virorum tum pecuniarum subsidia coëgit. Ex Anglia præsertim pecunias submisit Regina, conscribendis militibus. In Francia Dux Alençonius, in Germania Casimirus Comes Palatinus, copias parauere. Verebantur intereà temporis Insulenses, quibus charissima erat Religio Catholica, ne quem motum intra muros sectarij concitarent, à quibus pleræque vrbes erant
C nuperrimè maximis alibi turbis exagitatæ. Igitur ipsis in sexdecim signa ciues partiri placuit, iísque nobiles aliquot viros, & Proceres antiquæ notissimos Fidei & Religionis præficere. Venítque paullò pòst Insulam postulátibus tū vrbis Magistratibus, tum Castellaniæ Ordinibus, ac mittente Archiduce Matthia, Carolus Thery, gente Italus, ac genere & Architectonica nobilis: eiúsque consilio pleraque circum vrbem propugnacula eductis altiùs terreis aggeribus parata sunt. Et ne cogerentur magno regionis damno rusticani homines egerendis ferendísque cespitibus operam dare, decem millia florenorum in partem munitionum Insulenses tribuere. Decretum etiam est ab Archiduce Matthia Regis nomine, vt illi, quorum ædificia ducendis propugnaculis diruerentur, in prato S. Magdalenes ædificarent; Patribus Dominicanis, quorum templum ac domum in suburbio D. Petri subuertere oportebat, ne quando locum eum defensioni opportunum obsidionis tempore hostis occuparet, Grimareorum domus hospitalis, ac census, intra muros concessa sunt ea lege, vt veteri more hospitalitatem exercentes, partim illic, partim etiam in eo fundo, quem
D ipsis olim Fiennarum Regulus concesserat, Monasterium conderent. Per id quoque tempus cùm Senatus Insulensis animaduertisset plerasque Belgij vrbes arcium proditione in hostium venisse potestatem, Archiducis Matthiæ & Ordinum venia demum vrbis suæ castrum introrsus muro nudauit, eámque ruderibus fossam complanauit, quæ vtrumque hactenus diuiserat. Et quoniam ad hoc opus pecunia multa fuit necessaria, edictum est ab eodem Archiduce Regis nomine, vt Ecclesiastici, Nobiles, Rationum Magistri, & Auditores, Gubernantiæ, vt nuncupant, Magistratus, ac denique omnes Insulę commorantes aliquid tribuerent. Cautum est etiam agro Insulensi, quem plerique prędones admodum infestabant, Philippo Persio Iuris Laurea donato in alterius Mareschalli Præpositi (cuius ignauia id malum latiùs serpserat) subrogato locum; eique peditibus triginta, equitibus octo attributis; tum vt armis latrones persequeretur, tum etiam vt eorum iudicia rectiùs exerceret.

Natalis Comes, Isselt, Beyerlinck, Lanarius, Chappuis, Haræus, VVaremburg.

In Ioan. Austriacum Ordines bellum mouent.

Auctores citati.

Ij ad Gemblacum cæduntur.

Auctores citati.

Austriacus multas vrbes recipit.

Auctores citati.

Auxilia & pecunias aliunde petunt Ordines.

Auctores citati.

Insulenses in 16. signa ciues partiuntur, vt se tueantur.

VVaremburg. Comment. ms.

Propugnacula terrea excitant.

Idem.

Dominicanorum Monasterium destruunt, & his Religiosis in vrbe Hospitale Grimareorum concedunt.

Mem. Insul.

Arcem suam destructa murorum parte vrbi coniungunt.

Mem. Insulens. VVaremburg. Comment.

Philippus Persius Gallo-flandriæ Præpositus latrones persequitur.

Liber Rusfi.

Duaci Ioannes de Latere, & Iacobus Dasiignie in custodiam dantur iubéte Auraico.
Lib. ms. Duac.

Hæc dum fiunt ab Insulensibus, Duaci Principis Auraici rerum ferè potientis A
in Belgio, & Catholicis vehementer aduersantis mandato, Ioannes de Lattre in
Duacensis Gubernantiæ, vt nominant, tribunali Iudex Regius, & Iacobus Dassi-
gnius nobili loco natus, & Senatus Princeps, in custodiam trahuntur, quòd prodi-
tionis in patriam suspicerentur. Et quamuis falsò, ac per summam iniuriam calum-
nijs onerarentur, tamen tres integros menses in Martianensi domo detenti sunt,

Ibidem ante tempus Magistratum renouat Auraicus.
Idem liber.

donec re penitiùs explorata liberi mitterentur. Ibidem Martio mense Magistratus
ante tempus sunt Senatoribus eiusdem iussibus abrogati, cùm secundùm priuilegia
non liceret hoc anno ante septimum Iunij diem Senatum legere. Optimi quique ci-
uium facilè animaduertebant quorumdam artibus id fieri, quibus Senatores Ca-
tholicæ Religioni Regique adhærentes minùs placebant, & qui cum Auraico sen-

Ibidem Baillíuus officio priuatur.
Idem liber.

tiebant: magnúmque ideò capiebant animo dolorem. Auxit eorum mœstitiam, ac
metum, ne res in peius ruerent, cùm etiam Philippus de le Val Graincutiæ topar-
cha, supremi Duacensis Bailliui titulo & officio exutus est (cùm eum annos iam tri-
ginta Magistratum summa fide laudéque gessisset) quòd paria eum Senatu abdicato B
sentire crederetur. Et propiùs quoque hîc à periculo vinculorum & carceris abfuit

Propiùs abest, quin ibidem capiatur Ioannes Védullius.
Nicol. Zoesius.

Ioannes Venduillius vtriusque Iuris Doctor ac Professor celeberrimus. Is paucis
antè mensibus cùm plurimus in Auraicum inueheretur, eiúsque passim fraudem de-
tegeret, quâ nihil aliud moliebatur, quàm vt, Hispanis è Belgio eiectis, Regiam
auctoritatem & Catholicam Religionem pessumdaret, quorumdam indicio ad ip-
sum delatus fuerat. Igitur hoc stimulante Generales eum Ordines Bruxellas euo-
cauere: iussúmque est illic, vt quibusdam Aldegondi propositionibus responderet.
Verùm illi Curiam Senatorum Regiorum intrepidè adeunti manus Apparitores
quidam iniiciunt, & pro tribunali proditionis reum faciunt. Ipse contrà sese admo-
dum defendit, & eorum, à quibus euocatus fuerat, litteras profert. Ita postridie
multis pudefactis in libertatem assertus est. Suasit tamen ei sacer aliquis Antistes,
qui tunc aderat non minimus inter Ordinum Proceres, vt, si consultum sibi suísque
cuperet, tantisper è patria discederet, donec tumultus comprimerentur. Ergo Leo- C
dium Ioannes occultè discessit. Verùm Duacensis vrbis Senatus eo se viro vidua-
tum grauiter dolens, inde paullò pòst Duacum reuocat. Patet huic Ioannes, neque
magis, quàm priùs, potestatem Auraici veretur, artes eius dolósque patefaciendo, ac
passim consilia monitis & sanis suggestionibus euertendo. Id rursus ad Auraicum
per asseclas eius perscribitur; statimque vt cum ijs, quos antè memorauimus, in car-
cerem Duaci trudatur, is imperat. Priùs tamen huius mandati Venduillius per Phi-
lippum Broideum vrbi à Cõsilijs, & studiosum salutis eius patriæque, monetur, quàm
satellites domum accurrant; satísque temporis habuit, vt eius consilio acquiesceret,

In absentis amicos sæuitur.
Idem.

clámque ex vrbe Parisios proficisceretur. Sed ipso per fugam in tutum recepto, in
amicos & propinquos eius furor omnis deseuijt. In eos enim minis grauibus, ca-
lumnijs, & iniurijs actum est. abrogata quoque Ioanni primaria Iuris lectio, & alteri
concessa; nihílque propiùs abfuit, quàm vt eius bona proscriberentur. Neque par-
uas eo tempore Societatis Iesu Religiosi eodem in oppido molestias pertulerunt.

Duaci ab factiosis Societas Iesu vexatur.
Histor. ms. huius Collegij.

Apud virum quemdam potestate præditum plerique maleuoli ac corruptæ religio- D
nis homines occultis artibus egerunt, vt, quoniam Societas Iesu plurimum laboris
ad retinendos in officio veræ Fidei ciues capesseret, aliquid moliretur, quo denique
fatigati vrbe cederent. Is ergo viros aliquot nõn minùs petulantes, quàm parùm
æquos sanctæ Religioni selegit, qui per vices interdiu noctúque Collegij fores obsi-
derent, Socijs alijsque domum aduenientibus negotium facesserent. Nihilo tamen
minùs in proximi vtilitatem solitis muneribus obeundis, ab Socijs iniurias & tech-
nas eorum spernentibus laboratum est.

Contra Ioannem Austriacum Gallo-flandri iurare coguntur, vt alij Belgæ.
Issele, Beyerlinck, Lamor. Mar. Chappuis, VVassemberg Lib. ms. Duac.

Deinceps per Aprilem Ioanne Austriaco publicè Ordinum Generalium Edicto
patriæ ac Regis hoste renuntiato, quod alibi passim fiebat, etiam in vrbibus Gallo-
flandriæ iussi sunt omnes quà ciues, quà exteri, quà Clerici & Religiosi, quà pro-
phani, hunc in modum sese iuramento constringere; Pactum se Gandense serua-
turos; Regi & Archiduci Matthiæ in omnibus obsecuturos; hostis loco Ioannem

Austria-

A Austriacum habituros, & patriæ tuendæ causa, quidlibet aduersus eum facturos. Cùm id sacramentum ab omnium ferè ordinum hominibus partim auidiùs arriperetur, partim diceretur incogitantiùs, & imprudentiùs, quàm decebat: etiam ad Socios Iesu Duaci ventum est, ijque nunc blandis sermonibus inuitati sunt, nunc acribus minis adacti, vt idem cùm ceteris amplecterentur, ac in eadem se iurisiurandi verba obstringerent. Sed ea re Socij attentiùs perpensa, cùm clarè perspicerent, eiusmodi iuramentum in grauissimum tum Regis, tum Ioannis iniuriam vergere, magnúmque ex eo ingruere Catholicæ damnum Religioni: nullo se modo passi sunt, ad id concipiendum faciendúmue adduci. Doluit vehementer aduersarijs hæc Sociorum obfirmatio; parúmque abfuit, quin aliquid in eos grauius designarent. Datum tamen iræ tempus, & reuocatis ab foribus Collegij custodijs, pressum magis est odium, quàm concessa impunitas. Quanto enim posteà in Socios furore tandem exarserint, infrà memorabimus. Valuit verò ea Sociorum constantia non parùm apud Gallo-flandros in Catholicam Religionem benè affectos, vt in officio erga Fi-
B dem auitam, Regem Hispaniæ & Ioannem Austriacum remanerent, ac eorum nonnulli sacrorum virorum, quos præceps consilium in iuramenti verba obligauerat, supplices ad eos venere, vt huius se reatus pondere liberarent, ab séque pœnas temeritatis & praui exempli reposcerent.

Hoc facere recusant Societatis Iesu Patres.

Hist. MS. Colleg. Duac. Lit. MS. Duac.

Subinde vita defuncto Estembecquio dynasta, quem anteà diximus Rasseghemio in Gandensi custodia detento suffectum Gallo-flandriæ Gubernatorem: Insulensium Ordines per legatos suos apud Archiducem Matthiam effecere, vt Adriano Ognieſio Willervallis toparchæ ditionis huius gubernacula traderentur: isque non grauatè suscepto Magistratu promisit, Insulæ domicilium se fixurum, si mille ac ducentos quotannis florenos acciperet. Eam cùm pecuniam libenter Insulenses addixissent, in vrbem hic venit, ibique continuè multum temporis trāsegit; fuítque admodum eius opera ciuibus fructuosa, quemadmodum posteà memorabimus. Ruebant interim Belgij res in peius quotidie. Huius iam regionis fines ingressus erat Co-
C mes Palatinus, secúmque copias omni coopertas improbitate & impietate ducebat, rebellibus animos viresque iuncturus. Creuit tunc multis audacia varios Generalibus Ordinibus libellos offerendi, quibus sectas palàm colendi libertas flagitabatur. Eorum desiderio nihil initio concessum est, ac semper in aliud tempus dilata sunt responsa. Verùm postquàm Iulio mense vehementiùs plerique sectarij apud Ordines institere, vt publica quamlibet religionem arripiendi licentia permitteretur: tum denique quorumdam hominum artibus impetratum fuit, vt quisque animum quò vellet, ad Catholicam scilicet Religionem, aut ad sectas appelleret. Ad eam tamen obtinendam libertatem ingens pecuniæ summa fuit indicta, omninoque est vetitum, ne quam ij molestiam ab hæreticis paterentur, quibus esset obfirmatus in retinenda veteri & Catholica Religione animus. Ad huius verò libertatis permissionem varius extemplò incolarum Belgij mentes motus inuasit. In Brabantia, Flandria Teutonica, & quibusdam alijs ditionibus, multis arrisit vitæ liberioris
D optio, & impia nouę religionis licentia; visáque tum ad omnem patefacta scelerum & sacrilegiorum perpetrationem via. Varijs enim locis res omnes Numini & Diuis consecratæ violenter ab aris & parietibus sanctis detractæ proculcatæque sunt; diuina illusa, & pessumdata mysteria; in Sacerdotes & Religiosos sacrilegæ manus iniectæ. E contrario ad permissæ libertatis nuntios, harúmque rerum narrationem, iusta quosdam populos ira perculit. In his præsertim Artesiani, Hannones, Namurcenses, Luxemburgij, & Gallo-flandri nostri eminebant, quos omnes prorsus grauissimum hæreticæ prauitatis odium incesserat. Eos primùm traxit in admirationem Ordinum concessio, à quibus anteà toties iactabatur, nihil aliud se moliri, quàm vt erga Regem obedientia, & Catholicæ Fidei obseruatio firmarentur: solùm Hispani, quorum iugo nollent constringi, vel opprimerentur armis, vel exigerentur aliò. Ac postquàm secum attentiùs perpendere, quantum mali ea permissio contra Fidem Catholicam inueheret; eos, qui Religioni Catholicæ fauerent, officijs nudari; horum loco ad Magistratus euehi homines hæreseon toxico infectos; & quàm

VVillervallius toparcha Gallo-flādriæ præficitur à Matthia.

VVatemburg.

Comes Palatinus cum copijs venit in Belgium pro Ordinibus.

Isselt, Beyerlinck, Lanar. Chappuis, Net.

Data libertate, quam quis cuperet, sequendi religionem, res Belgij pessum iuere.

Isselt, Beyerlinck, alij cum citati.

Artesiani, Hannones, Gallo-flādri, & quidā alij eam libertatē non ferunt.

Isselt, Beyerlinck, Lanarius, Chappuis, VVatemburg. Haraum.

A immania iam ab ijs essent perpetrata, quos ea libertas frænis probitatis & sanctę Religionis exuerat: nihil in animos nouitatis admiserer publicis è contra litteris admodum testati sunt, bona se, liberos, opes, vitam denique ipsam antiquæ postbabituros Fidei. Qua profectò constantia, & stuporem simul & metum Ordinibus ac Principi Auraico non leuem iniecere. Hi enim non parùm verebantur, ne si harum ditionum incolæ ab contracta priùs societate disiungerent se, multum viribus suis adimeretur, quòd hi populi armis gerendis, bellóque tolerando maximè essent idonei. Omnémque ideò diligentiam adhibuere, initum ne fœdus rescinderent; ac se coactos id fecisse intelligerent. Sed hæc parùm apud constantes Catholicos valuere, quibus charior erat animi salus, quàm opum vitæque dispendium. Igitur quamuis multa in speciem promitterentur, si vellent vnà cum ceteris libertatem religionis admittere: ab ijs tamen obtentum nihil aliud fuit, quàm vt aduersus hæresim eiusque sectatores diligentiùs se munirent. Vt hic de Hannonibus, Artesianis, & Namurcensibus taceam, certè Insulensibus omnem operam adhibere placuit, ne quis in vrbem penetraret hæreseos imbutus veneno; ac si quis intra mœnia sectis addi-

Insulẽses hæreticos non admittunt. *VVaiemburg.*

B ctus deprehenderetur, foras pelleretur extemplò. Neque minùs laboris Duacensis Senatus ad retinendum Orthodoxæ Fidei studium impendit. Iam is Iulio mense quędam in suburbijs tum Marianis, tũ Eligianis prosterni iusserat, quòd vrbi, propter viciniam, obsidionis tempore periculi multum allatura crederentur. ac ne quid turbarum intra muros ab sectariis moueretur, omnem adhibuit diligentiam. Trepidatum tamen paullò pòst est Insulæ. Per eos enim dies plurimus Gandaui (quæ tum vrbs ab Ordinibus Generalibus dissidebat) rebellium numerus armabatur, cui propositum erat furto militari vrbem aliquam Flandricæ ditionis intercipere, vbi necdum Auraicus Princeps cuncta ex animi sententia conficiebat. Igitur cùm tempus aduenisset occultis inde viis proficiscendi, ad Willeruallium eius expeditionis nuntius allapsus est. Is cùm minimè certum haberet, quò præsertim illud agmen incumberet, ac nonnihil formidaret, ne subitò imparati Insulenses opprimerentur (iacta-

Itéque Duacenses. *Lib. MS. Duac.*

Insulæ frustrà Gandauenses insidiantur. *VVaiemburg.*

C tum enim posteà est, de petenda Insula hostes potissimum cogitasse, verùm vbi vigilias diligenter agi cognouissent, aliò sese vertisse) antiquius nihil habuit, quàm vt Proceres vrbis tanti discriminis admoneret. Quamobrem Warnesio dynastæ, qui tunc Scabinorum Princeps erat, significauit, aduersus Gandenses viam in armis facientes vrbi cauendum. Eò mandaret nomine suo Waiemburgij, ac Grambusij dominis, Muissarto, & Ioanni Matthæo capitaneis, quatuor de Societatum bellicarum ductoribus, vt cum suis tota nocte in armis excubarent. Waiemburgio & Muissarto insuper pręscriberet, vti per noctem vigilum stationem adirent, ibique vrbis Respectori suppetias ferrent, si quod ipsi periculum ingrueret. Paruere omnes hi diligenter iis, quæ iubebantur. Verùm Waiemburgio cum vigilibus agente, quidam hæreseos nomine grauiter suspectus, ac plerisque aliis improbis hominibus comitatus, ab eo ferociter satis percontatus est, Suúmne ac sociorum iugulos ferro petere meditaretur? Et mox vehementer iracundia percitus nihil non mouit, vt per vrbem multa iam nocte turbas excitaret, ciuésque aduersus Proceres impelleret. Pa-

D rùm tamen eius conatus ex animi desiderio successit: omnísque tandem motus prudentia Senatus & vigilantia oppressus est. Die sequenti cùm Willeruallius in Curiam Senatorum venisset, vbi Senatus cum Bailliuis quatuor dynastarum consederant, Ipras pridie à Gandensibus interceptas fuisse patefecit, multáque illic ab ijs insolenter & per iniuriam commissa. Ne quid tale Insulensi oppido accideret, optimum sibi factu videri, aliquod si militum præsidium intra muros collocetur. Et Magistratui & Bailliuis suggestum ab eo consilium placuit. Decretúmque protinus est, vt trecentorum peditum cohors scriberetur, idque præsidium vrbi imponeretur, Brœucquiano toparcha ductore. Irent interim Bruxellas Waiemburgius, & Grambusius, eumque militem legi, vt aduersus occultas ac subitas Gandensium aliorúmque hostium insidias oppidum muniretur, aliáque opportuna tempori, Archiducem Matthiam ac Generales Ordines docerent. Sed dum militum habet delectum Brœucquianus, at Bruxellis Waiemburgius & Grambusius morantur, nouus Insulæ motus exoritur.

Ipras ij capiunt. *VVaiemburg. Comment. MS.*

Aduersus eos Insulenses militem præsidiariũ scribunt. *Idem.*

Hinc motus quidam in vrbe. *Idem.*

A Spargebant scilicet hæretici (intra muros ij perpauci erant) haud aliam ob causam militem colligi, quàm vt, ea cohorte in vrbem admissa, Senatus & Ordines Insulenses hanc ditionem ab alijs, quibus fœdere iungebãtur, diuellerent, temerario prorsus pessimóque consilio: cùm inde negotiationem cum alijs Prouincijs rescissum iri non dubium esset, ac miserandus oppidanis penuria pressis exitus certò ingrueret. Hos igitur aliósque sermones seditioni opportunos cùm vulgus auidis auribus & animis hausisset; palàm se Gubernatoris & Senatus conatibus opposuit. Etenim plerique Capitaneorum vrbis Vicarij mox in tabernam vinariam, cuiùs signum est Teneramonda, turbidi coïuere, ac postquàm se mutuò verbis ad tumultum incendêre, vt eodem conuenirent, Capitaneis suis per cohortium Accensos horam dixere. Perculit sanè grauiter hos viros, quibus maximè cordi erant probi mores & Catholica Religio, tam insolens Vicariorum iussio. Extemplóque omnes ad Gubernatorem adiere, vt eius, in re tam noua, & seditionis suspecta, sententiam exquirerent. Willeruallius in negotio tanti momenti, cùm aliquamdiu hæsisset animi dubius, hoc

B tandem eis responsum dedit. In tabernam ad Vicarios ire ne formidarent: illic cùm essent, obruendi tumultus gratia, qui non dubiè grauior imminebat, ijs suaderent, vti libellum supplicem Senatui proponerent, quo demissè primùm peterent, ne cohors militum legeretur; deinde suam Senatoribus operam offerrent; ijs fideliter promitterent, haud se permissuros quidquam in vrbe turbarum exciri, ac circa Religionem Catholicam mutari. Huic tam iustæ propositioni nullus inuentus fuit, qui refragaretur. Scriptus igitur in eam est sententiam libellus, ac Senatui traditus. Quod rogabantur Senatores admisere: & protinus Brœucquiano imperatum est, ne quem ampliùs militem conscriberet. Paruit quidem Senatus voluntati Brœucquianus: quia tamen facilè animaduertebat, parùm se tutum Insulæ aut Siclinij fore, quòd apud hæreticos insigni odio flagraret, Duacum se totámque familiam recepit. Haud tamen quietior ea re fuit populus, cùm nouis in dies hæreticorum hortatibus ad seditionem impelleretur. Tentauit vnà cum Senatu & Ordinibus Gallo-flandriæ Gubernator Willeruallius filij sui Philomeçi turmam equitum in vrbem, sedandis motibus, inducere. Verùm eo ductore sub vesperum vnà cum equitibus suis ad portam conspecto, Tribuni ciuium Vicarius, qui per id tempus vrbanam cohortem in armis ad nocturnas excubias ducebat, quorumdam factiosorum hominum auxilio fultus, ad portam cum suis occurrit, idque præsidium vrbis ingressu arcuit: magnúmque vitæ periculum Muissartus adijt, qui tum excubitoribus præerat, eiúsque se conatibus opponebat.

Verùm is oppressus fuit VVilleruallij consilio.

Idem.

C

Turbant rursus Insulam hæretici, & ne ibi præsidium collocetur, impediunt.

Idem.

Interim quas copias Dux Alençonij & Comes Palatinus contraxerant, in Belgium ab diuersis partibus ducebantur Generalium Ordinum voluntate, & Auraici factione. Propositum his erat tot viribus externis cum domestico exercitu coniunctis Ioannem Austriacum aggredi, & copias eius armis profligare. Verùm id ne fieret, tum pecuniæ defectus, tum quorumdam Germanorum seditio, & aliquarum Prouinciarum Belgij altercatio, causas præbuere. Mali tamen plurimum vtriusque Principis aduentus Belgis peperit. Multa siquidem varijs in locis illata sunt tum ædificijs & supellectili, tum corporibus & animis damna. Vrbes pleræque obsidione cinctæ captæque, ac fœdis populationibus haustæ sunt; multæ in agris villæ expilatæ, & flammis absumptæ. Ne quid vrbes Gallo-flandriæ pagiue simile paterentur, allaboratum est ab Magistratibus vehementer. In oppidis tamen præcipuis à maleuolis & sectarijs in gratiam Auraici tentata quædam sunt inducendis vel occultè, vel apertè hominibus de Catholica Religione perperàm sentientibus, & ad res nouas calidè incumbentibus. Nihilque ab his omissum est, quo populus in Procerum vrbis contemptum, & libertatis cupidinem impelleretur. Cùm enim ij nihil Insulæ vulgi motibus proficerent (eius enim pars multò maxima ritibus Catholicis obfirmatè adhærebat, neque quidquam Præfecto & Senatui aduersum capessebat, nisi technis hæreticorum, & seditiosorum hortatibus decepta) ac non obscurè perspicerent, Gubernatorem, Senatum, Ecclesiasticos, quatuor Castellaniæ Bailliuos, Nobiles, vibis Capitaneos, ac ciues præcipuos tum zelo Catholicæ Religionis, tum vigilantia vr-

Alençonius & Palatinus in Belgium intrant.

Natalis Comes, Isselt, Beyerlinck, Chappuis, Lamar. Haraeus.

D

Multum hîc mali perpetrant.

Auctores citati.

In Gallo-flandria ne quid turbent hæretici, cauetur.

VVassemburg.

bem

Per hos tamẽ Insulæ aliquid tumultus excitatur. Idem.

bem plurimùm munire, ac insidias omnes detegere: aliò consilia verterunt. Igitur aliquot eorum in cœtum coëuntes Zelatorum boni publici nomen induunt: Serenissimo Archiduci Matthiæ, & Generalibus Belgij Ordinibus occultè libellum supplicem offerunt: eo multa proferunt, quibus patefaciant vrbem Insulensem in magnam breui calamitatem tractum iri, Senatorum vel socordia, vel nimia propter negotiorum varietatem occupatione. Inter alia hoc præsertim ponderant, in sexdecim cohortes incolas discretos, vt in armis vicissim excubent: e Tribunis, qui præsunt, decem Magistratus vrbanos gerere: vtrumque munus vnà rectè obiri nequire: aut igitur ijs abrogandas cohortium Præfecturas, aut alios Senatores dicendos. His permotus Archidux ad Gubernatorem Insulam misit viros nobiles duos cum his mandatis, vt perlecto diligenter libello supplice, quem ijs præbuerat, primò Zelatorum querimonijs, dein rationibus Magistratuum & Tribunorum aures vnà darēt. Gubernator ijs acceptis mandatis, ac receptis intra Insulam Archiducis legatis, cũ Warnesio toparcha Senatus principe Zelatorum libellum occultè communicat. ac multis conquetitur, non licere sibi hæreticorum audaciam & conatus opprimere, nullis in vrbem admissis militibus, & vulgo iam occultè maximam partem eorum artibus in factionem distracto. Nullum denique asserit præsentius remedium sibi censeri, quàm vt Catholici viros se præstent, & animi consilia publicè prodant. Warnesius his extimulatus vocibus præcipuos adit vrbis Pastores: quæ de Præfecto Gallo-flandriæ acceperat, ijs impertit. Hi non modico accensi studio Religionis Catholicæ plerosque ciuium ab nouis dogmatibus & factionibus abhorrentes instigant, vt magno numero ad Gubernatorem & legatos Archiducis sese conferant: quid ipsi de supplice Zelatorum libello sentiant, intrepidi exponant. Igitur trecenti admodum è nobilioribus & sanioribus vrbis ciuibus ad Gubernatorem & legatos confertim adeunt. Ibi per Boisotum Gubernantiæ, vt nominant, à Consilijs, exponunt, sibi cognitum esse, quosdam Zelatorum publici boni nomine laruatos Archiduci libellum obtulisse, quo multa de Senatoribus, & militaribus ciuium Tribunis quererentur. dein flagitant, eos homines sibi detegi. Nisi comparuerint, eò se conscientia stimulante adactum iri confirmant, vt, quæ sentiunt, de Senatoribus & ciuium ductoribus publicè patefaciant. Eos enim hactenus egregiè muneribus perfunctos, neque vlli bonorum virorum displicuisse. Sibi persuasissimum esse, non aliò Zelatores scripto suo intendisse, quàm vt Rempublicam turbarent, & ad Religionem Catholicam, vrbisque pacem pessumdandam, suæ factionis hominibus ciuium cohortes & Magistratus committerent. Vbi Boisotus perorauit, Zelatorum nullus comparuit, neque quisquam eorum causam arripuit. Et non diu pòst legatorum Archiducis vnus, quem passim hæreticum clamabant, multo pudore suffusus, oppido excessit, cùm videret nihil horum, quæ sperauerat, ab se deprehensum. A B C

Cui sapienter & constanter obuiàm itum. Idem.

VVallonibus militantibus stipendia non soluuntur ab Ordinibus Auraici malitia. Issels, Beyerlinck, Haraus, VVasemburg. Lanarius.

Hinc inter eos, & Flandros rixæ pugnæque. Auctores citati.

Vt Ordines stipendia numerent, & his malis finem faciant, frustrà flagitantur. Iidem auctores.

Interim Princeps Auraicus, eiúsque factionis homines, qui plurima pollebant auctoritate, vt Catholicorum vires imminuerent, nullum militantibus Wallonum copijs stipendium numerabant: eóque fiebat, vt ipsis permittentibus ij per agros diffusi ab rusticis multa exigerēt, & grauibus damnis, factisque atrocioribus in odium omnium vehementer incurrerent. Acriter in primis aduersus eos Gandenses commoti sunt; ipsósque rusticis coniuncti frequenter adoriebantur. Verùm quoniam in veteranos, ideóque tractandorum armorum peritia insignes viros ferebantur, ab ijs sæpiùs grauiter cædebantur, damnique multum accipiebant. Duplex tunc dolor angebat Catholicos ductores, & Magistratus, qui sub Ordinum imperio, vel militi, vel vrbibus erant præfecti. Wallonicas enim copias, quæ Fidem Orthodoxam enixè colebant, ita stipendio destitui, & tumultuantium iniurijs Flandrorum exponi ęgerrimè ferebant. Ad hæc è plerisque rebus non obscurè percipiebant, ab nonnullis id agi, vt Catholica Religio penitùs obrueretur. Egerunt igitur apud Ordines admodum, & constanter, vti Flandrorum conatus & tumultus comprimerentur; Wallonibus stipendia merentibus æs numeraretur; in Catholicos ritus, & res sacras hæreticos grassari ne sinerent. Ab Ordinibus responsum ad hæc fuit: Nequaquam ea se auctoribus fieri: diligentem se daturos operam, vt malis ijs remedium adhibeatur. D

Et

A Et profectò vt iustæ petitioni fieret satis, non segniter ab Ordinibus laboratum est. Frustrà tamen ijs cuncta cessere studia. Igitur hæc omnia cùm animaduerteret Valentinus de Pardieu Mottæ toparcha, Ordinum partibus nūtium remisit, ac sese, gratiam Regis aucupaturus, Grauelingæ, cuius erat Præfectus, in tuto constituit. Qui militibus Wallonicarum Prouinciarum præerant, easdem ob res occultè contra Flandros, qui iam Religionem Catholicam Sacerdotibus expulsis, disiectisque sacris ædibus, horúmque loco impurissimis sectarum buccinatoribus introductis, pessumdabant, occultè aliquid moliri primùm cœpere. In his præcipui cernebantur Egmondius, Hezius, Montignius, Caprius & Boursius: quorum communi consensu ea coaluit factio, quam vulgò Malecontentorum nominabant, vel quòd ægrè paterentur nulla sibi suísque stipendia numerari; vel quòd grauiter ferrent ob concessam religionis libertatem, Orthodoxæ Fidei mysteria violari: quidam etiam ab Rosarijs precatorijs, quæ de collo gestabant, milites Pater noster nuncuparunt. Constitutum his erat nondum pro Rege Catholico arma gestare; sed contra hæreticos ferro se Fidémque Catholicam tueri, ac stipendia viribus & armis exigere.

Malecontentorū initium, causa, & intentio.

Natalis Comes & auctores ante citati.

B Cùm igitur hoc agmen in Flandria Teutonica diutiùs hæret, & Flandris, ac præcipuè Gandensibus infestum grassatur; ingens numerus aduersariorum militum ac rusticorum in armis conuenit, ac cum ipso non procul Aldenarda manus conseruit. Ibi cùm superior propter multitudinem hostis euasisset, qui cæsis nonnullis superfuerant Wallones, in agrum Insulensem venere. Ea res cùm displicuisset factionis auctoribus, insignem de Flandris vindictam capere statuerunt: Quia tamen arbitrabantur temerarium rebus nondum tutis, nullóque, in quem sese reciperent, intercepto Flandriæ loco, in apertum simul bellum erumpere: totum perpetrandi alicuius facinoris negotiū Emmanueli Lalainio Montignij Baroni adhuc iuuenilibus armis præferuido committunt. Et mox regulus Capprius quam legionem Wallonum hactenus duxerat, Alennio toparchæ tradidit, vt ipsi sese adiungeret. Eorum igitur Wallonum, qui per agrum Insulensem dispersi fuerant, facto agmine Montignius & Alennius Lisam transmittunt, & Stegras oppidulum Flandrici Comitatus minimè contemnendum occupant, ibique se tueri ac munire incipiunt. Paucis tamen inde diebus Flandrorum vrgentibus copijs (eæ námque multò maiores erant) aliò discedere coguntur. Haud tamen Flandris nocendi desiderium eo infelici successu fuit oppressum. Igitur mense Septembri Siclinium adijt Baro Montignius cum plerisque militum Præfectis. Illic in ædibus Brœucquiani toparchæ occultis de intercipiendo Menenensi oppido (ad Lisam id iacet duobus supra Cortracum milliaribus, infra Virouiacum vnico, terreis aggeribus circumdatum ac fossa) consilijs agitant. Et rebus ad eam expeditionem summo silentio comparatis, ad Pontem Stegrensem noctu copiæ ducuntur. Inde per Flandriam Teutonicam capto itinere, aduersum nihil opinantibus hostibus, tempestiuè Menenis propinquant, & quæ nuper è cespitibus ab Gandensibus educta fuerant, valla breui superant ascensu. Qui locò potientibus vires adiungerent, eodem per Gallo-flandriam cum legionibus suis Baro Hezius, & Alennius aduolant. Illic dum sese muniunt, & necessarijs rebus instruunt,

A Flandris hi cæduntur, & in Castellaniā Insulensem se recipiunt.

Auctores citati.

Stegras inuadunt, & aliquamdiu tenent.

VVaemburg. Com.

Inde à Flandris expelluntur.

VVaemburg. Com.

Menenas ad Lisam intercipiūt, ibique se muniunt.

Isselt, Beyerbach, Lanarus, VVaemburg. Chappuis, Haræus.

D ac prædas circùm faciunt: huius facinoris fama multas extemplò Prouincias peruasit, ipsósque Belgij Ordines perculit. Ac tunc in varia quidam scissi studia sunt, Flandris Teutonicis, aliísque nonnullis Prouincijs ægerrimè factum ferentibus; ex aduerso, Artesianis, Namurcensibus, Hannonijs, & Gallo-flandris, quibus Religio Catholica magnoperè placebat, ab Catholicis hominibus insessum id oppidum probantibus. Hi enim vtrique facilè animaduertebant, eam Baronum ac militum seditionem in magnum denique Religionis Catholicæ commodum redundaturam, ac plerisque occasionem ideò datum iri cum Rege Philippo pacem bonis legibus paciscendi. Ergo nihil non tunc moliti sunt Gandenses, aliíque Flandri, vt Wallonum conatus frangerent, ac sæpenumerò armatas ijs manus opposuere. Multa interim Montignio eiúsque copijs ad tolerandam Menenis vitam deerant. Vrgebat præcipuè pulueris bombardarij necessitas. Etsi enim non deesset multis animus aliqua subministrandi, nondum tamen palàm quis audebat commeatum sufficere. neque

Hoc de facto Malecontentorum varij Belgarum affectus.

Auctores citati.

Flandri Teutonici ijs se opponunt frustrà.

Auctores citati.

Multis interim rebus carēt Menenæ,

quid-

nullúsque audet eas palàm sufficere. VVaremburg. Comment. MS.

Lallainius Comes puluerē tormentarium eis per Robreuiettū suppeditat. Idem.

Montignius quædam oppidula capit, & pecuniam è Flandria colligit. VVaremburg. Isselt, Haræus.

Eum Insulenses opera Gubernatoris adiuuant. VVaremburg. Comment. ms.

Auraicus & Ordines conantur frustrà Flandros Malecontentis conciliare. Isselt, Haræus.

quidquam etiam occultè quispiam eorum, qui Montignio rem eam aggrediendi auctores fuerant, submittebat; quòd nondum satis felices sese successus proderent. Ab solo eius fratre Lallainij Comite aliquid suppeditatum est. Huic erat à consilijs Adrianus. Rebreuiettus magna vir rerum agendarum pollens dexteritate, animósque conciliandi. Is itaque, quibusdam Senatorum Insulensium conscijs, puluerem nitratum bombardis minoribus exonerandis idoneum Menenas misit. Ac ne quis è vulgo deprehenderet, halecum dolijs incluserat, quòd populi multitudo infestior esset Montignio eiúsque copijs, animos passim in eos hæreticis incendentibus. Haud multò pòst cuncta Montignio feliciora fuere. Non exiguam ipse pecuniam è vicinis Flandriæ Teutonicæ pagis colligebat; quædam circùm munitiora de hostibus loca cepit, ibique militem posuit. Ad hæc paucis diebus interiectis, medio ab Insula milliari in arce Houchinij reguli cum eo Willeruallius Gallo-flandriæ Gubernator occultè colloquium habuit. Exinde Willeruallij opera Insulenses cum Montignio securiùs sensere, eúmque pecunijs, & alijs necessitatibus iuuerunt. Ferebant interim Auraicus Ordinésque Belgij grauiter, inter Malecontentos B & Gandenses inimicitias ali: quòd perspicerent inde plurimum suis rebus incommodum afferri. Iussi sunt ab his Gandenses hostile nihil in posterum agere; indictum pendere tributum; sua Catholicis templa bonáque restituere: vt receptis tandem stipendijs Wallonica factio solueretur. Etsi parati viderentur Gandentes ijs obtemperare, quæ iubebantur; nihilominùs tamen prauis quorumdam consilijs effectum est, vt Palatinus Comes in vrbem aduocaretur, eiúsque viribus inhiberentur Malecontentorum excursiones. Verùm nihil ea ratione compressi sunt Wallonum conatus, magnúmque Gandenses illius Principis aduentu dispendium cepere. Multa enim ipsi pecunia fuit numeranda: rursúsque ad omnem impietatem patefacta est via, cùm eius comitatus nouas sectarum flammas subderet. Igitur Malecontenti maioribus in Flandros stimulis agitati, longè plus posteà damni ditionibus eorum intulere. C

ANNALIVM GALLO-FLANDRIÆ LIBER DVODECIMVS.

Ioannes Austriacus peste exstinguitur. Isselt, alij.

Gubernationem Belgij capessit Princeps Parmensis Alexāder. Isselt, Beyerlinck, Haræus, alij.

Motus grauis Duaci suscitatur ab hæreticis & Patriotis. Histor. Colleg. Soc. Iesu Duac. MS. Lib. Duac. MS.

EA dum fierent à Gandensibus & Malecontentis, quæ nunc exposuimus, Ioannes Austriacus in Namurcensi Prouincia pestilenti febre correptus est, ac magno bonorum omnium mærore, quibus eius virtutes, ingenium, & animus cognita erant, è viuis subductus Kalendis Octobris: postquàm frustrà diu vel armis rebelles comprimere, vel ad pacem omnium criminum condonatione, & suauissimis alijs legibus, ex Regis Catholici voluntate, animos Belgarum inducere conatus fuisset. Qui Belgij res eius loco administraret, eiusdem Regis decreto renuntiatus est Parmensis Princeps Alexander: qui mox imperium capessiuit, vnáque rebellibus bello frangendis, & Malecontentis in partes Regias pertrahendis operam dedit. Interim mensis eiusdem Idibus Duaci tumultuosiùs agi cœptum est. Homines quidam factiosi (quos ab studio patriam tuendi, Patriotas vocitabant; ij reuera tamen patriç potiùs exitium moliebantur) alijs non-paucis auro corruptis, & quid agere deberent, edoctis, eo die sub horam sextam vesperi spargunt rumorem, Tornacum ab Francis occupatum opera quorumdam extero- D

rum

A rum hominum esse, qui pacis ac Religionis gratia eò se varijs è Belgij ditionibus receperant. Exorto mox tumultu, forum ipsi piscarium armata manu obtinent. Ibi parte sua intelicta, & mensis piscariorum ac curribus aliquot munita, datísque mandatis, nequemquam admittant, aut transire permittant, nisi tesseram enunciauerit, quæ tunc fuit, *Patriota*, alius aliò per vrbem globatim discurrunt, spreta Gubernatoris & Magistratus auctoritate, suos passim contribules ad arma capienda exstimulant, & quæ velint ab ipsis die sequenti peragi, admonent. Interim vni horum globo Gubernatoris Vicarius Henricus de Nebra satellitio septus occurrit, ac quemdam ab ceteris paullò remotiorem vinculis onerat, & in custodiam pertrahit. Excitis mox clamore socijs, ingens ad carcerem fit procursus coniuratorum. Ibi clamoribus, minis, iniuriosis blasphemísque vocibus omnia circumsonant amicum sibi reddi efflagitantium. Vim timentes Magistratus, qui iam conuenerat, & Gubernatoris Vicarius, captiuum ijs restituunt. Exinde cursu liberiore, ac maiori contemptu publicæ potestatis effusi, iactata etiam passim grauissima in Senatores ac Nebranum

Rumor falsò ab ijs spargitur de intercepto ab exteris Tornaeo.

Ipsi vesperi partim forũ piscarium armati obtinẽt, partim per vrbẽ vagãtur.

Vnum è suis captum, & in carcerẽ missũ à Propræfecto vrbis repetũt, & post minas recipiunt.

B proditionis calumnia: primùm ad eam domum conuolant, vbi regulus Dionius, traducta hanc in vrbem familia paucis antè diebus, sedem fixerat. Et statim perruptis foribus, omni in eum, vxorem, liberos, familiam, iniuriarum genere grassantur. patriæ proditores eos inclamant: corpora violentiùs attrectant: in supellectilem manus inijciunt: quædam secum asportant intentatis grauioribus minis. Eo de loco in Hospitium Aquicinctinum vertunt impetum, ibique non humanioribus modis Estreelensem dominum habent, qui nuper eò diuerterat. Longo inde tractu, haud procul templo S. Albini, in ædes Abencourtianas vesano furore rapiuntur, vt Breullium dynastam illic hospitantem paribus iniurijs afficiant. alij atque alij postea similiter agitantur. Neque ab seditiosis hæc patrantibus quidquam elici potest, cur ita sæuiant. Reliquum noctis partim in foro piscario, partim alibi, vigilijs & consultationibus transigitur. Die sequenti postquàm illuxit, ab factiosis id curatur vehementer, ne qua portarum vrbis ante meridiem referetur, quo technæ tegantur

Dionij toparchæ domum vi penetrant, & totã familiam iniuriosè tractant.

Io Estreelensem dynastã & quosdam alios nobiles idem perpetrant.

Ne portæ postero die ante meridiem aperiantur, faciunt.

C sparsi falsò de Tornaco rumoris, præcluso præsertim ijs aditu, qui fors ex ea ciuitate aduenerint. Et iubent suos extemplò tympanis concrepantibus arma corripere, ac sub signa concurrere, insigni absentibus proposita multa. Audaciam ijs hominibus faciebant centurionum ac signiferorum plerique, necnon aliqui primariorum ciuium promissis & muneribus in partes attracti. Ergo plateis tympanorum strepitu resonantibus, ad forum vis ingens hominum patriæ tuendæ prætextu, confluit. Ad sexdecim aut septemdecim signa numerabantur. Vbi forum occupauere, magnus Senatum metus inuadit, & quid furori opponant, ij Proceres vix perspiciunt. Consultò tamen ad eos è Curia in forum se conferunt, ibique multis vesaniam verbis frangere conantur; ac tandem obsecrant, quandoquidem iactarent sese cupere, vt exteri vrbe pellerentur, domum sine maleficio reuertãtur. Daturos enim se operam, vt exteris oppidum purgetur. Ad hæc illi contrà vehementiùs animos inflammant, & obstinatiùs interminantur, neque arma posituros se, neque discessuros, adeóque mortem ipsis illaturos (hæc cùm dicerent, bombardis sclopisue ad iactum expeditis

Sub signo cõiuratos omnes cogunt.

Forũ deinde occupant.

Senatoribus, vt arma ponant monentibus non obtemperant.

D fomitem applicabant) nisi Decretum impetrent, quo Iesuitæ omnes (sic enim Societatis Iesu Religiosi passim hîc nuncupantur) & aduenæ Nobiles, quos aliunde nuper loci opportunitas ex varijs vrbibus & pagis huc pertraxerat, ex oppido proscribantur. Hîc primùm Senatus, Quæ suboriri ex hoc facto possint incommoda, ipsi secum reputent, rogat; & quanta posteà vrbi infamia sit aspergenda, cui semper Catholici omnes placuere. Dein, cùm nihil proficit, ijs acriùs vrgentibus, in Curiam se recipit. Coëunt extemplò rebellium capita in cœtum, ac votis communibus constituunt, ductores ciuium, & quinquagenarios in Curiam Senatorum esse mittendos, qui rursus Decretum ab Senatu flagitent, ac minis extorqueant. Parent eorum voluntati ductores, & quinquagenarij. Ad Prætorium vix isti peruenerunt, cùm partim postulationibus, partim minitationibus debilitatos iam metu animos Senatorum, quò cupiunt, impellunt. Itaque Proceres, cùm nullum alium comprimendi tumultus modum circumspiciunt, maior quidem numerus, cum summo animi mœ-

Ab his flagitaot decretũ, quo Societatis Iesu Religiosi ac Nobiles exteri vrbe pellãtur.

Idque minis extorqueat.

A

rore, coactique, verùm dissimulata cæteri voluptate (nam tres quatuorue cum seditiosis occultè sentiebant) Edictum conscribunt, quo Societatis Iesu Religiosi, Nobiles aduenæ, qui iam inde à tribus mensibus hoc confluxerant, ac studiosi omnes externi, ante quartam pomeridianam vrbe excedere iubebantur. Id postquam Lætissimis animis, & secundis clamotibus ab factiosis exceptum est, centum circiter viri ex ipsa oppidi fæce armis instructi ad Societatis Collegium celerrimè accurrunt. Erat tum decima diei hora, & Socij partim lectionibus in Scholis operam dabant, partim domi suis muneribus intenti consistebant: ac eorum omnes prorsus erant ignari, quæ aduersus ipsos gerebantur. Igitur illi aream ingressi tympanum pulsant, vexillum expandunt, ac de scripto edicunt, vt Socij ante quartam pomeridianam ex vrbe discedant. Ibi Socios primùm admiratio, & perturbatio incessit. dein animis ipsi præsentibus inquirunt, Quorum auctoritate proficisci iubeantur? quóue suo flagitio? Vbi responsum fuit, Duacensem id populum iubere, ac nihil causæ præter eius voluntatem esse quærendum: saltem id iure suo postulant, vt sibi Senatum adire liceat, eúmque de rebus suis docere, aut aliquod innocentiæ suæ publicum testimonium auferre. Verùm hæc surdis canuntur, nihilque aliud ingeminant omnes, quàm sibi Duacenis placere, vt hinc abeant: ideóque se iubere, vt egrediantur dicto tempore. Visum est tamen Socijs operæ pretium aliquos ipsis amicitia deuinctos, & quondam apud eos disciplinis imbutos, occultè ad Senatum mittere quæsitum nomine suo, Eiúsne decreto iuberentur foras discedere, quemadmodum furiosi homines proclamauerant? Senatores ea petitio, quid responderent, anxios fecit. ac dimissis ijs, qui fuerant legati, ad tempus cogitatum grauiter fuit, quid responsi potissimum darent: Iussis tamen rursus ingredi, paucis in hæc verba dixere: *Nunquam se voluisse, nedum imperasse, vt Societatis Religiosi foras mitterentur; magno contrà sibi esse dolori, quòd omnis erepta sibi sit ratio vesanos & factiosos homines comprimendi. Malle se quidem, vt intra muros vrbis consistant: quia tamen vecordia & nefarij conatus id impediunt, sese consultoribus furori ad tempus cederent, maioríque tum sua, tum vrbis quieti breuem alibi moram facerent.* His auditis, Magistratus sententiæ parent Socij, quem semper & coluerant, & Catholicæ Fidei tenacissimum, vt erat, paucissimis exceptis, arbitrabantur: séque confestim ad iter accingunt. Quia tamen non obscuris indicijs deprehendebant, omnem ab nefarijs hominibus Collegij supellectilem, vbi discessissent, direptum iri (nam ij publicè questi sunt postea, falsis se promissis ab seditionis capitibus onustos, cùm pro direptionibus, quas promiserant, præter infamiam ac vitæ periculum, nihil retulerint) mittunt interim, dum alibi compita Edicti Senatorij aduersus Societatem & Nobiles aduenas aliósque proclamationibus feruent, eosdem ad Senatum amicos, qui vel rebus Collegij conseruandis domus custodes impetrent, vel id efficiant, vt is suam in fidem eas recipiat. De custodibus Senatui placuit. Et duo missi extemplò, qui de schedula etiam recitarent; duobus è Socijs factam potestatem domi remanendi, ac supellectilem tuendi. Sed illos seditiosi parùm curauere, tum quia pauci erant, tum quia Magistratus auctoritate aduenerant, cuius in se Collegiúmue Societatis adimebant. Igitur decem alios cum decurione Malboutrius vrbis Bailliuus ijs duobus adiunxit: ac tum furiosi homines paullatim repressi sunt. nam non adeò multi tunc in Sociorum Collegio constiterant, quòd alij in area Gymnasij Aquicinctini, ad vexillum, quod eo loco defixerant, excubias agerent, alij aliò essent dilapsi. Verùm ad meridiem longè insolentiùs & petulantiùs in Socios actum fuit. Maioribus tum copijs ad strictiores vigilias atrium Societatis domûs impleri placuit seditiosis. Et mox horum aliqui violentiùs in triclinium sese penetrant, ibique Sociorum prandio apparata helluonum more deuorant, hauriúntque auidissimè. Ac nisi quidam ciuis honestus blandioribus verbis induxisset, vt in aream redeuntes præbito illic affatim potu sese proluerent, cœnationem turpius fœdassent. In ipso ferè tempore Facultatis Artium Decanus, quem priùs amicitia Socijs iunxerat, ac nunc etiam eorum miseratio admodum tangebat, cùm ad Collegium accederet, vni coniuratorum ductori occurrit, ab eóque didicit, factiosos ciues non Socijs tantùm, verùm etiam studiosis iuuenibus infen-

B

C

D

Ad centum viros mittût, qui in Collegij Societatis aream ingrediantur, ibique decretum legant, & iubeant Patres discedere.

De scripto Decreto excusat se Magistratus: suadetque, vt Socij cedant populi furori.

Idem permittit, vt duo è Socijs domi maneát rebus seruandis.

Ad meridiem seditiosi Collegium Societatis penitiùs intrant, & prandio parata deuorát.

Decanus Facultatis Artiû cum periculo Senatû adit.

A fos existere: ideóque non minùs his, quàm illis, expulsionem minatis; ac iam ado-
lescentes exteros passim metu diffluere. Igitur ea re permotus, ad Senatorum Cu-
riam gradum corripuit, spreto vitæ periculo, quod ipsi ab varijs vigiliarum stationi-
bus plurimum ingruebat, quas seditiosi in omnibus compitis posuerant. Et cùm his
ægrè superatis ad Prætorium peruenisset, difficulter ingressus ei patuit, quòd admit-
ti flagitanti Magistratum grauissimis rebus distineri responderetur. Iussus est tamen
denique pedem introferre, postquàm per Bailliuum de negotio maximi momenti
Senatores ab se conueniendos asseruit. Orationis viri huius capur erat, vt Societatis
Patres, & iuuentus extera stodijs nauans operam, retinerentur. De Patribus, vt an-
teà, responsum est. De iuuenibus facta ipsi potestas, vti Senatus nomine factiosos ab
ijs abstinere iuberet. Sed cùm Decanus rectè diceret, eos minimè sibi obtempera-
turos; ideóque potiùs magna viros auctoritate præditos, qui plus apud eos gratia &
potestate valerent, Senatus mitteret: Bailliuus ad eos cum Scabinis duobus legatur,
non infimis quidem, sed occultis coniurationis ducibus, quorum tamen perfidiæ

Apud eum pro Socijs & studiosis in vrbe retinẽdis intercedit.

Pro iuuenibus ab eò impetrat, vt maneant.

B ignarus erat Magistrarus. Postquàm Aquicinctinum ij Collegium adiere, tentati
sunt feroces animi mollioribus verbis, multáque Bailliuus ad frangendum furorem
minásque opprimendas dixit accommodatè. Sed dum frustrà se cum vesanis homi-
nibus ratione niti animaduerteret; irata protinus voce in grauissimam apertè re-
prehensionem erupit, nihílque aliud eos armis suis & sub signa coitione moliri fre-
muit, quàm fortunarum ac supellectilis direptionem. id enim malleos, rudites, dola-
bras, secures, aliáque id genus indicare, quibus armati ex ipsa vrbis fæce coaluerant.
Pupugit vehementer efferatas anteà mentes ea Bailliui oratio. statímque ferreis fi-
stulis, plumbo & puluere instructis, fomes à quibusdam est applicitus, & libratæ
in pectus hastæ. Igitur nisi cum Scabinis celerrimo cursu in vicinum & oppositum
Martianense Gymnasium sese coniecisset, plumbum ferrúmue membris excepe-
rat, certúmque vitæ discrimen adierat. Per id tempus Magnificum Vniuersitatis
Rectorem Adrianum Puessium (Iuris vtriusque Doctor, & primarius Iuris Ciuilis

Apud seditiosos tamen pro ijsdẽ nihil efficitur.

Magnificus Rector Vniuersitatis pro retinenda Societate laborat.

C Professor erat) grauissimus perculit nuntius eorum, quæ in Societatem patraban-
tur. Isque continuò tanti facinoris atrocitate permotus (Societatem enim magna
colebat amicitia) in querelas vehementer animum vocémque effudit. Nihil námque
Socios admisisse, cur expelli oppido mererentur: in salutem publicæ rei grauiter
eos semper incubuisse: vbi discesserint, haud dubiè subuersum iri funditus Acade-
miam. Subijciebant, qui nuntiauerant, Senatus Decretum à seditiosis extortum mi-
nis, publicè iam promulgatum esse; coniuratos omnia tentaturos, id ne perfringa-
tur. ac Decanum quidem Facultatis Artium, quamquam obscuris verbis, iactasse
tamen, de iuuentute retinenda, quàm de Patribus, magis laborandum: qui doceant
horum loco, facilè reperiendos. His igitur Magnificus Dominus acceptis nihil cun-
ctandum arbitratus est, illicóque in cœtum Vniuersitatis capita coëgit. Ibi primùm
Decanus quæ dixerat sic ex vero iussus explicuit: Non esse sibi Societatis expulsio-
nem neglectui; verùm sibi visum melius eam solùm eliminari, quàm vnà exteram
propelli iuuentutem. oppressa námque seditione, facilem fore Patribus in vrbem
D reditum: adolescentes haud facilè reuocandos, vbi semel fuerint expulsi. Agitatum
deinde, quid in commune bonum fieri oporteret: votísque omnium est decretum,
aliquos ad Senatum mittendos, qui causam Societatis & Vniuersitatis agerent. ex-
perientia siquidem promptum cuique esse, Socijs docentibus, aliorum Gymnasio-
rum iuuentutem ardere studio; priusquam in partem laboris hi venissent, in ijs lan-
guisse disciplinam. Hæc cùm in laudem Societatis dicta fuissent in eo Conuentu,
electi communibus suffragijs Vniuersitatis Cancellarius, Facultatis artium Deca-
nus, & duo Iuris Professores in Curiam Senatores adeunt. Primus eò dixit Cancel-
larius, vt ostenderet, eos malè Iudicum fungi munere, qui populi seditionibus, & tu-
multibus ad condenda Decreta sese abripi sinunt. Alij alia ordine suo satis ardenter
effati. Nec displicuit omnium oratio, cùm in commune bonum consulerent. Ne
Patres tamen in vrbe retinerentur, ab Senatu iam minis factiosorum perterrito, &
ne quod maius malum suboriretur, metuente, impetrari non potuit: quanquam sa-

Itemque alij Vniuersitatis Proceres.

tis perspiceretur à plurimis Proceribus eorum expulsionem improbari magnopere. A
Dum verò posteà quæreret ab Senatu Decanus, liceretne sibi eius venia Patres obsecrare, ab vrbe longiùs ne discederent, in varias itum est sententias: plus potuit tamen pars melior, quæ gratum id fore sibi respondit. Inde factus audentior idem rogauit, Vellentne Senatores causam suam defendere, si postquàm id fecisset, aliquis reum agere aduersi Decreto conatus? Ibi profundè omnes initio siluere. Postquàm tamen Decanus iterùm iterùmque vrsit constanter, Senatus Princeps omnium nomine respondit: Auctoritate sua protectum iri; ac propterea id negotium susciperet. Ergo digressus è Curia Decanus cum Magnifico Rectore ad Collegium Societatis intendit: quid ab Senatu impetrauerit, Socios edocet. Intereà loci vesanus ille factiosorum hominum manipulus domum Societatis interiùs perrumpit; cœnaculum, cubicula, horrum, coquinam, aliàque loca percurrit. Nihil ab eis intactum relinquitur. Specie rimandi arma, quæ ferebantur occultata, etiam abdita quæque perscrutantur auidè. quidquid opportunum suis vsibus, aut cupidini aspiciunt, in prędam vertunt illicò. quidpiam ab Sociis domo efferri prohibent. in contumelias denique & conuitia soluuntur, ac discessum è vestigio imperant. ad conuasandum, corpúsque curandum vix aliquid temporis concedunt. Rogabant Socij, vt saltem ea, quam nominabant, porta egredi sibi liceret. at ij tumidè respondêrunt, non quà cuperent, sed quà iuberentur, egressuros. Igitur per aream Conuictorum Aquicinctini Gymnasij domo Patres exiguntur, ac bini progredi coguntur viis occultioribus, & copiis armatorum ad compita obsessis, ne quam Catholici & ciuium meliores vim opponant. E seditiosis sex præibant, haud paucioribus vtrimque latera claudentibus. ponè numerus maior instabat, vt discipulos aliósque congressu arcerent. Amor tamen, vel dolor plurimos in spectaculum traxit: fuitque compluribus auctor sequendi, quam Socij voluptatem silentio, modestia, vultus hilaritate prodebant, dum grauissimis scommatibus, probris, imprecationibus ab impiis hominibus proscinduntur. Non se continuit D. Petri Parochus Doctor Colpinus, dum Patribus ad eius Sancti ædem occurrit: sed repentè lachrymas effundens in has voces erupit: Quęnam hæc ingens malitia, & vecordia pessimorum est hominum, vt viros integros, & sacra publicæ rei columina ex oppido eiiciant? Et cùm ad ea verba quidam coniuratorum cędem ei minarentur, in genua mox prouolutus vestem diffibulat, & pectore denudato vehementiùs eos extimulat, vt induant pati promptum ferro corpus: quandoquidem viuere iam pudeat, vbi iustitiæ cultores sine causa oppido exigantur. Nihil tamen in eum, quòd festinarent, actum nocentiùs. Vix ex vrbe Socij fuerant digressi, cùm rumor apud factiosos increbuit, eorum plerosque domi occultos mansisse: ac quidam id questi, grauiùs in eos agendum cēsuere. Vnus tamen eum tumultum breui obruit, dum sibi ab Auraico Principe mandatum asseruit, vt Iesuitas oppido eiiceret; cùm iam sit officio perfunctus, minimè cetera sibi curę esse. Et statim ab Sociis inito numero, præter duos, quibus potestatem fecerat Senatus domi ad res tuendas manendi, tres duntaxat abesse compertum fuit; quos tamen alia porta viam ingressos certis nuntiis accepere. Hęc dum circa Patres Societatis aguntur eo die, in viros nobiles, qui sedem iam à tribus mensibus Duaci ceperant, eadem vsi sunt violentia coniurati, omnésque cum familijs ante vesperum ex vrbe discedere coëgerunt; in quibus toparcha Brœucquianus cùm esset, è Socijs eos, qui separatim abiere, in currum recepisse traditur. Ceteris verò Sociorum iter facientibus primam præbuit stationem Corbehemium vicus, magna Parocho charitate domum inuitante, & pro tenui fortuna curante liberaliter. Vbi corpora pro loci copia & apparatu hilariter refecere, somno capiendo positis humi stramentis incubuere haud minori lætitia: cùm leniter penuriam conscientia toleratæ pro Dei causa iniuriæ. Postquam Sacerdotes summo mane ad aras operati sunt, ac reliquos è Socijs sacrosancto Christi secundùm Missam Corpore pauerunt, alius aliò non procul viam capessunt. Interim Duaci amicorum diligentia in Aquicinctino Gymnasio Sociorum exedris quidam impositi, vt iuuentutem docendo retinerent. Et altero post expulsionem die graui Senatus Edicto sanxit, ne quis alteri tumultum opprobraret, veniámque sedi-

tionis

Tātùm impetrant, vt Socij ab vrbe remotiùs non discedant, aliqua spe reditus data.

Seditiosi in Collegium Societatis penetrant, ibique omnia rimantur.

B

Socios extra vrbem deducunt.

Zelus Doctoris Colpini pro Socijs aduersus seditiosos.

C

Nobiles exteri etiā Duaco exiguntur.

D

Societatis Religiosos excipit Pastor Corbehemius.

Horum alij aliò die postero discedunt.

Quidam Societatis amici iuuentutem in Aquicinctino Gymnasio docent.

A rionis omnibus dedit, ea tamen lege, ne quid in posterum simile tentaretur, capitale siquidem futurum ijs, qui vel cum armis, vel sine armis in cœtus coiuerint occultè publicéue. Ac ne quid periculi Senatus incurreret, centum circiter milites pedestris armaturæ deliguntur, qui suscepta tutandi Senatores cura, continuas in piscario foro excubias armati agerent. Placuit deinde in capita factionis lege agere. Missus cum Scabinis duobus ac militum manu Bailliuus, qui reos domi corriperet. Verùm eorum plurimi vel Gandauum, vel aliò, metu perterriti clàm aufugerant, aut cæcis locis occulebantur: ac in ijs illorum Scabinorum, quos anteà memorauimus, vnus fuit. Vt summùm, quatuor, vel quinque deprehensi, & in custodiam detrusi. Ceterorum domus diligenter exploratæ. Inuenta illic arma in Curiam deportata sunt. Alteróque Senatus Edicto publicè quinquaginta ijs florenos in singula capita constituit, qui occultatos detegerent. Venit tum in manus Senatorum alter, de quibus suprà diximus, eíque post aliquem carceris pædorem & cruciatum ne pedem oppido efferret, prohibitum fuit; cùm aliter fecerit, corpore bonísque multandum Senatus
B asseruit. Ad Curiæ vestibulum in ceteros ea lex lata, vt infra dies quadraginta sese Scabinis sisterent, factique rationem redderent: vbi præscripto tempore non comparuerint, perpetuo ipsi exilio damnarentur.

Senatus ad comprimendos seditiosos vigilat.

Eorum quosdam capit punitque.

Propiùs etiam eodem mense ab graui discrimine Atrebatium vrbs abfuit. Quosdam hic Auraicus in partes suas occultè traxerat, qui duce quodam Ambrosio militaris alæ Præfecto, vrbem suæ per factionem potestati subiiceret. Iam tum huius aliorúmque artibus Senatores, aliique primores tum sacri tum prophani in obscurum carcerem ducti fuerant, ibíque in vinculis attinebantur; ac fœdo tumultu intra muros omnia miscebantur. Verum tempori Præfectus vrbis Capprius, ac Regius Artesiæ Senatus afflictis rebus sapienter ac fortiter succurrunt; sumptísque animis & iunctis viribus, quinto pòst die Senatores è custodia educunt, & de proditionis ac motus auctoribus pœnas publicè sumunt.

Atrebatum à factiosis intercipitur, & post breue tempus liberatur.

Issele, Beyerlinck, Lanarius, Chappuis, Locrius, Philipp. Meter. in lib. ms. Obrisij Poema.

At Insulæ res obturbari aliter cœptæ. Cùm primo Nouembris die Magistratus
C dici ex more oporteret, intolerabile visum est hæreticis, & quibusdam factiosis hominibus, toparcham Brœucquianum, cuius antè mentionem fecimus, inter Lectores Senatus ab Archiduce Matthia nuncupatum, quem ipsi flagrantissimo prosequebantur odio; tum quòd is militem conscribere tentauerat; tum quòd in eius domo Sicluij Montignius de Menenis intercipiendis consilium meutémque acceperat. Ergo vt alteri, quem suæ factionis esse cognouerant, id munus demandaretur, laborarunt, impetrarúntque. Et Catalogum quemdam eorum texuere, quos Magistratibus ornari cuperent. In his, præter quatuor aut quinque, nullus genere, vel opibus nobilis, nullus ferè synceri animi, suspectæ fidei complures. Hæc ipsi nomina Bruxellas ad Archiducem mittunt. Inde ad Willeruallium Gubernatorem eadem Insulam remittuntur, vt Senatum ex eo Catalogo dici procuret. Attonitus rei nouitate Willeruallius, Warnesium toparcham Scabinorum principem aduocat, eique nomina ostendit biduo ante Sanctorum omnium celebritatem; &, cur, vel vnde ad se missa fuerint, aperit, vt eadem communicet cum notæ melioris ac fidei ciuibus, dein vti
D sese cum iis opponat, hortatur. Warnesius eodem die sub vesperum rem omnem fratri VVaiemburgio detegit, qui tum ciues ad nocturnam vrbis custodiam duxerat, eáque nomina exscribit. Per noctem VValerandus & Claudius Miroulij fratres, Fràciscus Fortrius, Robertus Dubusius, Adnocati, & plerique alij clariores cohortis VVaiemburgicæ viri, in consultationem adhibentur. Id è re visum maxime est, vt postero die, priusquam lucesceret, multis ac cõspicuis locis ea nomina diuersis chartulis inscripta figerentur: vti manifestè populus animaduerteret, quonam ij consilia intenderent, à quibus hactenus sæpenumerò in fraudem inductus fuerat, cùm tales summis Reipublicæ curis homines admouere conarentur; quorum studio & artibus Religio Catholica pessumdaretur. Exorta sequenti luce, frequenti Senatu eumdem Catalogum legit in Curia VVilleruallius; & granibus verbis protestatus est, nunquam se Gubernatore vllum hæreseos suspectum Magistratibus adhibitum iri. Hoc Senatus cognito, VVaiemburgium ac Esteuelium ad Matthiam Archiducem, Status

Motus Insulensis per hæreticos ob renouationem Magistratuũ.

VVaiemburg. Comment. ms.

Quidam laborát, vt hæretici in Senatum Insulensem adsciscantur.

His se opponit VVilleruallius Gubernator: itemque vrbis Proceres.

Vt hoc malũ impediatur, mittuntur aliqui ad Matthiam Archiducem & ad Status Consiliarios.

Hi dum laborant Antuerpiæ, vt nullus domino du Broeucq ad renouandum Senatum substituatur, & nulli Magistratum hæretici adipiscantur:

tus Concilium, & Generales Ordines, cum his legant mandatis, vt primò significent A
contra Insulensium priuilegia concessam priùs Brœuequiano potestatem legendi
Magistratum adimi. deinde supplicent, ne qua Insulensium priuilegia violentur. Cũ
Ordinibus primùm egere legati. ac tum vnus eorum, qui Flandriæ nomine aderant,
palàm effatus est, vti Brœucquiani saluti consuleretur, in alium translata esse legendi
Senatum potestatem; cùm eius odio maximè incensus esset populus. Ex aduerso
VVaiemburgius, nullum Insulæ Brœucquiano discrimen ingruere, respondit, quoniam integritas vitæ, ac Religio Catholica bonis omnibus charum fecerint. Alteri
prorsus in locum eius subrogato præsens imminere periculum; vel quòd priuilegiis
aduersetur eius potestas; vel quòd ipse prauæ suspicione religionis, & factionis laboret. Exinde legati opera Ioannis Clerinij Mechliniensis vrbis Cõsiliarij ad Archiducẽ & Status Senatum perducti sunt, ac iis eadem significauere. Respõdit Albertinus
Leoninus, ad vitandum ambitum eiusmodi priuilegium Insulensibus datum. nunc
motu proprio Archiducem, ne quà Brœucquianus lęderetur, alteri facultatem dedisse Magistratus Insulæ nuncupandi. Contrà, legati affirmant, certò sibi constare, B
Chiliarcharum Antuerpiẽsium artibus ademptam Brœucquiano potestatem, postquam eos quidam Insulenses à Catholica Religione auersi ad hoc præstandum stimulassent. De Brœucquiano eadem, quæ priùs, dixere. Dum hæc Antuerpiæ aguntur, certis nuntiis ad legatos perfertur, ipso Diuorum omnium die post meridiem
mille circiter ciues Insulenses facto agmine VVilleruallium adiisse; horum nomine
Franciscum Fortrium Iurisperitum in hanc orasse sententiam: *Hactenus datos Insulæ Magistratus ipsa probitate, fama, Religione Catholica, & genere conspicuos. nunc è contrario quosdam moliri, vt plerique hæreseos vel comperti, vel suspecti, infamia laborantes, vitam tolerantes opificio, Magistratum capessant. Si gratiam ciuium ipse aucupari cuperet, huiusmodi hominibus aditum intercluderet; solos ad clauum Reipublicæ sineret sedere, qui moribus antiquis eam dignitatem mererentur.* His Willeruallium pauca pro tempore
subiecisse: *Nunquam se alio fuisse animo, quàm vt secundùm priuilegia & consuetudinem optimi Magistratus legerentur. Non adeò se ex animi sui & Senatorum sententia curandis* C
publicis rebus operã dare potuisse, quòd frequẽter vulgus per tumultũ suis conatibus obrogasset, ac militem in vrbem induci frangendis seditiosorum animis machinisque noluisset, quem ipse cum Senatu & optimatibus scribendũ curauerat. Ad hęc ciues protinus exclamasse;
Vti cum Senatu delectum haberet; præsidium vrbi, quod vellet, imponeret: paratos se maximè & militem recipere, & omni conatu certare, ne quis hæresi aspersus Magistratum adipiscatur. Vbi Gubernator hæc omnia curaturum se diligenter promisisset, lętos omnes
domum abiuisse. Hæc igitur omnia legati, postquam in Curiam, vbi Status Senatus
consederat, admissi fuissent, ac rursus orassent, ne quid contra Insulensium priuilegia
committeretur, in medium protulere. Tunc iis responsum fuit, neque Archiducem,
neque Status Concilij Proceres nominum Indicis gnaros fuisse. Verùm vrgentibus
legatis, facilè sibi esse, vel apographum, vel autographum Indicis repræsentare, si
quid moræ concedant: quidam à Secretis Concilij professus est, ad Gubernatorem
missum Insulam eum Catalogum. Id ægerrimis animis aliqui Procerum excepere;
ac statim suggestum est legatis, vt ad Principem Auraicum his de rebus referrent, & D
cum eo agerent. Ij contrà sibi mandatum asserunt, vt cum solo Archiduce, & Status
Senatu hoc negotium tractent. Etiam dimissi è Curia discedebant, cùm alter quidam à Secretis scriptas ad Gubernatorem à Proceribus litteras deferti quia tamen
earum sententiam is promere recusabat, iis manus abstinuere, has vetitum sibi affirmantes recipere, nisi priùs quid complecterentur, cognoscerent. Neque priùs adduci se siuerunt, vt Insulam eas deferrent, quàm à domino Beurio Status Consiliario
didicere, Archiducem totum hoc negotium Willeruallio committere. Hoc igitur
cognito cùm satis perspexissent, suam minimè legationem Archiduci displicuisse,
quo nescio hæc omnia Princeps Auraicus moliebatur: lætiores in iter se dedere,
quòd non obscurè intelligerent, quanto Willeruallius Catholicæ Religionis studio
ad publicæ curam rei raperetur. Ac ne quod periculum incurrerent, quod forsitan
aduersarij ex insidiis procurauerant (iam enim ij falsò rumorem sparserant ipsos tur-

Ciues Insulenses apud VVilleruallių̃ insistunt, vt tantùm Catholici Senatores legãtur.

Tandem totum hoc de Senatorum electione negotium VVilleruallio ab Archiduce committitur.

piter

A piter Archiduci mendacium opprobrasse) alia se domum via retulere. Interim Willeruallius ex Senatus sententia centum equitum alam in vrbem Duce Philomęo filio induxit, vt ad omnem motum excubaret, ac præsidio foret aduersus hostium machinationes.

Equites ad custodiam contra hæreticos Insulæ collocantur. *VVaemburg.*

Ac tunc Duaci de Societatis Iesu Patribus in Collegium restituendis feruentiùs actum fuit. Plerique amicorum, quos illic habebant Socij, ad hoc opus diligenter incubuere; ac frequentes Senatum, vt id faceret, flagitauerunt. Et qui foris agebant, quà Præsules, quà Nobiles viri, per litteras idem vrsere vehementius. Neque officio suo defuere Vniuersitatis Rector, totus Academiæ Senatus, & Doctorum celeberrimi: cùm ij quotidie vel secum rationes inirent reuocandi Socios, vel apud Magistratum vrbis agerent. Et erant sponte sua Senatores in amorem Societatis propensissimi, maximóque ardebant desiderio suis eam sedibus restituendi. Quia tamen pleræque difficultates his omnium studiis & consensu erant priùs perfringendæ, ac ideò in frequentes consultationes eundum: haud antè id licuit perficere, quàm

Vt Societatis Iesu Religiosi Duaci restituantur ab Senatu, multi agunt. *Histor. Colleg. Duac. ms. Lib. ms. Duac.*

B tertia ferè ab expulsione dierum hebdomada effluxeret. Igitur tandem Magistratus sexto die Nouembris Decretum condidit, ac publicè ad sonitum tubæ pro Curia Senatoria, & in omnibus vrbis Duacenæ compitis proclamari iussit, quo tum Societatis hominibus, tum viris nobilibus, & aduenis turpiter eiectis, intra muros redeundi, & ibidem manendi potestas fieret. Id autem è Gallico idiomate, quo scriptum fuit, hunc in modum Latinè redditum accipio. *Mandato verbisque DD. Gubernatoris Baillivi, Scabinorum, Consiliique huiusce Vrbis, notum sit omnibus, siue intra mœnia, siue extra habitantibus, cuiuscumque sint Status ac Ordinis: Quòd cum 16. Octob. proximè superioris iam dicti Domini coacti fuerint violentia quadam insolita, & magno cum multorum pudore, ac verecundia, scribere ac euulgare Decretum, quo nominatim Patres de Societate Iesu, & quilibet alienigena, qui ad hanc ciuitatem confluxerant, domiciliúmque in ea collocarant à mensibus tribus proximè exactis, cogebantur ciuitate excedere die supradicto in horam quartam pomeridianam, & vnà cum iis edictum fuerit Nobilibus nonnullis*

Iíque tandem in vrbem reuocantur Gubernatoris & Senatus Edicto.

Cuius hic exemplar proponitur.

C *nominatim, vt ciuitate exularent: quod perfectum quidem est, ac magno cum dolore suprà nominatorum Dominorum, prout tūc indicatum est per ipsos exilia illa flagitantibus, ac persequentibus, incommoda multa & detrimenta iis exponentes: Eam ob causam idem nominati Domini inito ab eodem tempore consilio, & præ cæteris re maturè ac seriò exagitata, pro libellis supplicibus, postulatisque non paucorum proborum & insignium Præsulum, ciuiumque huius ciuitatis tum scripto, tum viua voce, vt Patres & alij probi viri exterminati reuocentur; decreuerunt, decernúntque pari Decreti formula, Regis Domini nostri, Comitis Flandriæ, suóque ipsorum nomine, pro æquitate ac iustitia, suprà dictum Decretum 16. Octob. à se reuocari, irritum fieri, abrogari, veluti promulgatum contra pios mores, christianas leges, & bonum ciuitatis commune: mandantes iubentésque, vt quilibet conditionis dictæ, & quiuis alij recta viuendi ratione præditi, & ab omni suspicione segregati (qui supradictorum Dominorum exspectationi satisfacient) in ciuitatem hanc admittantur, iisque habitandi facultas relinquatur: prohibentes omnibus & singulis, ne reuertentibus, ac receptis admissisque per leges iniurias aut detrimenta inferant neque in corpore, neque in fortunis, sub pœna laquei, aut alia quapiam ex arbitrio, & pro delicti grauitate.*

D Cùm igitur hoc Edictum sexto die Nouembris ad sonitum tubæ locis solitis fuisset publicè pronuntiatum: non multò pòst, lætis omnibus bonis, Duacum rediere Socij, & ad solita munia incubuere; nec paruo delibuti sunt gaudio, cùm viderent oppressis tumultibus quietem vrbi redditam.

Socij Duacū reuersi labores suos repetunt.

Adulto posteà Nouembri cùm legati Insulenses domum incolumes rediissent, ac legationis suę rationem Senatui reddidissent: Gubernator, Brœucquianus, aliique Electores, nouum Insulæ Magistratum dixere, nullis in eum admissis, qui non probis moribus & Catholica fide insignis cerneretur. Ac tum Willeruallius (qui cum Ordinibus Generalibus & Auraico Principe, & seditiosis hominibus occultè consilia miscebat, eo tantùm fine, vt eorum, quæ ab ipsis agitabantur etiam secretissimè, gnarus, Gallo-flandriæ rebus tutò ac prudenter caueret, vti frequenter Warnesio, Waiemburgio, Desplancquio, Esteuelio, aliisque magni nominis ciuibus fidenter

Senatus Catholicus Insulæ creatur. *VVaemburg.*

A

aperuit) quibusdam Senatoribus significauit, iam tempus adesse capita factionum ab vrbe propellendi. Et mox Senatus omnis eius consilio, ac viribus fretus, decem ac septem exilio multauit. Et magna deinde quies consecuta est, quòd ij præsertim anteà tumultus populi concitassent.

Ioannes Venduillius Duacũ honorificè reuocatur. *Nicol. Zasfius in eius vita.* Qui se hic gesserit, dum Parisijs ageret. *Idem.*

Per eos dies Ioannes Venduillius, quem suprà memorauimus coactum fuisse Duaco digredi occultè, ac Parisios proficisci, vt Duacum rediret, Iúsque rursum profiteretur, inuitatus, adeóque Senatus decreto reuocatus est. Cum is Parisiis moraretur, neque virtus ipsius eximia, neque vis ingenij & doctrinæ diu latere potuerant. Igitur Parisienses eum magnopere admirati, nihil reliqui fecere, vt in corpus Academiæ coalesceret, ac de Iure quæstiones lectionésque instituens priuilegijs huius scientiæ Professorum frueretur. Verùm is iam satis animaduerterat, quosdam ad Laureas Iuris præter æquum fásque promoueri, nullóque se modo passurum, vt quispiam minùs idoneus aliquem gradum assequeretur, sentiebat. Eam ob rem, quæ liberaliter offerebantur, modestè omnia recusauit: omnínóque maluit cum seruulo multam rerum egestatem perferre, quàm inter lautitias suam peccato conscientiam exponere. Quamdiu autem illic constitit, haud infructuoso tempus otio transegit. B

Libellũ scripsit de iuuãdo Belgio. *Idem.*

Vtilem sanè tunc libellum de iuuanda Belgarum Republica perquàm sapienter & accuratè composuit, eúmque in Hispaniam ad Regem Catholicum transmisit. Id quod opus adeò Regi gratum accidit, vt & ipsum frequenter legendo voluptatem ceperit maximam, & multa ex eius monitis fieri mandauerit. Ac iam tum eidem Principi mens iniecta est, vt Ioannem inter Priuati Concilij Proceres cooptaret, eáque de re ad Principem Parmēsem Alexandrum litteras in Belgium daret. Fors fuit, vt paullò pòst multa pressus rerum indigentia, relictis Parisijs, Coloniam iter intenderit. Ibi cùm breuem moram duxisset, Namurcum ad Comitem Busquoyum (is fuerat eo recèns titulo ab Rege ornatus) inuisendi, & amicitiam renouandi gratia profectus est. Hic apud eum diuertens à Principe Parmensi litteras accepit, quibus inter Regios Priuati Concilij Senatores adsciscebatur. Sed quoniam ipse multa de se humiliter sentiebat, verebatúrque, vt pares oneri humeros haberet (quamquam ea præditus erat Iuris cognitione, quæ non modò Belgas omnes, verùm etiam Parisienses, aliósque exteros homines in admirationem rapiebat; dein varia virtute, ac præsertim prudentia plurimùm florebat) difficulter in animum admisit, vt in eum Senatum cooptari se sineret: ac non nisi coactus amicorum precibus, cum in cõspectũ Parmēsis attrita iam veste venisset (nondũ enim ex quo Duaco discesserat, aliam sibi parare ob penuriam potuerat) eo se permisit munere ornari. Igitur actis Principi & hospiti suo gratiis, Namurco digressus, vt desiderio Duacensium faceret satis, in viam se dedit. Postquam Duacum attigit, ibíque magna Senatus voluptate, aliorúmque lætitia exceptus est (iam enim fama nuntiauerat inter Sanctiores Regis Senatores adlectum) quidam non minimæ vir auctoritatis ad sodales conuersus, Ecce inquit, Ioseph frater noster, quem eiecimus, vexauimus, vendidimus. Paucis inde diebus Iprensium Pontifex Martinus Rithouius, qui summo eius amore flagrabat, Venduillium ardentiùs cœpit absens, & Gandaui adhuc detentus, occultis litteris impellere, vt quoniam nullis ampliùs illigabatur nuptiis, in Sacerdotem consecrari se sineret, ac in partem veniret Episcopalis officij. Verùm id ab homine sui despicientissimo tunc impetrari non potuit.

Inter Senatores Arcani Concilij ab Rege cooptatur. *Idem.*

C

Duacum reuertitur. *Idem.*

Vt fiat Sacerdos, eum Iprensis Episcopus hortatur. *Idem.*

D

Montignius Lannoyam ac Castellania Insulensi occupat. *F. Vacembarg. Comment. MS. Relatio Lannoyensium.*

Parum interim quietis capiebat Montignius, vt sese suósque tueretur Menenis, & aduersus hostes, qui plurimùm ipsi Gandauo, Ipris, Tornaco, & Cortraco imminebant, muniret. Quòd inter Tornacum & Menenas pari propè interuallo leucarum Lannoya consistat Insulensi nomini obnoxia, eam magnopere verebatur ne Tornacenses interciperent, ac positis præsidijs, ergò in arce militibus, eo de loco suis graviter rebus incommodarent, dum inde quotidianis excursionibus infestos redderent agros. Igitur ignaris eorum, quæ moliebatur, Insulensibus, eum constituit locum suæ potestati subijcere: vt, posito illic præsidio, Gandensium, Tornacensium, & aliorum hostium populationes inhiberet. Cur autem id mallet perficere, priusquam Insulenses eius propositum cognoscerent, ea non dubiè causa fuit, ne quam ipsi apud

Gene-

A Generales Ordines notam incurrerent; quasi huius facinoris permissione in Malecontentorum partes apertè concederent. Ergo Labichius, Warouxius, legionis Montignianę ductores, & Chemblanus Francorum Chiliarcha non paruo militum septi agmine, Lannoyam pleno die circumueniunt ipso iubente Montignio. Et cùm pacificum ab ciuibus, quos amicis primùm verbis per legatos conuenerant, ingressum non impetrant, vi portas murósque aggrediuntur. Cruenta res initio fuit. Nam ciues è muris sese fortiter defendebant, neque passi sunt eos ascensu militum superari. Ergo dum vtrimque aliqui cæduntur, & iniectæ ab militibus flammæ in portas sæuiunt, colloqui placuit. Iis legibus Montignij miles admissus, ne bona ciuium inuaderet; modicum in arce dumtaxat præsidium locaretur. Hæc postquàm ocyssimè Insulam perlata sunt, mouit sanè grauiter is nuntius Insulenses, qui cum Barone Montignio sentiebant occultè, eiúsque rebus fauebant plurimùm. Postquam tamen Montignius eo se consilio id aggressum significauit, ne sitam intra Gall-oflandriæ fines vrbeculam aliquo simili furto Gandenses, aut Tornacenses inuaderent, ipsísque multum inde afferrent incommodi: ab ipso eius arci præsidium, & Capitaneum

Inde primùm offensi sunt Insulenses; & mox castro præsidium imponi fiuere.

B Seuerium imponi permisere. Nec posteà parùm profuit Insulēsibus, ab hoc infessam fuisse Lannoyæ arcem: quoniam is ducto extrorsum ponte, nullo ciuium impedimento, plurimus in Tornacensium militem circumquaque grassantem ingruit, ac multos vinculis constrictos in custodiam eò deduxit. Hæc dum fiunt, gliscunt Flandros inter & Wallonicas legiones inimicitiæ, & iam ipsi apertiùs in dies factis hostilibus sese mutuò aggrediuntur. Auraicus hanc dissensionem suis plurimùm rebus officere animaduertens, nihil reliqui facit, vt Gandenses ad quietem reuocet, & cum Malecontētis persoluto stipendio componatur. Capita quædam conciliationis conscripta sunt: quæ licet Gandensibus non displicerent, partim tamen ipsorum in proposito inconstantia, partim Malecontentorum animis nondum satis pacatis, nullum ea pacis tractatio exitum sortita est. Hæc igitur Insulenses attentiùs perpendentes, operæ pretium rati fuere, cum Montignio potiùs apertè Flandris obsistere, ac non

Eo de loco vexati sunt plurimùm hostes.

Frustrà tentat Auraicus inter Gandenses & Malecontentos pacem facere. VVaremburg. Issels, Beyertinck, Harass.

C occulta ampliùs ipsi auxilia sufficero. Nam intolerabilis eis videbatur pertinacia Flandrorum & aliorum, qui post admissam religionis libertatem, ferociter & impiè aduersus sacra, & cæremonias Catholicas rapiebantur. Ideóque Dionysium Guillebertum, qui solus vrbis nomine apud Generales Ordines negotia procurabat, domum reuocant. Quo certè facto non multò pòst, Gallo-flandris omnibus, qui simul Insulensium institutum arripuere, vnà cum Montignio se tuendi, ac bellum ab Flandris Teutonicis illatum sustinendi iniecta est necessitas, quòd hostibus vndique cingerentur. Iam enim Espinoij Princeps Tornaco Præfectus; Villersius Buccinij Gubernator, Inchius Cameracum occupans, vnà bellum eis indixerant. Præter Menenas omnia Flandriæ oppida, vrbes, arcésque aduersabantur. Eos tamen animos aluere Gallo-flandri, vt suis ipsi bellum impendijs tamdiu cum Montignio aduersus hostes istos fortiter gesserint, donec cum Rege Catholico pacem bonis legibus componerent. Ergo Montignius apertis Gallo-flandrorum auxilijs fretus, aliquam Wallonum copiam trans Lisam in Flandriam misit Rouleriam. Id oppidum

Insulēses primùm, dein ceteri Gallo-flandri Montignio se adiungunt apertè, & militem aduersus vicinos hostes colligunt. VVaremburg.

D inter Menenas, Cortracum, Ipras, Brugásque iacet; ac propterea vexandis intercipiendísque Flandris erat opportunum. Eo potiti Wallones ad circumducendas munitiones incubuere. Inter Aldenardam & Tornacum imposita Scaldi fluuio Altæ Riuæ domus eiusdem Montignij iussu occupatur, & mox vallis munitur admodum fossísque. Venit etiam in eius potestatem Warcoingnium castrum eidem flumini assidens duobus ferè ab Tornaco versus Cortracum milliaribus: idque Capitanei Crucij gente Franci curæ ac fidei creditum est. Et firmum Insulæ præsidium faciebant cum equitibus Philomæi dux peditum cohortes, quibus præerant Cuinchius & Sanctouenantius. Emit eodem anno Castri Insulensis fundum Senatus permissu Archiducis septemdecim ferè florenorum millibus, vt structis illic ædibus ciuium habitationi commodis plures intra vrbem incolæ possent sub tectis consistere, indéque aliquid ærario accederet: id quod tamen initio parùm successit, quòd magnam ædificiorum arcis partem Capitaneus & milites præsidiarij occuparent. Per id tempus

Montignius Rouleriam capit. VVaremburg.

Dein Altam Riuam, & VVarcoingniam. Idem.

Senatus Insulensis Castri Insulani fundum emit. Littera Archiduc. Matth.

vtilis-

A

Seminaria Theologorũ erigi curat Rex Louanij & Duaci. *Beyerlinck.* Initium Seminarij Episcoporum Duaci.

vtilissimum cepit animo consilium Philippus Rex Catholicus ad retinendam augendámue Orthodoxam in Belgicis Prouinciis Religionem. Quippe domicilia quædam, vbi iuuenes publico sumptu Theologiæ perdiscendæ tempus aliquod impenderent, & ad curam animarum eruditentur, in Academiis condi, opportunum aduersus hæreses subsidium fore arbitratus est. Ac mox ipse Guilelmo Lindano Ruremondensi Episcopo mandauit, vt partim Louanij, partim Duaci quædam eiusmodi Pastorum Seminaria exstrui censúque donari Episcoporum Belgij opera curaret. Ad quam rem posteà Cameracensis Archiepiscopus eiúsque Suffraganei Pontifices incubuere diligenter, empto Duaci domicilio.

Vt VValloniçæ Prouinciæ Regi se iungãt, in Belgio laboratur. *Issolt, VVaimmburg. Beyerlinck, Chappuis. Lamar Haraus, Varia litera, libelli impressi.*

AN. 1579. Anni sequentis principio gnauiter laboratum est, vt omnes Wallonicæ Belgij Prouinciæ & Gallo-flandria Hispanico Regi iungerentur, & in alias Prouincias bello consurgerẽt. Ad hoc negotium Princeps Parmensis, quamquam longè absens, & nunc Ordinum Generalium copias persequens, nunc Traiectensem vrbem obsidio cingens, plurimum impendit operæ tum litteris, tum virorum magnorum colloquiis. Et hoc vrgebat Catholici Regis mandatum, dein quædam aliorum studia. B Mottæ toparcha Grauelingæ Præfectus, ac Matthæus Moullartius Atrebatensis Pontifex iam in Regis gratiam redierant: eisque Rex mandauerat, vt cum Barone Sellio, nuper ex Hispania in Belgium remisso, diligentem operam darent quà viris principibus, quà Prouincijs suam in amicitiam reuocãdis. Primus ad eam curã Mottanus laborẽ cõtulit. Is enim dum vnà cũ Adriano Rebreuietto, quem supra laudauimus, occultè sermonẽ in nemore quodam cis Grauelingam cęderet, de Prouinciis Gallicanis simul cum Montignio in partes Regias pertrahendis suggessit, ac leges quasdam ab Rege transmissas, quibus id fieret, eidem tradidit. Cùm Rebreuiettus inde pedem Insulam retulisset, Willeruallium, ac primores vrbis ea de re mox docuit. Et placuit omnibus id quod Mottanus proposuerat; cùm iam eos hinc grauis belli tædium caperet, inde tot flagitia & impia hæreticorum facinora vehementer afficerent. Montignium tamen haud illicò pacis desiderium in Mottani Regísque amicitiam compulit; huiúsque plusculæ moræ causas aliquot ipse proposuit. Paullò C pòst Mottani, Atrebatensis Episcopi, Baronis Sellij, ac toparchæ Valhuonij opera, de pace agi cœptum est Attebati, & in horum societatem pellecti sunt Hannones, dein etiam Gallo-flandri. Igitur mense Februario iam adulto in Abbatiali palatio D. Vedasti conueniunt Artesiæ Ordines, Hannonúmque & Gallo-flandriæ legati. Iuerant eò Insulensium nomine Florentius Vandetharius D. Petri Canonicus, toparcha Ghilenghenius Cominiensis Bailliuus, Ioannes Piccauetus Scabinorum Princeps, Dionysius Guillebertus vrbi à Consiliis, Adrianus Rebreuiettus Nobilium legatus. Eodem Duacum miserat toparcham Dauxium Senatus caput, & Philippum Broidæum vrbis Consiliarium. Aderat etiam Ioannes Venduillius Arcani Regis Senatus particeps, & Iuris Professor celeberrimus Duaco excitus. Qui Regis partes agerent, Moullartius, Sellius, & Valhuonius conuenerant. Verùm hi omnes dum rationes expendunt conciliandæ Regis amicitię, ac pacis componendę: Generales Belgij Ordines legatos aliquot eo fine Atrebatum mittũt, vt totum pagis negotium obturbent, & Gallicas Prouincias precibus, promissis, opprobrationibus D violatæ pacis & concordiæ, minis armorum, in amicitiæ veteris, ac fœderis officio retineant. Parùm arrisit hæc legatio viris tum Religione Catholica imbutis, tum in Regiam Maiestatem natura procliuioribus: quòd viderent vtrumque ab Generalibus Ordinibus negligi, aut etiam à quibusdam eorum pessumdari. Igitur nulla eorum legatorum habita ratione, quas Rex litteras ad Ordines Artesiæ scripserat septimo Februarij, quibúsue plurimùm eos in primis laudabat ob syncerum Catholicæ Fidei studium, ac suæ Maiestatis obseruantiam; dein actis ideò gratiis vehementer hortabatur, vt quæ Pontifex Atrebatensis, Sellius & Valhuonius suo cum ipsis nomine agitarent, altiùs in animum demitterent, cupientissimis omnes auribus excipiunt. auctúmque pacis desiderium est, vbi Moullartius eiúsque consortes aperuere, propositum esse Regi Catholico, vt Pacificatio Gandensis, consecuta inde Concordia, & Perpetuum Edictum (de quibus antè facta mentio est) inuiolabiliter seruentur.

Artesiæ, Hannoniæ, & Gallo-flandriæ Ordinum legati cum Legatis Regijs ideò conueniunt Atrebati. *Auctores citati.*

Per suos legatos Generales Ordines hanc de pace tractationẽ impedire frustrà moliuntur. *Libellus impressus.*

A uentur. Actum denique Antuerpiam Ordinibus eodem die in hanc rescriptum sententiam est: *Quæ ipsorum legati admonuerant, ac de firmando iterum fœdere flagitauerant, parùm placuisse. Haud sibi talia ingerenda, qui Pacificationis Gandensis, ac Concordiæ legibus semper adhæserint. In Ordines potiùs Generales ea retorquenda, qui nihil ad verumque pensi habeant; ac vtriusque leges sæpè violauerint. Supplicatum ab se Ianuario mense, vt omnia in melius ad capita Pacis Gandensis, & Concordiæ, componerentur: aliorsum potiùs versa consilia, nouis cum hæreticis fœderibus pactis, & grauissimis in Catholicos, Regiamque Maiestatem designatis facinoribus. Cum ijs hominibus, qui nulla spe rerum meliorum prabita, factiosos ac impios fauore & auxilio prosequuntur, vllum sibi commercium, vllam societatem habere non esse licitum; nisi iustam Numinis ac Regis iram accendere, nisi perpetuo aspergi vituperio malint. Haud minùs tamen desiderio se flagrare omnes Regi Prouincias conciliandi: eóque se conatum adhibituros, modò nihil aduersum Paci Gandensi, consecutæ Concordiæ, Edicto Perpetuo, Religioni Catholicæ concipiatur. Facile sibi esse Regis gratiam promereri, cùm Atrebatensis Episcopus, Baro Sellius, & Valhuonus sese pacis*
B *conciliatores offerant; ac Rex ipse litteris asseruerit, quidquid seorsum hi peregerint, sibi fore voluptati. Nondum tamen eam se pacis occasionem arripuisse, quòd spem conceperint, omnes Regi denique conciliatum iri Prouincias. Id enim ab se vehementer (vt Deo, Regique gratius, ac Belgis conducibilius) oratum perficere Parmensem Principem. Si sapientes ipsi, conciliandæ pacis opportunitate vterentur, aliis sibi propositum esse, vbi communem non impetrauerint, saltem peculiari se Regis amicitia tueri. Igitur intra decimum quintum Martij diem animum litteris proderent. Nisi enim quid sentiant optentur, significauerint, ex silentio promptum fore pacem ab ipsis contemni.* Ad has litteras Generales Ordines Antuerpiæ coacti prolixiùs, quàm accommodatiùs, ad retinendas in fœdere Gallicanas Prouincias respondere quinto Idus Martij, ideóque parùm his placuere. Neque verò plus obtinuere Bruxellenses missis quoque post dies paucos Atrebatum legatis, qui perficere conarentur, ne fœdus cum Generalibus initum Ordinibus frangeretur pactis cum Rege Hispaniarum reconciliationis legibus. Hi námque ab Gallicanis Ordini-
C bus ibidem confidentibus nihil responsi accepere, domúmque non sine rubore reuerti coacti sunt.

Transactis aliquot diebus iterùm de pacis conditionibus ab Rege Propositis Artesiæ, Hannoniæ & Gallo-flandriæ Ordines separatim consilia iniuere. Ac tum tertio Kalendas Aprilis cùm Gallo-flandriæ Ordines Insulæ congregati animaduerterent, neque quidquam ad pacem toti Belgio parandam Summi Pontificis ac Cæsaris legatos promouere, neque multum eam vrgere Generales Belgij Ordines, probantibus, & adnitentibus Willeruallio & Montignio, decreuere cum Rege bonis legibus pacisci. Id Decretum tabulis dum traderent Gallicis vocibus, in hanc scripsere sententiam: *Quandoquidem tractandæ reconciliationis negotium iam diu à Cæsare susceptum nullos omninò progressus faciat; aliunde Rex Catholicus per legatos Atrebatum missos, ac per litteras à Parmensi Principe ad Ordines Antuerpiæ consistentes scriptas, affirmet; id prorsus sibi propositum esse, vt sancita legum Pacificationis Gandensis, inde consecutæ Vnionis, Edictique Perpetui capita quàm diligentissimè obseruentur, huiúsque volunta-*
D *tis fidem præstare sit paratus: ex aduerso, facilè perspiciatur, è Prouinciis fœdere coniunctis nonnullas cum Rege pacem alia lege nolle admittere, quàm permissa religionis libertate: vehementer sibi placere oblatam ab Rege Catholico pacem, eámque se velle complecti, dummodò quam is præstari sibi obedientiam postulat, nihil ea Pacificationi Gandensi, Vnioni, & Edicto Perpetuo deroget. Ac quoniam legum ab his tribus præscriptarum prima, præcipuáque, & sola medium subministrat omnem tollendi animorum diffidentiam, si non modò Hispanicus, verùm etiam Italicus, Burgundicus, & alius quicumque externus, ac minùs placens Ordinibus miles è Prouincijs Belgicis exigatur: antequam quis teneatur reconciliationis legibus, hæc vt omnes externæ copiæ Regis mandato è Belgicis ditionibus mittantur, quàm fieri poterit, ocyssimè; vrbes arcésque Belgij ab indigenarum præsidijs insideantur, cupere se. Hæc dum fient, vt collecti è Belgicarum regionum incolis milites in vnum coalescant, ac discriminibus eant obuiàm, si fort. Hispani, cæterique externi vires opponant, éque Belgio nolint discedere, ab se desiderari: Ad Archiducem Matthiam, Ordinésque Antuerpiæ con-*

gregatos,

Ab congregatis ad Ordines Generales ita scriptum Atrebato.

Responsio Generalium Ordinum parùm placuit, itéque legatio Bruxellēsium. *Isselt, Haræus.*

Gallo-flandri omnino statuunt cū Rege in gratiam redire, & pacisci. *Auctores, & libelli auctoritate.*

A *gregatos, hac de sua voluntate decretóque litteræ scribantur, exstinguenda omni sinistra opinione, quam ij de recta synceráque intentione militem externum dimittendi, ac munita loca indigenis committendi, concipere possent, esse sibi constitutum. Ea res cùm sit omninò necessaria, cunctísque Belgicis Prouincijs fructuosa videatur, quarum vnaquæque commodis reconciliationis frui possit, modò velit amicitiam Regis complecti, ad eam vt conuolent, in animo sibi esse; quò non modò peculiaris, verùm etiam generalis ea sit reconciliatio. Ad hæc omnia perficienda, missuros se Atrebatum legatos, vt cum Ordinibus Artesiæ Hannoniæque & alijs colloquantur, ac de pacis legibus agitent: interim se constituturos Insulæ alios, qui regionis Ordines repræsentent, ac de rebus difficilioribus Atrebato per legatos rescriptis omnium nomine respondeant.* His eum in modum constitutis, litteras postridie Ordines Gallo-flandriæ scribunt, quibus Generales Ordines suo de proposito Decretóque breuiter doceant, vnáque cum iis quæ decreuerant mittunt. Ea verò epistola hunc in sensum Gallicè scripta loquebatur.

Eorumdem hoc de negotio perficiẽdo ad Generales Ordines Epistola.

B *Noluimus, Domini, committere, quin Dominationes Vestras certiores faceremus, omnia Statuum Prouinciæ huius membra hesterno consessu in eam vnanimiter sententiam, tum ad Belgij totius, tum ad huius peculiaris Prouinciæ vtilitatem & securitatem, descendisse: vt idonea conquireremus & complecteremur ad Hispanicum aliúmque exterum militem è Belgio exigendum media; quòd ij sint omnium origo malorum, quæ dudum in nos incurrant grauiter: aut saltem aliquando difficultates tollamus omnes, ac dubitationes submoueamus, éane mens sit Catholicæ Maiestatis illa omnia syncerè perficere, quæ nobis per legatos promittit; an verò tantùm eius promissa illuc pertendant, vt demum ab inuicem dissociemur, ac fæderi renuntiemus; ac sic alteri alteros in graues nos difficultates implicemus, ac diuisionum incommoda. quæ sanè suspicio præcipuam earum separationum & diffidentiarum causam struit, per quas modò miserandum in modum varia in studia sententiásque Belgium diuiditur: quemadmodum ex aduerso rectæ synceræque Regis intentionis cognitio haud dubiè potest vnionem Prouinciarum omnium pacémque parere. Eam ob rem cùm nos omnes data fide, dictóque sacramento constringamur, post maturam consultationem illam omnes complexi*

C *mentem sumus, vti viros quosdam Atrebatum legaremus, qui Catholici Regis ac Principis Parmensis legatis in Ordinum Artesiæ consessu significarent, hactenus nos semper fuisse, esséque nunc maximè paratos regijs eius mandatis obsequi; dummodò Gandensem Pacificationem, Vnionem Generalem, ac Perpetuum Edictum perquàm exactè curet obseruari, semota omni dubitatione contrarij, ac formidine. Nostris insuper legatis omnem dedimus potestatem, vbi res viderint ad felicem sortiendum exitum maturas, de requisitis ad solidam securitatem medijs vlteriùs tractandi. Et quoniam ea capita sola sunt fundamenta vnionis & fæderis harum Prouinciarum, neque vlteriùs quidquã vrgere haud sine graui offensione possumus: in eam spem erigimur, vobis eadem quoque nobiscum arrisura, omnémque vos operam daturos, vt felicem exitum consequantur. Ac ne quidquam difficultatis obijciatur, &, dum reconciliationis negotium tractatur, quædam suboriantur incommoda: omninò statuimus illuc laborem conferre, vt iustus aliquis exercitus armis instruatur, quo vel Hispanos, vel alias exterorum militum copias vnanimiter aggrediamur, si Belgij finibus excedere noluerint. Id quod à vobis omnibus sic beneuolè accipi velimus, quemadmodum recta synceráque affectio,*

D *qua regionum harum vtilitati studemus, pro merito suo flagitat: quoniam indubiè plurimum fructus in publicum patriæ bonum emanabit; siue ditiones Belgicæ hostium iugo liberentur (quod semper hactenus quæsitum est, quóue maxima facta sunt impendia) siue per huiusmodi cognitionem à multis difficultatibus, animorúmque dissensionibus asseramur. Neque enim illuc pertendimus, vt ab inuicem in aliquo diuellamur: verùm potiùs id boni toti Belgio concilietur, quódque semper optauit, quódque semper consequi studuit: quemadmodum vestræ Dominationes ex Decreto his adiuncto percipere poterunt.*

Mittunt Gallo-flandri aliquos Atrebatum, vt de reconciliatione cum Rege agitent.

Scriptis missísque his litteris, Gallo-flandriæ Ordines viros aliquos Atrebatum mittunt, qui suo nomine cum Episcopo Moullartio, Barone Sellio, & Valhuonio, Artesianorum & Hannonum æmulatione, sedulò de pace agitent: Insulæ alios retinent, ad quos illi quotidie Atrebato scribant, &, quæ subortæ fuerint, difficultates referant. Rescriptum posteà est Antuerpia octauo die Aprilis ab Generalibus Ordinibus, vt diligenter Gallo-flandri animaduerterent, in quod discrimen ipsi conicerent

Auctoris, & libelli antea citati.

sese

sese; multáque cò congesta, vt à proposito auocarent dictum in modum pacis con-
A ciliandæ. Placuit tamen post eas acceptas litteras Gallo-flandris vnà cum Artesianis & Hannonibus ad pacandum sibi Regem vlteriùs incumbere. Baronem Montignium in Monasterio Montis S. Eligij Atrebatum iuxta Motranus toparcha Regi iam conciliauerat octauo Idus Aprilis, vt res secundiùs Gallo flandris succederent, quibus vicinos aliquot locos is occupauerat octo circiter millibus florentissimorum militum instructus. Et simul cum Montignio Hezius ac ceteri Chiliarchæ & ductores eorum militum in pacis leges venerant. In quæ verò se Montignius aliósque obligauit iureiurando, hæc sunt præcipua: *Fidem se Catholicam, Apostolicam, & Romanam sartam tectámque seruaturos; Regis Hispaniæ mandatis parituros, si tamen Pacificatio Gandensis, consecuta Vnio, ac Perpetuum Edictum eius opera minimè violentur; aduersus regios hostes quoscumque arma se conuersuros; eius se Vicario & Capitaneo generali, quem Belgis gratum dederit, submissuros: postquam Hispanos, Italos, Burgundiones, aliósque exteros è militia Belgica, & Belgicis oppidis arcibúsque Rex aliò miserit, ac in stipendia*
B *soluenda certam pecuniæ summam numerauerit; tum denique ipsius se signa secuturos, inque hostes eius facturos bellum; eius potestati Menenas Castetúmque subiecturos.*

Verùm intereà loci dum Prouinciæ Gallicanæ reconciliationis negotio distringuntur, magnum discrimen Duacum adiit. Eorum multi ciuium, qui propter tumultus anno præterito exortos Gandauum inde transfugerant, vnà cum ductore Cosma Pesarenge Pedemontano (qui quondam Duaci publicam fœnore versuram fecerat) hoc de oppido in Gandensium Gallo-flandris propter reconciliationis tractationem infensorum potestatem per insidias tradendo consilia miscuerant: ac de plebe Duacensi nonnullos occultè in facinoris consortium promissis pertraxerant. Ea res cùm placuisset Gandensibus, quatuor signa peditum, ac triginta equites cum memoratis Deinsa proficiscuntur decimo sexto Kal. Martij (quartus ante Pascha is dies erat) occultis itineribus, ac totam subinde noctem iter faciunt. Cùm ad villam quamdam admodum capacem peruenissent, ibi paullùm quietis capiunt, partim cu-
C randis corporibus, partim præstolando vsque dum porta Duacensis aperiatur. Ea mora Duacensibus saluti fuit. Cùm enim mulierculæ duæ rusticanæ illac viam in vrbem intenderent, militem in villa occuli deprehenderunt, ac mox agricolam non procul inde proscindendo solo equos & aratrum præparantem eius rei mònuere. Is cōscenso statim equo celerrimè Duacum aduolat, vt vigiles, qui portam aperuerant imminentis periculi certiores faceret. Verùm eo ducum hostilium vnus animaduerso equum effusissimè calcaribus admittit, & inclamando, vt cursum sisteret, rusticum ab incœpto reuocare nititur: & cùm is equum ideò magis ad cursum adigit, sclopum in ipsum exonerat. Ad tormenti ferrei fragorem exciri mox excubitores, ac procul copias viam maturantes conspicati, obices protinus moliuntur; & primis occlusis foribus hostem ingressu prohibent. ac statim nola, quæ supra portam conspicitur, signum exciendis vicinis excubitor edidit. Interim ij, quos Gandenses institorum habitu in vrbem paucis antè diebus præmiserant, quibúsque negotium dederant armis portam, vigilibus obtruncatis, & impedita campanula, obtinendi, ad
D portam conueniunt. Vbi tamen animaduertunt obiecta suis repagula esse, in armis custodes consistere, hinc ære campano strepitum fieri ad portam, illinc è specula vrbis ad arma ciues omnes cieri: alius aliò diffugiunt, vt vitæ suæ consulant. Ac tum è variis vrbis partibus ciues armis instructi ad mœnia globatim portámque procurrūt, arcendis lædendísue hostibus. Ausi sunt tamen Gandenses haud procul fossis copias expādere: dein etiam ciues flagitare, vt in vrbem admitterentur nihil hostile facturi, sed contrà futuri præsidio. Sperabant enim aliquos eorum exorto tumultu operam sibi daturos. Verùm Hertainius Gubernatoris Vicarius non aliter eis responderi voluit, quàm decem aut duodecim ingentibus tormentorum muralium pilis, quas flammis conceptis in eos explodi iusserat. Ita hostibus cum pudore discedentibus, periculo Duacum liberatur: viuúsque venit in potestatem vnus eorum, qui clàm in vrbe constiterant, ac posteà capitis damnatus ferro vitam perdidit; eiúsque caput longurio è specula vrbis versus portam Docryanam, per quam hostis ingressum

Duacum adit periculum.
Lib. ut. Duac.

tentauerat, diu ostensum est. Pridie Paschatis Senatus tanto discrimine defunctus, publico sanxit Edicto, vt aliqui nominatim ciues solum exilij causa verterent, qui Gandensibus fauisse, vel operam ijs promisisse suspiciebantur. A

Comes Lalainius cum Hannonibus ab Rege pacem petit. Issels, Beyerwinck, Harams, aliy.

Interiectis aliquot diebus eò pertractus est Comes Lallainius, vt pacem quoque cum Hannonibus, quorum Supremus erat Præfectus, ab Rege Catholico peteret. Ac tunc Maio mense leges aliquæ conscriptæ sunt, quibus placeret Gallicanis Prouincijs, & Gallo-flandriæ, cum Rege tandem pacisci. Octo & viginti fuere, quas hîc proponere non alienum ab officio meo arbitratus sum.

Leges ineundæ cum Rege Catholico pactionis.

Primùm Pax Gandaui condita, promulgatáque in perpetuum illibata seruator.

Ea, quæ aduersus Regiam Maiestatem iam inde à tumultuum initijs ad hoc vsque tempus perpetrata sunt, iugi obliuione sopiuntor: tantúmque pœnis obnoxij sunto seditionum auctores in carcerem detrusi, exilióque ab his confœderatis Prouincijs perculsi, vel publicati.

Omnia, ceu rectè facta, rata Rex habeto, quæ moderantibus Belgium Archiduce Matthia, & Generalibus Ordinibus, gesta sunt. B

Nullus eorum in iudicium vocator, qui destruendarum arcium fuerint auctores, aut in plana disijciendis munitionibus vrbium castellorúmue manus adiecerint; neque liceat deiectas arces, aut dissipata munimenta sine Prouinciarum particularium assensu denuò erigere.

Exactis à publicatione horum capitum senis hebdomadibus, è Belgio mittuntor Hispanicæ, Italicæ, Epiroticæ, Burgundicæ copiæ: ac nunquam hæ rursus in Belgicam militiam recipiuntor, nisi consensum præbuerint vnitæ Prouinciæ.

Hi milites, cùm è Belgij finibus excedent, militaria instrumenta, bellicos apparatus, & commeatus ijs in locis relinquunto, in quibus hactenus consederint: ijs in præsidijs intra dies viginti per Hannouiam indigenæ armis idonei collocantor; intra dies alios viginti in aliarum Prouinciarum his articulis comprehensarum munitis oppidis arcibúsue sumpti quoque ex ijs milites constituuntor.

Quo tempore milites extranei profectionem è Belgio adornabunt, exercitus ex indigenis conscribitor Regis impensis; ipsi interim Regi necessaria ad defensionem Catholicæ Religionis, & conciliandam eidem Principi obedientiam, pecuniæ penduntor. C

Nihil Rex fieri patitor Gandensi Paci contrarium, huiúsque reconciliationis legibus repugnans. nullum per Burgundiam & Luxemburgicam ditionem collectis alibi copijs iter concedi, aut exercitum ibidem colligi sinito.

Proclamatis publicè Pacis huius articulis, qui bello capti fuerint, absque lytro vtrimque dimittuntor. Ongniesij regulus apud Regem, quantùm potest, enititor, vt Comes Buranus ex Hispania in Belgium liber remittatur, si nullum inde Regia Maiestas incommodum sustineat.

Quæ fuerint iam inde à condita Pace Gandensi bellorum occasione ablata, vel alienata, suis bona dominis restituuntor: idémque omninò de bonis eorum statuitor, qui Gandaui in custodia detinentur, postquàm è carcere dimissi has in pacis leges iurauerint.

Præfecturas ij retinento, qui priusquam è viuis discederet Ioannes Austriacus, gubernaculis admoti fuere: eadémque illis tamdiu permittuntor, donec ij è custodia liberentur, in quorum fuerint locum suffecti. D

Magistratus omnes, Ministrique tum ciuiles, tum militares, obstringunto se iuramento ex Vndecimo Pacificationis Gandensis Capite tum Catholicæ Ecclesiæ, tum Regi parendi, suáque ijsdem iura præstandi.

Vrbem nullam, nullúmue territorium Rex indigenarum, aut exterorum militum præsidio, vel statiua commoratione grauato, nisi vrbes ipsæ, vel territoria imponi sibi flagitent. Ijs in locis, vbi præsidia fuerunt hactenus collocata, præter indigenas miles nullus ponitor.

Omnibus in vrbibus, oppidisue priuilegia, & statuta circa dicendos Magistratus, & creandum Gubernatorem concessa, non aliter, quàm Caroli Quinti Imperatoris temporibus fiebat, obseruantor.

Rex, eiúsque successores Generalem Belgij Gubernatorem è consanguineis suis semper nuncupanto. Maiestati suæ nunc placeat Archiducem Matthiam in Belgij Præfectura retinere:

sin

A *sin aliter ei visum fuerit, saltem apud Imperatorem eius fratrem honestis excusationibus contractam ob arreptam Gubernationem notam abstergere: dein amissis extra Belgij fines externis militibus, eius voluntate Parmensis Princeps Belgas regere pergat, in cuius tamen familia viginti tantùm numerentur exteri; eique ad tutelam corporis congruus militum numerus assignetur, quemadmodum ceteris Belgij Gubernatoribus fuit concessum. Ac si intra semestre spatium post euulgatos Pacis huius articulos, aliud Rex nihil mandauerit, aliúmque nullum Belgio præfecerit, Concilij Status Proceres publicam totius Belgij rem administrent, donec aliud Rex circa Gubernationem constituerit.*

Ab Rege duodecim è Belgica Nobilitate primates, qui simul ad rectam Gubernationem operam nauent, nominantor: eorúmque octo ex ijs deliguntor, qui iam inde ab initio tumultuum Belgicorum Generalibus Ordinibus adhæsere, ijsdémque Ordinibus grati acceptique sunt.

Hi verò Consiliarij iureiurando constricti, velut antè factum fuit, ad res omnes excubanto, eásque diligenter excutiunto; vt imminentibus periculis obuiàm eant, bonóque publico B *aduigilent.*

In posterum semper, aut saltem ad sex annos, Præfecturæ omnes, tum vrbanæ, tum militares, natis tantùm in Belgio viris; aut, si exteros adsciscere placeat, ijs solùm, qui grati sint Ordinibus, conceduntor: postquàm ijse obligauerint iuramento ea omnia, quæ in patriæ detrimentum agitabunt, retegendi, nisi periurio se infamiáque malint obuoluere.

Omnia Rex habeto rata, quæcumque Ordines circa publicas & honorificas receptiones, redditus, pensiones, aliásque res in eorum vtilitatem obligatas, qui subsidia eis tribuerint, aut subministraturi sunt hoc pleno discriminum tempore, aut dissoluendis iam factis, faciendisue nominibus, egerint, decreuerintne.

Nulla vectigalia, nulláue pecuniarum subsidia præter ea exiguntor, quæ iam inde à Caroli Quinti Cæsaris temporibus imponebantur.

Omnia tum generalia, tum particularia priuilegia sarta tecta conseruantor.

Hi qui legibus pacem sibi conciliant, omni cum alijs iam inde à principio turbarum con- C *tracto fœderi & amicitiæ nuntium remittant.*

Vt in amicitia retineantur Angliæ Regina, & Dux Alenconius, ab ijsque subsidium speretur, nondum duobus exactis mensibus ab eo tempore, quo Princeps Parmensis Generalem Belgij Gubernationem susceperit, ad vtrumque Rex legatos mittat, ac per eos omnia ipsis beneuolentiæ & amicitiæ signa exhibeat, vt cum eis tamquam propinquis, ac beneuolis vicinis pax conseruetur.

Placeat Regiæ Maiestati è liberis suis vnum prima in Belgium occasione mittere, vt hîc educatus in paternam succedat Belgicarum Prouinciarum hereditatem.

Licitum esto ceteris alijs Belgij Prouincijs, aut ciuitatibus huius pacis legibus frui, postquam intra trimestre à dimissis è Belgio externis militibus, ad earum obseruationem sacramento se obligauerint.

Pontifex Maximus, Imperator Romanus, Galliarum Rex, Dux Alenconius, Coloniensis ac Treuirensis Archiepiscopi, Dux Cliuensis, orantor, vti pro suo concilianda Christianorum tranquillitatis desiderio, ad procurandam generalem Belgij totius concordiam pacémque D *laborem conferant.*

Si, post capitum huius reconciliationis proclamationem, circa declarationem eorum difficultates aliquæ suboriantur, ab Rege & Ordinibus ijs expediendis quidam deliguntor.

Vtrique ad horum articulorum diligentem obseruationem iuratis verbis tactísque Sacrosanctis Euangelij sese obliganto. Intra tres menses, aut citiùs etiam, Rex has leges confirmato.

Hunc in modum conceptis reconciliationis capitibus, vbi Vicecomes Gandensis Artesiæ Præfectus, Comes Lallainius Supremus Hannoniæ Balliuus, & Willeruallis toparcha Gallo-flandriæ Gubernator, cum earum Prouinciarum Ordinibus subscripsere: mox ad Principem Parmensem, qui Traiectum ad Mosam obsidebat arctissimè, ab his legati aliquot ea propositum abeunt. Interim Baro Rasseghemius, Brugensis ac Iprensis Episcopi, Mouscheronius dynasta, Herpij regulus, aliique viri nobiles in obscura Gandaui custodia detenti, quorumdam opera custodes frustrari

Mittuntur ad Ducem Parmensem, qui has leges ei proponant. *VVaemburg. alij.*

Baro Rasseghemius cum sociis è cu-

ſtodia Gandenſi euadit.

Iſſelt, VVatemburg. Haram, Lanarum, alij.

ſunt mutatis veſtibus, ac reperto per poſticum occulto meatu, ſecundùm amnem fugere. Sed dum iter facerent, vnum ex vultu lanio quidam Gandenſis deprehendit, éque veſtigio in vrbem ad Senatum index fugæ procurrit. Promiſerat vir aliquis nobili genere natus, certo ſe loco equos in promptu habiturum, quibus conſcenſis fugam omnes vnà maturarent, & in tutum ſeſe reciperent. Verùm is poſteà metu perterritus, ne ſi deprehenderetur, facinus morte lueret, eo loco nullos equos diſpoſuit. Igitur cùm illuc profugi perueniſſent, equóſque fruſtrà præſtolarentur, in conſultationem vocauere, ſatiúſne eſſet in cuſtodiam reuerti, quàm in incertum ſeſe fugæ committere: cùm præſertim eorum plerique imbecillo eſſent corpore, neque pedeſtribus vijs aſſueti. Sed breui Gandenſes eorum veſtigijs inſiſtentes deliberationem aduentu ſubito abrumpunt. Igitur ijs perceptis Raſſeghemius, Zweueghemius, Hetpiúſque in adultam ſeſe protinus ſegerem abdunt, & huius tecti beneficio, ceteris in vincula rurſus abductis, occultis hoſtem vijs euadunt. Primum eis perfugium præbuit Roulleria, vbi Montignius, Manuïus, Werpius, cum copijs aduerſus Francorum Ducem Nouëum, ſiue Brachium Ferreum, aciem commiſſuri præſtolabantur. B

E ſocijs quibuſdã à Gandenſibus iterũ captis, Roulleriam fugit.

Vbi verò ſatis conſtitit Nouëum prælij aleam ſubterfugere, Werpius & Manuïus Grauelingam abituri, Raſſeghemium eiúſque ſocios vnà cum milite ſuo Menenas deducunt. Inde cùm Raſſeghemius eodem die Inſulam cogitat, Senatus Inſulenſis ob eius incolumitatem plurima perfuſus lætitia, militares vrbis Societates in armis eſſe iubet, eíque obuiàm ad pontem vſque Marquanum procedere. Eum ipſe ad portam vrbis multo apparatu excipit, ac in vrbem deducit. Ita lætis omnibus Gallo-flandriæ Præfecturam denuò Raſſeghemius capeſſit, actis Willeruallio gratijs ob præclarum ac fidelem ei regioni laborem impenſum, qui paucis inde diebus ad ſuos aliò ſe contulit. Et mox ad procurandam aduerſus Flandros, Tornacenſes, Buccinienſes, & Cameracenſe præſidium, Inſulæ ceteríſque oppidis ſecuritatem gnauus incubuit. Equites centum ſcloperarij Hemenſis Bailliui filio ductore conſcriptos Inſulæ poſuit. cohortem peditum Hellemij eadem in vrbe collocauit. Orchiacum miſit, quos frater huius natu maior Beuurius collegerat. cum ſua cohorte Philomæum Armenteriæ conſtituit. Et his omnibus ab Ordinibus Gallo-flandriæ numerata ſunt ſtipendia. C

Inde Menenas deducitur, ac mox ab Inſulẽſibus cum magno gaudio excipitur, & Inſulam intrat.

Recepta Præfectura Gallo-flandriæ, huic regioni aduerſus hoſtes tuendæ dat operam, poſitis varijs locis præſidijs.

Vt verò ad legatos ab Ordinibus Arteſiæ, Hannoniæ, & Gallo-flandriæ ad Parmenſem miſſos reuertamur, ij diu in caſtris ad Traiectum ſubſtitere. Laborabat ſcilicet magnopere ad promouendam huius vrbis expugnationem Parmenſis; multaque in articulis ab illis ipſi propoſitis longiorem paullò moram, vt cuncti diligenter excuterentur, flagitabant. Igitur non priùs is ratas habuit leges ab Ordinibus Wallonicis propoſitas, eáſque ſubſcripto nomine iureiurando firmauit, quàm dies illuxit Diuorum Petri & Pauli, quo Traiecto per expugnationem potitus eſt. Per eos dies vrgebatur magnopere, vti Prouinciæ omnes Belgicæ generalibus pacis legibus in amicitiam Regis coaleſcerent. Verùm nihil æqui ab Generalibus Ordinibus obtinuitis labor, quem Summus Pontifex, Imperator Romanus, Rex Philippus, & Parmenſis, alijque impendebant communi armorum quieti, paciſque conciliandæ: ob præfractos quorumdam animos, ac præſertim Auraici artes, cui durum poſt longum imperium ſubeſſe videbatur; quique ſub pacis tegumento quidpiam occulti credebat; omninóque palàm affirmabat, nullo pacem commodo à Belgis cum Rege contrahi poſſe, quem nimiùm offenderant. Poſtquam autem paucis tantùm mutatis Catholicus Rex Wallonicarum Prouinciarum petitionibus ad ſtabiliendam earum reconciliationem ſubſcripſit, menſis capitibus publicè legendis, quibus inter ipſum dictáſque Prouincias conuenerat, dictus eſt September. Ac tum magna omnium voluptate vbiuis locorum inſtitutæ ſunt Supplicationes, Hymnus Ambroſianus decantatus, varia recreationum genera paſſim ijs in Prouincijs celebrata ſunt, quo die placuit leges publicari. Verùm inter eam lætitiam non leuia paſſi ſunt damna Gallo-flandri. Quippe atrociter ſæuiente peſtilentia, funeribus funera quotidie multa iungebantur. Coactique ſunt Patres Societatis Ieſu lectiones Duaci abrumpere, ob domeſticam luis cladem, quæ ſenos abſumpſit Socios. Et paucis ſubinde D

Princeps Parmenſis ſubſcribit legibus pacis ab VVallonibus propoſitis.

VVatemburg. alij.

Fruſtrà laboratur pro generali Belgij pace.

Auctores antea citati.

Pax in VVallonicis Prouincijs promulgatur.

Peſtis vexat Gallo-flandriam.

Hiſtor. M S. Colleg. Soc. Ieſu Duac. Lib. MS. Duacenſ.

diebus

A diebus apud Gallo-flandros insigniter rebus aduersis temperatus est felix armorum successus. Incurrebant siquidem quotidie horum in agros Tornacensium, Cameracensium, & Buccinensium præsidia. Cortraco, Ipris, Aldenarda, Gandauo, & aliunde ipsis Flandri grauiter ingruebant. Nihil tutum per eorum regionem erat, nihil fermè ab latrocinijs immune. Et per Octobrem ad diem vigesimum secundum vehementer Insulenses contrarius votis euentus perculit. Hoc sic accidisse comperio. Dum ageret Baro Montignius in propugnaculo, quod Altæ Riuæ domui obduxerat, Alennius Chiliarcha, qui Menenis imperabat, Rasseghemij & Herpij hortatibus impulsus, Cortracum intercipere moliebatur. Multos illic ciuium corruperat promissis Herpius: iamque aliqui facta conspiratione statuerant, quo tempore noctu aduêtaret Alennius, portam aperire, eámque armis parâdo in vrbem aditu obtinere. Igitur duodecimo Kal. Nouembris tacitè Alênius plurimum Menenis militem educit, ibíque solùm ad custodiam vnà cum cohorte Linselium relinquit. Verùm vnus coniuratorum iam omnia Cortracensi Præfecto detexerat: iísque Flandris, quæ machinabatur Alennius, indicauerat. B Ergo dum Alennius Cortraco propinquat, spe plenus oppido potiundi, ac iam propiùs portam consistit, nondum eam patere conspicatur, nullúmque de muris ab coniuratoribus signum accipit. Id dum animo secum reputat, audit Præfectum vrbis ab excubitore aliùs exquirere, Num quem auribus fragorem excipiat? & cùm hic contrà respondet, nihildum ab se perceptum, ei statim obijcere, Iam tamen tempus aduenisse. De Menenis sermo scilicet instituebatur, quas ea Gubernator hora inuadendas ab Flandris cognouerat. Ad hæc dum stupet Alennius, & iam animo mœstus insidias suas Cortracensi Præfecto patefactas arbitratur, paullùm secedit, & capitaneos in consultationem aduocat. Illic grauis extemplò tumultus, & bombardarum fragor insonuit; ac frequens ignis ferrearum fistularum emicuit Menenis. Eò quippe Balsorius Scotorum militum Tribunus duce quodam cereuisiæ coctore, quem ibidem loci multis anteà Malecontenti damnis affecerant, copias per id tempus adduxerat, quarum pars à terra scalis in aggerem C oppido circumductum euadebat; pars per flumen è nauibus egrediebatur. Ingens itaque pugna ibi coorta est, dum multi impetum faciunt, pauci locum fortiter defendunt, ac sese aduersus hostem ruentur. Ad hæc Alennius spe sua Cortracum capiendi deiectus, ne Menenas, quibus iam timebat, amitteret, militem suum eò protinus reducit. Sed priusquam illuc perueniret, tametsi non paruo labore ac sanguine, oppido tamen Balsorius potiebatur. Ita sese suósque Halewinum ex opposito Menenarum flumini assidens transferre Alennius coactus est. Accepti de tentato frustrà Cortraco, & amissis Menenis nuntij Montignium & Insulenses admodum sauciauere. Nullum poterant obicem Insulenses hostium è Menenêsi oppido excursionibus opponere: prorsúsque arbitrabantur, firmum illic præsidium ab Flandris collocandum, vt quotidianis populationibus Insulensem agrum infestum redderent. Et Montignius magnopere dolebat præcipuam belli sui sedem tam infelici successu Cortracensi amissam; eósque præsertim hostium incursionibus vexandos, à quibus anteà plurimùm fuerat adiutus. Igitur Halewinum ad Insulensium flagita- D tionem aduenit, impediendis, quà liceret, Scotorum & Flandrorum, qui præsidio Menenis erant, in Gallo-flandriam irruptionibus. Placuítque tum ex eius sententia Insulensibus castellum illic condere circumductis ad munitionem aggeribus. Impositus etiam ab eodem miles templo maximo & regijs ædibus Virouiaci est: dein arci Warnestuniæ; vt Flandros Lisæ transitu arcerent. Cominij Bailliuus oppidi Guillenghienus curam suscepit, acceptis aliquot è cohortibus Beuurij ac Philomæi militibus. Ita credebat Montignius ab Lisa flumine satis prospectum Gallo-flandriæ. Verùm Nouëus Francorum ductor Nouembri mense copias pro Flandris circumducens Virouiacum intendit, magnisque viribus templum aggreditur. Enituit illic Carondeleti virtus, qui supremum in militem imperium habebat: cùm aduersus maximas copias sese tamdiu strenuè defendit, quamdiu locus virésque patiebantur. Vbi tamen animaduertit se suósque frustrà obniti, bonis conditionibus hostem admisit, & ad Montignium cum suis se recepit. Qui regias ædes insederant, satis gnari

Itemque hostes.

Malecontenti Duce Alênio tentant Cortracum, eodemque tempore Menenis priuantur.

Issele, Append. Guicciardin. Chappuis, Baudart, VVaremburg Haræus.

Montignius Halevvinum venit, & ibi castellum excitat.

VVaremburg.

Virouiaci, VVarnestuni, & Cominij militê ponit.

VVaremburg.

Nouëus Virouiaci templum expugnat.

Idem.

Virouiacum & VVarnestunum Malecontenti deserunt.

Idem.

gnati eas se defendere non posse, ignem ipsis inijciunt, alióque occultè diffugiunt. A

Montignius Halevvino relicto, suos ad suburbia Insulensia deducit. Idem.

Idem fecere, qui castro Warnestunico inerant. Neque iudicauit Montignius sibi
commorandum Halewini: statímque copias ex eo, quod ibi struebat, propugnaculo
in suburbia Insulensia deduxit. His aduersis rebus cùm plurimùm Insulenses damni
caperent, ac metu deijcerentur: nouus ijs dolor accessit. Paucis enim pòst diebus

Nouëus Cominiense occupat oppidum. Idem.

Nouëus Cominium aggredi cœpit, neque paruo labore castello, quod nuper in ea
oppidi parte, quam depresso loco Lisa fluuius obit, conditum fuerat educto circùm
altiùs vallo, dein hospitali domo, ac templo Canonicorum potitus est, ac militem
vbique posuit, vt in arcem aditum omnem prohiberet. Verùm is posteà castrum fru-

Cõtra ipsum arx defenditur. Idem.

strà subigere tentauit. Erat enim illic cum Guillenghieno Bailliuo ductor Buretus,
qui paullò antè cum septuaginta fortissimis militibus, quibus præerat, Tornaco ad
Rasseghemium transfugerat, spretis Generalium Ordinum stipendijs: quorum assi-
duo labore perfectum est, vt nullum arci damnum intulerit hostis. Ergo qui castrum

Quesnoyæ castrum idem capit. Idem.

Quesnoyæ ad Duplam primo inde lapide obtinerent, quadraginta circiter viros
misit Nouëus, cùm id septem milites Insulenses (haud plures fuerant impositi) de- B
seruissent. Interim ipse deducta secum parte copiarum castra metatus est Roncquæ

Roncquæ castra collocat. Idem.

proximo ab Menenis milliari, quà eo ex oppido Insulam tenditur. Nec multò pòst
occultè Marquettam inde copiam aliquam duxit, vt Monasterium illic Cistercien-

Marquettæ se Monasterium tentat frustrà. Idem.

sium Virginum interciperet. Iam pars militum eius pontem transierat, & aliqui mu-
ris Cœnobij scalas applicabant, cùm subitò nuncius ipsum perculit, cum magna mi-
litum manu Montignium festinare, magnóque ardere desiderio acies committendi.
Igitur scalis eo loco relictis fugiẽti similis suos Roncquã Nouëus celerrimè abduxit.

Montignij metu Roncquam repetit. Idem.

Timebatur interim Armenteriæ, cui sola cohors Philomæi præsidio erat, & quam
permulti homines maleuoli insidebant. Igitur eò cum legione sua missus est Alen-

Arméteriam munit Alennius. Idem.

nius: eiúsque opera perfectum est vallum, quo nunc oppidum satis alto latóque cin-
gitur. Eatenus sanè cum magnis discriminibus, & impendiis bellum in Gallo-flan-
dria solis Montignij viribus, ac stipendiis Ordinum eius regionis administratum
fuit. Id quod animaduertens Parmensis Princeps, extemplò constituit hanc ditio- C

Vt Gallo-flãdriam ab hoste liberet, Com. Mansfeldium mittit Parmensis. Idem.

nem adeò de Religione Catholica benè meritam regiis copiis ab omni periculo,
bellíque incommodo liberare. Igitur ineunte Decembri Comes Mansfeldiæ Petrus
Ernestus, Marchio Roubaisius, Comes Egmondanus, Barones Montignius & He-
zius, Mottę toparcha Chiliarchę Mannuius, & Alennius Insulam venere huius
Principis iussu. Et magna omnes Senatus voluptate, & populi gaudio excepti sunt,
quoniam in armis obuiam ciues prodiere, ac cum timpanorum eos bombis, & ferrea-
rum fistularũ frequenti & festo fragore intra muros duxere. Equites Roubaisius ad-
duxerat: peditum legiones Egmondanus, Montignius, Mannuius & Alennius: tor-

Mansfeldius Castrũ Quesnoyanum expugnat. Idem.

menta muralia Mottanus dynasta. Equites ferè octingẽti, peditum quina circiter mil-
lia numerabantur: quibus omnibus extra vrbem diuisa sunt hospitia. Traductæ mox
copiæ Quesnoyam, & tribus tormentis ęneis arx eius concussa. Vbi se pręsidium ar-

Multum æris campani, illic inuẽti trecentis modo florenis in templorum gratiam Mottanus redimi ab se permittit.

cémque potestati Comitis Mãsfeldij subiecit, pars eius laqueis strangulata, quòd ma-
chinis moros verberari iiuerint, priusquam deditionem facerent. Illic plurimum ęris D
campani sacris turribus detracti, & fundendis muralibus tormentis destinati reperit
Mottæ toparcha æneis Regis machinis præfectus: verùm in gratiam Ecclesiarum
trecentis tantùm florenis id redimi permisit, insigni pietatis exemplo. Arsere nihilo-
minus omnia ferè pagi eius ædificia, grauissimum passis damnum incolis, eóque spe-
ctaculo grauiter affecto huius loci regulo, in cuius regia castra secuti oculis hæc om-

Hostem Cominio expellit Mansfeldius. Idem.

nia gerebantur. Biduo inde Cominium aggressus Comes Mãsfeldius est, ac Francos
& Flãdros, qui sese illic muniuerãt, ad tria millia eo de oppido exegit. Eo territi War-
nestunicę arcis pręsidiarij fugã capiunt: illícque statim cum ducentis peditibus Insu-

Buretum Capitaneum in arce VVarnestunica ponit. Idem.

lensium stipendia merentibus Buretus imponitur. His cum in modũ feliciter & cum
magna Gallo-flandrorum lętitia gestis, Insulam Mãsfeldius reuertitur. Extremo ferè
Decembri hinc digressus, Mauretanię castrum, vnde non leuiter etiam Gallo-flandri

Mauretaniam subigit. Idem.

vexabantur, inuadit ab tribus Scotorum signis insessum. Priusquam tormẽtis quate-
ret, bonis legibus facta deditio est, datáque præsidio potestas quò cuperet discedẽdi.

A
AN. 1580.
Sed quantum iis expeditionibus Mansfeldij Comitis Insulenses capiebant voluptatis, tantum breui pòst doloris accepere. Etenim anni sequentis primo die sub vesperum egressi Menenis Scoti Francique, Gallo flandriæ partem peruagantur. Multas Bonduæ, Marquæ, ac Fiuis domos flammis corrumpunt. in suburbio Insulensi ad portam Ægrotorum quinque sexue molis pneumaticis ignem iniiciunt. Irritatus hoc facinore Mansfeldius, proximum Gallo flandriæ D. Amandi oppidum, quod tres Scotorum cohortes huic ditioni admodum infestæ tuebantur, obsidio cingit; adeóque machinis vrget, vt in Monasterium sua séque recipere, ac parum illic præsidij aduersus machinas expertæ, deditionem facere cogantur. Neque verò præsidia Gallo-flandriæ intra munitiones sese continebant. Frequentes horum excursiones in vicinos Teutonicæ Flandriæ agros, ac Tornacensium fines, suis etiam maleficiis & direptionibus damni multum inferebant agrestibus viris. Nihil vsquam circa Tornacum Cortracúmque tutum, aut prædarum expers erat. Igitur ex agris alij Cortracum, alij Tornacum, quidam aliò sua séque recipere. iis in vrbibus cuncta profugorum mœstis vocibus resonare, & ciuium Catholicorum querelis impleri.

Menenense præsidium damni multum infert Gallo-flādriæ. Idem.
Mansfeldius S. Amandi oppidum ad deditionem cogit. Idem.
Gallo-flādriæ præsidia molestiūm nocent hostibus.

B
Erat tunc tristissima facies Tornaci, quoniam illic S. Martini, & Episcopij areæ, latiores plateæ, foráque, agricolis, & horum vehiculis, bobus, equis, ac suibus plena essent; ac lugubres vbique sermones pacem optantium bellúmque detestantium Catholicorum audirentur; solum arma, minas, incendia, blasphemias hæretici fremerent. E Catholicis, quibus regium nomen & pacis commoda placebant, id enixè Numen priuatim palámque obsecrabant, vt cum ceteris Wallonibus in iucundas pacis leges, & Regis amicitiam coalescerent. Vt id boni assequerentur, die sexto ac vigesimo Ianuarij tantum cerei funalis Deo eiúsque Matri obtulere, quantum vrbis circuitus extenditur. Et quo die id accendi placuit in ipso D. Virginis templo, magna Sacrum frequentia Musicè cantari curarunt, ac publicum institui Supplicium, multis virginibus candida veste amictis cereos lucentibus.

Qualis tunc fuerit facies Tornaci. Ioan Cousin.
Quid ibi Catholici fecerint, vt pacē cum Rege impetrarent. Idem.

C
Ac tum Ioannes Cotreau Canonicus & Archidiaconus Tornacensis cùm è sacro ad circumfusam multitudinem pulpito verba faceret, feruentissimis Præfectum vrbis precibus aggressus est, vti tandem Regis Catholici pacem offerentis desiderio faceret satis, ac plebi Tornacensi tot miseriis oppressæ succurreret, pacem cum vicinis Proceribus amplectendo. Verùm nihil ab eo tunc, vt aliàs, responsi acceptum, quàm sibi nunquam animum fuisse quidquam circa Religionem Catholicam mutandi, vrbémue Tornacum & obnoxium ei agrum pessumdandi. Paruo inde tēporis spatio, prima Februarij luce, cùm Pontifex Tornacensis, D. Martini, & S. Marci Abbates, idémque Ioannes Cotreau animaduerterent nouis in dies calamitatibus Tornacum obrui, hæreticos Catholicis insultare, de Catholicis multos ab sectariis infici corrumpíque, præsens ingruere tum animi tum corporis periculum ciuibus profugísque; ex aduerso vicinas vrbes aliud nihil, quàm cum Tornacensibus concordiam, cupere; adeóque Regem enixè pacem ipsis ingerere: omnes simul in arcem ad eumdem Gubernatorem adiere. nihílque reliqui fecere, tum precibus, tum adhortationibus, vt ipsum ad pacis cupidinem impellerent.

D
Nihil tamen magis tunc impetratum, quàm priùs: solúmque is respondit; Haud grauatè media se subministraturum, quibus eos ad pacis complexum possint incitare, ad quos eo de negotio tractando ius pertinet. quibus non obscurè significabat, per Generales Ordines, quibus se sacramento addixerat, eam esse impetrandam ab Rege reconciliationem. His igitur Parmensis Princeps cognitis, Tornacensem agrum longè maioribus, quàm priùs, ab militibus incursionibus vexari mandauit. Nihil idem quietis concessit pagis Cameraco vicinis, omnémque conatus est Incyo commeatum præripere, qui Ordinum nomine ciuitatem eam ceperat insidebátque. Incyus hoc animaduertens, acnon satis perspectum habens, viréſne Ordines Parmensi opponerent, si Cameracum obsidione cingeretur, de aduocando ex Francia Duce Alençonio consilium iniit, eúmque Martio mense cum viribus & commeatu aduenientem intra muros suscepit, & in eius potestatem ciues vrbémque tradidit; ac qui nollet in eius Principis verba iurare, foras exegit.

Princeps Parmensis Tornacesium & Cameracesiū infestat.
Incyi dominus Cameracū Alençonio submittit.

Alenius Cortracũ Ordinibus eripit. *Issele Append. ad def. rept. Guicciard. aliq.*

Ex aduerso eiusdem mensis initio Alennius rursum Cortraco insidias struit, vt infamiam ad id oppidum anteà toleratam abstergat. Præmissus eò Iacobus Corbitierus Hanno peditum ductor agricolæ cultu speciéqœ, vt fossarum & murorum altitudinem exploret. Vbi facilem intra castrum murósque vrbis aditum reperit, certiorem eius fecit Alennium. Hic tentato etiam eo loco, dum successum felicem sibi promittit, vnà cum Mouschronio copias conficit. Erant in eorum comitatu quingenti ferè pedites, cum aliquot equitibus. Noctu per aquas ea parte, quam diximus, in vrbem fortissimus quisque succedit. ceteri opportunis se locis occulunt. Exorta luce, portísque apertis, qui oppidum intrauerant, excubitores repentè obtruncant, & signo dato Alennium & copias introducunt. Verùm Scotis, qui præsidio erant, ad arma concurrentibus, ac sese fortiter propugnantibus, non leue prælium exoritur. Penes tamen regios milites stetit victoria. Domus quædam atsere, quædam expilatę sunt; ceteri ciues pecunia redempti. Sed Alennio partæ frui gaudio victoriæ diu non licuit. Muri siquidem lapsu crus elisum paucis eum diebus viuis exemit. Vnà tunc voluptatem & militum mutationem Insula percepit. In ea quippe omnes ad nuntios intercepti Cortraci magna sunt lætitia perfusi. Quę verò fuerat hactenus eidem ciuitati præsidio Hellemij cohors, ea Cortracum mittitur: in huius locum Balleti signum Insulani recipiunt. Et mox Marchionis Roubaisiani opera Ingelmeustrensi arce capta (secundo abest à Cortracensi oppido lapide Brugas versus) noua Gallo flandris accessit lætitia. Dimissis tunc equitibus sclopetariis, quos Rasseghemius collegerat, & sub signo habuerat, lancteariorum Goignij equitum ala Insulæ collocata est. Hęc inter nondum fixam alicubi sedem habebat Prouincialis ac Regius Flandrię Senatus, qui Gandauo propter ciuium rebellionem excesserat. Vbi melius, quàm Duaci, collocaretur, vix locus alius Philippo Regi visus est. Igitur Kalendis Aprilis inter eius Concilij Proceres, & Magistratum Duacensem certis legibus conuenit, vt ex Regis voluntate Duaci sedem ij statuerent; quamdiu Gandenses armis rebellibus Flandriam vexarent. Octauo Idus eiusdem mensis quarto Paschalis hebdomadis die ad sextam vespertinam cum cetero ferè Belgio Gallo-flandria terrę motu concutitur. eumdémque pòst annum exortus Cometes, ac sæuissima lues omnibus Belgis grauem fecere. Viduatus tunc est Pontifice suo Tornacensis Episcopatus, Petro Pintaflourio ad decimum diem Aprilis post graues labores Tornaci morte sublato. Persolutis huic Pręsuli de more Catholico iustis, sexto Nonas Maij Ecclesiasticis omnibus mandatum est Tornaci, vt iureiurando se Generalibus Belgij Ordinibus obstringerent; aut si hoc facere abnuerent, ex vrbe digrederentur. In varias tunc à Clero & Religiosis itum sententias est. E Canonicis & sacellanis Mariani templi vrbe quidam excessere, hósque Societatis Iesu Sacerdotes secuti sunt: quòd arbitrarentur illicitum sibi esse huiusmodi iuramentum. Postquam alij rem eam diutiùs animo peruoluêre, fidem demum ea conditione Ordinibus obligarunt, ne quid facere cogerentur, quod Numini, Catholicæ Religioni, & debitæ Regi obedientiæ pugnaret; quemadmodum Gandensis Pacificationis capita præscripserant. Et licet nonnullis perperàm hi fecisse viderentur: permissum tamen ijs est tum Parmensis Principis, tum Regis Catholici litteris, vt eadem in vrbe consisterent; diuina illic peragerent mysteria; ciues ad colendum Numen, seruandámque regiam auctoritatem hortarentur. Laborabat tum vrbs Tornacensis multarum penuria rerum, ob frequentes regiorum militum excursus. Igitur eodem mense Maio Aldenarda plurimus hanc in ciuitatem commeatus deuehitur, eúmque tuendi caussa miles Ordinum comitatur. Id cognitum habens Roubaisianus Marchio, Equites ferè sexcentos, tum Wallones, tum Epirotas, eam in viam deducit, per quam hosti constitutum iter erat: vt insidijs opportuno positis loco, & aduersarios opprimeret, & præda potiretur. Verùm tracta illic aliquantula mora, cùm eo die hostem minimè venturum arbitraretur; ac citiùs se Roubaisiam, quàm oportuerat, recepisset; sine damno & periculo cõmeatus Tornacum inuectus est. Habuit ea res malè tam Wallones, quàm Epirotas, quos duxerat. & graui ab his murmure perstrictus est Marchio, tanquam eadem cum fratre suo Tornacensis vrbis Præfecto sentiret. Paullò pòst

Ipse paullò post moritur.

A

B

Regius Flandriæ Senatus Duaci constituitur.

Terræ motus.

C

Cometa.

Pestis.

Tornaci coguntur iurare pro Generalibus Ordinibus Ecclesiastici. *Confinus.*

Id ne faciant, quidam Canonici, & Societatis Iesu Religiosi abscedunt. *Idem.*

Alij iureiurando se obstrinxerunt. *Idem.*

D

Marchio Roubaisianus à militibus perstringitur, quòd commeatũ Tornacensem nõ interceperit. *VVaemburg.*

A pòst tamen insigni facinore hanc is opinionem partim in agro Insulensi, partim apud Teutonicos Flandros oppressit. Per eos dies Nouëus, qui cum mille circiter peditibus ac equitibus quingentis ad castrum Ingelmeusttense confidebat, Roubaisiam versus copias celerrimè rapuit obruendi Marchionis consilio. Verùm Marchio eius aduentus certior factus, septimo Idus eiusdem mensis obuiàm processit, eúmque nactus Lannoyam inter Tornacúmque (tanto enim circuitu Nouëus, vt hostem falleret, suos circumduxerat) audenter ac fortiter eius equitatum aggreditur, & ad pedites fuga se recipere cogit. Plus in peditatu virium fuit. Is enim Marchionis impetum egregiè sustinuit, omninòque perfecit, vt equites solùm clades afflixerit. Cùm Ingelmeustram Nouëus suos reducerer, noctu Marchio Cortracum adijt; inde quingentos è legione Boursij milites eduxit, suísque iunxit copijs. Igitur dum Nouëus via longiori cogitur Lisam copias ad Mandræ confluentem transmittere, eum Marchio præuertit; & munitas vallis, iámque in armis aduentum suum præstolantes (ipsum enim certis nuntijs iter ad se maturare acceperant) cohortes hostiles ad Ingelmeustram impetu maximo inuadit, & ingenti clade afficit, multis Scotorum ac

Dum eum Nouëus molitur capere, ab ipso cæditur in Gallo-flandria, & apud Ingelmeustram capitur.

VVasemburg. Isselt, a'ij.

B Francorum partim ferro peremptis, partim captis. Et dum Nouëus relicto Wacquę peditatu, cum equitibus auxilio accurreret, in eum etiam validè arma conuertit: támque felicem pugnæ exitum sortitus est, vt eo duce capto, signis aliquot, tormentis omnibus, & castrorum impedimentis potiretur. Fassus est posteà Nouëus, nisi viuus in potestatem venisset suis oppressis, haud dubiè ab se Cortracum Regijs eripiendum, inductis, quà parte infirmiora nouerat mœnia, militibus: ideóque munitus is postmodum est locus. Sed quàm tum Cortracenses, ac Insulenses ea Marchionis victoria exhilarauit, tam mensis Iunius Nobilium quorumdam & Duacensium ciuium ad Buccinium clade fœdus exstitit. Eius oppidi Gubernatoris vicarius iam antè Duacum ad Senatum scripserat, animum sibi esse Regijs Proceribus occultè oppidú dedendi. Res tamen ea frigidè processerat, & nihil ad ipsam operæ Duacenses aliique contulerant. Nunc verò cùm idem decimo Kal. Iulij virum oris in spe-

Nobiles quidam, ac Duacenses atroci proditione Buccinij cæduntur.

Isselt, in 3. lib. Duac. alij.

C ciem simplicis cum litteris Duacum misisset, iísque Senatum exciuisset, vt tacitè Buccinium ipse ciuésque armati noctu adirent (iam enim tempus opportunum venisse docebat, quo pertæsus Ordinum eis oppidum proderet) multò calidiùs id negotium fuit arreptum. Eas quippe litteras postquam Magistratus eum nobilibus viris, ac ciuium primoribus communicauit, Baro Sellius, qui tum erat Duaci, Cuuillerij, ac Bignicurtij toparchæ, Hertainius Gubernatoris vicarium munus sustinens, Langlæus cohortis peditum, quæ Duacum tutabatur, Capitaneus, in facinoris partem venere. Igitur armatus est Langlæi miles, iísque vexillo suo imaginem S. Mauronti apposuit, vt præsentiorem conatibus Diuum haberet. Ciuium præcipui ad ducentos (multò plures sese obtulerant) ex sententia Senatus arma sumpsere. His se sponte iunxere rustici quàm plurimi, quorum villas agrósque sæpenumerò Buccinienses præsidium infestauerat. Spe plenum atce oppidóque potiundi per noctem id agmen processit ducibus ijs, quos enumerauimus. Verùm longè aliter Buccinij res gerebatur, quàm Vicarius Præfecti Duacensibus promiserat. Is enim cùm Guber-

D natorem de Duacensium aduentu docuisset, ad portam in mœnibus multa collocauerat tormenta muralia, quæ venientes pilis vegrandibus impeterent, ac discerperent. Extra oppidum militem multum equestrem pedestrémque certis locis imposuerat: vt incautos ab lateribus, à tergo circumuenirent opprimeréntue. Ergo dum portæ Duacenses aliique propinquant, adest Vicarius extemplò, blandáque duces voce compellans, in arcem vt singulatim succedant, inuitat, eósque rursus certos facit loco absque discrimine potiundi. Angusta erat portula, qua subibant, ac non nisi singulos admittere poterat. Vbi verò viri nobiles, ac præcipui tam ciuium, quàm militum, & agricolarum, eum in modum ingressi sunt, ab tergo statim fores obduntur: ac eodem propè momento signis editis, è mœnibus maiores bombardę flammis excitatis pilas in eos, qui densi foris introitum præstolabantur, euomunt ingenti fragore, plurimósque discerpunt. Ibi dum multus cadentium clamor, & vulneratorum gemitus auditur, ac ceteri fugam capiunt attoniti: erumpit hostis ex

insidijs,

A insidijs, strictóque ferro ab omni parte cum magno tumultu eos adoritur. Ita plurimi vulneribus acceptis mortem oppetunt; pars in manus hostium viui veniunt; pars fuga salutem assequuntur. Interim illi, quos Vicarius intra mœnia concluserat, cùm obiectis foribus repagulis, reboantibus è propugnaculis muttisue machinis, sublato foris clamore, dolum hostilem animaduertunt, ferro confestim manus admouent, ac se fortiter, frustrà tamen, inter hostium globos impetum facientes defendunt. Quinis senisue vulneribus afficitur Hertainius. illatæ plures Ioanni Lalartio plagæ. erepta ferro vita Iacobo Maullartio Atrebatensis Episcopi fratri. Ergo breui oppressis aliorum conatibus, in custodiam viui omnes ducuntur. Tam fœdæ cladis nuntij Duacum Insulámque perlati, cuncta mœrore tristitiáque compleuere. Plus tamen doloris Duacensibus illatum, quos domesticum, idque maximum, vehementer malum afficiebat. Luctu ac gemitu plateæ, fora, domus personabant. Hîc viduæ ob maritorum necem lamentabátur. illic pupilli patrum mortem gemebant. ad luculentas virorum plagas alibi fœminæ lacrymas fundebant, tristibúsque aëtem incessebant vocibus. hostium dolos & proditionem omnes grauissimè verbis insectari; omnes B eorum sæuitiam opprobratione prosequi; in eos omnia vindictæ genera linguis depromere. Et ad Principem Parmensem perlatæ Duacensium querimoniæ & obtestationes adeò valuere, vt is mox de Buccinio castris cingendo, sumendáque vindicta mentem induerit. Parabantur iam ad obsidionem omnia, cùm Tornacensis Gubernator de nuncupando Ecclesiæ Tornacensis Episcopo multa sollicitus animo volueret. Erat huic in votis aliquem ad hanc euehere dignitatem, qui Generalibus Ordinibus obsequeretur. Vt igitur exploraret Decani & Canonicorum sententias, ad diem Iulij vigesimum ijs indixit, vt aliquem Episcopum legerent. Ab Decano & Canonicis tunc fuit responsum, absque Regis Philippi venia Episcopum dicere sibi non licere, quòd ius nominandi ad ipsum pertineat. Hinc occasionem Gubernator arripuit ad Ordines electionem Pontificis reuocandi, horúmque nomine in Conradum Oyembrugium Ecclesiæ Tornacensis Canonicum & Cantorem Pontificiam dignitatem transtulit. Verùm ab Summo Pontifice numquam potuit impetrari, vt Pontificalibus is decoribus ornaretur. C Pergebant interim Gallo-flandriam multis incursionibus vexare Ordinum præsidia. Nono Kalendas Augusti non paruum Menenensis oppidi agmen noctu flammas Insulensi S. Magdalenes suburbio iniecit, eóque plurimæ domus arsere. A Bucciniensibus & Cameracensibus multa Duacenses patiebantur. Nihil dabant quietis Tornacenses vicinis agro suo Gallo-flandris. Horum igitur omnium maleficijs afflicti, nunc Insulani, nunc Duacenses apud Parmensem vrgebant, ne diutiùs hostem sineret impunè grassari: vrbem aliquam, oppidúmue castris circumueniret. Nihil arbitratus est ijs negandum Parmensis, qui tam iustis opem querimonijs flagitabant. Vt primùm Insulensibus operam daret, hostique Menenas eriperet, horum inuitabat liberalitas, qui pecuniam puluerémque tormentarium subministraturos se expugnationi pollicebantur. Placuit tamen ante omnia leniendis Duacensibus Buccinium obsidio circumdare. Mensis tunc erat Augustus, cùm huic loco admota sunt castra. Vt quàm citissimè in potestatem redigeretur, grauissimè tormentis æneis verberata sunt mœnia; omnes D commeatibus arcendis, impediendisque auxilijs, insessi aditus; nihil denique omissum frangendis maturè propugnatorum animis idoneum, quò nuper accepta factis fortibus aboleretur infamia, ac de perfidis pœnæ caperentur. Id cùm animaduerteret Gubernator, frustráque subsidia præstolaretur; ac prorsus metueret, ne breui iam multis locis hiantibus muris opprimeretur, ad leges deditionis prudenter descendit. Verùm hic dum optimas pactus conditiones ad discessum se comparat, ingens malum molitus est. Vt enim etiam absens insigne regio militi detrimentum afferret, cæcis aliquot locis cados nitrati pulueris occuluit, iísque funes accensos apposuit, quibus certo tempore consumptis, puluerem ignis corriperet, ac ingenti fragore grassatus euersis violenter ædificijs multos militum obrueret. Iam ille cum suis medium iter confecerat Cameracum intendens, cùm fomitibus exustis flammas puluis concipit, & immani sonitu ac violentia superstantes ædium moles deturbat.

Sed

Tornacensis Gubernator, absque Regis venia Episcopum aliquem nuncupat.
Cousinus.

Is tamen ab Pôtifice Maximo reijcitur.
Idem.

Ad querelas Gallo-flandrorum hostilibus incursibus afflictorû, Parmensis deliberat vrbes aliquas obsidere.

Ac primùm Buccinio castra admouet.
Lib. MS. Duac. Isselt, alij.

Quod ipsi deditur, sed nouo dolo sub ædibus abdito puluere, vt ingressi victores obruãtur.
Lib. MS. Duac. Isselt, alij.

A Sed nullum è militibus regijs (quod diuini Numinis bonitate accidit) ea strages obtriuit. Tantus hinc tamen duces perfidum hominem vlciscendi ardor incendit, vt è vestigio equites aliquot in eum effusis habenis emiserint. Verùm is iam Cameraci tutus agitabat, cùm hi maturato cursu in vrbis conspectum venere. Ceterùm redacto in Regis potestatem Buccinio, plus quietis datum est Duacensibus, quòd eius oppidi præsidium eorum agros maximè infestos habuisset. Sperabatur tunc etiam totius Belgij Pax, ob Regis Decretum initio Septembris iussu Parmensis promulgatum; quo cunctis potestas fiebat Auraicum Principem perimendi, quem diuinæ suæque Maiestatis reum Philippus declarauerat. Eo quippe sublato, cuius malis artibus Belgium præsertim bellis & discordijs ardebat, nulli non sapienti certum videbatur, in concordiam cum Rege venturos Ordines. Verùm is edito mox libello postquàm multa in Regem pro se dixit superbè ac mendaciter, in percusso fœdere Prouincias ab ipso dissidentes retinuit. Medio ferè Nouembri Gallo-flandriæ partem inuisit Parmensis, vt incolis animos faceret: ac decimo & septimo eius mensis die Duacum

B inijt, ciuium cohortibus, ac bellicis Societatibus festiuo plausu armorum inducentibus. Verùm octauo pòst die nouus iniectus est Gallo-flandris metus, intercepto per insidias Tornacensis præsidij Condato Hannoniæ oppido. Quia tamen opportunus hic Regijs locus videbatur, vix noctem vnam illic hostis agere permissus, indeque fugam capere coactus est. Verebatur siquidem Parmensis, ne posteà eo ex oppido Mauretaniæ & S. Amandi municipio ingruerent aduersarij, iisque locis in potestatem redactis, rursus in Gallo-flandriæ fines inde procurrerent. Interim Duaci Guilelmus Alanus, qui publicus Doctor Petri Lombardi Sententias explicabat, Theologicæ Facultati & Academiæ, vt vocant, Prouisoribus auctor fuit, vt quoniam per corporis infirmitatem nullum ampliùs posset docendi laborem sustinere, in locum suum aliquem è Societatis Iesu Theologis substituerent, qui de Rebus diuinis quæstiones subtiliter tractaret. Non displicuit his sapientibus viris consilium, quod sperabatur in magnam Vniuersitatis vtilitatem redundaturum. Rogatus igi-

C tur ab ijs est per P. Ioannem Seruium, qui Duacense Collegium moderabatur, Generalis Præpositus Societatis P. Euerardus Mercurianus, vt aliquem de suis Theologum Duacensibus concederet, qui publicas de Deo & reliquis Theologiæ partibus lectiones haberet. Verùm ab eo nihil principio potuit impetrari, ob varias, quibus admodum moueri videbatur, rationes. Neque priùs illuc se deduci passus est, vt eam alicui Socio prouinciam imponeret, quàm Duacenses apud Parmensem institere, vti pro se per litteras Romæ intercederet; isque apud Pontificem Maximum egit, ne flagitantibus id, quod in vtilitatem & gloriam Vniuersitatis vergeret, negari pateretur. Postquàm igitur Romanus Antistes ad Parmensis instantiam pro Duacensibus suam interposuit auctoritatem, nihil habuit antiquius P. Generalis, quàm vt votis Duacensium subscriberet, ac P. Maximilianum à Capella domo Insulensem Theologicis quæstionibus è pulpito publicè ac Scholasticè pertractandis præficeret. Sed quoniam huic viro perquàm diuinis rebus, & Theologicis subtilitatibus imbuto facta est optio, vt, quam vellet, tractandam sibi materiam deligeret; quàm de re-

D bus sublimioribus subtiles ordiri quæstiones, ea quæ cœperat formandis Pastoribus opportuna tractare, per summam animi demissionem (quamquam aliàs etiam hanc fructuosiorem materiam crederet) ad finem perducere maluit, ac suo successori Scholasticas disputationes agitandas reliquit.

AN. 1582. Annus sequens variis Gallo-flandriam rebus affecit. Ipso Paschatis die ingens tempestas ad meridiem coorta est, vento vehementer in ædificia, & arbores bacchante. Infunibula, muri, tecta, turres, eius impetu multis locis per hos fines, alibíque prostrata. Ex aduerso nono Kalendas Maij ad Statuam Sanctissimæ Dei parentis in Pago Laudensi mille passus ab vrbe Insulensi vetustæ arbori propter viam, quà Bethuniam tenditur, affixam, magna fieri cœpta sunt in hominum vtilitatem prodigia. Hoc enim die Iacobus Dubois ciuis Insulanus, cùm ardentibus Diuam Mariam precibus flagitasset, vt corpori suo sanitatem restitueret, complexam omnes artus apoplexiam illicò sensit abstergi, integrámque valetudinem assecutus est. Exinde

ad eam

Marginalia:
Auraicus Princeps à Rege proscribitur, eiúsque necandi publicè datur facultas.
Princeps Parmēsis in Gallo-flandriam venit.
Condatum Ordines capiunt.
Idem ab Regijs militibus recipitur.
Guilelmus Alanus fatagit, vt aliquis è Societate Iesu Theologiam doceat Duaci.
Histor. ms. Colleg. Duac.
Eius agendi veniam à Pōt. Max. impetrat Princeps Parmensis.
Idque munus à P. Generali P. Maximiliano à Capella demandatum est.
Venti maximi multum damni afferunt.
Imago B. Virginis Laudensis, seu Gratiæ, miraculis florere incipit in Gallo-flandria.
Locrius, MSS. mem.

ad eam magnæ Matris Imaginem ingens vis hominum vndique confluxit opem morbis, calamitatibus, aduersisque casibus flagitantium. Et Maij vigesimo die Brœucquiani toparchæ soror germana, Varennæ reguli coniux, simili se morbo leuari gauisa est, cùm eidem purissimæ Virgini supplicasset vehementer. Fluxit posteà latiùs auxilium, vt præclara redditæ sanitatis, aut præbitæ variis in necessitatibus manum implorantium opis, miracula quamplurima numerentur. A

Præfectus vrbis Tornacensis aliquid aduersus Insulam molitur, at non exequitur. VVasemburg.

Per eos dies grauissimum propè incurrit ab Ordinum militibus discrimen Insula: omninóque vrbs ea in hostium manus venisset, nisi quorumdam indicia Senatum maturè certiorem proditionis fecissent. Ac primùm quidem pridie Ascensionis Dominicæ totam noctem omnes in armis ciues iussu Magistratus stetere; quòd eo tempore Præfectum Tornacensem cum ingenti exercitu Brabantorum & Flandrorum vrbis inuadendæ causa venturũ occultus rumor spargeret. Sed vix ille Tornaco digressus mille passus confecerat, cùm militem eam in vrbem remisit, quo tamen consilio, incertum. Fuerat forsan ei nunciatum, neque dum omnia vrbis inuasioni fuisse matura. Equidem eum minimè hac vrbe potiundi spem posuisse; contrà potiùs multa molitum denuò, vt eam denique sibi subiiceret; ea, quæ nunc memorabo, clarum facient. Quinto nãmque die Maij certis nuntijs Senatus Insulensis cognitum habuit, eumdem Gubernatorem multa machinari, suas in partes pertrahendis quibusdã Insulensium ciuium, & hoc oppido viis occultis intercipiendo. Ab virgine quadam Tornacensi (Quintam le Monnier nuncupabant) res detecta proditàque. Habitabat ea iuxta primi vrbis Prępositi ædes, ac per clatros ferreos in eas prospectũ habebat. Igitur die quadam vesperi cùm inde oculos in eam domũ coniiceret, animaduertit arcis Propræfectum milites quosdam mulierum nobilium habitu comptos inducere; & cùm eis hospitium Præpositus domi negaret, in diuersorium famæ tunc malignæ huius mandato deducere. dein bombardas in Præpositi ædes inferri, scalas apparari, alia properari ad occultam expeditionem idonea conspexit. Ac tum facilè animum eius inuasit suspicio, proditores iis vestibus obtectos fuisse, & magnum aliquid in vicinam aliquam Regis partium vrbem agitari. De Insula metum fecit, quòd frequenter in ipsam milites præsidiarij iactarent, breui se sororibus eius ad voluptatem potituros. Has enim diu antè ad fratrem D. Petri Canonicum Insulam miserat retinendæ Fidei ac pudicitiæ gratia. Eámque trepidè auxit opinionem duorum vox Senatorum, qui de Insula Regiis eripienda per quorumdam proditionem consilia misceri asseruerunt. Igitur nihil cunctandum rata, Insulam ad fratrem industrium & incorruptæ fidei hominem misit, qui rem omnem ei detegeret. Statimque ab eo ad Gallo-flandriæ Gubernatorem Rasseghemium, qui tunc aderat, de periculo vrbis relatum est. Hic quanta potuit diligentia iuit obuiàm discrimini. Ac tunc etiam venit in huius & Senatus cognitionem sæpenumerò quemdam hostium ductorem cognomine Turquiauum Insulam aduentare solitum, vt cum proditoribus sermonem cęderet. Igitur deprehenso eius habitu, facie, corporis mole, postero die Senatus edixit voce præconis, vt quicumque intra muros vrbis eum animaduerteret, ad ipsum extemplò referret; magnámque vim pecuniæ indici promisit. Et verò vt magis oppido cautum esset, quinquaginta circiter, aut sexaginta homines hæreseos suspecti in custodiam traditi sunt, ac deinde partem maximam in exilium protrusi: idque non temerè factum, tempus docuit; quoniam eorum duos in proditorum partibus fuisse, certò posteà fuit cognitum. Ac tunc plures solito ciues nocturnis ac diurnis excubiis admoti. Dicti mensis octauo die ciuium quidam Walerando Bapalmio significauit, visum ab se quempiam aurigam eo corporis filo, vultu, statura, quibus ductor Turquiauus Edicto Magistratus describebatur: ab eo se rogatum, vt toparchæ Wanehainij domum ipsi monstraret. cùm eam ostendisset, haud illam eum virum intrasse, (nihil enim ipsi cum Wanehainio negotij erat, quem constabat & Catholicum & patriæ fidelem esse) verùm in proximas ędes penetrasse, in quibus negotiator quidam commorabatur hæreseos fama laborans. paullò pòst vtrumque ex ea domo digressum aliò gradum vertisse; in eius diuersorij conspectu, cui nomen aureo Ceruo, multos submissè sermones miscuisse. His acceptis Bapalmius

Idem contra hanc vrbem aliud agitat. VVasemburg.

Id Quinta virgo detegit, & Insulensibus indicat. Huius littera.

Rasseghemius & Senatus Insulæ diligenter cauent. VVasemburg.

E proditoribus vrbis Insulanæ vnus ab VValerando Bapalmio deprehenditur, & ad Senatum defertur. VVasemburg.

B C D

A mius eo de viro quamprimùm ad Senatum retulit. Is negotiatorem in Curiam per satellites deduci imperat. Prima quæstione nihil elici potuit aliud, quàm illum, qui cum sermonem habuit, institorem esse, qui dari venum sibi expressum è lini semine oleum petebat. Et cùm postularetur, cum Turquiauo, quem optimè nosset, colloquium iniuisse, id prorsus negauit. Igitur ab Senatu in artissimam trudi custodiam iussus est. Itúmque mox in suffragia, num tormentis dedi oporteret. Sed priusquam sententiæ perrogarentur, is se ad tribunal reduci petijt; ibi cum Turquiauo se locutum sponte confessus est, nonnulláque, cur id fecerit, in medium protulit excusandi se gratia. Imperatum nihilominùs est omnium Senatorum sententia, vt obductâ faucibus & ceruici collariâ torqueretur, occultioribus rebus ac proditionis molitionibus exprimendis. Perculsus eius tormenti, quod grauissimum esse cognouerat, nomine, & decreto Senatus, negotiator extemplò nudè aperuit, ac deinceps sæpiùs sponte repetiit, cum hostibus se colloquia frequenter instituisse; operam eis suam ad prodendum oppidum dedisse; locum eis ab se monstratum, qui captando ascensu

Is capitur, & tandem metu gehennæ totam exponit proditionem.

VVaemburg.

B opportunior videretur; indictum facinori diem huius mensis decimum; ad hostes se profectum pridie; Turquiauo significasse duplicatas vrbis vigilias, excubiásque. Plerosque deinceps alios eadem secum accusatione inuoluit: quorum aliqui magna Gubernatoris & Senatus diligentia in custodiam pertracti sunt. Quo die hostē ventutum, vrbémque tentaturū fuerat deprehensum, nihil reliqui factum est, vt omnia firmissimis præsidiis, & custodiis munirentur oppidi loca. Non latuit Tornacensem Præfectum, detectas fuisse insidias: dicto tamen die peruesperi copias Tornaco eduxit, quarum partem maximam Brabanti, Flandrique submiserant: omnémque apparatum ad vrbis Insulensis inuasionem necessarium inde curribus euehi curauit. Lezenniam vsque ventum est in modico situm tumulo, vnde facilè in vrbem prospicitur. Et cùm ingrueret hora noctis duodecima, frequenter missilibus flammis aduentus sui hostis signum præbuit, vt qui adhuc in partibus erant, ex aduerso se vigilare, ac imperata sibi maturandæ proditionis causa facere significarent. Sed nihil

Aduersus vim hostilem cuncta parantur Insulæ.

Tornacensis Præfectus, cū ad eam venit vrbem, nihil effecit.

C contrà signi editum ex vrbe, multis muros ciuibus in armis obtinentibus, & sollicitè vigilias agentibus, ne quis factiosus quidquam occiperet. Etsi scelesis successus nullam inde spem caperet Tornacensis Gubernator, eius tamen iussu pars hostilium copiarum tacitè muros propiùs accedit, omniáque tentandò ascensu properat, qua regione vrbem capere decretum fuerat. Verùm iis ab vigilibus animaduersis, vrbisque Respectore confestim admonito, repentinolæ pulsu ceteri omnes ad arma capienda, muróśque tuendos, ciues cientur. Ac iam crepusculo, & mox etiam aurora copias hostium detegente, aliquot in eas ingentes ferreósque globos è tormentis muralibus cum strepitu bombardarij euomūt. Tunc demum igitur desperato vrbis capiendæ successu, retrò ductor hostium agmen egit, ac Tornacum repetiit, multis ad fossas relictis asseribus, scalis, cratibus, idque genus alijs rebus ad inuasionem opportunis. Ob tantum beneficium seruati oppidi actę sunt Numini gratiæ Magistratus edicto: aspersiqde sunt ab eo publicis muneribus Waletandus & Quinta ob tempestiua proditorum indicia. Et nihil antiquius habuit Senatus, quàm vt Princi-

D pem Parmensem de proditoribus detectis captísque, de cognitis, elusísque hostium molitionibus doceret. Id omne fuit officium Principi gratissimum: ac paullò pòst ipse prolixis Senatores litteris laudauit, ob insighem operam, qua diligenter ad eos deprehendendos, & in carcerem coniiciendos incubuerant, quos ad moliendam vrbis proditionem hostes pertraxerant. Dein aliquos habendis de captiuis quæstionibus, ac eorum indicio perpetrando Insulam misit, iisque tres quatuórue Scabinos adiungi voluit, qui simul in eos inquirerent, ac sententiam capitis dicerent. Igitur septimo Idus Iunij ciuis ille ac negotiator Insulensis præcipuus in patriam proditionis compertus, quam annuo sex millium florenorum censu, aut ingenti alia vi pecuniæ cum hoste pactus fuerat, capitis damnatur. Ad supplicij locum in crate viminea tractò lictor ferro caput ademit. Suspensum deinde per pedes è furca truncum corpus est. Ad portam Ægrotorum ingredientibus vrbem præfentum lancea caput triste spectaculum præbuit. Biduo pòst haud dissimili sententia perculsus est alius

His de rebus edoctus Parmensis Insulenses laudauit.

Qui cum aliquot Senatoribus de proditoribus quærerent, quosdam misit Insulam.

Et paullò pòst è proditoribus nonnulli supplicio afficiūtur.

A

ciuis, opificio tinctor, & cohortis vnius ciuium signifer. Is enim proditionis diem facinori peragendo addixerat, quo suis custodia vrbis committeretur; vnáque spoponderat nocturnam se vigiliarum tesseram hostibus indicaturum. Ad portam Molinæam caput eius conto sublatē ostensum. Eiusdem mensis Idibus alteri grauior irrogata est sententia, quòd fossæ Insulanam vrbem ambientis altitudinem funiculo explorasset, quà in muros euadere hostes decreuerant. Supra portam Barrensem elatus pertica vertex eius: dissecti corporis partes aliæ alibi suspensæ. Quinto Kalendas Iulij alius ad furcam Insulæ damnatus, qui de proditione aliquid ab hostibus didicerat, & multis antè annis ob impium aduersus sacras imagines bellum carceris pędorem tolerauerat.

Vt Gallo-flādriæ prospiciat:

Hæc dum fiunt Insulæ, duo Princeps Parmensis animo diligenter voluebat, quibus Gallo-flandriæ fines ab hostium maleficiis quietos redderet. De Tornaco castris circumueniendo, & in regias partes pertrahendo, prima fuit cogitatio; de subigendo Cameraco, altera. Sed Tornacum priùs obsidione cingere, quàm Cameracum ad deditionem cogeretur, id omninò visum est difficile. Igitur primas ad Cameraci obsidionem curas Princeps conuertit. Vt id propiùs aggrederetur, & tormentis muralibus ciues ad deditionem impelleret, haud satis opportunæ copiæ suppetebant. Quamobrem eminùs obsidere, omnésque aditus capere, & ductis munitionibus militem ibi collocare placuit: vt inde commeatus subsidiáque arcerentur omnia. Tribus in locis excitata præsertim castella, illícque miles positus. Eorum vnum Marquoinij, alterum Creuecœurij, tertium Vallicellis constitutum, ne quid ab Francia inferretur. In via Valentianensi cum parte copiarum Parmensis constitit: quà tenditur Duaco Cameracum, agmen aliud posuit. His ita perfectis, intra dies paucos insignis Cameracenses multarum rerum egestas incessit. Quòd enim nullus in vrbem aditus pateret, nisi viribus magnis pararetur, nullæque sufficerent Ordinibus copiæ, à quibus è munitionibus Regij milites deiicerentur: ingens salis, carnium, vini, lignorum penuria in maximam ciues ac præsidium necessitatem compulit. Iámque ad fœdos esus complures angustiæ rerum cogebant, totáque vrbs lamentis & gemitibus egentium resonabat: cùm tādem Incyus, qui rerum in vrbe potiebatur, ab Duce Alençonio impetrauit, vt validis septus copiis, & vario instructus commeatu, è Francia suppetias veniret. Is dum se parat, militémque & commeatum colligit, acceptis ex Anglia pecuniis: nihil reliqui facit Parmensis, vti quàm ocyssimè in potestatem Cameracum veniat. Frequentes vbique mortales, quos lucri cupido falsem aliáque occultè in vrbem inferre perpulerat, eius imperio reste suffocantur, deterrendis ab his conatibus aliis. Quantum potuit aliunde contrahi militum, in munitionibus Gallicanas vias impedientibus, ad firmanda præsidia, & præcludendum Francis ingressum, id collocatur. Passim Duaci, Atrebati, & alibi magna populū lætitia perculerat, quasi iam de Cameraco breui subigendo certissima spes in manibus esset, nullámque Francici apparatus formidinem iniiceret.

Cameracum eminus obsidet Parmēsis, & ad extremam necessitatem adigit.

B

C

Menenense præsidium Gallo-flādriæ damna infert.

Interim decimonono Kalendas Septembris præsidiarij Menenarum milites agrum Insulensem populantur. Wanebrecisij templum, & circùm positas ædes aliquot flammis corrumpunt: Lambersarti, Lomprei, ac Lommi prædas agunt: castrum Lommense intercipiunt: sed vna tantùm nocte, ac paucis diei horis eo potiuntur; quòd ipsis exigendis, Baro Rasseghemius, ad quem arx ea pertinebat, vires aduersas adduceret. His aliísque damnis acceptis, Insulensium Ordines apud Parmensem Principem egere, vti, vel Tornaco, vel Menenis obsidionem admoueret: quóue is faciliùs ad horum alterum impelleretur, quinquagies mille pulueris tormentarij libras in oppugnationem spoponderunt; ac toties centena florenorum millia daturos se promisere, postquàm horum locorum alter subactus fuerit. Sed quamuis ea liberalitas mirum in modum placuerit, nulla tamen ratione id negotium tunc à Parmensi suscipi potuit. Certis enim is nuntijs acceperat Alençonium in promptu copias & commeatus habere, quibus grauiter laborantibus Cameracensibus opem ferret: iámque vires ipse contrahebat, vt aditum ei præcluderet. Affecit non leuiter ea dilatio Insulenses. Verùm grauior eos ac Regios omnes paullò pòst dolor incessit,

D

Ab eo arx Lommensis capitur, ac mox deseritur.

Instant Gallo-flandri, vt Tornacum, vel Menenas Parmensis obsideat.

A sit, cum infelicis ad Cameracum Parmensis successus fama percrebuit. Quarto enim ac decimo Kalendas Septembris Dux Alençonius magnis copiis (equitum millia quatuor, peditum decem numerabantur) suppetias venerat Cameraco, spretisque viribus, quas minimè pares suis Parmensis opponebat frustrà, paucis tantùm amissis, vel captis, (inter hos fuere Vicecomes Tourainius & Comes Ventadourius) qui temerè, non exspectatis ceteris, irrumpere tentauerant, varios in vrbem commeatus intulerat. Ibi tam fausto copiarum aduentu, & rerum necessariarum inductione recreatis ciuibus & præsidio, Balignium vrbis Præfectum dixerat, eique satis copiosum militem ad huius defensionem attribuerat. Ex aduerso Parmensis Valentianas versus in tutum receperat sese, ibique collectas in Germania copias præstolabatur. Hæc igitur omnia maximo sanè Duacensibus incommodo fuere damnoque. Etenim Alençonij iussu quotidie Francus in agros eorum excursiones facere, deformatis igni plerisque villis, prædæ multum auehere, intercipiendis munitioribus locis operam dare. Et intra paucos dies Gallo-flandri Sclusano exuti sunt propugnaculo;

B Castrúmque Cameracesium in Alençonij venit potestatem. Trepidabatur circumquaque ad huiusmodi rerum nuntios. Ab altera parte Insulensibus graue fuit Capitanei Crucij facinus. Huic Franco genere Montignius Warcoiniæ arcis Scaldi fluuio assitæ curam commiserat. Verum is Gubernatoris Tornacensis muneribus occultè corruptus, maiorem præsidij partem prædatum emisit, eisque militibus procul agentibus, ac fraudis ignaris, hostiles induxit copias. Captum quoque tunc est ab hostibus non sine magno dolore Insulensium Quesnoyæ castrum. Minus tamen hinc damni passa est Gallo-flandria, quòd id vndecimo die Septembris præsidium incenderit, eóque relicto in Flandriam sese subduxerit. Quod maximopere ab omnibus Regijs timebatur, id Generalium erat Ordinum consilium, quo Dux Alençonius calidè impellebatur, vt Cameraco in Flandriam cum vniuersis copijs tenderet, inde, adiunctis sibi tum Scotis, tum Gallis, qui Belgica merebant stipendia, bellum aduersus regias vrbes gereret. Verùm id ab eo impetrari non potuit, quòd in

C Franciam reditum maturaret, plerisque ductorum è Belgio discessum suadentibus. Hoc igitur post eius abitum metu solutus Parmensis, in Gallo-flandriæ fines descendit. In Pabulensi regione Templeuuij castra metatus est. Inde cum copijs in Flandriam magnis itineribus discessit, tentandis ad Oceanum Dunkerckis. Quia tamen nihil adhuc maturum erat eo viribus cogendo ad deditionem oppido, Ipras versus sese retulit. Ac tum ineunte Octobri per Florentium Vanderhatium S. Petri Insulæ Canonicum significauit, moliturum se Tornacensis vrbis obsidionem, si pecuniam Ordines Insulenses, ac nitratum puluerem subministrauerint, vti se facturos anteà receperant. His abundè vtrumque pollicentibus, quarto die Octobris Montignius Tornaco plerasque copias obduxit, ac postridie Parmensis ad eius obsidium incubuit opportunè, quòd eo tempore vrbis Præfectus cum magna præsidij parte aliò sese nihil de obsidione persentiens contulisset. Paucos ipse tum milites habebat, ac præter aliquot legiones Wallonum, & Italorum equitum turmas nihil fermè externi, aut Belgici auxilij aderat. Vix etiam vllæ pecuniæ, vix vlli commeatus aliunde

D suppetebant. Itaque supra numerum promissorum pulueris cadorum Insulenses quinque ac viginti millia pondo suffecere; ab his etiam quidquid muris quatiendis, aut tormentis in castra pertrahendis, & disponendis necessarium fuit, suppeditatum est: dein aliquot viri submissi, machinas murales aptandi exonerandique peritissimi, quibus ijdem stipendia persoluerent. Ad hæc vis ingens pecuniæ numerata. Ea recreatus promptitudine Parmensis adeò diligeter obsidium festinauit, vt quamuis multo ciuium ac præsidiariorum militum numero ciuitas firmaretur; tamen ductis vineis, actisque profundè cuniculis, ingenti deiecta murorum parte, multis fortiter factis belli facinoribus, eam deditione ipso S. Andreæ festo in potestatem redegerit. Affecit vehementer Generales Ordines vrbis huius tam propera ereptio. Quòd enim ea potens esset, eóque sita loco, vnde plurimum Hannonibus & Gallo-flandris incommodi damnique pareretur: haud obscurè perspiciebant, quantùm sibi eius amissione commodi decederet, tantum vtilitatis recuperatione Regijs accede-

Illatis commeatibus ab Alençonio, Cameracensis obsidio soluitur.

Franci agrum Duacensem infestant.

Sclusanum castellum capiũt, Castrũq; Cameracesij.

Arx VVarcoiniæ Tornacensibus proditur.

Castrũ Quesnoyanũ Flandri capiunt, & incendunt.

Parmensis in Gallo-flandriam venit.

Flandriam Teutonicam ingreditur.

Inde reuersus Tornacum obsidet, Insulensibus maximam sumptuum partẽ suppeditantibus.

Et breui ad deditionem cogit.

re. E contrario, Insulensibus ac ceteris Gallo-flandris plurimum voluptatis attulit vrbis huius deditio; tum quòd inde nullum amplius militare maleficium agricolæ formidarent: tum quòd liberior cum Hannonibus aliisque Prouinciis vltra positis pateret ipsis negotiatio. Ad hæc Parmensis eam præsertim vrbem delegit, vbi tantisper sedem figeret, donec Bruxellæ subigerentur antiquo Belgij Principum domicilio nobiles. Igitur quanto tempore Princeps illic cum Belgica externáque Nobilitate constitit publicis rebus intentus, haud parum Gallo-flandriæ commodi & vtilitatis obuenit multarum rerum ab nobilibus viris & Aulicis expetitarum importatione, & fructuosa nundinatione. Ac tum Insulensibus Ordinibus id iucundissimum accidit, quòd primùm per litteras Parmēsis ingentes ipsis pro subministratis ad suscipiendam ac promouendam Tornacensis vrbis obsidionem subsidijs, egerit gratias Catholici Regis nomine, omnémque ipsis amicitiam, & fauorē promiserit. Interim per has rerum vicissitudines è liberis suis, quorum lumine ac virtutibus variæ orbis partes non mediocriter illustrabantur, P. Ioannem Cuuillonium amisit Insula. Is parentibus honestissimis natus, cùm Louanij operam studijs daret, iámque non leuiter philosophicis esset tinctus disciplinis, ac plurima polleret idiomatis Græci cognitione; auditis frequenter Francisci Stradæ Societatis Iesu feruentissimi & eloquentissimi iuuenis concionibus, ac suauissimis Petri Fabri eiusdem Religionis integerrimi & sapientissimi Sacerdotis captus colloquijs, huius non ita pridem nati Ordinis sese Socijs sponte adiunxerat anno Domini quadragesimo quarto supra millesimum & quingentesimum. Ac postquam eodem Fabro duce per Oceanum in Lusitaniam iter fecisset, ibi se disputationibus Theologicis perpoliuerat. Quam hauserat de rebus diuinis non vulgarem doctrinam, magnum ea nomen ipsi peperit, multisque cupidinem iniecit eius lectionibus & sapientibus consilijs fruendi. Inter primos Ingolstadium in Bauariam euocatus est, vt quam illic Albertus Bauariæ Dux Academiam instaurabat, ad pristinum splendorem reuocaret: ibique Psalmos Dauidicos explicuit magna laude. Ex laboribus eius fructum etiam cepere Gallia, Italia, Flandria, Lusitania, dum in varias eò messes animorum mitteretur. Impositum sibi onus Bauarici Legati & Doctoris egregiè sustinuit, cùm inter Tridentini Concilij Patres Theologus sederet ab Duce Alberto missus. Vbicumque versatus est, insigni candore dictorum factorúmque, ac profunda depressione animi omnium sibi voluntates deuinciebat: tantáque semper arte mentes eorum tractabat, qui per exhomologesim apud ipsum conscientiæ virus deponebant, vt omnes ab se lætos pacatósque dimitteret: vt inuentus nonnemo sit inter homines sceleratos, qui malle se Cuuillonij reprehensionibus fodicari, quàm aliorum mollibus verbis medicari, professus fuerit. Inter Patres, qui Romæ pœnitentium excipiendis confessionibus ad D. Petri ex Maximi Pontificis instituto dant operam, strenuè laborans viuis ereptus est.

Anni sequentis initia Gallo-flandris iucundissima fuere. Gnarum scilicet Catholico Regi tum Principis Parmensis, tum Rasseghemij Gallo-flandriæ Præfecti litteris fuerat, huius regionis Ordines multum operæ, laboris, rerum, ac pecuniæ ad vrbem Tornacensem potestati suæ subijciendam contulisse. Vt igitur & gratias illis ageret, eósque ad noua, cùm res posceret, subsidia tribuenda stimularet, suis ipsos litteris decimo septimo Kalendas Februarij exhilarauit, dum Vlyssipone moram faceret. Et ad Insulenses quidem in hunc scripsit modum. AN. 1582.

Significatum nobis per litteras nuper fuit, primùm à nepote nostro Parmæ & Placentiæ Principe, quem Vicarium, Gubernatorem, & Capitaneum Generalem Prouinciarum Belgicarum constituimus, dein à Barone Rasseghemio Gubernatore vestro: quantum operæ ac diligentiæ ad maturandam Tornacensis vrbis expugnationem ea celeriter ac liberaliter sufficiendo, quæ plurimùm ad tanti momenti expeditionem erant necessaria, deinde vos ad alia omnia promptissimos exhibendo, contuleritis. Quod equidem vestrum officium perquàm nobis gratum accidit: omninóque magni vestram & promptitudinem & liberalitatem æstimamus. Et quamquam ipsa vos ratio ad huiusmodi operam, & rerum subministrationem satis impellere potuerit; quòd vrbis Tornacensis recuperatio magnam finibus vestris quietem

Marginal notes: Ibidem Aulā suā collocat. — Insulensibus pro suppeditatis impensis gratias agit. — P. Ioannes Cuuillon Insulensis è Societate Iesu moritur. — Eius encomium. — *Orlandin. in histor. Societ. Fonteg. hist. Ingolst. p. dij. p. sitam.* — Rex Catholicus Insulensibus gratias agit ob adiutā Tornacensem obsidionem. — Litteræ eiusdem ad Insulenses.

A *tem allatura videretur, & ad liberam cum aliȷs negotiationem aditum factura: nulla tamen vestros subeat animos dubitatio, quin posthac semper obsequiorum vestrorum memores simus futuri (spem enim certam ipsi concepimus in posterum semper vos prolixam erga nos voluntatem, & insignem promptitudinem allaturos) quoties sese vobis vrbique vestræ gratificandi, & beneficium impertiendi offeret occasio. Deus vos semper protegat. Vlyßipone 16. die Ianuarij anno 1582.*

Verùm quam Gallo-flandri partim ex Regis epistola, partim ex mutuo cum Tornacensibus, Hannoniis, & Artesiis commercio voluptatem capiebant, breui aduersus temperauit euentus. Quippe quinto ac vigesimo Martij die (is in medium ieiunij Quadragesimalis inciderat) ductores Francorum Crucius & Quinquiballius ab Duce Alençonio submissi Cameraco, Lendium Artesiæ oppidum intercipiunt. Quòd is locus septimo tantùm ab Insula distet lapide, quà ducit Atrebatum iter, & ab hostibus infessum omnem cum Atrebatibus, & Picardis negotiationem Insulensium impediat; eúmque Duaco tantùm disterminent quatuor milliaria, quo

Lendium ab Francis Cameraco profectis capitur.

Iſſelt, Beyerlinck, Chappuis, Haræus lib. III. Duac. Locr.

B itinere Bethuniam pergitur: ingens tum Duacẽses, tum Insulenses, aliatúmque vicinarum vrbium incolas dolor inuasit, & grauis prorsus afflixit calamitas. Mox enim Franci multum ex vicinis eò locis prædæ conuexerunt, & grauiora circùm sitæ regioni minabantur. Nihil per vias negotiatoribus tutum erat. plerique tum vrbium proximarum ciues, tum agricolæ vinculis constringebantur, & in tutum trahebantur Cameracum, vel in Franciam. Quibus hæc maximum dolorem pariebant, apud Parmensem Principem egerunt extemplò, vt id oppidum exercitu regio circumueniretur. Horum igitur precibus & malis motus Parmensis Roubaisium Marchionem, & Baronem Montignium idoneis septos copiis paullò pòst illuc castra mouere imperat. Pauci dies vallis ducendis, & quatiendis mœnibus absumpti. Etenim octauo Idus Aprilis, cùm nihil subsidij speraretur, ab obsessis facta deditio est iis legibus, vt gladio tantùm & pugione accincti locum desererent; intra muros impedimenta prædámque relinquerent; ex Francia captiuos domum remitterent. Interim

Indè multum damni Gallo-flandri & Artesiani patiuntur.

Idem oppidũ obsidet, & in potestatem redigit Marchio Roubaisianus.

Auctores citati.

C tertio Kalendas Aprilis digressus Menenis hostis per agrum Insulensem magnum terrorem circumtulit: multas Bonduæ domos villásque flammis absumpsit, ac quosdam incolas obsistentes ferro peremit, & optimam secum auexit supellectilem. Neque verò parum incommodi cladísque Gallo flandris, & Tornacensibus Aldenardense præsidium frequentibus excursionibus afferebat. Ad horum igitur querelas, facilè Parmensis inductus est, vt id oppidum Scaldi ripis opportunè assitum, Aprili mense circumuallaret obsidio. Et quò rem occultiùs aggrederetur, Menenas versus castra mouit per speciem hoc oppidum tormentis oppugnandi. Nec felici caruit successu hoc stratagema. Quippe Aldenardenses nihil sibi metuentes tria militum suorum signa emittunt, seu consilio Menenis auxilium ferendi, seu quod aliud molientes facinus. Igitur hoc Parmensis cognito, maturare suos Aldenardam imperat, & tribus tantùm præsidiariis cohortibus munitam cingere. Tenuit tamen eum, vbi circùm aggeres duxit, & tormenta disposuit, diutiùs vrbis eius oppugnatio, quàm sibi promiserat, cùm natura loci & munitionibus labores artémque frustrantibus, tum Burchio eius Præfecto summa cum vigilantia & fortitudine muros pro-

Gallo-flãdris nocent Menenenses & Aldenardenses.

Aldenardæ obsidium admouet Parmensis.

Iſſelt, Beyerlinck, Chappuis, Haræus.

D pugnante. In Iulij Nonas obsidio protracta est, quo die vrbem hostis, exspectato frustrà Francorum & Belgij Ordinum subsidio, Tornacensium conditionibus tradidit. Intereà loci præclarum Gallo-flandriæ lumen mors exstinxit Arnoldum Gantoisum Martianensem Antistitem, cui vitam honestis ac nobilibus ortò parentibus Laus dederat Insulam proximè. Cùm iam inde à pueritia sanctos mores induisset, animumque studiis ac virtutibus ornasset: insigne dabat specimen eorum, quæ posteà gessit præclarè, cùm nusquam vel minimè causam reprehensionis præberet, ac prudenter administraret omnia. In Præsulem electus, nihil domi priùs habuit, quàm vt Religiosos ad exactam disciplinam non tam verbis, quàm exemplo, impelleret: cùm sobrietatem ipse coleret; cuncta vitaret superflua; mensam instrueret frugaliter; tenui amictu operiretur; sæcularium hominum consortia non necessaria fugeret; pudicitiæ studeret plurimùm. Aduersus hæreticos & quietis patriæ turbatores acerrimè

Eamque vrbẽ obtinet.

Iſſelt, Beyerlinck, Chappuis, Haræus.

Arnoldus Gantois Martian. Abbas moritur.

Periocha laudum eius.

Vide l. 1. Gallo-fland. c. 40.

pugnabat: adeóque, dum Ordines Insulæ cogerentur, in eos insurgebat, vt malis terrori esset, bonis voluptati. Pauperum ægrorúmque magno amore tangebatur, ac nihil ipsis, quantum poterat, deesse patiebatur. Opus eius est Martianense Gymnasium Duaci pereleganter ac commodè conditum, in cuius sacello sui sepulturam corporis delegit. Et hîc ei ab tota Vniuersitate (vt qui Academiam suis initio humeris sustinuisset) insigni pompa parentatum est, Thoma Staplctono laudes è pulpito explicante. Non leuis tunc incussus est metus Gallo-flandris. Aliquot enim tum pedestres tum equestres Ordinum copiæ armis furtóque militari Cortracum subigere tẽtarũt. Verùm ab iis incassùm is labor susceptus est, ciuibus ac præsidiariis militibus adeò fortiter muros tutantibus, vt plerosque confecerint, ceteros coëgerint retrò cedere. Et formidatum subinde grauiter, cùm magnis instructus copiis Alençonius in Flandriam venit, Brugásque petiit, vt Flandriæ Comes inauguratus, regionis eius possessionem caperet. Inhærebat enim multorum animis opinio, nihil eum reliqui facturum, vt iunctis cum militibus Ordinum Francis, detentas ab Regiis Flandriæ vrbes subigeret. Verùm nihil admodum tunc ab eo tentatum. Et quædam mox ademptæ vires sunt Ordinibus, Anglorum ac Scotorum validissimis duabus legionibus, ob stipendia nondum numerata, ad Parmensem Principem deficientibus, ac postridie Kalendas Augusti capto Lirensi oppido in Brabantia. Plus interim damni periculíque à vicinis illatum est Gallo-flandris. Quarto enim Kalendas Augusti (Dominicus erat is dies) sub tertiam pomeridianam in conspectu Insulensis vrbis iuxta portam Cortracenam Menenensis præsidij pedites cum aliquot equitibus in armis apparuere magnum aliquid audendi consilio. Verùm vbi propter illud hospitium, cui nomen Paruis Menenis, gradum fecere; qui modico inde spatio ciues arcuum se iactibus oblectabant, vel eorum tumultu, vel indigenarum clamoribus exciti, non tam eos bombardis repressere, armísue, quàm frequenti sagittarum iaculatione. Igitur cùm sibi progressum impediri aspiciunt, & iam è mœnibus clamorem tolli audiunt, Robertum Desmullierium, qui ceteros illic alto corpore supereminebat, pileæ plumbeæ traiectu interimunt: in ædes suburbij, ac inambulantes illic, poculísue deditos ciues, iram cõuertunt: ędium plerasque ignibus pessumdant: ciuium plurimos, quà viros, quà mulieres (agitabantur enim eo tunc loco nuptiale conuiuium ac tripudia) dein etiam suburbij quosdam incolas funibus vinciunt, ac præ se agunt celerrimè. Hærebat tunc adhuc in Flandria Dux Alençonius, ibique collectas in vnum exercitum copias intra Dunkerckas & Sancti Montem Winoci deduxit. Eum Parmensis maiores capere vires nolebat: ideóque castra eodem promouit; vel vt occasionem eum cædendi quæreret; vel vt inde fugam captare cogeret. Ac ne suos ipse periculo exponeret, intra duos amnes tutissimo copias loco disposuit. Ante paucos menses ab Rege Catholico per Principem Parmensem ac Vedastinum Antistitem Sarazinum, flagitauerant Insulenses aliique Gallicarum Belgij Prouinciarum populi, vt externum militem in Belgium remitteret, quò plus securitatis ditionibus suis accederet: ísque nono ac decimo die Maij Vlyssipone agitans per litteras istis gratias egerat; facturúmque se promiserat, vt nihil ab se præsidij desideraretur. Neque segniùs ipse hoc negotium promouerat, quàm fuerat pollicitus. Adulto siquidem Augusto Hispanorum signa vnum & quadraginta, Germanorum vna legio, & multi è Boëmia fossores cuniculari, ad Parmensem in castra venere. Quantum inde voluptatis & fiducię Wallonibus, ac Regiis omnibus accessit, tantum Alençonio metus & diffidentiæ fuit illatum; ideóque mox castra mouit, ac versus Gandauum iter rapuit. Haud tardauit Parmensis ei propiùs insistere: & cùm iuxta Gandauum fuisset assecutus, extremum eius agmen cecidit; totásque copias eius facilè deleuisset, nisi frequens tormentorum è mœnibus iaculatio, qua multi Regiorum vel cadebant, vel sauciabantur, ea cæde arcuisset. Cùm inde copias hic Princeps abduceret, Hispani propè omnes, qui nuper in Belgium iussu Regis reuerterãt, in tribus suburbanis Insulæ regionibus per multos dies stationem habuere. Horum metu repressum est Menenensis præsidij per Gallo-flandriam excurrendi prædásque agendi studium. Et pridie Idus Septembris Halewinum venit Parmensis

A

B

C

D

Ab Ordinibus frustrà tentatur Cortracum.

Alençonius in Flandriam venit, vt Comes renuntietur. *Iſſelt, Beyerlinck, Haræus.*

Angli & Scoti ad Parmensem deficiunt. *Iidem auctores.*

Liram capit Parmensis. *Iidem auctores.*

Menenense præsidium Insulense adit suburbium, & multum dãni affert. *VVaemburg.*

Parmẽsis hærentem in Flandria Alençonium premit. *Iſſelt.*

Ad eum Hispani, & Germani in Belgium remissi veniunt. *Iſſelt, VVaemburg. alij.*

Alençonius fugit Gandauum, eumque sequitur, & carpit Parmensis. *Iſſelt.*

Hispani in suburbijs Insulensibus collocantur. *VVaemburg.*

A multo Nobilium comitatu, & vario septus milite. Ibi cum Ordinibus Insulensibus agitatum est, velléntne condi castellum cohibendis Menenensium incursibus, & impediendis, quas ij acerbissimas faciebant, pecuniarum exactionibus? ibine retineri tamdiu copias, donec castelli vallum ad iustam altitudinem educeretur; ac istud opus fieri, & militem ali suis impendijs cuperent? Cùm ij se promptissimos ad omnia ostenderent, multum cepit Princeps voluptatis; & mox adhibitis frequentibus operis strenuè laborari cœptum est. In surgenti paullùm tumulo castelli sedes electa, totúmque id spatium complexa est, vbi priùs templum steterat, quod Menenenses partim flammis absumpserant, partim deiecerant. In quadrum strui placuit, proiectis ad singulos angulos propugnaculis. Ergo dum id opus conditur, illic Insulensium stipendijs excubant sex militum legiones, vna Burgundionum, Wallonum quatuor, Germanorum vna, equitum turmæ aliquot. rarior tamen solito in vtrisque numerus militum erat: vel quòd iam plerique absumpti fuerant bello; vel quòd è singulis etiam legionibus, aut alis, nonnullos secum Parmensis abduxerat, dum Mes-

Parmensis Halevvinum venit, ibique castellum extruit.
VVaremberg.

B sinas iret è Gallo-flandria. Harum copiarũ cura Insulensi Gubernatori Rasseghemio commissa, quem nuper ob insignia merita Hispaniæ Rex Isseghemium Comitem creauerat. Et in singula capita singulis mensibus tres florenos Insulenses ijs numerabant, ac sufficientem præbebant commeatum: ea tamen lege, vt ab omni per territorium iniuria & maleficio sibi temperarent. Interim Parmensis vltra Lisam in edito loco Messinis in Flandria castra muniuit. Illic habebat non paucos sub signis Hispanos Wallonésque. sed mox eodem Insulensium rogatu Burgundionum legionem aduocauit, quam Halevini collocauerat. Eò loci tantùm illuc intentus degebat, vt animaduerteret, quo Franci Flandrique vergerent. Frequens tamen inde Gallo-flandriam visebat, vt Halevini operas vrgeret: factúmque eius diligentia est, vt Octobris sexto ac vigesimo die castellum perficeretur. Ac tum Rasseghemius maximam earum copiarum partem, quæ illic consederant, Messinas ad Principem duxit.

Copijs Halevvini consistentibus præficitur Rasseghemius.
Idem.
Parmensis castra Messinis collocat aduersus Flandros & Francos.
Idem.

Idem, qui per Gallo-flandriam nomine suo iuberet, ac præsertim Halevini castello
C præesset, Antonium Grenetium Werpij toparcham reliquit, eique pro loci huius præsidio sexcentos Boursianæ legionis milites, signa duo Germanorum, cohortem Sancti Venantij attribuit. Animos interim fecit Alençonij militibus Lochemiensis oppidi, quod ab Regijs arctissimè obsidebatur, liberatio, & missorum à Parmensi ductorum & subsidiorum turpis abscessus: ideóque per totam ferè Flandriam Hispaniæ Regis insignibus è locis publicis deiectis, Gallica constituere lilia. At Sclusanum eodem propè tempore propugnaculum in agro Duacensi Francis ereptum est, vt Duaco prospiceretur. Paruo tamen inde temporis spatio Cameracensis vrbis præsidiarij milites nondum exactis noctis tenebris in eius oppidi suburbia duo, Marianum & Eligianum, penetrantes, multas ædes flammis hausere, ac plurimis affecere damnis inquilinos. Per Nouembrem Parmensis in Flandria coactam ad deditionem Nienouam Ordinibus ademit.

Halevvini castello præest dominus de VVerpes.
Idem.
Sclusa Frācis eripitur.
Issele, Lib. ms.
Cameracense præsidium agrum Duacensem & suburbia infestat.

AN. 1583. Anni sequentis initio cæsis Antuerpiæ Francis, & Alençonio in grauissimam inuidiam odiúmque Belgarum adducto, Parmensis Antuerpienses, aliósque Belgij
D populos ab Rege Catholico alienos sollicitauit, vt oblatam toties pacem complecterentur. Iámque nonnullos, vt arma ponerent, & quietem caperent, impulerat. Verùm quò minùs hoc negotium prosperè succederet, quorumdam Fœderatorum aduersa obstitere consilia. Rursúsque per Angliæ Reginam & Principem Auraicum Alençonio apud Ordines conciliata gratia est; sic tamen, vt quamuis Brabantiæ Dux & Flandriæ Comes haberetur, ipsos penes Ordines esset præcipua vis imperandi dominandique. Aprilem, trésque secutos proximè menses, vt alijs Belgij ditionibus, ita Gallo-flandriæ graues fecit annonæ caritas. Et passim istic ab operibus ob penuriam cessatum est. Ardebant etenim partium odia, & armorum strepitus augebantur: ac nunc Regij, nunc Ordines oppida, vel arces varijs in Prouincijs expugnabant. Vbi tandem Alençonius nihil tutum sibi suísque in Belgio esse perspexit, conuasatis rebus omnibus, in Galliam cum Francis celeriter, trepidéque abijt. Eo lætus discessu Parmensis, ad militaria facinora suscipienda sese ac suos vehementiùs

Ad pacē Belgas inuitat Parmensis.
Issele, Beyerl.
Alençonius in aliquam cū Ordinibus gratiam redit.
Idem.
Annonæ caritas.
Lib. Duac. ms.
Alençonius Belgium relinquit.

Parmensis Dunkerckas obsidet, capitque. Isselt, Beyerl.

Dein Berghas, Nieuportum, & Dixmudam. Idem.

Menenas præsidium & ciues deserũt. Isselt, VVaesemburg.

A impulit. Is iam Moitæ toparcham cum non paruis copiis ad maritimam Flandriæ partem præmiserat, vt Dunkerckis obsidium admoueret. Vt ea promoueret, quæ facere hic cœperat cogendis maturè ad deditionem obsessis, eodem cum alia parte exercitus sese contulit. Et adeò intra dies paucos pressit hostem in vrbe confidenrem, vt sexto ac decimo Iulij die per deditionem is oppido cesserit. Venere statim posteà in Regis potestatem S. Montes Winoci, Nieuportus, Dixmudáque. Ne tum obsideretur Oostenda, ob ruptos aggeres aquæ stagnantes fecerunt. Extremo ferè Iulio ingens Brugenses metus corripuit, ne Parmensis ad eorum obsidionem copias adduceret: ideóque Menenensi præsidio mandauere, vt quàm citissimè hoc oppido furtim clámque Regiis deserto, ad eos iter faceret. Igitur vndecimo Kalendas Augusti adornata est noctu profectio. Et placuit ciuibus ac indigenis omnibus vnà cum supellectili pedem efferre, ac Brugas petere; seu metus Regiorum ipsis incumberet, seu traheret amor vitæ liberioris. Vnicus tantùm intra vallum remansit, cuius indicio sequenti die sub auroram res omnis Halewinum perlata est. Imperabat istic per hoc tempus Werpij castris in Flándria præfecti loco Martinus Montanus. Missi ex B eius sententia, qui Menenis explorent, veráne essent, quæ ciuis patefecerat. Vbi renuntiatum fuit, maximam in oppido solitudinem esse: cum multa militum manu Martinus eò festinus adiit. Et vix excubias collocauerat, omniáque ad defensionem procurauerat eo die, cùm ad meridiem in proximo Iprensis aliquot præsidij milites cernuntur. Eos Præfectus Iprensis emiserat, vt oppidum capesserent, illicque consisterent. Hoc enim adhuc vacuum ratus erat, nihilque de præsidij ac ciuium discessu apud Regios fama vulgatum. Verùm vbi propiùs vallum portásque venere, iam locum ab hostibus insideri senserunt, è munitionibus plumbeis glandibus petiti læsique. Apud Insulenses accepti de tam facili Menenarum recuperatione nuntij, maximam prorsus voluptatem peperere: tum quòd proximus ipsis metus esset sublatus; tum etiam quòd insignis spes se proderet tot impendiorum onus excutiendi, quæ plurima Religionis Catholicæ ac Regis gratia contra hostes tolerauerant. Vnde negotium ipsis Ordines facesserent, solæ fermè supererant Ipræ. Igitur Parmensis cùm C maximè iis potiri cuperet, indéque plurimùm Insulensibus gratificari: de iis tempestiuè subigendis consilium iniit. Fuisset quidem illi iucundum assultibus eam vrbem aggredi, ac breui tempore suæ potestati subdere: quia tamen facilè animaduertebat, ob depressum eius situm, & aquarum copiam, ægrè sub mœnia militibus accessum patere; omni oppugnatione abstinuit; certis tantùm locis castella erexit, muniítque; horum curam Werpio commisit; eíque mandauit, vt ad omnem excubans hostium motum, nihil commeatus ac subsidij ad obsessos deferri ab hostibus pateretur. Ipse frequèns interim Menenas venit, vbi Martinus Montanus imperitabat. Halewini castellum ab hoc iussit destrui, cùm id nulli iam vsui esse cerneretur, redactis in potestatem Menenis. Aliud Lisæ fluuio imposuit, quà Menenis Insulam tenditur: eóque portam Menenarum ac molas frumentarias complexus est idoneo maximè ad munitionem loco. Aliud deinde circum templi turrim struxit angustius. Vt hæc citò perficerentur omnia, minimè dubitarunt Insulenses pecuniam sufficere. Vbi D Montanus Menenis cum suis iussu Parmensis ad Iprensia se castra contulisset, toparcha Brœucquianus munitioni maiori præfectus est, eiúsque cohorti præsidiariæ Insulenses stipendia numerauere. Ab his intereà frequenter impulsus Parmensis, vt ex condicto Menenas vallo nudaret. Ij námque, hoc oppido de hoste recepto, quindecim millia florenorum ipsi promiserant, ea lege, vt id confestim cunctis munitionibus exueretur. Verùm Parmensis nunquam per id tempus eo se passus est pertrahi, vt aggeres dirueret: quòd eum sibi locum assereret necessarium, quamdiu Brugas & Ipras hostes obtinerent. Et plerísque ad Lisam locis equites impositi, quos Werpius, cùm vellet, ad se vocaret, aut excursionibus faciendis, aut arcendis Iprarum ingressu hostibus. Turma Italicorum Equitum, quos ducebat Blangeruallius, Cominij locata Insulensium stipendiis. Optabat interim vehementer Parmensis, vt è Francorum manibus Cameracum extorqueretur, indéque Artesiæ, Hannoniæ, & Gallo-flandriæ cautum esset. Quòd id nondum posset vi facere; num Alençonius

Eas Regij ingrediuntur, ac venientes Iprenses inde arcent. Ijdem auctores.

Ipras eminus obsidet Parmensis. Isselt, Beyerl. Haræus, Chappuis, Lanar. VVaesemburg.

Castellum Halevvinense deijci curat. VVaesemburg.

Alia Menenis exstruit. VVaesemburg.

Horum vni præest dominus du Broeucq. Idem.

Num velit Cameracum deferere bonis legibus, cũ Alęçonio agit Parmensis; Isselt.

A pactis quibusdam legibus vrbem eam vellet deserere, ac in pristinam restituere libertatem, quæsiuit per litteras. Non videbatur ab aliqua transactione Alençonius abhorrere: datique ideò sunt vtrimque obsides, vt hoc negotium conficeretur. Verum ne Parmensis vltrà procederet, ab Duce profectum est, qui conditiones nec æquas, nec tolerabiles proposuit. Nondum interim Tornacum ab suo Pôtifice colebatur. Is Maximilianus erat Morillonius: quem anno preterito Rex Philippus infulis ornandum legerat. Ab eo multa in publicum Tornacensis Ecclesiæ ac Diœceseos bonum manatura sperabantur, quòd Legum scientia, ætas matura, (supra sexaginta quatuor annos numerabat) sub Granuellano Cardinale Mechliniæ, & in S. Amandi Monasterio vicaria negotiorum omnium expeditio, ad regendas animas peridoneum fecerant. Vbi sacro fuisset oleo imbutus, & per ritus ordinarios Episcopalibus decoribus ornatus Octobris 16. postridie solita in Beatæ Virginis ædem pompa deductus est.

MAXIMILIANVS MORILLONIVS Tornacensium Pontifex inauguratur.

Cousin. lib. 4.

AN. 1584. Primis anni millesimi quingentesimi & octogesimi quarti diebus ab Ordinibus B de legendo rursus aliquo Belgij Principe actum est vehementer. Vt iterum reciperetur, admodum vrgebat Alençonius: & pro ipso quidam nitebantur. Non deerant, qui Principatum Auraico donari cuperent. Quidam alios obtrudebant. Quòd passim apud Belgas proditor haberetur, nihil obtinuit Alençonius. Ad mare iacentes populi Auraicum Gubernatorem, quàm Comitem, habere malebant: ne si rerum is potiretur, omnem Philippus Rex negotiationem maritimam rescinderet. Dum ita de Capite disceptant Ordines, Ipras Regij ex castellis arctissimè obsident: ac nihil in eas inferri suppetiarum ab vicinis vrbibus patiuntur. Cæsi sunt aliquoties grauiter Gandenses ac Brugenses, dum subsidia & commeatus eò deducunt. Igitur his animaduersis, pridie Idus Aprilis Iprenses rerum omnium penuria pressi deditionem ad Parmensem faciunt. Exinde omninò respiratum est Insulæ: quique merebant variis locis Insulensium stipendia, vel in ordinem redacti, vel aliò dimissi. Minùs tunc cautum fuit Duaco, Cameracensi præsidio pabulationibus, & incursibus C frequenter agrum eius infestante. Visum subinde est Parmensi, vt partem vnam copiarum in eos Flandriæ tractus, qui nondum erãt subacti, agris latiùs populandis mitteret: aliam ipse Gandauum propiùs duceret, quò ciues iam trepidantes, & ob impeditam fluminum nauigationem ad pacem inclinantes, ab Ordinum fœdere abduceret. Erant in vrbe hac complures, qui satis ardenter ad hoc negotium operam studiúmque conferrent. Et agi cœptum breui est de pacis conciliandæ legibus; omninóque in concordiam cum Parmensi æquis conditionum tabulis venisset ea ciuitas, nisi scriptæ Antuerpia litteræ, multis in Regem iactis iniuriis & calumniis, tam salutaria disturbassent consilia, nonnullis tandem inductis, vel vt inhonestissima quæque peterent, vel vt pacis mentionem abnuerent. Plus in Brugensibus prouidentiæ fuit sapientiæque, dum ij Principis Chimacensis impulsu à Parmensi bonis pacem legibus petierunt, impetrarúntque facilè Maio mense. Per id tempus Alençonij Dux dispersas per varias Galliæ vrbes copias equestres in vnum agmen collegit, & Cameracum deduxit. Inde per Hannoniam, Artesiam, & Gallo-flandriam frequenD tes ab iis incursiones fieri voluit. Grauia hinc damna hæ ditiones passæ sunt variis locis. Ac Iulio quidem mense, Alençonio iam morte sublato, postquam ij flammas iniecerunt, vicos aliquot circum Duacense oppidum depastum est incendium. Parmensi durum id fuit: ac mox in Galliam aliquos is misit, qui vehementes apud Regem querelas ideò deponerent. Nihil tamen aliud ab ipso fuit acceptum: Quàm suo Francos Cameraci degentes hoc periculo facere, suo iniussu ab his hostilia fieri, vbi deprehenderentur, supplicio luerent. Iussus ob hæc Mottæ dynasta non paruam militum manum in Franciæ regnum mittere, datis mandatis, vt simili Picardiam damno afficerent. Alias aliò copias Parmensis ipse conuertit. Earum quasdam Gandauo, Antuerpiæ quasdam obduxit. Dedita tunc ipsi Teneramonda & Viluordia, vti fluminum nauigationem interciperet. Eóque tandem adacti Gandenses sunt, vt multarum inopia rerum laborantes sese dediderint. Ob hæc cum vbique ferè per Flandriam rerum Parmensis potiretur, ad Scaldem obstruendum,

Ordines iterùm de constituendo sibi aliquo Principe agunt.

Meier, Beyerl.

Iprenses Regi se dedunt.

Meier, VVaierdt, Beyerlinck, Chappuis, Haraus.

Parmẽsis frustrà Gandẽses conatur ad pacem traducere.

Meier, Beyerl.

Brugẽses cum Rege in gratiam redeunt.

Meier, Beyerl. Chappuis, Lanarius, Haraus.

Cameracense præsidiũ Gallo-flandriam dãnis afficit.

Locr. lib. 15.

Gandenses Parmensi se dedunt.

Meier, Beyerl. Lanar. Chapp. Haraus.

A

Raſſeghemius Gallo-flandriæ Gubernator moritur.

Philippus Tertius Princeps Hiſpaniæ dicitur.

S. Andreæ liquor morbos abſterget.

Hiſt. ms. Colleg. Soc. Duac.

dum, ne quid ab Hollandia, & Zelandia nauigiis Antuerpiam deferretur, laborem admodum impendit. Interim ſub finem Octobris exuitur vita Raſſeghemios Gallo-flandriæ Præfectus annis iam grauis; cuius fides erga Regem Hiſpaniæ, Catholicam Religionem, & Ioannem Auſtriacum, & commiſſam ſibi Præfecturam, plurimùm emicuit, vt ex iis clarum euadit, quæ ſuprà memorauimus. Ad duodecimum Nouembris diem totius Hiſpaniæ Princeps renuntiatus à patre eſt Philippus Tertius. Quem Roma Collegij Societatis Ieſu Rector profuſum è D. Andreæ Apoſtoli oſsibus liquorem Duacum attulerat, is primùm Haſnonienſi Archimandritæ, ac poſteà Pratenſis intra muros Duacenſes Parthenonis Antiſtitæ, ob morbos de vita periclitantibus, repentinam leuiter guſtatus ſanitatem attulit: vnique tandem de Socijs, quem peſtiferum vlcus ad extrema vitæ deduxerat, corporis valetudinem illicò reddidit.

AN. 1585.

Incyj toparcha occiditur.

Cũ Balignio anni vnius inducias Parmenſis paciſcitur.

Secuti mox anni Ianuarius violenta morte Balduinum Incyj toparcham abſtulit. Sub eo diu gemuerat Cameracenſis vrbs, poſtquam Ordinum impulſu impoſitam ipſi arcem Catholico Regi furto militari eripuit, dein ciues ſuæ ſubdidit voluntati. B Neque minùs grauis fuerat Arteſianis, Hannonibus, & Gallo-flandris, dum viueret, cùm varias eius imperio clades pertulere. Apud Balignij toparcham Ioannem Monlucium, qui deinceps rerum in eadem vrbe potitus eſt, de quiete armorum egit Parmenſis, & annuas cum eo inducias pepigit, vti vicinis Catholici Regis ditionibus proſpiceret. His dum fruuntur Gallo-flandri, quarto & decimo Februarij die ab latronibus funeſtiſſima Duaci commiſſa res eſt. Cùm enim Petrus Lanſelius grandi natu ciuis denſis adhuc tenebris è templo Dominicanorum, audita miſſa, domum reuerſus, obducto foribus peſſulo, per porticum in cubiculum ſe reciperet; aliquot eum nocturni fures circumueniunt, & impactis violenter in caput malleis interimunt. Iacebat in lecto coniux eius, multis iam annis ob ſolutum corpus vſu capta membrorum. Ergo cùm ea percepto tumultu auxilium implorabunda, vt poteſt, vocem attollit, ab iiſdem illico tuditibus miſerandum in modum ipſi caput conteritur. Ita priuſquam illuceſcat, pretioſa domus ſupellectili nudatur, & in tutum C latrones recepti ſunt. Horum tamen aliquos multis poſt annis tandem grauibus Duaci ſupplicijs Senatus affecit, cùm forte alias ob cauſas in manos veniſſent. Succeſſere poſteà Parmenſi multa feliciter. Vbi pontem admirando perfecit artificio, eóque Scaldis latiſſimi & profundiſſimi fluminis ripas commiſit, in grauiſſimas Antuerpiam neceſſitates compulit. Deditæ paucis pòſt diebus ipſi Bruxellæ, ac deinceps Mechlinia: & tandem quoque Antuerpia, dum neque naues ardentes, neque machina, cui nomen Belli Fini, neque vis armorum, & aquarum, ruptis aggeribus, eluuies, eius animum fregere, conatúſque fruſtrata ſunt. Tentauit interim nullo ſucceſſu Ooſtendam Mottæ dominus. Ad octauum & decimum diem Septembris è numero viuorum ſublatus eſt Ioannes Molanus Inſulæ quidem natus, at poſteà Louanienſi donatus ciuitate, vbi vitam diutiſſimè vixit Sacræ Theologiæ Doctor, S. Petri Canonicus, & librorum, qui lucem aſpicerent, Cenſor. Patientiſſimum laboris fuiſſe, ac publici boni latiùs promouendi cupidiſsimum, teſtantur obita pœnè totius Belgij Monaſteria, & Canonicorum Collegia, perluſtratæ illic bibliothecæ, D archiua diligenter excuſſa, eruta templorum monumenta, vitæque Sanctorum, quæ ſcripſit varia imbutus Eccleſiaſticæ rei cognitione. Et quamuis in multos pij labores animi plurimum impenderit peculij, ſuperfuit tamen magno parſimoniæ argumento, non modicum æris, quo perpetuus trecentorum in ſingulos annos florenorum cenſus adiuuandis pauperum ſtudijs conderetur.

Parmenſi deduntur Bruxellæ, Mechlinia, Antuerpia.

Incaſsùm tẽtatur Ooſtenda.

Ioannes Molanus moritur.

Epitaph. eius.

AN. 1586.

Cũ Balignio inducias triẽnalis paciſcitur Parmẽſis.

Episcopus Vercellenſis Gallo-flandriam viſitat.

Iam ferè pactæ cum Balignio exſpirabant induciæ. Igitur Parmenſis ratus ab Gallicis Belgij Prouincijs ſtrepitum armorum, & hoſtium in harum agros incurſus eſſe procul amoliendos, triennalem cum eodem belli quietem panxit anni ſequentis initio; indéque ad Grauiæ, Venlonæ, aliarúmque vrbium expugnationem labores contulit. Per id tempus (quod frigidiſſimum, ideóque aſperrimum erat) Gallo-flandriam viſitauit Ioannes Bonhomius Vercellenſis Epiſcopus ab Summo Pontifice Gregorio Decimotertio has in partes Nuntij Apoſtolici nomine legatus. Martio

A mense Maximilianus Morillonius Tornacensis Pontifex vitam deseruit. Ægrè tum, ac plerisque deinceps mensibus annonæ caritas in varijs Belgij partibus tolerata. Tritici mensura, quam rasieram hîc vocant, viri onus, modò tredecim florenis Duaci, modò viginti admodum difficulter parabatur: secalis nunc vndecim, nunc sexdecim. Factum inde, vt operæ hoc in oppido, & artifices nulli fermè rei manus admouerint: quàm plurimi ex auena viciisque panem confecerint, curandis ægrè corporibus. Enituit hoc tempore Ioannis Venduillij (quem suprà retulimus in vrbe natum Insulensi, ac inter Senatores Arcani Regis Concilij adscitum etiam Duaci Ius explicuisse) erga plurimos inopia laborantes studium. Eius tunc vox erat frequentissima: Maximum ex eo sibi dolorem consciscí, quod fratres suos (ita pauperes nominabat) tanta premi penuria conspiceret, cùm ipse domi rebus necessarijs afflueret. Ergo tunc cibi parcior aliorúmque sumptuum, quidquid corradere suis in ædibus potuit, subleuandæ horum inopiæ libenter contribuit. Ac suos etiam domesticos, laudata in proximum charitate, pijssimis verbis exciuit, vt alteram secum quadraginta dierum inediam (Pentecostes celebritas tunc appetebat) susciperent: vt quid-

B quid ex ea parsimonia colligi posset, id totum egenis largiretur. Et ad horum subleuandam necessitatem, vel ab Leodio eleemosynas petebat, cùm iam deessent, quæ aliunde corrogauerat. In Octobrem Ludouicus Berlaymontius Cameracensis Archiepiscopus Prouincialem Synodum suis indixit Suffraganeis Montibus Hannoniæ, eóque omnes sibi subiectos euocauit Antistites. Dum illuc iter facit Ioannes Sixius Audomarensis Episcopus, repens eum Insulæ, vbi parentes ipsum in lucem ediderant, febris corripuit, paucísque diebus abstulit, quarto Idus Octobris, vt vita illic exueretur, vbi primum vitæ spiritum traxerat. Multis mors eius grauis fuit, ac præsertim Audomarensibus & Insulanis, ob egregias animi dotes, quibus magnum sibi amorem passim conciliauerat. Vt quasdam laudum eius obiter delibemus, quam iuuenis hauserat auidiùs, & felici mente altiùs imbiberat de Philosophicis & Theologicis exedris sapientiam, multo cum fructu Louanij auditoribus suis impertijt.

C Exinde Parochiam S. Stephani suscepit Insulæ procurandam; adeóque diligentia, charitate, laborum tolerantia magnum sibi nomen comparauit, vt inter Canonicos Audomarenses adsciro etiam onus Vicarium Episcopatus imposuerit eius Ecclesiæ Pontifex Gerardus Hamericourtius. Et cùm eo munere sapienter, nullâque ambitus nota fungeretur, Gerardo in cælos euocato, plurima sibi ad eius Pontificatus fastigium virtute gradum fecit. Igitur infulis decoratus, ad illud vehementer operam contulit, vt recens natam Diœcesim magno labore effingeret, sanctísque firmaret tum moribus, tum legibus. Eò sanciuit nonnulla, prudenter conuocata Synodo, quæ Vercellensis Pontifex & Nuntius Apostolicus Ioannes maximopere probauit. Verùm quinto initi sacri Magistratus anno plura in commune bonum præparantem acerba mors intercepit.

Annonæ caritas in Belgio.

Ioannis Venduillij erga pauperes commiseratio, & studium eos iuuandi.

Ioannes Six Episcopus Audomarẽsis moritur.

Eius encomium.

AN. 1587. Anni proximi principium vnà fames & gelu infestarunt grauiter. Vbi paullùm annonæ pretium cœpit remitti, de Sclusis, oppido Flandriæ maritimo portúque nobili, Ordinibus eripiendis consilia voluit Parmensis. Ac initio Iunij Brugas eò pro-

D fectus, post dies paucos ab varijs partibus obsidium molitus est. Tenuit eum ibi labor continuus ac difficilis in quartum diem Augusti, quo demum per deditionem hostis inde discessit. Interim Philippus Rex Catholicus de Tornacensi Ecclesia sollicitus, in Ioannem Venduillium iam frequenter à nobis laudatum oculos conuertit: vt quem Dux Parmensis, multíque viri nobiles magno publici boni desiderio icti Tornacensibus infulis ornari cupiebant, ad eum dignitatis gradum eueheret. Multa in ipso iam tùm sancti Pontificis emicabant. Sui contemptor eximius, attrita simplicíque veste vtebatur. Nihil domi superfluum habebat, nihil oculos pretio & splendore perstringens. A muneribus adeò manus abstinebat, vt ne minima quidem admitteret, occludendo maioribus aditu. Conuiuia rarò fons celebrabat: & cùm in ijs etiam primoribus viris accumberet, dum alij poculis capacioribus salutis Principum gratia sese proluerent, intra terminos sobrietatis iure suo, nullísque aduersantibus, sitim sedabat. Solo prandio contentus, cœnas interdixerat sibi. Et si quos

Fames, & gelu.

Parmensis Sclusas in Flãdria obsidet, capitque.

IOANNES VENDVILLIVS Tornacẽsis Episcopus renuntiatur.

Eorum enumeratio, quæ digna iam tũ Episcopatu in eo cernebantur.

domum

domum inuitaret, modicè mensam instruebat: eámque post modicam libri vtilis lectionem, nunc doctis sermonibus aspergebat, nunc animæ salutem cernentibus. Qui carpebant aliorũ vitam, vitiáque promebant, eos ægrè tolerabat: sempérque, his linguam dentésue ad maledicta stringentibus, aliud illicò in medium sapienter proferebat. Rarissimè mensis adhibebat mulieres, ne quam minùs cultæ pudicitiæ notam incurreret. Afflictorum, pauperúmque causas mirè complectebatur: ideóque quotidie domus eius Religiosis, Sacerdotibus, viduis, pupillis, aliísque hominibus inopia pressis redundare, qui negotiorum causa Regiam Aulam frequentabant, vt opem eius flagitarent. omnes ipse leni vultu excipere; summa comitate necessitates ac miserias exponentes audire; nullum sine solatio & subsidio ab se dimittere. Cùm in loculis nihil haberet, quod egentibus largiretur, aliunde mutuum petere, aut alios etiam in alijs vrbibus commorantes stimulare, vt inopes eleemosynis recrearent. Nullum denique hominis proximo benè volentis, & ad spiritualem quoque indigentium opem incumbentis, officium omittere. Florebant eius opera, quæ Rex Louanij & Duaci Pastorum Seminaria erexerat, annuísque censibus donauerat: vt iuuenes aliquot tum disciplinis Theologicis, tum probis moribus illic instruerentur, qui postmodum Christiani populi curam capesserent. Iámque paucis antè diebus, cùm Christi tormenta per sanctam hebdomadem ob oculos Catholicorum Ecclesia poneret, in abditum se locum illarebrauerat, ibique pijs animum cõmentationibus accendens, eò se constrinxerat, vt positis omnibus rebus, id vitæ genus arriperet, quo se plurimus tum suæ, tum proximi saluti impenderet. Igitur hæc omnia cùm Regi cognita essent, nono Kalendas Augusti Venduillium Tornacensem Episcopum dixit tam suo nixus, quàm aliorum, iudicio. Ad hoc enim munus idoneum sæpè dixerat Martinus Rythouius Iprensium Pontifex: cúmque nuper è vita excederet Ioannes Sixtus Audomarensis Antistes, suis de successore interrogantibus, nullum sibi aptiorem Venduillio videri responderat. Et his præiudicijs, ac peculiari virtutum eius exploratione flagrantior Ioannes Bonhomius Romani Pontificis Nuntius Parmensem, plerosque alios Principes, Regem ipsum, vt Tornaco præficeretur, flagitauerat. Verùm Venduillius sententia Regis litterísque perculsus, formidinem, quàm lætitiam, præ se tulit: neque ad hoc suscipiendum munus pertrahi priùs se passus est, quàm stimuli amicorum precésque consensum expresserint. Quæ de ipso maximorum virorum testimonia Romam ad Pontificem Maximum perlata sunt, magnopere placuerunt: adeóque captus est virtutibus eius Sixtus Quintus, qui tunc totius Ecclesiæ caput erat, vt, quamuis pecuniam maximè ad subleuandas Ecclesiæ necessitates conquireret, ei tamen Annatam, vt vocant, aliáque iura spontè indulserit, beneficio nullis prædecessorum exhibito. Et Parmensi, Senatúsque Regij Proceribus visum est operæ pretium, vt Ioannem minimè Collegij huius consortio exui permitterent, quem summopere amabant, cuiúsque labores ac industriam magno sibi rebantur vsui fore. At hæc Venduillio parùm placebant, qui nuper altiùs in animum demiserat spiritualibus modò rebus creditos sibi populos iuuandi studium. Ergo Tornaci octo circiter diebus apud Marquesium S. Martini Antistitem exactis, Duacum intendit, specie quidem Seminarium ab Rege Pastoribus formandis conditum inuisendi, at certè in abdito sanctis animum exercitationibus roborandi desiderio. Sex illic septimanas in amico secessu latuit, vt comparatis impositæ sibi personæ viribus necessarijs, ad capessendam Ecclesiæ curam alacrior firmiórque accederet. Interim sub autumnum lætiorem, mitiorémque annum fecit ingens annonæ vilitas, quam peperit rerum omnium vbertas è terra prouenientium. Quæ tritici mensura priùs emebatur Duaci florenis viginti, tunc duobus venijt. Et mansit in annum quoque proximum ea rerum abundantia. Per hoc ferè tempus in Gallo-flandria formidabile quiddam accidit. Ruebant quotidie in fœdissima flagitia viri tres eiusdem Religionis obstricti votis, nihilque præter habitũ Religiosi prodebant. Interdiu domi tempus epulis transire; noctu cum scortis luxu diffluere, & libidinari. Hunc actum diu egerant nullo pudore, nulla mentis pœnitudine, summo sacræ gentis dedecore. Igitur die quadam, cùm satis diu helluati fuissent, ac distentis corpori-

bus

Margin notes:

A

B

C

D

De promouendo ad Episcopatum Ioanne quorumdam iudicia.

Quàm grata fuerit eius electio Pontif. Max.

Annonæ vilitas.

A N. 1588.

Mirabilis in Religiosum helluonem, sacrilegum, & blasphemum punitio. Delrio in libb. de Magia.

A bus ad libidinem raperentur: quidam eorum minus, quàm cęteri, proiectæ mentis, vt Deo gratias agerent, socios exciuit. Verùm alius longè procacior: Quidni potiùs inquit, diabolo grates agimus, ac rependimus, cui nostram militamus militiam? Et mox cum risu & cachinnis è mensa surgitur. Serum iam erat: & fœdam salacitas cupidinem sollicitabat. Igitur singuli cum scortis in lectos pro more proruunt. Sed vix ipsi sese stragulis inuoluerant, cùm subitò triclinij ostium concutitur, & magna vi, fractis repagulis, reseratur. Intrat subinde viri magni specie dæmon, quem atra tinctum fuligine trux aspectus, & venatoris habitus formidabilem reddebant. Ponè sequuntur alij duo minores forma coquorum. Obambulat ille solus aliquoties, toruósque in cubilia oculos figit: ac postquam atroci vultu aliquamdiu circumspexit, horribili voce intonat: Ecquis vestrum adeò sceleratus, vt mihi grates agendas censuerit? Nunc adsum scilicet, vt paria meritis rependam. Simul in hominem iam trepidum & palpitantem inuolat, eúmque de lecto extractum & tantùm non præ formidine animam agẽtem coquis tradit: hi vt veru infigant, imperat, iamdiúque luculento igne torreant, donec vita cum adipe diffluat. Nulla mora, imperium illi capessunt.

B transfigitur veru corpus. ignis ingens accenditur. Et dum veru vertitur, miseritique membra crudeliter assantur, teter cubiculum nidor infestat. Interim alij scortáque pulsante altiùs metu sese stragulis obuoluunt, & paria sibi metuunt. Vbi miser ille tam graui cruciatu animam efflauit, ad socios eius venator oculos vocémque conuertit. qui simili cruciamento pereant, dignos asserit. manus in eos iniiciendi, flammísque corpora dedendi, non voluntate, sed facultate sese destitui. parcere ipsis Numen ęternum, modò pœnitudine scelerum tangantur: idque se iam inuitum monere, quàm inuitus eorum corporibus manus abstineret. certò sibi persuaderent, irroganda membris suis atrociora, nisi vitam in melius conuerterent. Et mox abscedunt è cubiculo monstra. Vix tamen animus cęteris Religiosis, ac impudicis mulieribus rediit: neque priùs soluta in voces ora, quàm dies illuxit. Tunc ipsi miserabile ac tostum socij cadauer oculis etiamnum formidantibus vsurpantes, non somnio se

C lusos, sed ipsa rei veritate perterritos senſere. Maij luce nona & vigesima vnctus est Tornaci Pontifex Ioannes Venduillius. Exactis inde paucis diebus, cunctos Diœceseos suæ Decanos Curionibus præfectos in cœtum aduocat: de vita, moribúsque Parochorum inquirit. Ex horum relatione cuiusque viuendi ratione cognita, tres eos in classes distribuit. Quos optimæ vitæ compertos habuit, ac in erudienda plebe sedulos conspicatus est, paternis eos vlnis amplexus mitè coluit. Qui vel socordia, vel ignorantia, & fœdis moribus Christi gregem transuersum agerent, partim blandis sermonibus induxit, vt se sacris Magistratibus abdicarent; partim contumaciores ijs exuit. Si quos acceperat non improbis quidem factis, at scientiæ defectu, parùm idoneos regendis subditorum animis; vt menses aliquot sacris rebus impertiendis abstinerent; operam interim peruoluẽdis eorũ libris darent, qui dectu animarũ quæstiones explicant suadebat: vt postquam fructum fecissent, sacris rursus laboribus eúsque admouerẽtur. Oppida vicósque postmodũ obiit: ubíq; ad sexaginta hominum millia (quorum plerique septuaginta, vel octoginta ætatis annos impleuerant) sancto Confirmationis illeuit oleo & ad Christianum certamen roborauit,

D tantò maiori voluptate quorumdam, quantò plus æui transiisset, ex quo nullum viderant Episcopum: quoniam annorum quadraginta spatio vel tumultus ciuiles, vel occupationes visitandi pagos opportunitatem eripuissent. Et cùm in eum laborem incumberet, nulli grauis erat, vel hospitij, vel mensarum impendio. arctam ipse familiam ducere. plurimum diei potus cibique expers agitare. & quamuis senecta, duplicique hernia corpus fatisceret; nihilominùs doloris oblito dulces fluere ex oculis lachrymæ voluptatis eius indices, quam inter laborandum ex lætro animarum fructu capiebat. Cùm verò Insulam perlustraret, nonnulla ipsum sauciarunt, ac in primis mores quorumdam corrupti, indiligens pueros sacra doctrina erudiendi studium, ad sacra populo impertienda pauci Sacerdotes idonei. Et mox eum quosdam è Societatis Iesu Presbyteris istic collocandi desiderium inuasit. Igitur eo succensus frequens Senatum adit: vti censum hic aliquem iis alendis constitueret; summis

Ioannis Venduillij Episc. Tornac circa Pastores suos studium ac vigilantia.

In obeundis pagis, & confirmandis incolis labor.

Vt Insulæ Societas Iesu collocetur, diligentia.

precibus adhibitis flagitauit. Impetrari tamen nihil potuit per id tempus, ærario nimis exhausto propter continuas bellorum expensas. Id animaduertens S. Catharinæ Parochus Clemens Bauius ex Vendüillij sententia duos saltem è Sociis Sacerdotes à P. Oliuerio Manarreo, qui Belgicam huius Ordinis Prouinciam eo tempore visitabat, sibi concedi postulat, qui per aliquod tempus ciuibus animorum sordes deponentibus aures præbeant, puerósque sacris imbuant Præceptis & Mysteriis. Huius petitioni assensum præbuit P. Oliuerius. Igitur ij Socij comiter accepti, dum vtuntur eius hospitio mensaque, non paruam suis opinionem laboribus concitant, ac plerosque vehementiùs Societatis cupidine accendunt. Emicuit tum cuiusdam negotiatoris eiúsque coniugis flagrans plures Socios in vrbem aduocandi desiderium, ac liberalitas, promissis in quinos senósue rebus ad vitam necessariis, quamdiu hîc agerent. Nihil tamen eo tempore horum studio concessum. Reuocati enim domum sunt Sacerdotes, vnde aduenerant. Ad res bellicas quod attinet, in variis Belgij portubus multum laboris ac pecuniæ consumebatur aptandis ad bellum maritimum Anglis inferendum nauibus. Triennium integrum insigni centum ac triginta bellicarum nauium ipsa mole formidinem incutientium, ac rebus omnibus instructissimarum classi comparandæ Rex Catholicus impenderat. Veterani milites eas conscenderant Maio mense ad vicena millia, denáque ipsis moderandis ac dirigendis millia nautarum inerant. Igitur postquam ex Hispanijs nuntius allatus est, Alphonsum Peresium Medinæ Sidoniæ Ducem hunc maritimum exercitum breui ad debellandam Anglorum Insulam ductum; Ducique Parmensi mandatum est, vt suas in promptu naues & copias haberet, tum vt eam classem exciperet, tum vt suas ei vires ad hostes aggrediendos frangendósque coniungeret: nihil is reliqui fecit, vt in aduentum Alphonsi parata essent omnia. Florentissimus ab eo miles è Belgio collectus, & ad naualia in portus aliquot deductus est. Plena erant cuncta insigni exspectatione in Hispaniis, & in parentibus Regi Belgarum Prouinciis, ac iam vtrobique certa spe tenebatur, neque Anglos, neque confœderatos Belgij Ordines tantæ potentiæ pares futuros; ideóque primùm Angliæ regnum iri subactum, dein rebelles populos. Ex aduerso ingens Anglos omnes, ac Belgas fœderatos metus corripuit, & in omnia compulit cōsilia, vt sibi aduersus eos hostes prospicerent. Quanto potuere numero, naues Angli parant, tum vt suas oras tuerentur, tum ne Belgas Hispanis iungi permitterēt. Idem quoque labor fœderatorum Ordines tenuit, vt suas omnes colligerent naues armaréntque; dein Parmensem egressu, Hispanos accessu prohiberent, in varias classe stationes distributa. Vix Vlyssipone soluentes in altū vela fecerāt Hispani, cùm exortus vehemens ventus naues eorum agitauit grauiter, ac nautas in varios has portus Astutum, & Biscaiæ recipere coēgit. Inde secundo cursu cū in conspectum Angliæ peruenissent ea luce, qua S. Iacobus colitur, erexere animos omnes. Præstolabantur eos Angli, vt nauibus in corona duo dispositis accedentes propius exciperent. In eos cùm à reliquis paullùm seiuncta inuehitur temerè nauis Prætoria, intra breue tēpus ab celerrimis, & leuissimis ipsorum nauigiis inuoluitur capitúrque. In alias dum posteà impetum Angli faciunt, tametsi plurimum damni ingentibus ac frequentibus æneorum pilis machinarum inferrent, minimè tamen eas Caleti portu, quò secundis auris impellebantur, prohibere potuerunt, tantumque vna maiore sunt potiti. Iam ab Hispanis auidè Parmensis exspectabatur, cui mandatum fuerat, vt Belgicam classem, hostibus per freti angustias & vada faciliùs submouendis, portubus educeret. Verùm is nec sufficientibus erat instructus nauigiis, quibus cōmodè totum apparatum, & exercitum imponeret; neque cùm tempus nauigationi opportunum aduenisset, facultatem habuit vela faciendi, fœderatarum Prouinciarum Ordinibus classe non modica portus proximè obsidentibus. Ergo dum Belgis impeditis hærent ad Caletum Hispani, data est Anglis occasio minori cum discrimine aduersos eos bellum gerendi. Nauigiis primùm pice, resina, sulphuréque admodum oblitis, & igne succensis, acta res est ab iis prosperè, cùm ex cælo perquàm obscuro, ac vento secundo in classem delatæ, nauium quasdam vncis corripuere, flammísque pabulum præbuere; alias, vt vitarent incendium, in arenam & breuia cum ingenti collisione,

Aduersus Anglos in Hispanijs & Belgio classes parantur: nullo tamen effectu.

A B C D

quò

A quò ventus quoque iam paullum grauior rapiebat, impulere damnosiùs. Periere tunc aliquot è maioribus nauigiis; & quædam deinceps capta, vel hausta fluctibus, dum fugientia hinc Angli, illinc Hollandi ac Zelandi persequuntur, & longo circuitu Scotiam vltra venientium flatibus aduersis ac vehementibus delata, in reditu Hyberniæ litoribus alliduntur grauiter. Igitur eam, quæ supererat, laceram & multis casibus concussam adeò nobilis ac potentis classis partem excepere mœstissimi portus Hispaniæ & Lusitaniæ: solo ferè ad tristissimos omnibus eius subditis tanti infortunij nuntios infracto Rege Philippo, ad quem tamen maximè clades spectabat; vt terra tantùm leuiter baculo, quem manu gerebat, pulsata, nullum exteriùs maioris impatientiæ signum ediderit. Fuere tunc apud Belgas vario distractæ affectu Prouinciæ. Inter fœderatos populos lætissima cernebantur omnia. vbique plausus audiebantur, ac micabant signa lætitię. & quasi debellata esset Catholici Regis potentia, per summam superbiam multas in futurum sibi promittebant victorias. Apud obedientes tam patienti Principi ditiones maxima deiecti erant animi mœstitia. Quidã

Quos affectus genuerit ea clades varijs in locis.

B in Parmensem Ducem sermones acerbabant, quasi minùs diligentiæ in procurando sufficienti naulum numero posuisset, ac plùs æquo rebellium classem formidasset. In Hispanos alij cladis causam retorquebant, quòd parùm apta mari nostro nauigia misissent. Alij credebant Numen offensum eam Catholicis intulisse calamitatem, vt tam Belgarum, quam Hispanorum Nobilium superbiam ac luxum castigaret, qui veluti de victoria certissimi maximas in ornandis nauibus ac tentoriis, & in cõparanda supellectile superflua fecissent impensas. Ceterùm, metus cunctos inuasit, ne tanta elati victoria hostes in aliquem Regium se portum inferrent, eòque territis indigenis ac præsidiis potirentur. Verùm nihil tunc ab eis tentatum accipio, ac præter interceptam arctiùs cum Hispanis aliisque maritimis populis negotiationem, nihil grauius passi sunt Flandri; vnde tamen non parùm Insulensibus accidit incommodi. Minimè languebat interim apud quosdam Insulę studium piis vrbem Societatis Iesu Sacerdotum laboribus excolẽdi. Horum enim absentia creuerat ardor rursus ipsos à

Sacerdotum Societatis Iesu opera rursus desideratur Insulæ.

C Superioribus postulandi, cùm eorum opera collectũ nuper fructus ipsis obuersarentur. Impulsus igitur eius mercatoris, quem diximus domum reliquę necessarias ad tempus aliquod pollicitum, crebris sermonibus est D. Petri Decanus Iodocus Vandembergius, multa homo doctrina preditus, ac Religione, & perquàm auidus Sociorum, vt duos iterùm à Prouinciale Presbyteros flagitaret. Postquam hos impetrauit, vt iis hebdomadibus, quæ proximè Christi Natale festũ quotidianis concionibus celebrantur, Insulæ residerent: alteri concessum est, vt è pulpito in æde S. Petri (quod anteà nunquam factum fuerat) singulis diebus populum suis hortatibus ad capessendam virtutem accenderet: alter puerorum animos Fidei Mysteriis, ac Diuinis Ecclesiasticisque Præceptis instruere aggressus est. Quod supererat tempus vterque nunc peccata pœnitẽtium expiando, nunc ęgros captiuósque adeundo, transegit. Sed adeò multiplex ac fructuosus is labor, qui bonos omnes vehementi voluptate afficiebat, quosdã maleuolos homines ira sauciauit, vt præcipites ad irrogãdam Sociis iniuriam inuidentia raperentur. Igitur ipsi summo noctis silẽtio valuis ædium, vbi Socij diuer-

Ex ijs duo illuc mittuntur, vt laborent.

Quod strenuè faciunt.

D sabantur, patibulum appingunt, ex eòque horum aliquem turpiter pendentem, ac reste sibi fauces elidentem efformauit. Variè acceptum postero die prima luce id monstrum, multis illac viam carpentibus. Qui Societatis odio ardebant, id sibilis excipiebant scilicet. Contrà Sociis amici, publicique boni cupientes, eam minimè tolerandam iniuriam clamitabant. Et quosdam eò zelus impulit, vt apud Senatum quererentur, vindicandúmque facinus assererent. Mouit certè Senatores tam bonorum ciuium querimonia, quàm maleuolorum audacia. Iussitque Magistratus omnis è Scabinis duos ad Socios contendere, qui grauibus verbis significarent, magnopere sibi pessimorum hominum facinus displicere: postquam eos deprehenderit, curæ sibi fore, vt pro meritis castigentur. Verùm hæc Socij sic accepere, vt Senatui pro magno in Societatem amore gratias agerent: ceterùm, magnæ se gratiæ loco ducturos, si perpetratæ iniuriæ auctoribus parcatur: quoniam sibi gloriosum crederent exemplo Christi contumeliam pati. Per id tempus concessæ Balignio, qui per

vim Cameracensibus imperabat, ad sex annos extrahuntur induciæ, ne quid agro Duacensi, Hannoniæ, & Artesiæ incursionibus, prædis, ac incendijs nocerent vrbis eius milites præsidiarij. Et hoc anno Simon Erecquius S. Amati Sacellanus Presbyter erigendæ Duaci domus, in quam puellæ parentibus orbatæ, ac penuria laborantes abderentur, & piorum hominum eleemosynis alerentur, auctor fuit, datis in hos vsus, quas possidebat, ædibus. A

Patres Dominicani ab Ordinibus Insulensibus pecuniam accipiunt, & Insulæ Monasterium ædificant.

Diu interim laborarunt Insulæ D. Dominici sectatores Religiosi, vt paullò laxiùs habitarent. In angustam ij domum Senatus venia sese contulerant, anno post Christi Natiuitatem millesimo quingentesimo, & septuagesimo nono pridie Sanctorum Omnium, postquam Ordinum mandato suburbanum, & magnificum eorum Monasterium in plana deiectum fuerat, ne quod inde vrbi ab hostibus discrimē ingrueret tumultuum Belgicorum tempore. Vt intra muros commodum sibi domicilium aptarent, ac instruerent, mille tantùm florenos ab Insulensibus acceperant. Vix iaciendis fundaminibus ea pecunia sufficiebat: ideóque frequenter ij Patres egere, vt ab ijsdem maiora denique subsidia perciperent. Angustias, quibus constringebantur, nec sanitati suæ conuenire, nec ministrandis in ciuium vtilitatem Sacramentis Pœnitentiæ ac Christi Corporis sufficere docebant. si laxius domicilium templumque haberent, pluribus in familiam hominibus recipiendis locum futurum, ac in plures vrbis indigenas, aut iacentes circùm pagos, ipsorum manaturas in salutem animarum operas. Verùm tametsi hæc iustè dicerentur, nihil tamen admodum impetrari poterat: tantúmque inter ipsos ac Ordines Insulenses hoc anno ea lege compositum fuit, vt hi tria florenorum millia numerarent: ijs illi acceptis nullam in posterum Ordinibus litem ob hoc negotium intenderent; sic in perpetuum Xenodochio Grimaretorum fruerentur, vt temporalem egenis aduenis hospitalitatem solito more præberent: in eius fundo, viciniśque locis nouum sibi domicilium templumque struerent. Ea igitur accepta pecunia, & collectis aliunde piorum hominum symbolis, noua cœpta sunt ab his Patribus strui ædificia; indéque sensim ea sacræ moles ædis surrexit, in quam frequentes participandis sacrosanctis Mysterijs, exonerandisque conscientijs, ac percipiendo diuini verbi pabulo, ciues fructu magno conueniūt: dein commodę satis habitationi idonea domicilia culmen accepere, in quibus benè magnus Religiosorum numerus moraretur. Hæc dum fiunt Insulæ, magnam Armenteria cladem accipit. Illic fortuitus ignis, totam ferè Bellæ Crucis plateam absumpsit ipsis Maij Kalendis. Mirum per id tempus hoc accidit. Nicolaus Forteuillius eius oppidi ciuis, & opificio pistor, cùm videret, quam in eo tractu domum ceteris eminentiorem habebat haud dubiè flammis corrumpendam, incendio circùm omnia vastante, votum Deo nuncupauit eam donandi pauperum vsibus, si vim ignis euaderet. Et confestim diuinam flammæ potentiam sensere. Id siquidem ædificium damni parum pertulit, consumptis circumquaque ædibus quamplurimis. Ergo Nicolaus voti reus, domum suam posteà lætus egenis transcripsit. Quinto ante Pentecosten die Tornacensis Pontifex Venduillius Synodum suæ Diœceseos habuit, in eáque multa constituit sacris rebus optimè componendis. Vbi deinceps non paruum colendo gregi suo laborem impendit, Romam ad Summum sese Pastorem contulit, vt cum eo de rebus Tornacensis Episcopatus ageret, omnémque statum Ecclesiæ suæ, ac rationes, quibus ad fructus insignes colligendos vteretur, coràm patefaceret. Gratissimus fuit Antistiti Maximo eius aduentus, ab hoc & Cardinalibus plerisque, cum quibus negotia tractauit, labores eius laudati sunt: plurimámque omnium beneuolentiam ipsi conciliarunt zelus, sapientia, morum suauitas, & vitæ sanctitudo. Priusquam inde reuerteretur, non omisit adire Societatis Iesu Generalem Præpositum. Satis memor erat, cùm Sociorum duo per huius anni Quadragesimam partim concionibus, partim Catechismi explicatione Insulam excolerent, quàm magnus multos ciuium vrbis eius & Canonicorum ardor incessiuisset, vt plusculùm ij moræ muros intra ducerent educandis animorū fructibus, quos tam feliciter peperetant: quámque citiùs Sacerdotes eos domū reuocauerit Superior, quàm Insulensium parerentur desideria. Cùm igitur ipse plurimo arderet studio Socios in ea vrbe collocandi,

AN. 1589.

B

C

D

Magnum Armenteriæ incendium.

Et in eo res mira.

Ioannes Vendullius Episc. Tornac. Synodum cogit.

Sūmum adit Pontificem, ab eoque benevolè excipitur.

A Generali Præposito Societatis Iesu impetrat sedem Sociorum Insulæ.

A locandi, apud Patrem Præpositum sæpiùs egit, eique familiariter exposuit, quàm Societas operam hoc in oppido fructuosè mentibus hominum perpoliendis poneret. Ac cùm feruenter ei suum de promouenda per Socios Religione Catholica & pietate desiderium patefaceret; impetrauit ab eo denique, vt sedem illic diuturnam è Socijs aliquot figerent. Vix autem Roma bonus Pontifex in Belgicas Prouincias reuenerat, cùm Insulam lætus adijt, & frequenti conuocato Senatu, quàm magna sua voluptate, & quanta cum spe insignis fructus colligendi, statuendam hoc in emporio domũ Sociorum à Generali Præposito impetrauerit, non sine iucundo animi sensu retulit. Sibi tamen ad explendum desiderium id parùm sufficere asseruit, de condendo Collegio huius Ordinis, vbi Scholas Socij aperiant, ingentem animo suo curã diuinitus iniectam. ideóque vehementer flagitauit, vt magnos ipsi ad hoc opus inchoandum animos Senatores capesserent: de publico ærario census aliquos promitterent. Egit gratias, his patienter ac beneuolè auditis, Pontifici suo Senatus ob paternum in vrbem officium: multísque verbis aperuit, nihil sibi Sociorum præsentia

De fundando eidem Societati Collegio apud Senatũ Insulensem agit.

Saltem vt Insulæ sedem statuant Socij, obtinet.

B gratius futurum, ideóque vt in vrbe sedem collocent sese permittere. id tamen ipse condonaret, si nihil in præsens ab se de condendo ac dotando Collegio susciperetur. alieno vrbem ære admodum grauari. postquam nomina exsoluerit, Societatis negotium sibi cordi fore. Hac igitur responsione nonnihil exhilaratus Pontifex fuit. & mox eius rogatu cum Fratribus duobus tres Insulam missi sunt Sacerdotes Societatis, qui spiritualem ciuibus operam impenderent. Eorum caput fuit P. Gulielmus Hangouartius domo Insulensis, eorum, quos suprà laudauimus Hangouartiorum nepos. In eas, quas idem Pater satis commodas ædes habuerat, & Societati donauerat, concessum est. In templum Diui Petri Concionator reuocatus, vt omnibus Dominicis ac festis diebus, dein quotidie per Aduentum, & solemnia Veris ieiunia, è sacro pulpito ad Clerum populúmque diceret. in quodam Curialis Ecclesiæ S. Stephani sacello Mysteria sacrosancta peragendi, & Sacramenta ciuibus impertiendi data facultas. ex attributis à P. Hangouartio censibus, & piorum hominum eleemosynis, ad vitam Religiosè ducendam suppeditatæ sunt necessitates. Statímque ab

Aliquot igitur in eam vrbem Socij commigrant ductore P. Gulielmo Hangouart.

C omnibus illic degentibus Socijs laboratum est diligenter, vt ciues muniorum Societatis in ijs nihil desiderarent.

AN. 1590. Annus proximè secutus varijs belli euentibus nobilis fuit. Eius fermè principio aliquot veteranorum Hispanorum signa in Cortracensi suburbio collocata, vrbem occuparunt, ibique ob nondum soluta stipendia tumultuari cœpere. Donec ijs æs solueretur æstate media, multam vicinis populis incussere formidinem, vt singulis hebdomadibus certam pecuniæ summam ab ijs elicerẽt. Intcrim laborabat in Gallia magnopere Henricus Bourbonius Rex Nauarræ, vt relictum sibi ab Henrico Valesio Franciæ Regnum occuparet. Aduersus eum nitebantur Principes aliquot Galliæ magno deuincti fœderis sacramento. Et hi, quò plus potentiæ contraherent, in armorum societatem Philippum Regem Catholicum traxere. Ob hæresim his Nauarræus non placebat: ideóque constitutum ipsis erat aliquem Franciæ corona ornare, qui Catholicis adhæreret dogmatibus. Igitur magna hos inter glíscente dis-

D cordia, & crescente armorum strepitu, in mutuas sæpè cædes itum est. Mittente Farnesio Duce, florentem è Belgio in Galliam exercitum duxit Philippus Comes Egmondanus. Fœderatos aduentus eius recreauit plurimùm initio. At postquam in Regem Henricum arma conuertit, & suam cum acie huius aciem commisit, ac pugnando fortiter hinc ab quibusdam suorum desertus, inde ab Regijs copijs oppressus cecidit: in Gallia Belgióque bonis omnibus magnam eius interitus peperit mœstitiam. Luxere grauiter funus ipsius Gallo-flandri, quòd intra fines eorum Armenteriam, Arquinghehemum aliáque loca possideret. Coactus est posteà Dux Parmensis in Galliam proficisci, eóque octodecim pugnatorum millia deduxit, vt Parisiorum Lutetiam à Nauarræo pressam vehementer liberaret obsidio. Per absentiam eius Mansfeldiæ Comes Belgij gubernacula tractauit: & quòd Gubernatore careret Gallo-flandria, huic Franciscum Montmorencyum Bersçæ regulum imposuit; vt quam olim viuo Rasseghemio feliciter gubernauerat, rursus ad tempus modetan-

In Franciam aduersus Regem Nauarræ mittitur Comes Egmondus, ibique pugnans occiditur.

Parmensis in Franciã exercitum ducit. Comes Mãsfeldius Belgio, Bersæus Gallo-flandriæ, præsunt.

 dam

A

dam capesseret. Metum Flandris tunc incussit Comes Mauritius, tentato furtim armis Dunkerckanorum oppido. Verùm ei malè cesserunt insidiæ. In Gallia Parmensi successit feliciter expeditio. Ab eo capta quædam loca; recreati in extrema necessitate commeatibus Parisienses; horúmque ciuitas in pristinam asserta libertatem est. Plus ei negotij fuit cum morbis, quàm cum hostili ferro, dum hyems appeteret, ac victor in Belgium exercitus reduceretur. Multos pestilitas, & contagiosus alui fluxus nimio racemorum esu contractus, militum ac ductorum abstulit. Eo cum primis morbo Coupignij toparcha, & Rentyanus Marchio periere: quorum ille Ongnicsia de gente apud Gallo-flandros potens erat; hic apud eundem populum tam Montignij Baronatu, quàm factis præclaris, dum Malecontentorum caput fuit, ac Menenas Ordinibus eripuit, ansámque præbuit Gallicis Belgij Prouinciis in amicitiam & concordiam cum Rege Catholico redeundi, nobilis claruit.

Parmensis in Gallia rem prosperè gerit.

Eius exercitus contagio affligitur.

Dynasta de Coupigni, & Marchio de Renty moriuntur.

AN. 1591.

Cum subinde ad Statuam Beatæ Virginis Laudensis, seu Gratiæ, multa in dies prodigia sanitatum, & liberationum conspicerentur; placuit Tornacensi Episcopo ædiculam eo loco statuere, in quam & ea honestiùs inferretur, & populus maiori Religione conueniret. Properatúmque id opus maximè, sed angustiori spatio, quàm confluentium multitudo posceret. Auxit in primis hoc anno eius Imaginis cultum Ioannes Cambierus Ariensis. Hic enim cùm mercimonij gratia Gandauum profectus apud Viuas in latronum manus incidisset, ab iísque per noctem arctissimè seruaretur (ipsi enim ligatum, ac in medio positum coronæ modo cingebant armis ad latera positis) inuocata sanctissimæ Christi Matris ope, somno sopitis omnibus, ac minimè sentientibus, liber euasit. Igitur partim hoc miraculo, partim aliis rebus, & sacelli structione, incitantibus, frequentior, quàm priùs, Misericordiæ Matrem peregrinorum multitudo coluit. Periculosus autem Catholicæ Religioni apud Belgas hic annus exstitit. Actum fuerat ab legatis Cæsaris cum fœderatis Ordinibus de concilianda per pacis postulationem Regis Catholici clementia. Vt animos illorum hinc superbia, ob felices quosdam successus, inde Regis ac Catholicæ Religionis odium vehementer obstinauerant; ita nihil sanum ab iis impetrari potuit. Rursus ergo, quàm priùs, apud eos arma feruentiùs tractata. Adiuuabant conatus eorum cognita Parmēsis & quorumdam Catholicorum Belgij Procerum dissidia. Igitur in Blanckembergense propugnaculum magno lati sunt impetu, ibique præsidium cecidere. Sclusas posteà per insidias intercipere tentarunt, irrito tamen conatu. Hinc paucos intra dies ab iis subactæ sunt Zutphania & Dauentria. Inde mari ducto exercitu, obsidionem Hulsto admouere, eóque vigesimo Septembris die per deditionem potiti sunt in Flandria. Ad Mosam quoque Venlona per ipsos Regijs erepta est prima & vigesima luce Octobris. Hæc dum fiunt, quòd procul à Flandria cum copiis abesset Parmensis: Oostendani milites, ac nonnulli hostes alij non ignari, propter deductum aliò exercitum, omni nudas præsidio Menenas facilè subigi posse, consilium iniere noctu eas intercipiendi. Sed priusquam ad eam expeditionem omnia pararentur, quidam è ductoribus Anglorum erga Religionem Catholicam propensus id Antistiti Warnestunio significauit. Cùm enim hic Oostendæ captiuus detineretur, quosdam veterum Ecclesiæ Catholicæ Doctorum libros ei legendos tradiderat, & postquam lumen inde veritatis hausisset, in arctiorem coiuerat eius amicitiam. Igitur Abbas Warnestunius de intercipiendi oppidi tempore certior factus, quàm citissimè potuit ad Senatum Insulensem occultè nuntium misit, qui consilia hostium patefaceret. Prouisum est tempestiuè ingruenti malo ab Insulensibus. Missi Menenas ex agro Insulensi octingenti propè homines cincti armis, vt ciuibus essent subsidio. Ignarus eius repentini præsidij hostis decimo septimo Kalēdas Augusti sub auroram in oppidi conspectum venit. Octingenti ferè pedites erant, equitum turma vnica. Sed cùm ipsi ad inuasionem omnia componunt, & propiùs aggerem subeunt: è vallo Gallo-flandri cum ciuibus in eos arma properant. ferreas alij fistulas certo ictu exonerant, hastas alij opponunt ascensu prohibituri. Ac tantus omnes timor hostes inuasit, vt relicto impetum faciendi consilio, alius aliò cum pudore discesserint. Postridie Insulensis Magistratus bellicas vrbis Societates Menenas mi-

B. Virgini Gratiæ iuxta Insulā sacellū struitur.

B

Ioānes Cambier à B. Virgine liberatur.

Frustrā de Pace cū fœderatis Ordinibus agitur.

C

Vrbes hi quasdam Regi adimunt.

Menenas frustrà tentant.

D

His consulunt Insulenses.

sit

A fit armis & commeatibus instructas, vti præsidio essent aduersus hostiles impetus, vel insidias. Mandatúmque est Colbrantio, Cominiensi Bailliuo, & Watemburgio toparchæ, apud Insulenses Senatorio viro, vt mox cū legatis Tornacensibus & Cortracensibus Brugas Cortraco iter capesserent. illic apud Riuasium & Inghemenium agitarent, quibus modis viæ occluderentur, ne eis fluuium Lisam hostis excursiones faceret. Dati centum equites, ac pedites quinquaginta, qui per viam eos defenderent. At priusquam Cortraco discederent, de ipsorum profectione nuntios ij certos habuere, qui Menenas intercipere tentauerāt; ac iam se quà erat transeundum, apud Ingelmeustram opportuno loco disposuerant, vnde facilius improuidos adorirentur. Et legati omnes prorsus se præcipites in periculum induissent, nisi vici regulus pro castro viam carpentibus significasset, in extrema platea collocatas ipsis insidias esse. Igitur hi metu hostium coacti retrò pedem vertere, Pettemium versus iter ingrediuntur. Verùm Pettemio propinquantibus rursus nuntiatur, hostes Pettemij consistere, qui iam cognito ipsorum itinere compendio illuc aduolauerant.

Qui de impediēdis Oostēdanorum excursionibus tractant cum Ioāne Riuas.

B ideóque necessitas impulit per diuerticula Brugas intendere. Hic audita Riuasius & Inghemenius legatione auctores fuerunt, vt secundùm Lisam locis ad transitum opportunioribus castella struerentur: ibi frequentes in armis excubarent milites. Et cum Insulenses ab iis potestatem flagitassent trecentos pedites conscribendi ductore viro nobili Gallo-flandro, qui Menenis præsidium imponerentur: facultatem modò fecere, vt Capitaneus Vanderburgius, cui nuper Parmensis permiserat cohortem legere, eum haberet delectum, & Menenas hoc præsidio firmaret Insulensium Ordinum stipendia merente. Datum etiam est Colbrantio negotium, vt centum pedites colligeret Insulensibus pecuniam sufficientibus: eorum partem in Cominiensi propugnaculo, & arce poneret, partem in regia domo Virouiaci. Colbrantij militem cùm posteà probasset Parmensis, Brœuequiano toparchæ potestatem fecit trecentorum militum cohortem scribendi, iussóque in Flandriam cum suis abire Vanderburgio, eam collocandi Menenis. Interim Augusto mense Duacum inducti sunt Pa-

Militéq; legūt suis sumptibus pro Menenis & Cominio.

C tres Capucini. Sedes iis concessa iuxta portam Atrebatensem, vbi domus Hospitalis Bonorum, vt vocabant, Infantium visebatur Canonicis Amatensibus obnoxia: loco quidem à populi frequentia remotiori, at propter fundi latitudinem, & pomariorum amœnitatem, ipsis percommodo.

Capucini locum accipiūt Duaci.

AN. 1592. Per annum millesimum quingentesimum & nonagesimum secundum adulto iam Aprili, multos Insulæ ciues Societatis Iesu Religiosis addictos desiderium incessit ad Collegij eiusdem Ordinis fundationem animos, consilia, opes conferendi. Actum primò est cum templorum Curionibus. Hi plurimùm accensi, vt perspectis, quos Socij laboribus suis collegerant, fructibus, ac perpenso, quod è Scholis in animos puerorum redundare posset, commodo, Senatum adirent; quàm Iuuentus incultis moribus cerneretur; quàm multi Sacerdotes in vrbe essent sacris populo numerosissimo administrandis necessarij, grauibus verbis docerent; vtrique muneri aptissimos esse Societatis homines, subiicerent, ideóque parandum festinanter eis Collegium. Et sanè impositum sibi negotium prudenter iuxtà & calidè hi sunt exe-

De fundando Insulæ Societatis Iesu Collegio calidè agitur.

D cuti. Benignis auribus omnia Senatus accepit, quem iam labor Sociorum & industria ceperant. Ac non modò is permisit, vt Socij Ludum litterarium aperirēt, verùm etiam vrbani Gymnasij exedras, aream, hortúmque Societati donauit, ac mille florenos in singulos annos publicis tabulis addixit ea lege, vt in Scholas quinque pueri tribuerentur, totidémque Magistri Grammatica & litteris humanioribus eos imbuerent. Dilatæ tamen sunt in Octobrem proximum lectiones, quòd neque supellectili, neque personis ante hoc tempus instrui domus potuerit. Premebatur interim à Nauarræo Rege Rotbomagum arctissima obsidione. Soluendis eius castris, vallisue perrumpendis pares non erant Catholici Franciæ fœderis Principes: omnimóque vires Hispaniei Regis exspectabantur. Id cùm Parmensis, qui iamdiu Galliam cum milite fuerat ingressus, & res quasdam militares ibi iam gesserat: certissimis nūtiis accepisset, repentiuè in Normanniam Sequanæ proximam cum exercitu profectus est. Illuc Brœuequianum toparcham, armis virum nobilem, ac Menenēsis peditum signi

Soū cō Gymnasiū & mille florenos annuos donat Socijs Senatus.

Parmensis in Normāniam exercitum ducit.

ductorem, iter secum ingredi iussit, ac centum ex Menenensi præsidio viros deducere. Præclari sanè Ducis officio Parmensis in eo tractu perfunctus, illatis commeatibus Rothomagum in libertatem asseruit, & Nauatræi manus, qui conclusum inter castra & flumen spe iam eum deuorauerat, euasit, ac incolumes copias ex angustijs in apertos campos sine periculo victor eduxit. Dum vario in Normannia bello pugnaretur, tuta Brœucquiano fuere omnia. quàm arma, infestior ei reditus exstitit. In Castro námque Pottiano morbus ipsum afflixit, abstulitque decimo die Iunij. Non parùm eum Insulenses luxere Ordines, ob præclaram ab eo turbarum Belgij tempore nauatam ipsis operam. Eius cohortem Lassusij dominus voluntate Parmensis accepit, ac Menenas ideò familiam duxit. Postquam in Belgium sese cum exercitu retulit Parmensis, ob eum, quem multis laboribus morbum contraxerat, Spadam petijt, vt aquarum potatione sanitatem recuperaret. Augerio Gislenio Busbequio in Gallia paullò pòst morbo vita eripitur, quinto Kalendas Septembris. Hic in Gallo-flandria Cominij natus patrem habuit è vetusta nobilique Gisleniorum & Busbequiorum familia. Adolescens ad litterarum studia sponte ferebatur: variámque doctrinam cupidissimè hausit Venetijs, Bononiæ, Patauij. Opera Petri Vanderani Belgæ in Austriã euocatus est Viennam ætate iam rebus agendis idonea. Illic ingenium, industriam, vim consiliorum adeò probauit primùm Ferdinando, dein Maximiliano Cæsaribus, vt præ ceteris ad consultationem ab vtroque vocaretur. Probi mores, & sapientia cum litteris humanioribus coniuncta Maximilianum impulere, vt Matthiæ, Maximiliano, Alberto, Wenceslao, liberis suis, vitæ magistrum traderet. Obitæ posteà frequentes sunt ab eo legationes. Non modicum laboris, fructus plurimum ac prudentiæ Constinopolitana, & Amasiana peperere. Licuit tunc ei animantium & herbarum Orientis naturas profundiùs rimari; Inscriptiones multas veteres eruere; scriptos manu codices Græcos colligere, quorum plerique in Cæsarum Bibliotheca Viennæ seruantur; rationem belli aduersùm Turcas gerendi struere, quam litteris tradidit. Reuocatus Byzantio Viennam, cũ Isabella Austriaca in Franciam proficisci iussus est, vt ei a Carolo Regi in nuptias concessa Magnum Aulæ Præfectum ageret. Cùm illic posteà Rodulphi Cæsaris apud Regem legatus aliquot transiuisset annos, sex mensium tempus obtinuit, vt æuo iam grauis patriam, amicos, auitas hereditates viseret. Verùm iter illud ei fata properauit. Per Normanniam in Belgium iter facere decreuerat, quamuis ea bellis ciuilibus implicaretur. Vbi Callium attigit vicum, ibique hospitium delegit satis securus: nocte profunda è vicino castro militum manus illuc aduolat, & perfractis diuersorij repagulis, iussu se Præfecti Rothomagensis irrumpere vociferatur, omnia senis scrinia iumentis imponit, ipsúmque celeriter equo auehit. Ibi Gislenius ingentibus animis prædones aggredi, magnam sibi legato vim & iniuriam inferri contra ius gentium, rapiendi potius cupidine, quàm Præfecti mandatis obsequendi studio hęc fieri, palàm increpare. Terruitque hostem vultus imperterriti maiestas, & vocis acrimonia. Quippe diluculo eum, scrinijs omnibus tabulísque integris, quò vellet, abire, ac sua secum deferre, siuerunt, & in celerem ipsi se fugam abdidere. Cùm igitur in hospitium se recepisset Busbequius, paullò pòst à Præfecto litteræ perferuntur, quibus eum blandis leniat sermonibus, ac vindictam spondeat. Dignum tamen se responsum præbuit: Animi quietem sibi iucundiorem, quàm suos ad iniuriæ vltionem cædi hostes. Ac tum sensit lethiferum capiti suo morbum ingruere: ideòque ad S. Germani oppidum, haud procul eo loco in ædes matronæ nobilissimæ deferri se voluit; vbi paucis pòst diebus vi mali absumptus est. Elapso breui tempore Tornacensem Episcopum Ioannem Venduillium etiam morbus viuis eripuit Idibus Octobris. Inter labores aduersa Corttaci valetudo febri corpus ejus tentauit ætate iam grandi. Hæsit tamen animo voluntas etiam Menenas, & Virouiacum adeundi, solitísque adiuuandi plebem muneribus. Inde validior morbi æstus rectà Tornacum iter vertere coëgit. Illic biduo antequam è vita discederet, apud P. Eleutherium Pontanum Societatis Iesu Domus Probationis Rectorem vitæ totius maculas eluit confitendo, ac tum securus ad extremum se certamen composuit. Ipso exitus die, cùm Prouincialis Augustiniensium, & Capuci-

Right margin: A, B, C, D

Left margin: [..]bi rem belli[..]am benè ad[..]ministrat. | [I]n reditu ex Normannia [..]ominus du [B]roeucq mo[ri]tur. | [..] viuis abit in Gallia Augerius Busbequius. | Encomium [e]ius. | Ioannes Venduillius ad superos euolat.

A notum Gardianus, quos erigendæ mentis causa conuocauerat, securo lætóque animo esse iuberent, quòd æterno Numini obsequentem se præbuisset: in gemitum illicò resolutus, quæ commiserat peccata longè meritis præponderare asseruit; nihilque plus terroris incutere, quàm Episcopalis muneris onus, cui sustinendo vix Angelici pares fuerint humeri. ea tamen se tutiùs inuolui conscientia, quòd infulas minimè ambiuerit, easque sæpiùs in Romani Pontificis manus reiecerit mitigandi iudicij causa. Acta sanctissimè vita (cuius magnam priùs partem memorauimus) & præclarum animi ad exitum sese comparantis studium, eum cælis iam potiri arguunt. Et biennio pòst, cùm fortè tumulus aperiretur, integrum succidúmque corpus eius repertum est, quamuis neque pollinctor antè condierit, neque seiunxerit intestina, cùm terræ mandaretur. Priusquam viuis subtraheretur, ac Romæ ageret, non defuere quidam Cardinalium, qui iam in eo multa sanctitatis argumenta mirarentur, eique Sancti nomen assererent.

B Vocabat interim rursus in Franciam Ducem Parmensem ingens fœderatorum Principum necessitas. Quamuis ergo plurimùm aduersa valetudo vires corporis deijceret, nihilominùs tamen is sese ad iter accinxit, vt copias aduersus Nauarræum Regem duceret. At enim dum viam carpit, corpus in dies debilitari percipit: & cùm venisset Attrebatum, ac dierum aliquot quieti dedisset se, Kalendis Nouembris, sub noctis medium grauissima ægritudine corripitur, & tertia pòst luce vita exuitur in Sancti Vedasti Monasterio. Amisit in hoc Principe fortissimum & prudentissimum belli ductorem Rex Catholicus; sapientissimum Reipublicæ moderatorem Belgium; incorruptum defensorem orthodoxa Religio. Magno parem Alexandro felices fecere successus: in aduersis, cùm præsertim quorumdam Belgij Procerum contrarijs studijs quateretur, ipso maiorem animus præstitit & constantia. Paullò antequàm è vita discederet, Insulenses, ob præclarum Fidei Catholicæ studium, & factas ingentes Regis amore Belgicis motibus impensas, ab extraordinarijs vectigalibus & subsidijs in longum tempus immunes esse iusserat, vt contracta æris alieni

Dux Parmēsis nouum iter in Franciam suscipit.

Attrebati moritur.

Erga Insulenses eius officium vltimū.

C nomina dissoluerent. Donec alium Belgio Supremum Gubernatorem imponeret, Petrum Ernestum Mansfeldiæ Comitem hîc rebus imperare iussit Rex Philippus. Interim Armenteriæ igni tradita mulier est ob inhumanum facinus. Venerat ea domum Ioannæ Brassardæ viduæ animo fauces huius manibus elidendi. Vt meliùs ex desiderio rem conficeret, pecuniam ab ea mutuam flagitauerat obtenta familiæ necessitate. Cúmque nihil impetraret, araneum eius collo ingruere finxerat, ac specie amouendi dum sinistram collo admouet, dextra cultrum arripuerat, quem in proxima nudum mensa conspiciebat, eóque Ioannæ nihil tale formidantis iugulum petierat, & hoc lethali plaga resoluto inanime cadauer humi prostrauerat. Attrepta deinde securi cùm abacum perfregisset, argenteos acceperat aureósque nummos complures, vnáque multam abstulerat lineam supellectilem. Ceterùm, hoc anno grauissimum arsit dissidium Duaci Parochos inter eósque sacros Ordines, vel qui mendicato vitam tolerant, vel Summi Pontificis venia valuis apertis in templis suis Sacrificium Missæ offerunt, Eucharistiæ ac Pœnitentiæ Sacramenta rogantibus im-

Comes Mãsfeldius ei in Gubernatione sufficitur.

Ob immane facinus mulier punitur Armentériæ.

Grauis inter Parochos & Ordines sacros de Missa & Sacramēto Pœnitentiæ contentio Duaci.

D pertiuntur: cùm apud hos illi nec Missam Dominicis ac festis diebus audire, nec Paschalibus celebritatibus ferisue peccata per exhomologesim exponere, licitum suis Parochianis esse assererent. Et serpsit hoc malum in annos sequenties duos tam magna Religiosorum molestia, in quos publicè Pastorum quidam acerbiùs dixere, quàm ciuium mœrore, ac vexatione, quibus minæ carceris intentabantur, si donatas priuilegijs ædes frequentarent dictis temporibus Missæ, vel Sacramentorum gratia. Neque priùs potuit ea Parochorum ac Religiosorum contentio frangi opprimique; quàm Romanus Pontifex ea lege pro sacris Ordinum familijs sententiam dixit, vt omnem erga Curiones templaque Parochialia cultum ciuibus commendarent. Eorum vnus Pastorum, qui præsertim hoc bellum è suggestu verbis accenderat, indéque Religiosos acertimè perstrinxerat, non defuit muneri suo tam grauem commissam ab se noxam deflendi, ac publicè pœnitudinis eius Duacensem populum monendi. Cùm enim is per aliquot annos alibi, quàm Duaci, commorans, nullam

Eorum Pastorum vnius insignis pœnitentia.

A

animi & corporis quietem caperet, ac variis agitatus morbis etiam molesta phthiriasi exederetur, apud quemdam Sacerdotem eius Ordinis, quem maximè fuerat persequutus, vitæ totius peccata confitendo deposuit; ac cùm seriò promisisset, vbi sanitatem consequeretur, Romanum iter aggressurum se, ibique apud summum eius Religionis Antistitem infimis procuratorum precibus, vt in eius familiam adsciitus reliquum vitę tempus asperè transigeret; etiam successori suo mandauit, vt ex eo suggestu, ex quo fuerat in Religiosos pessimo exemplo grauibus & calumniosis vocibus debacchatus, erratum suum pro concione panderet, eiúsque ab omnibus veniam precaretur.

Res bellica malè succedit Mansfeldio in Belgio.

AN. 1593. Annus post millesimum & quingentesimum tertius & nonagesimus Mansfeldium Comitem multis in Belgio Galliáque belli curis implicuit. Captus tunc Sanctæ Gertrudis Mons ad sinum Oceani portu nobilis. Et dum Mansfeldius Creuecœurium, erectum ad Mosam castellum, expugnare nititur, ab hoste coactus est retrò cum suis pedem vertere. In Galliam cùm filium Carolum nō paruo septum exercitu misisset fœderatis Principibus Catholicis auxiliandi gratia, multa is præclara illic facinora bello edidit, non paucis nunc per vim, nunc per deditionē occupatis vrbibus.

In Galliā melius bellum gerit eius filius Carolus.

B

Ludouicus Berlaymontius Tornacens. Episcop. Administrator dicitur.

Carebat tunc Episcopo Tornacensis Ecclesia. Cùm animaduerteret Philippus Rex haud sine magno animorum damno futurum, si diutiùs ea Diœcesis Pastore destitueretur; apud Pontificem Maximum Clementem egit per legatum, vti Ludouicum Berlaymontium, Comitis Berlaymontij fratrem, & Cameracensem Archiepiscopum (qui iam multis propter occupatum primò ab Generalibus Ordinibus per Incyum dynastam, dein ab Francis Cameracum, ab sua Sede annis aberat) huius Episcopatus Administratorem renuntiaret. Fecit id, quod rogabatur, Clemens, & ad triennium id Ludouico munus concessit. At hic non ante Nouembrem Tornacum solemni pompa, plurimis deducentibus Prælatis ac Nobilibus, iniit. Interim Billij Baro ex Hispania oriundus, partim meritis paternis exigentibus (parens enim bellis ciuilibus Regi fidelissimus per Frisiam copiis imperitauerat, ac, post multos exantlatos fortiter labores, in obsidione Antuerpiensi ex hostilibus nauigiis eiecto saxo interierat) partim à sua militari virtute commendatus, cùm bellis variis, nunc equitum turmæ, nunc legioni Germanorum præfectus, rem fortiter gessisset, ac Cortracensis curam oppidi diligenter sustinuisset, ab Rege Catholico datus est Gallo-flandris Gubernator, mediáque æstate Insulam subiit solito ab ciuibus honore susceptus. Per idem quoque tempus Insulensis Senatus, facta sibi ab eodem Rege potestate, Patres Capucinos intra muros vrbis recepit, iísque loco capaci ac percommodo secundùm amnem domicilium ac templum ex eius Ordinis vsu ab fundamentis ædificauit, vt spirituali ciuium vtilitati consuleret.

Baro de Billy Gallo-flandriæ Gubernator creatur.

C

Insulensis Senatus Capucinorū struit Monasteriū.

Seminarium Anglicanum, rursus Duaci collocatur.

Duaco diu abfuerat id Anglorum Seminarium, quod, suprà memorauimus, vt hac in vrbe Guilelmi Alani studio inchoatum, & cōstitutum, ac posteà turbis infestantibus in Galliam Remos translatum fuit. Id cùm minùs placeret Catholico Regi, cuius in ipsum maximæ fluxerant liberalitatis munera (is enim anno post millesimum & quingentesimum octogesimo secundo, per Alani, & P. Personij litteras impulsus, bis mille aureorum alendis multis iuuenibus censum annuum attribuerat:) in eam denique sententiam, qui curam eius habebant, descendêre, vti rursus hoc Duaci statueretur. Id ergo cùm insigni tum Regis, rum Duacensis Senatus voluptate, (accessit enim hinc oppido & Vniuersitati splendor aliquis) & magno Anglicanæ Ecclesiæ fructu, hoc factum anno est. Creuit tum numerus iuuenum; ac non modò id contubernium iis, qui cognitione Theologicarum rerum instruerentur, sed etiam Philosophiæ stadium percurrerent, ac humanioribus studiis perpolirentur, patuit. Quæ tantæ multitudini pares essent, insignes cum sacello structæ sunt ædes: ac postmodum etiam scholæ conditæ, in quibus suos quique ordines propria de gente Magistros haberent, à quibus tum priuatis, tum publicis exercitationibus ad consequendam variam doctrinam impellerentur. E viris Insulæ natis, ac in Societatem Iesu cooptatis, P. Maximilianum à Capella hic annus è medio sustulit Audomaropoli. Primam apud Socios ætatem egit in Lusitania. Illic Ordinis alterius Ma-

D

P. Maximilianus de la Chappelle morbo extinguitur.

A gistro ad capessendam Theologiam cum vteretur, difficile durúmque certamen inijt. Obibat interim domi Religiosæ humilitatis munia. eiúsque rei, cùm ad exedram lectionem auditurus properaret, quædam indicia prodebantur, dum præsertim quæ per transitum rapa comparauerat imprudẽs sinu effunderet. Ergo Magister, his perspectis, non secundùm indolem (nobilibus enim parentibus ortus erat, magnoque pollebat ingenio) eum tractari à Superioribus carpebat: sæpiúsque sermones blandiùs adhibebat, vt ipsum à Societate diuelleret, ac in suum Ordinem traduceret. interdum etiam scommatibus perstricto verecundiam ciebat. Verùm iis omnibus nihil actum aliud, quàm vt firmiùs propositum susceptæ Religionis retineret, acriúsque seipsum ad humilia raperet exercitia, quæ toto deinceps vitæ tempore nunquam omisit. Cùm Salmanticæ Collegij Societatis fundamenta iacerentur, eò missus est Michaële Turriano familiam ducente: vt doctrinæ virtutúmque specimen præberet, corúmque motuum particeps esset, qui mox illic grauissimi in Socios exorti sunt. Inde Methymnam eum duxit Petrus Siuillanus, vt recèns illic apertis ludi Sociorum
B Scholis Dialecticam publicè profiteretur, ac de hominis Christiani officiis quæstiones explicaret. Cùm in Belgium rediisset ætate, virtutibus, doctrina florentissimus, primum egit Duacensis Collegij Rectorem. Ibidem posteà magna cum laude Catecheses, ac de Deo lectiones habuit fructũ maximo. Vbique cum insigni animi demissione ingens erga pauperes studium omnibus charum fecit. Egentium ipse domos adire; de necessitatibus eorum inquirere; apud diuites subsidia ipsis emendicare; nonnunquam iis, qui iusculum, vel opsonium ipsis parabant, aut impertiebantur, sedulo adesse.

Factorũ eius epitome.

Vide l. 1 Gallo-fland. c. 7.

AN. 1594. Adulto proximi anni Ianuario Archidux Austriæ Ernestus in Belgium venit Philippi Regis mandato, vt in omnes eius Prouincias imperium capesseret. Quòd præsertim ad pacem cum rebellibus conciliandam incumberet, & illibatis floreret moribus: Catholicis omnibus aduentus eius lætissimus extitit, ideóque passim cum summo gaudio, & maximis apparatibus exceptus est. Parùm tamen posteà, peccatis
C hominum exigentibus, & res militaris apud Catholicos, & pacis studium apud hæreticos processit. Ab his erepta Regi Philippo quædam in Frisia, & Groninghana ciuitas. Post subactam Capellam in Gallia, Carolus Mansfeldij Comitis filius ab Rege Henrico premitur, ac Feram vsque fugam capere cogitur: quamquam ob insignem militarem prudentiam, qua tunc vsus est, vix quempiam suorũ amisit, oppositis semper hosti grauibus impedimentis; vt etiam aduersarij ob hoc vehementer laudauerint. Metum subinde Luxemburgensis Ducatus incolis Francus incussit, dum finibus eorum ingrueret. Verùm tempestiuè idem Carolus malum auertit, cùm viarum angusta deiectis arboribus impediuit, aditúmque hostibus præclusit. Plus formidinis iniectum Hannonibus, Gallo-flandris, Atrebatibus, cùm Henricus Rex è Gallia venit Cameracum hyemis principio, ac deinde Morinos petiit. Ab huius copiis ferè tunc Belgis adempta est Sancti Audomari ciuitas extremo Nouembri, cùm nullis sentientibus, aut certè ciuibus periculi monitores temnentibus, quidam noctu portæ valuas & repagula perrumpere tormento nisi sunt. Inter eos armorum strepi-
D tus, ac varias belli vices metúsque, P. Petrus à Tecto, Minorum Prouinciæ D. Andreæ Prouincialis Minister, cùm graui sanguinis fluxu ad vitæ extrema tenderet Bethuniæ, iámque depositum Medici conclamassent, inuocato Beatæ Virginis Mariæ, quæ iuxta Insulam Esquelmiæ in veteri sacello insigni mortalium concursu colitur, auxilio repentè sanitatem recuperat: ac de vrbis eius Phrontisterio quinque Religiosos mittit Esquelmiam, qui Missam eò loci canerent voti soluendi gratia. December acerrimo gelu cuncta constrinxit; cuius vis etiam anni sequentis Ianuarium grauem Belgis effecit. Adeò tunc induruit Scaldis fluuij tergum, vt liberum securúmque mortalibus transitum præberet.

Ernestus Archidux Belgij gubernat, ac de pace agit.

Groninga & quædam alia hæreticis deditur.

Carolus Mansfeldius è Gallia cogitur discedere.

Henricus Rex adit Cameracum, & Morinos.

Per suos tentat Audomaropolim.

Prouincialis Franciscanorum à B. Virgine Esquelmiẽsi sanatur.

Gelu magnũ.

AN. 1595. Qui secutus est annus per Ianuarium sensit Ioannem Lattrium Phanopinensem Antistitem viuis eripi: Annum iam quadragesimum hunc gerebat Magistratum tam suis, quàm alienis charus, ob præclaras animi dotes, ac virtutum exempla, quibus omnes ad vitæ rectiùs ducendæ studium pertrahebat. Quos variæ occasiones

Ioannes de Lattre Phanop. Abbas decedit.

Quædam eius laudes.

in

A in Cœnobium hoſpites adducebant, etſi parca menſa ſemper acciperet, ipſa tamen comitate, ac ſuauiſſimis moribus lætos dimittebat, vt magnis ideò laudibus eum ornarent. Dum aliquos è ſuis Religioſis menſæ ſuæ adhiberet, quod ferè quotidie faciebat, veſperi præſertim, cùm nullus hoſpitum adeſſet; totum ferè tempus epularum variis quæſtionibus tranſigebat, quibus è pia, Religioſa, vel morali materia petitis modò hunc, modò illum laceſſebat: plurimúmque recreabatur, cùm ij acutè ſolerterque ſoluerent. Interim Erneſtus Auſtriæ Archidux aduerſus Henricum Bourbonium, qui iam Franciæ Rex vnctus fuerat Carnuti, ex Philippi Regis mandato claſſicum cecinit: contrà, feruentiùs, quàm priùs, Belgas rebelles ad ineundam cum Principe ſuo concordiam impulit. Verùm hinc pacis, inde belli negotiis implicitum morbus inuaſit, & octauo Kalendas Martij Bruxellis vita priuauit, vnàque cum eo ſpem pacis exſtinxit. De virtutibus eius quæ feruntur, ea ſanè maxima fuere: vt in eo præclarum Catholicæ Religionis, pietatis, caſtimoniæ, animi ſubacti, clementiæ, ſobrietatis, modeſtiæ ſpeculum Belgæ habuerint. Supremi harum Prouinciarum Magiſtratus faſces ad tempus excepit Petrus Comes Fontium è nobiliſſima B Henriquiorum familia ortus, imperium aſſerentibus ei Regis Philippi tabulis. Gubernationis eius initia fœderatarum Prouinciarum Ordines infeſtarunt, ad Moſam in ditione Leodienſi arce Huenſi oppidóque interceptis. Verùm poſt aliquot ſeptimanas admotis virique copiis, Mottæ toparcha hoſtem per murorum hiatus aggreditur, ac cædit, vrbe militum deprædationi permiſſa. Multum poſteà negotij ac ſollicitudinis inde Gallicum bellum, hinc rebellium arma peperere Fontano Comiti. Huic maximè viſum eſt, vt in Francos, à quibus Rex Catholicus fuerat bello laceſſitus, potior pars copiarum duceretur. Ergo Marchione Haurecano Belgicis Prouinciis cum imperio aduigilare iuſſo, in Galliam Iulio menſe caſtra mouet. Ibi paucis diebus Caſtellerum per deditionem occupat. Dorleniam vrbem inde obſidet: ac poſtquam Francos ſuppetias ferentes fortiter cecidit, vehementi facta impreſſione per diſiectos machinis muros ea potitur, magnámque ibi per ſuos cædem edit. Nullus Belgarum morte hęc obſidio grauior fuit, quàm Mottæ reguli, quem nuper C Comitem ob merita Rex Hiſpaniæ dixerat. Vt erat tormentorum muralium exercitus Belgici Præfectus, cùm Dorlenij ſitum, muros, propugnacula explorat, ac leuata paullùm caſſide aërem captat, in oculum bombardæ glãdem excepit, eáque traiectus mortem oppetiit. Plurimum ei debet Duacum. Vltimis enim eius tabulis (has non ita pridem ſcripſerat) multa florenorum millia Duacenſi Academiæ tributa ſunt, vt Seminarium conderetur, in eóque ad quinquaginta circiter honeſti adoleſcentes, quos domeſtica vrget neceſſitas, perpetuo inde cenſu conſtituto alerentur, eloquentiæ aliiſque ſtudiis ſuperioribus nauantes operam. Haud diu pòſt igitur huic tam vtili negotio, tum Academici Prouiſores, tum Mottani heredes multum laboris impendêre, vt tam pię voluntati fieret ſatis: ab iiſque tandem perfectum eſt, vt hoc Phyteuterion pulcherrimis modò ędificiis, area hortóque latè patẽtibus, indolis pręclarę iuuenibus, ac domeſticis ſtudiorũ exercitiis floreat. Vt cœptam de bello narrationẽ proſequamur, hoſtilia iam Cameracum in Belgas agebat, iuncto Regi Francorum Balignio. Sentiebant eius præſidij frequentes grauéſque incurſiones vicinorum agri D viciq́ue populorum. Itaque rebus ad Dorlenium compoſitis, Hannonibus, Arteſianis, & Gallo flandris impellentibus, Comes Fontanus eam cingit vrbem obſidio, etſi paruis copiis ſtiparetur, multiſque rebus neceſſariis deſtitueretur. Verùm ab numeratis iam populis omnia tantę ciuitatis oppugnationi idonea mox properata ſunt. Subminiſtrata enim diligenter promptéque tormenta, puluis nitratus, globi ferrei glandéſque, commeatus, pecuniæ, viri ducendis cuniculis, aut librandis machinis. Et plurimos harum regionum Nobiles ardor inceſſit eam militiam nullis ſtipendiis ſubeundi. Sed aliunde varius hoſtium labor non leuia huic obſidioni contendit impedimenta opponere. Vicchius, homo militiæ laborum vetus, cum Francis aliquot in vrbem ſe furtim inſinuauit, ac diſpoſitis aliter, quàm priùs, æneis tormentis, multum caſtris nocuit. Non procul volitabat cum copiis Niuernij Dux, omnémque captabat occaſionem Belgas vexandi, & in vrbem penetrandi. Suos etiam Franciæ Rex colli-

Archidux Erneſtus è terris ſubtrahitur.

Ei Comes de Fuentes ſuccedit.

Huum ab Hollandis interceptum recipit Mottæus.

Comes Fontanus exercitum ducit in Galliam.

Caſtellero & Dorlenio potitur.

Ante Dorlenium Mottæ toparcha occiditur.

Fundatum ab eo Duaci Seminarium ſtudioſorum.

Cameracum obſidet Fontanus.

A colligebat milites, vt auxilia obsessis sufficeret. Apud Hollandiæ Ordines grauis visa
fuerat ad Grollam accepta clades à Mondragonio Hermannóque Comite, qua Phi-
lippus ac Ernestus Mauritij Comitis fratres cum copijs cæsi victique fuerant: ideo-
que secum ipsi tacitè quidpiam moliebantur, quo de Regijs vindictam caperent. Ac
tandem ipsis placuit Litam Brabantiæ oppidum, vexandis Antuerpiensibus, Mechli-
niensibus, alijsque circùm populis opportunum, intercipere. Verùm hi tardiùs, ac in-
feliciùs eam rem gessere, quàm vt possent magnum aliquod damnum Regijs afferre.
Deditum enim fuit Comiti Fontano Cameracum ab ciuibus & tumultuantibus
Heluetijs ad secūdum diem Octobris, ac septima pòst luce arcem Balignius deseruit;
impetratis discessus honestis conditionibus. Cùm igitur quarto & decimo eiusdem
mensis die Litam Hollandi manè occupauissent, paullò post meridiem, ab eiusdem
oppidi præsidio, Antuerpiensibus, & Mechliniensibus, ac nonnullis ex Antuerpien-
si arce profectis Hispanis impetuntur ferociter, cæduntúrque, paucis admodum fu-
ga dilapsis, qui capti perditique oppidi nuntios Bredam, vnde aduenerant, refer-
B rent. Ijs ergo victorijs, quas diximus, recreatis plurimùm Grollensibus ac Brabantis,
suam quoque voluptatem Cameraco subacto cepere Artesiani, Hannones, Gallo-
flandri. Iuit posteà Comes Fontanus Atrebatum, Duacum, Insulam, Tornacum,
Bruxellas; ac multo propter egregia belli facinora exceptus vbique est honore cul-
túsque officio. Inter eos, quos recensuimus, armorum strepitus, ipso S. Laurentij
die hora ferè noctis decima, fortuitus ignis membrum dormitorium Phrontisterij
Patrum S. Dominici regulis obstrictorum corripuit Duaci; & quoniam eo tempore
ferreum ostium, quà pars eius extima templo iungitur, patebat, in ædem etiam flam-
ma prorupit. Tanta vis incendij fuit, vt non modo membrum illud absumpserit, ve-
rùm etiam templum omne corruperit. At enim intra paucos menses (ea est Duacen-
sis populi, ac vicinorum pagorum pietas & religio) hæc ædificia nouam faciem in-
duêre collatis liberaliter in aliam structionem lapidibus, lignis, ac pecunijs.

Idque per deditionem in potestatem redigit.

Eodem die Litã capiunt, & perdunt Hollandi.

Templum & parte domus Dominicanorum Duacensium absumit incendium.

AN. 1596. Postquam iniit annus post millesimum & quingentesimum sextus & nonagesi-
C mus, ad vndecimum Februarij diem Belgium ingressus est Cardinalis, Austriæ-
que Archidux Albertus, vt traditam sibi ab Rege Philippo Belgij Gubernationem
auspicaretur. Cùm fuisset summis honoribus Luxemburgi à præcipua tum Hispani-
ca, tum Belgica Nobilitate exceptus, inde Bruxellas intendit. Gnari tunc erant Galli
plerosque vrbium Artesiæ Præfectos, ac præcipuos militum ductores apud Cardina-
lem agere, ideóque facilè aliquos ibi locos furtiuis aggressionibus intercipi posse.
Tentatum igitur ij venerunt, num ea ratione daretur facultas Atrebatum subigendi.
Et portæ S. Ioannis applicita sunt per noctem tormenta, vt correpto igni puluere
valuæ cratésque dissilirent. Ibi tamen minùs prosperè ipsis successit hoc negotium,
ad primum vigilibus strepitum arma corripientibus, & flammis in fossam proiectis
hostem detegentibus. Igitur Franci ea spe deiecti, dum suas sedes repetunt, in pagos
grauissimè bacchati sunt, ne nihil Belgis nocuisse viderentur. Post breue tempus
quinto decimo die Februarij Ludouicus Berlaymontius Cameracensis Archiepis-
copus, & Pontificatus Tornacensis Administrator, in viuis esse desijt. De successore
D nuncupando in longum tracta sunt consilia. De pace Hollandis offerenda, horum-
que molliendis animis primus Cardinalis labor exstitit. Vbi potiùs eum hostem bic
animaduertit armorum studijs teneri, tum de bellicis apparatibus cogitationes ani-
mo voluit: & cùm sentiret aliunde Francos ingruere, in quam priùs partem copias
conuerteret, aliquamdiu expendit. Sed visum ipsi denique Francos primùm bello
appetere. De Caleto, subigendo præcipua fuere consilia. Vt hoc tutiùs aggredere-
tur, Georgium Bastam Ferano præsidio multarum rerum inopia laboranti succur-
rere iubet extemplò. Is cùm mandata feliciter fuisset exsecutus, ac paucis amissis in
Belgium reuertisset, de totis copijs ad Ferani oppidi liberationem rumor spargitur,
quò Franciæ Rex nullam de Caleto suspicionem caperet, omnésque vires ad fir-
mandam Feræ obsidionem traheret. Ergo dum nihil hostile metuunt Caletenses,
Cardinalis Valentianis per Duacum celerrimè profectus eos castris inuoluit, ac pau-
cis diebus post expugnatum Risbancum ac suburbium, vrbem deditione accepit,

Cardinalis Albertus Belgij Gubernationem suscipit.

Ab Francis frustrà tentatur Atrebatũ.

Lodouicus Berlaymontius Cameracens. Archiep. moritur.

Incassùm de pace cũ Hollandis agitur.

In Francos bellum aggreditur Cardinalis.

Feræ succurritur per Georgium Bastam.

Caletũ Francis eripit:

[…]cin Ardeam.

A per vim arce potius est. Ardeam inde ducitur exercitus, quæ post breue tempus venit in potestatem deditione. Iis cùm victorijs Artesiani plurimùm recrearentur, hisque vicini Flandriatum incolæ; quòd portus Caletanus quàm Infestandis per mare hostibus, tam recipiendis ex Hispania mercibus esset opportunus: vt Flandris quoque ad Orientem commorantibus prospiceretur, Hulstum Cardinalis obsidio circumueniri voluit, idque post graues aliquot conflictus & propugnaculorum expugnationes hostibus ademit. Post eos felices successus, ab Francis frequens illata clades Artesiæ. Impetum eorum sensit Warembonius Marchio eius Prouinciæ Gubernator ad S. Pauli oppidum; & cùm fuga suorum inter pugnandum nudaretur, in manus hostiles cecidit, ac in Franciam abductus est. Ea victoria potitus Bironius, S. Pauli oppidum cepit, indéque Bethuniam vsque varijs populationibus latissimè prædas egit, multáque corrupit flammis ædificia: donec Dux Arefchottanus, pestis, ac dysenteria, multis suorum amissis, in Picardiam regredi compulere. Non defuit subinde animus Hollandis, vt aliquo Hulstum stratagemate reciperent. verùm ab ijs insaustè, & cum aliquorum cæde tentatum id facinus militare. Afflixit interim grauiter hic annus Duacum, & maximam Gallo-flandriæ partem, fœda mortales plurimos absumente pestilentia. Sola ferè Insula huius mali immunis exstitit, haud dubiè precum, ac susceptorum publicè ab ciuibus suppliciorum præsidio. Animaduerterat Collegij Societatis Iesu Rector, haud ratò alijs in vrbibus plurimum aduersus impendentia mala subsidij attulisse productas in horas quadraginta Clericorum ciuiúmque precationes. Igitur auertendo vicinæ luis periculo, in sacello suo Socios ad puluinaria conuenire, tantóque temporis spatio vicissim supplices esse iussit. Ea precum ratio multos ciuium exciuit, vt ardentiùs vota iungerent: sumptóque hinc exemplo in Parochias vrbis inducta est, templáque Religiosorum Ordinum. Quóque magis Numen flecteretur, è sacro tunc pulpito dictum est publicè ad populum frequentet, obitæque ab Clero passim ac suppliciter plateæ circumlato Christi Corpore, ac plurima hominum incumbente, retrò multitudine. Nec sanè parùm ex supplicationes pompæque publicæ valuere, cùm per totum hunc annum tres quatuórue dumtaxat domos lues inuaserit, dum interim cuncta circùm pistilentibus morbis ardetent. Per hoc tempus diem clausit extremum Armenteriæ Henricus Vicus Osthouiæ & Warnauiæ toparcha. Quamuis in nuptialia se vincula induisset, Philosophi tamen ac Theologi vitam egit. Philosophiam, ac Theologiam Louanij cupidissimè iuuenis hauserat. Inde vertit animum quoque ad comparandam sibi Iuris prudentiam, eóque Duacum venit ipsis ferè Academiæ auspicijs, ac Ioanni Venduillio nauans operam inter primos eius Prolytas renuntiatus est. Ingenij solertiam, ac diuinæ vim sapientiæ prodent, quas de Sacramentis Ecclesiæ doctissimas scripsit ac in lucem edidit disputationes tuendæ aduersus sectarios auitæ & Catholicæ Religionis gratia. In Marquettano Parthenone virtus, & obtentum cælitus ad recuperandam corporis sanitatem à Beata Virgine Maria subsidium, Antoniæ Mauldiæ pedum asseruere. Ea sex, vt minimùm, annis vsu membrorum caruerat soluto vi morbi corpore. Sed postquam Camberonum deferri se curauit, ibique preces ad Deiparæ Matris imaginem fudit ardenter, derepentè totam abstergi sensit ægritudinem, ac integras reddi vires corpori. Cùm igitur eius Monasterij Virgines ad legendam postmodum Antistitam, Margareta Bachimontia è viuis subtracta, conuenissent, id miraculum, ac plurima virtus, qua fulgebat Antonia, earum animos impulere, vt eam sibi optarent præponi: quòd non malè arguerent ipsam cælo charam esse, indeque vires ad rectè gubernandum accepturam, cui cælitum Regina tantum concesserat sanitatis beneficium. Neque sanè spes sua fefellit Moniales, quibus optimam sese matrem Antonia semper præbuit.

Hulstum expugnat in Flandria.

Franci Artesiam populantur.

Hollandi in vanum Hulstum tentant.

Pestis Duaci.

B

Eam ab Insula preces & supplicationes auertunt.

C

Henricus Vicus è vita discedit.

Antonia de Maulde miraculosè à B. Virgine Cãberonensi sanata creatur Abbatissa Marquettana.

D

Maximilianus Manaræus S. Petri Insulẽsis Præpositus obit.

Initium anni sequentis Maximiliano Manaræo D. Petri Insulæ Præposito, ac Protonotario Apostolico vitam eripuit tertio die Ianuarij. Ad hanc dignitatem ex Decano & Canonico Tornacensi peruenerat. Quem integris moribus vitæ cursum egerat, eum insigni clausit in pauperes charitate. Eos enim ex asse bonorum suorum heredes instituit testamenti tabulis. Exinde partim Louanij, partim Duaci octo studiosis,

A diosis, tondem adolescentibus Insulæ Tornaciue opificio nauantibus perpetuùm
alendis census conditi. Strepebant interim arma locis varijs, nunc Hollandis, nunc

> Pauperibus adolescentibus quid reliquerit.

Francis pâtentes Catholico Regi tractus ac vrbes infestantibus: hos interdum il-
lósque vel carpente, vel vrbibus exuente Archiducis milite. Ab Hollandis aliquot
signa, Turnhouti Alberti mandato constituta, cæduntur, fugantúrque Ianuarij quar-

> Hollandi Regijs partibus nocet multú.

to & vigesimo die. Ab ijsdem ad Rhenum Berga obsidetur, capiútque. Propiùs
abfuir, quin venerit in eorum potestatem Grauelinga, dum ei insidiantur. In Gal-
lia Hernantellius Portocaretius insigni stratagemate Ambianum Picardiæ caput ad

> Ambianum Francis eripitur.

diem vndecimum Martij Francis eripit, magna totius Artesię lętitia. Verùm eo fa-
cinore grauiter offensus Rex Gallię, non multò pòst eamdem vrbem arctissima pres-
sit obsidione: dein versus Atrebatum profectus est, vt id nocturno belli furto interci-

> Atrebatum frustrà tentat Rex Franciæ.

peret. At enim & Comes Busquoyanus, & ciuium animi diuino freti auxilio ab huius
vrbis mœnibus auertêre cladem, nonnullis hostium ad portam cęsis, qui facta tor-
mento via ingredi certabant, eóque simul interempto, qui portę valuas perfrege-
B rat, viámque vlteriùs aperire moliebatur. In mari Caletanę & Dunckerckanę na-

> Naues Regiæ Hollandicas infestant.

ues non parùm hostilibus nauigijs damnum inferunt, earúmque nonnullas capiunt.
Vrgebant interim Artesiani, cùm cernerent Ambianensem ciuitatem in dies vallis
Francorum arctari, ne quam Cardinalis occasionem amitteret ei quàm primùm
opitulandi. Idem vt fieret, premebant obsessi. Parata denique omnia, quę perrum-
pendis hostium castris idonea iudicabantur. Stabat iam in conspectu Regis floren-

> Ambiano tardiùs feruntur suppetiæ.

tissimus Archiducis exercitus: & hic iam in aduersas munitiones impressionem mi-
nabatur. Verùm vel irato Belgis Numine, vel quorumdam prauis consilijs, nullo
in hostiles aggeres facto impetu, retrò copię sunt reductę, & post aliquot dies Fran-
cis vrbs reddita, frementibus passim præ dolore iráque Artesię populis, in quos prę-
sertim posteà hostilium armorum pondus incubuit. Vehementer interim Duacum,
Insula, ceteráque Gallo flandrię oppida infestabantur pestilentia, propiúsque à pe-

> Pestis in Gallo-flandria.

riculo mortis abfuit Cardinalis, dum illic post infelicem expeditionem in reditu
C paullum moratur. Ceterùm in vrbe Insulensi celebris cuiusdam Concionatoris hor-
tatu legem tulit Senatus aduersus ebriosos, ac verni ieiunij violatores. iique mulctati

> Lex Insulæ aduersus ebriosos.

non modico ære, qui sacro Quadragesimæ tempore multo se potu obruerent, aut
aliquid in leges abstinentiæ committerent: quo sensim nimia noxiáue peccandi li-
centia compressa est. Et cùm idem Sacerdos in eos grauiter verbis fuisset inuectus,
qui vasis ingentibus, parúmque pudicis sese proluerent, crystallina id genus vasa

> Ibidem vasa potorum magna & impudica franguntur.

plurimi fregere, aut damnauere fornacibus argentea. In eadem vrbe vir quidam pri-
marius, ac pietatis cultor eximius, ea fide, quam est apud omnes maximam syn-
cerámque consecutus, retulit visum sibi, dum Sacerdos sacrosanctum Missæ Sacrifi-

> Quidam puerulum hostiæ loco in manibus Sacerdotis aspicit.

cium peragit, eáque verba pronuntiat, *Domine non sum dignus*, inter manus eius pue-
rulum coruscantem, diuinóque, solis instar, lumine circumfusum. Tribus ab Insula
milliaribus cruentum & mirabile quidpiam Fournis accidit. Puellæ duæ per stuprum
liberos enixæ, vt facinoris fœditatem occulerent, vteri onera necauere, ac diuersis

> Libidinosæ puellæ foetus suos interimunt.

locis abdidere. Quæ mitior in partum fuerat, panno inuolutum in stabulum detu-
D lit, ac in boum præsæpe deposuit. Alteri nequitia & pudor plus in prolem crudelita-
tis imperauerat. Vndecim ea corpusculum vulneribus impacto fœdissimè cultro la-
cerauit. Diffissum guttur hiabat, duæque totos artus plagę transfoderant. In hoc
tamen mirandum aliquid contigit. Diem nonum id cadauer propter fossam sepul-

> Horum alteri post aliquot à cæde dies per S. Virginem Mariam vita impetratur, vt Baptismo tingatur.

tum iacebat, cùm pagi Magistratus ex humo sustulit ex parte iam putridum, ac ce-
tera turpi nigrore formidabile. Vix tamen in sacellum Deiparæ Matris fuit porta-
tum à plerisque spectantibus, cùm ecce nouum artus colorem induunt, ac rosæ in-
star purpurantes, redditam sibi vitam patefaciunt; ideóque statim sacra baptismatis
aqua tinguntur. Et complures hodiéque supersunt eius miraculi testes. Caruit in-
terim multis mensibus Episcopo Tornacensis Ecclesia: neque priùs aliquem solem-
ni pompa excepit, quàm dies septimus Decembris illucesceret. Is Michaël fuit Esnça

> MICHAEL D'ESNE creatur Tornacensis Episcopus.

de gente Nobilis admodum, ac Bethencuriæ toparcha, qui studio virtutis ac quietæ
vitæ gratia Sacerdos consecratus Duaci morabatur; in quam vrbem sese contulerat,

postquam Cameraci pro patriæ libertate, & debita Cameracensi Archiepiscopo fide multa fuisset perpessus, quo tempore Arcem vrbémque Incyus occupauit. Inculpata semper vita, notus iam inde à pueritia Regi Catholico animus, dum inter honorarios eius ephebos ageret, turbatis temporibus in Deum, Religionem, ac Principem amor, in aduersis tolerandis constantia, non leuis doctrinæ variæ copia, vt infulis donaretur, effecere. A

AN. 1598. Anni eius, qui secutus est, extremo fermè Februario ex Hispania militum quaterna millia nauibus armatis imposita Caletum feliciter renuerunt; indéque multum Hollandis formidinis accessit, ac mox etiam damni plurimum. Non videbantur tunc alieni ab mutua pace concilianda Hispaniæ Rex Francúsque. Eam ob rem ab vtriusque legatis conuentum est Veruini; ac post multa vtrimque proposita, & disceptata, secundo die Maij scriptæ sunt perpetuæ quietis armorum tabulæ, quarum in primis vna fuit, vt capta nuper de Gallis oppida portúsque ab Rege Catholico restituerentur. Huius pacis leges cùm in Gallo-flandria publicè ad tubę sonitum legerentur Iulio mense, tanta Duaci ac Insulæ ciues lætitia incessit, vt triduum variis nunc Supplicationibus, & gratiarum actionibus, nunc ludorum igniúmque oblectationibus absumpserint. Ac cùm subinde venisset Insulam Marescallus Franciæ Byronius ab Rege Christianissimo legatus, post firmatas Bruxellis sacramento pacis tabulas, cum omni, quem magnum habebat, Nobilium comitatu splendidissimo & lautissimo acceptus est ab Senatu conuiuio. Magna scilicet implebantur spe Insulenses ea damna per pacem resarciendi, quæ iam multis annorum circulis ob bella perpessi fuerant, propter interceptam tunc cum Francis negotiationem, ex quibus, dum libertas est exercēdi commercia, lucri multum percipere solēt, seu merces inde petant, seu suas eò transmittant. Actum deinde fuit ab Catholico Rege de nuptiis inter Archiducem Albertum & Isabellam Claram Eugeniam eius filiam contrahendis ea lege, vt ij Principes Belgij essent, ac in huius Prouincias suscepti ex eo matrimonio liberi succederent; si contrà soboles nulla oriretur, ad Hispaniæ Reges earum rursus ditionum rediret imperium. Cùm igitur hæc Hispaniarum Principi, Alberto, Isabellæ, Belgij Ordinibus placuissent: medio Septembri Archidux magna septus Belgij Nobilitate per Germaniam in Italiam iter suscepit, Andrea Austriaco Cardinale res Belgicas iusso curare, ac Francisco Mendozio Aragoniæ Archithalasso militiæ Belgicæ præposito. Dum iter facit Albertus, ad tertium Septembris diem Philippum Hispaniæ Regem post diutinum morbum, grauémque tabem patientissimè tolerata, post suscepta Ecclesiæ Sacramenta, post liberos præsentes præclaris ad rectè viuendum, sanctéque administrandas ditiones, monitis excitatos, ad exitum egregiè comparatum mors è viuis sustulit. Paullò antè quàm sacro ad luctam vltimam oleo liniretur, cranium aureę coronę super abaco iussit apponi, ac cupreum in cubiculum, vbi iacebat, capulum deferri, vt coniectis in hæc oculis, animo semper suę mortalitatis memoriam ingereret. Ac defricato manu corpore, cùm pulueris aliquid expressisset, ac filio vel monstrasset, vel in fronte applicuisset, hac eum aggressus est voce: Eia fili adspicito, & qua lege nati simus, quóue nos mundi ducat gloria, hinc cognoscito. Inter ea, quæ filio morti proximus donauit, charta fuit præsertim, cui totam rectè gubernandi rationem inscripserat; dein flagellum aliquot lotis constans, quo Carolum patrem corpus conscidisse asseruit, vtque monumentum auitæ pietatis seruaret, adhortatus est. Postquam in Belgium certi de huius Principis morte nuntij perlati sunt, vt alibi, sic in Gallo-flandria per Octobrem apparatu maximo ei parentatur, multæque ad memoriam virtutum eius funduntur lachrymæ. In Italiam tūc eum Margareta Austriaca Philippi Regis Hispaniarum Tertij nuptiis destinata, peruenerat Albertus. Ibi postquam Ferrariam peruenisset, eodem die (Nouembris quintus ac decimus is erat) cum Isabella per Procuratorem sponsalia contraxit, quo Margareta cum Philippo Rege per ipsum nuptias spopondit, cæremonias peragente Romano Pontifice. Adito subinde Mediolano, diuturna sedes vtrumque propter aëris iniurias illic detinuit. Interim apud Gallo-flandros ex hac vita sublatus est Ægidius Froidurius Phanopinensis Canonicus Regularis, ac Nosocomij Comitissæ, vt vocant, B C D

Pax inter Hispaniæ & Fräciæ Reges componitur.

Magna ideò apud Gallo-flandros lætitia.

Rex Hispaniæ Alberto Archiduci filiam Isabellam in matrimoniū collocat, eiq; dat in dotem Belgium.

Archidux Albertus ad sponsam proficiscitur.

Philippus Rex moritur, postquam præclara dedit filio documenta.

Hispaniarum Regina, & Albertus Austrius spōsalia celebrant.

Ægidius Froidurius Infulæ vita defungitur.

A vocant, Insulæ Magister. Quintum ac septuagesimum agebat annum non minori virtute, quàm scientia conspicuus. Arithmeticis, Geometricis, ac Poëticis disciplinis, dein Historiæ tam prophanæ, quàm Ecclesiasticæ cognitione haud vulgariter pollebat: eò quidem animi per virtutem demissior, quòd quæ litteris eleganter mandauerat, in lucem edi prohibuerit. Cùm videret in publicum Armenteriæ bonum cessuram puerilis ætatis bonam sanámque instructionem, Iacoba Desruellia virgo ibidèm loci pauperum Scholam instituit, ac de suo dotauit, vbi decem puellę, viginti pueri educarentur. Auctúmque posteà censum fuit Iacobus Desruellius eius virginis patruus.

Armenteriæ Schola pauperũ erigitur.

AN. 1599. Annum sequentem celebratæ inter Philippum Hispaniæ Regem & Margaretam, inter Archiducem Albertum & Isabellam Belgij Principes nuptiæ nobilitarunt Valentię Aprilis luce octaua decima: & subinde illorum magnificentissima in Reges inauguratio Barcinone; horum in Brabantiæ Duces, & in aliarum Belgij Prouinciarum varios titulos, & imperiũ, honorifica receptio. Verùm ante hęc omnia, pridie Nonas

Hispaniæ Rex & Albertus nuptias perficiunt.

B Februarij Matthias Bossemius Duaci ad superos euolauit, ideóque vrbis huius Academia insigni orbata est lùmine. Natus fuerat Matthias Amsterodami nobilissimo Batauorum oppido emporióque. Ibi Cornelium Crocũ litteris humanioribus egregiè perpolitum, ac innocentis animi Sacerdotem (qui posteà Societatem Iesu iniit Romæ anno Christi millesimo quingentesimo, & quinquagesimo annos iam natus quinquaginta) puer audiit, iámque tum ab eo insigni pudicitię cultore studium accepit castimoniæ. Cùm multam diutinis litteris, ac Theologis operam dedisset, Doctor renuntiatus est Duaci cũ Guilelmo Alano (quem posteà Sũmus Pontifex inter Purpuratos Patres adsciuit) Ioanne Rubo, & Thoma Stapletono. Annos tres ac triginta ibidem de Deo rebúsque sacris Quæstiones publicè explicuit: sex supra viginti Præpositus S. Amati, & Academiæ Cancellarius floruit Philippi Secundi Regis munere. Cum doctrina multiplici variam iunxerat virtutem. Fœminarum consortia sic vitabat, vt nullam domum admitteret, librúmque scripserit, quo Sacerdotibus dissuaderet

Matthias Bossemius Duaci moritur.

Eius vitæ breuiarium.

C domesticam earum societatem. Quòd frequenti ac diuerso ad corporis castigationem instrumento vteretur, nunquam passus est famulum interiora cubiculi penetrare, ne quid eorum deprehenderet. Adeò Beatæ Virginis Mariæ studio & amore tenebatur, pauperúmque iuuandorum desiderio ardebat; vt moriens fortunas omnes in eos transcripserit ea lege, vt Seminarium non paucis inopum alendis conderetur, cui nomen Mariano tabulis suis induebat; cuiúsque alumnos domi carnibus abstinere iubebat, vestemque coloris castanei gerere, ne quibus aliis, quàm egentibus, in id contubernium aditus pateret. Silebant tum arma in Artesia, Flãndria, hisque vicinis Belgij Prouinciis, & cum Francia liberrima erat negotiatio, vnde non parùm Gallo-flandri rursus incipiebant opibus efflorescere. Ad Mosam Rhenúmque totum belli pondus cõuerterat Mendozius: ibique nunc victoriis potiebantur, nunc aut cędebantur, aut locis exuebantur ab Germanis & Hollandis milites Regij. Vrgebat intereà Belgij Principes desiderium ex Hispania in Belgicas ditiones viam faciẽdi, quòd meritò arbitrarentur suam hìc præsentiam à subditis exspectari cupidè. Se-

Seminarium Marianum pro pauperibus studiosis condidit.

Quies armorum in Gallo-flandria, & vicinis Prouinciis.

Archiduces ex Hispania in Belgium veniunt.

D ptimo igitur Iunij Barcinone digressi vela faciunt, ac post aliquot dies per sinum Narbonensem, ac Ligusticum mare littora legentes Genuam incolumes appulere. Ex Italia in fines Heluetiorum venere, ac mox inde per Alsatiam & Lotharingiam transeuntes, ita Belgium ingressi sunt, vt salutata per iter Hallensi Virgine, quinto Septembris solemni pompa Bruxellas intrauerint. Ibi dum magnificentissimè ab omnibus colũtur, ac viæ molestias inter lętitiam excutiũt; ac deinde varias Brabãtiæ vrbes adeunt, vt in Principes recipiantur: superatis ingentibus maris difficultatibus cum sex triremibus egregiè militibus & rebus omnibus instructis Sluzanum intrat portum Fredericus Spinola; & postquam sese paullulùm collegit, ac militibus quietem concessit, frequentibus hostes incursionibus, & prædis fatigat. Interim Michaëlis Maëda Hispanici sanguinis mulier, Insulæque commorans, ad vndecim annos sinistri oculi lumine orbata, eius vsum insigni miraculo recipit, postquam Dei Matrem in ædicula Laudensi feruentiùs id munus flagitasset.

Bruxellis excipiuntur.

Fridericus Spinola triremes adducit Sluzam.

Michaëlis Maëda visum oculi recipit à B. Virgine Laudensi.

A AN. 1600.

Archiduces varias adeunt ditiones. *In Gallo-flandriam veniunt.*

Anni sequentis primi menses Alberti & Isabellæ varijs itineribus in Flandria, Artesia, & Hannonia, ferè consumpti sunt. Initum ab his primò Gandauum exspirante Ianuario, vt ibi Flandriæ Comites solemniter nuncuparentur. Petitum inde Cortracum, vt deinceps eos Gallo flandri exciperent. Igitur Nonis Februarij, cælo propter acerrimum gelu rigente, via niuibus obsessa, Gallo-flandriam intrant Archiduces. Ad decimam eius diei boram Menenis egressos, vt Insulam vehantur, præstolatus cum omni Nobilitate Insulensi Gubernator regionis Comes Annappius excipit, deducitque. Quà transeunt complanatis itineribus, frequentes in armis honestoque cultu ruticolæ varijs in locis sub signa collecti, festo tympanotum pulsu, & bombardarum sonitu salutant. Occurrunt deinde pulcherrimo armorum vestiumque apparatu militaria vrbis Insulanæ Collegia, & distinctis subinde spatijs aliorum ciuium cohortes: explosisque ferreis fistulis bellicosos produnt animos. Paullùm ex vrbe procedit Senatus, ac pænè subeuntibus portam vrbis claues porrigit. Hic è mœnibus æneorum tormentorum ingens fragor flammis conceptis reboat. Vrbem intrantibus, præter mulierem & virgines duas, omnia lætissima, & miro cultu ridentia obij- B

Insulam deducuntur, ibique honorificè coluntur.

Homicidæ nō temerè veniā impetrantur.

ciuntur. Ea fœmina Principum genibus aduoluta cum filiabus, capillis fluentibus, frequenti gemitu, ore supra sexum audaci, filio veniam implorat, qui nuper in taberna cultro ciuis ventrem hauserat, vitámque abstulerat: nihil tamen in præsens impetrat, Archiducibus de causa cognoscendum asserentibus. Dum per vrbem proceditur, pompam inchoantibus in armis ijs ciuibus, quos memorauimus, ac deinde subsequentibus Insulensis territorij Nobilibus, vrbis Senatu, Gubernatore, aulico satellitio, & comitatu: insigni conopæo aliquot ephebi Nobiles à Principum verticibus cęlum arcent; ciues talaribus induti vestibus ad vtrumque latus tedis colluminant: ardēt vbique faces Terminis, vt vocant, affixæ: parietes panni, tabulæ, tapetes, ornatu vario vestiunt. Hic in pegmatibus diuersæ personæ nobilissimo apparatu, mutis oribus, multiformi gestu, epigraphis appositis, oculos spectantium tenent. Illic arcus triumphales, modò vna, nunc duabus tribúsue portis patentes pompam admittunt, multóque columnarum ordine, figuris, inscriptionibus delectant. E templorum turtibus festi campanarum sonitus audiuntur: strepunt omnia bombardis frequenter C explosis. Pernesperi, cæli tenebris tedarum luminibus dilatis, Diui Petri templum petitur. Inde, post actas Numini gratias, longo circuitu palatium Archiduces adeunt, ibique fessa curant corpora. Mugiunt interim magno sonitu è mœnibus machinæ.

Suam vrbi fidem iurando obligant.

Die sequenti pompa persimili ædes B. Petri adita. Peracto illic solemni Missæ Sacrificio, promissaque iureiurādo Ecclesiæ defensione, ad forum proceditur. Hîc è sublimi theatrō fidem Insulensibus Archiduces, his Insulenses, obstrinxere Sacramento. proiecta in populum aurea & argentea liberalitatis argumento numismāta: pænéque anima vni Principalium satellitū intercepta, qui faucibus hiantibus aliquod auidiùs exceperat. Aliquot è Senatu Equites creati. Frustrà tunc denuò mater ac sorores vitam ei, quem diximus, homicidæ, à Principibus flebiliter petiere, omnémque passæ

Muneribus donantur.

sunt ab his repulsam. Exinde Archiducibus in Palatio suo, patentibus portis, ac Principali apparatu prandium sumentibus, Senatus Nobilitati publicum in Curia vrbica epulum præbuit. Oblata paullò pòst Principibus ab Castellaniæ Insulensis Ordinibus triginta florenorum millia: seni crateres aurei ab Senatu, duodecim æstimati D

Ab iuuentute Societatis Iesu recreantur.

florenorum millibus. Varijs ignibus sub noctem forum arsit: diúque missilibus flammis certatum est, tormentis ęneis è mœnibus ingenti strepitu ignem quoque vomentibus. Permissum tunc Gymnasij Societatis Iesu adolescentibus, vt aliquot Pastorum, Nympharum, ac Piscatorum eclogis, alióque poëtico apparatu ante cœnam in Palatio septima ferè hora oblectarent Archiduces. Postridie remotis prandij epu-

S. Mariam Laudensem, ac Monasteriū Laudense visitant.

lis, vtrumque Principem Religio foras protraxit ad Laudense B. Virginis sacellum. Vbi plusculùm illic orauere, in lychnum ex argento fabricandum, dati ab iis nummi complures argentei. Inde loci Monasterium Laudense modico dissitū spatio adeunt Archiduces, sacrisque rebus conspectis, è structo sacchareis pemmatibus, & bellariis

Orchiacum adeunt.

antecœnio modicè gustant, vrbémque repetunt intendentibus se tenebris. Itur altera luce sub meridiem Tornacum. Iter inde Orchiacum vertitur. Iurata illic vtrim-

que

A quefide, ac sumpto prandio, Duacum Principes intendunt. Nihil hîc omissum debiti Archiducibus inaugurandis officij. Nobilium & armatorum ciuium longè à muris, Senatus propter vrbis portam, Magnifici Rectoris, & Academicorum Procerum ad Sanctæ Virginis cœmeterium occursu, luminaribus accensis, festo machinarum strepitu, sacro nolarum sono, varijs scenarum personis, arcuum elegantia, parietū ędiumque ornatu, lætitia, studiúmque excipiendi prodita. Postero die alterius Principes & Senatus fidem iureiurando firmarunt, omnique per vrbem conuiuiorum, quà publicorum, quà priuatorum luxu, & vario ludorum genere certatum est. Placuit deinde publicam Theologiæ Scholam adire, disputationibus Doctorum celebrandis. Tertius, ac decimus mensis eius dies Atrebatum pompam traxit. Inde Cameracum, Valentianæ, Montes adeuntur. Archiduces denique Bruxellæ recipiunt. Secunda post Pascha hebdomade Michaël Desnæus Tornacensis Pontifex Diœceseos rebus benè componendis Synodalem Tornaci Conuentum habuit. Per id tempus variè bellum à Belgis administrabatur, nunc Hollandos, nunc Alberti milites aspiciente victoria. Iam Catholicis Creueccœurium castellum Mauritius ademerat; admotisque castris S. Andreæ propugnaculum in superiori Bommelensis insulæ angulo admodum opportunè conditum, munirúmque, machinis verberabat; vixque spes vlla cernebatur ei suppetias ferendi; cùm Generalium Ordinum comitia Bruxellis habere placuit Archiduci. Hîc præsertim de medijs agitatum, quibus nerui belli colligerentur, ac bellum in Hollandos geri posset. Dum is Conuentus extrahitur, milites in S. Andreæ castello propter stipendia tumultuantes, cum Mauritio paciscuntur, eúmque intra vallum recipiunt, & partem maximam in eius militiam sacramento sese obligant. Tractatum in Bruxellensibus Comitijs posteà est de pace, vel saltem armorum quiete ab hostibus impertanda. Et cœpta subinde quædam his de rebus haberi cum hoste colloquia. Verùm interim Zelandorum grauibus admodum pulsatus querimonijs, ob damna plurima, quæ nunc Sluzanæ triremes, nunc Dunckerckana bellica nauigia ipsis inferebant, mentem suscepit Mauritius exercitum in Flandriam nauibus portandi: ac primùm hîc Oostendam ijs propugnaculis, quæ circùm Archidux condi curauerat, liberare, dein vrbem aliquam maritimam expugnare constituit. Igitur haud procul Gandensi portu, quem Sassium nuncupant, exscensionem fecit vigesimo primo ac secundo Iunij die. Ibi recensitis copijs, cum duoderim peditum, ac duobus equitum millibus in aciem compositis, per Assenedam, Ekeloum, Brugas, Audemburgum petijt, idque, præsidio per fugam dilapso, cùm cepisset, ac imposito milite muniuisset, Bredenam obtinuit. Exercitum inde duxit Oostendam. Capta mox Alberti & Snaskerkæ propugnacula. Eum in modum Oostenda relicta libera, Nieuportum versus tenditur. Vt huic oppido admoueatur obsidio, portum occupat Mauritius, ibíque excitatas municiones. Hæc dum fiunt in Flandria, vehemens vbique metus incolas concutit, quòd nullæ essent in promptu copiæ, quibus aduersariorum conatibus iretur obuiàm. Magna nihilominùs ad rerum harum nuntios Archidux Albertus diligentia ex varijs Prouincijs exercitum contraxit, & Gandauum vnà cum vxore Isabella se contulit. Cùm prope hanc vrbem copias lustrasset, Audemburgum rectà contendit. Receptus hic ab eo locus per deditionem primo Iulij die. Cæsi post compositionem Snaskercani castelli milites ab seditiosis Hispanis Archiducis iniussu. Præsidio fugiente, in potestatem redijt Bredena. Postridie viam ad Mauritium impedientes aduersarij ad Leffingam opprimuntur matutino tempore. Circa meridiem, hinc Archidux, inde Mauritius ad mare in arenaceis collibus acies opposuere. Potior initio fuit miles Archiducis: & iam ad hostilia tormenta peruenerat. Verùm versa postmodum in eum clades fuit, ac cęsis compluribus, & captis non paucis, fugam effusè rapuit. Propiùs tunc vel à prehensionis, vel à cædis periculo Albertus abfuit, cùm fortiter pugnantibus immixtus rem ageret. Protexit eum tamen fauor Numinis, ac tantùm leue in maxilla vulnus effecit id ferrum, quod magnis in eum viribus hostis intulerat. Plus Flandriæ terroris, quàm damni Catholicorum cædes attulit, cùm maiori etiam sanguine victoria hostibus steterit; ac non multò post ipsi, obsesso frustrà Nieuporto, & admotis in-

B

C

D

Dein Duacū.

Synodus Tornaci ab Episcopo.

Res Bellica varios habet euētus in Belgio.

Generalia Bruxellis habentur comitia.

Mauritius exercitum ducit in Flandriam.

Ad portum Sassium exscendit.

Quædam capit loca.

Nieuportum obsidet.

Archidux Albertus aduersus eum copias ducit.

Quædam recuperat, & hoste cædit.

Pugna Nieuportana Catholicis infelix.

Archidux illic in periculo.

Hostis Flandriam relinquit.

casũm S. Elisabethæ propugnaculo castris, per Oceanũ in Hollandiam sese recipere coacti fuerint. Valuit multùm Insulæ concionatoris cuiusdam auctoritas, vt in Parochijs omnibus pro cęsis Archiducalis exercitus militibus Sacrificia Missę publicè peragerentur. Eo ipso die, quo ad Nieuportum confligebant acies, è viuis abijt Bruxellis Matthæus Moullartius Atrebatensis Episcopus. Quam Duaci domum habebat elegantem, amplam, & commodam, in iuuenum Theologiæ operam nauantium vsus eam transcripsit tabulis vltimis, magnúmque pecuniæ ac frumenti censum annuum ijs educandis attribuit. Actum subinde est Bergis ad Zomam inter legatos Ordinum Archiduci parentium Prouinciarum, ac Fœderatarum Prouinciarum Ordines de concilianda bonis legibus armorum quiete, ac tollenda omni animorum discordia. Nullo tamen modo in aliquas ventum leges fuit, quòd Fœderati ante omnia cuperent è Belgio mitti procul externos, contrà Catholici eos retinere statuissent. Igitur postmodum arma rursus in Belgio commota. Ad Rhenum Bergam primus inuasit Mauritius, admoto propiùs obsidio. Hinc captauit occasionem Archidux Oostendam quinto Iunij castris premendi: ac spes multos impleuit eius loci paucos intra dies hostibus adimendi, dum ad Rhenum ij impediuntur. Verùm gratissimam Flandris omnibus rem hac obsidione facilius fuit aggredi, quàm perficere. Etsi námque nihil impendiorum Flandri subterfugerent, nihilque Archidux eiusque Præfecti laboris artisue omitterent, vt quàm citissimè Oostendani ad deditionem cogerentur; in tertium tamen annum ea producta est obsidio; ac ingentem vim pecuniarum, dein maximam hominum multitudinem absumpsit. Carebant interim Atrebates Episcopo. Id cùm sẽtiret ijs & graue, & incõmodum esse Archidux, Ioannem Ploychium nobili apud Arienses ortum genere, ipsorũ Pontificẽ iam antè nuncupauerat, quem tunc S. Audomari Ecclesia Decanum venerabatur. Ornatus is erat insigni doctrina, quam partim Philosophiæ, partim Iuris studium compararerat. Iam inde à pueritia Præceptoribus suis ansam præbuerat magna de ipso arbitrandi; vel cùm eius ingenium acre, profundum, expeditúmque perpenderent; vel cùm modestia, insigni animi demissione, ac pleris que alijs virtutibus eius iucundè afficerentur. Ita Francisco Bonhomio Apostolico Nuntio, dum Audomaropolim visitaret, placuerat, vt eum magnopere Ioanni Sixto vrbis eius Antistiti commendauerit. Et eo sanè ad omnia maximi momenti negotia vsus est magno cum fructu Sixius. Cúmque iam aliquamdiu Archidiaconus Diœceseos parti aduigilasset, Sixij successor Ioannes Vernoisius generalem sibi legit Vicarium, ac in ipsum totius Episcopatus onus deposuit. Cùm venisset posteà in potestatem Catholici Regis Ambianum, omnibus ciuitatis eius Clericis ac Religiosis eum Albertus adhuc Cardinalis præfecerat. Verùm etsi nec virtus tanto Magistratui opportuna, nec scientia Ioannem deficeret, nullo tamen is modo ad suscipiendam impositam sibi dignitatem induci potuit initio; tantúmque se decoribus Episcopalibus ornari permisit, postquam trãsactis non paucis mensibus amicorum fuit precibus impulsus, ne Principum voluntati, ac vocanti se Numini resisteret. Ergo dum annus post millesimum & sexcentesimum secundus iniret, ipso Regum festo consecratus est Audomaropoli: ac post dies paucos Atrebatum se contulit, vbi publica pompa, & magno Cleri populique gaudio exceptus est Ianuarij sexta & vigesima luce. Verùm vix humeros sacris laboribus Ioannes subiecerat, cùm asthmate phthisique correptus intra breue tempus ita contabuit, vt eiusdem anni Iulio in cælos euolauerit, tantò maiori Atrebatium mœrore, quantò plura pollicebatur insignis eius moderatio. In Ioannem Richardotium oculos posteà coniecit Archidux, vti sacris eum curis Atrebatinæ Diœceseos admoueri curaret. Auunculum is habuerat in eodem Episcopatus munere longè gratissimum Atrebatibus Franciscum Richardotium: & parente florebat Ioanne Richardotio apud Proceres Status Consiliario, & Arcani Senatus Archiducũ Præside, qui famam, opes, cognomen ab Episcopo Francisco matris fratre cõtraxerat. Ob datam magna cum laude fructúque in Hispania studijs grauioribus operam, id fuerat ab Rege Philippo consecutus, vt inter sanctiores eius Consiliarios censeretur. Inde Romam eum Archiduces ad Summum Pontificem legauerant, vti tractandis

Margin notes: Matthæus Moullartius Episc. Atreb. moritur. — Seminarium Duaci fundat. — Frustrà de pace agitur. — Initia Oostēdanæ obsidionis. — IOANNES DU PLOYCH renuntiatur Episcopus Atrebat. Eius laudes. — Non diu post initum Pontificatũ è vita discedit. — Successor eius eligitur IOANNES RICHARDOTIUS. — De quo hic aliqua referuntur.

A — AN. 1601. B — C — AN. 1602. D

A Belgicis rebus apud ipsum curam impenderet. Eóque gratior huic accidit electio,
quòd iam hominis vires, ingenium, scientiam, ac virtutes admodum probasset. Er-
go priusquam ad capessendum munus Belgicas Prouincias repeteret, sacris Ioannes
ritibus vnctus est Romæ. Res interim militaris haud satis prosperè cessit Archiduci.
Ad Oostendam nihil admodum fuit promotum. Ex octo triremibus, quas Frideri-
cus Spinola in Belgium adducebat, tres tantùm incolumes Sclusam petiuere. In Bra-
bantiam ducto exercitu valido, Grauiam Archiduci Mauritius extorsit.

An. 160[3] Secutus proximè annus ad Oostendam expugnandam varia strui sensit opera,
quibus tamen vix profectum est. A Friderico Spinola consertæ sunt cum nauibus
Hollandorum triremes infelici exitu. Etsi enim potior cædes hostem afflixerit, &
iam Catholicos aspiceret victoria; cæso tamen Friderico, in portum reducta sunt
nauigia, ibique mors eius ingenti omnes classiarios mœrore obruit. Deinceps à
periculo propiùs abfuit Silua-ducis, obsidente Mauritio. Verùm maturè obuiàm
iuit discrimini Archidux, tractis eò celeriter copiis, quarum aduentu intra paucos

Fridericus Spinola pugnâs læditur, & moritur.

B dies soluta est obsidio. Cùm supremum militiæ imperium ab Rege Philippo & Ar-
chiduce Alberto Ambrosius Spinola Friderici frater, & Venafrani Marchio, sus-
cepisset: tum vt suo muneri satisfaceret, tum vt fratris mortem vindicaret, nihil
ad Oostendam omisit eorum, quæ plurimum damni hostibus parerent, & ad fa-
ciliorem portus obstructionem, oppidíque expugnationem idonea iudicauerat.

Frater eius Ambrosius rês ad Oostendam promouet.

Iam animos ideò cœperant Flandri attollere, ac spes eos illuc impulerat, vt intra
breue tempus subigendam Oostendam crederent. Interim Tornaci Dauid Kear-
neus in Hybernia genitus, quem multis iam annis Insulenses Beati Petri Canoni-
cum viderant, in Cassellensem Archiepiscopum (ea Diœcesis in Hibernia iacet)
An. 1604. sacris vnctus est cæremoniis. Vbi posteà periculum Oostendanis ingruere vidit Mau
ritius, aliunde Flandris mœstitiam & damnum accersere, gloriam sibi & voluptatem
Hollandis parare studuit. Magno igitur instructus exercitu in Flandriam venit; Co-
xiam, S. Catharinæ propugnaculum, Isendicam, paucorum dierum spatio subegit.

Mauritius Isendicam aliaque loca expugnat.

C Inde nonnullis aliis castellis potitus, Sclusam arctissimè obsidet. Missas, quæ com-
meatum inferrent, retrocedere copias armis cogit. Ad vigesimum diem Augusti eò
redigit Sclusanos, vt, propter rerum multarum penuriam, oppidum dedant bonis
conditionibus. Corripuit tunc omnem grauissimus dolor Flandriam, quòd ea iam
& capacissimo, & opportunissimo, vel hostibus vexandis, vel inferendis mercibus,
portu careret: interim adhuc incertum esset, tandémne Oostenda post tot facta im-
pendia in potestatem veniret Archiducis. Plurimorum publica vox erat, haud dubiè
ad liberandos Oostendanos aduolaturum vnà cum victricibus copiis Mauritium,
ni maturè soluatur sponte obsidium, id cum magno dedecore, ingentíque damno
dissipaturum hostilem exercitum. Animum tamen aduersus eiusmodi murmura-
tiones obfirmauit Spinola, neque quidquam remisit vel in obseruandis hostibus di-
ligentiæ, vel ad deditionem vrgendis Oostendanis operum. adeóque tunc promptis
vsus est militibus, vt præcipuas hostium munitiones vi perruperint ceperintque.

Sclusam deditione accipit.

Igitur decimo Kalendas Octobris tandem subacta deditione est Oostenda, muni-
D tissimum Flandriæ totiùs oppidum, ipso situ, maris affluxu, portus commoditate,
multiplicibus propugnaculis nobile, ideóque inexpugnabile passim iudicatum. Quò
longiùs expugnatio producta fuit, nunc propugnatorum numero, artibus, vigilãtia,
robore; nunc vento marique diligentiam, fortitudinem, ac industriam ducum ac mi-
litum Catholicorum eludentibus: eò maior voluptas Flandris virisque accidit, qui-
bus anteà inde loci continuum discrimen ingruerat, eius præsidio Lisam vsque ad
prædationes liberiùs excurrente, priusquam communibus Flandriæ impendiis ca-
stella circùm struerentur. Et spes multos implebat felicis inde tutæque varias in par-
tes, aut parandis euehendísque mercibus, aut infestandis hostibus, nauigationis. Qui
præsertim huic loco præesset, electus est Eustachius Ongniesus apud Gallo-flandros
Anstaïni & Gruysonij toparcha, & Wallonicæ dux legionis. Octauo Idus Octobris
Catharina Bayarda Cœnobij Pontis Rorardi iuxta Rosbrugam Monialis, cùm an-
nis duobus ac nouem mensibus omnium corporis sui membrorum vsu destituta

Archiducibus Oostenda deditur.

B. Virgo Laudensis sanitatem restituit Catharinæ Bayardæ.

fuisset:

A.

fuisset: fusis in facello B. Virginis Laudensis precibus, integram firmámque valetudinem obtinuit, parentibus aliísque subitum cernentibus auxilium mirantibusque. Insulæ sedem impetrarunt obsecundantes Beatæ Brigittæ Virgines, annitente plurimùm toparcha Vendengio (is posteà Comes Stegrensis ob merita creatus est) cui magnoperè cordi erat Religio, & pietas, cuiúsque animum semper flagrans studium Ordines sacros promouendi, diffundendíque latiùs stimulabat. Quæ darent initium cœtui cogendo, Teneramonda Moniales aliquot euocatæ sunt, vbi non modicè floret eius nominis Monasterium, quod vnicum anteà per Flandriam visebatur. Ac tantisper aliquo Imperialis Palatij, vt vocant, membro vsæ sunt, donec, fundo in Parochia S. Saluatoris comparato, apta ipsis ædificia struerentur. Vt est Insulensis populus ad capessendum Religionis institutum suapte natura incitatissimus, non paucæ mox è præcipuis opulentissimísque vrbis familiis puellæ iis aggregandi se desiderio arsere, quamuis probè intelligerent, grauissimis se legibus obstringendas. Quam secum harum pleræque acceptam à parentibus pecuniam intulerunt, ea condendis censibus, parandísque ædificiis (quæ nunc omnia propè sunt perfecta) magnum attulit momentum. Iámque feliciter omnia ipsis propria in ædes compactis ex animi sententia successissent: nisi diabolus inuidia ruptus, seu maleficio quarumdam puellarum, seu facta sibi à Deo potestate, quasdam Virginum agitare cœpisset vehementiùs, infessis veluti corporibus. Verùm tametsi grauissimis inde molestiis domus infestaretur; tamẽ neque defuit Monialibus posteà perseuerãdi animus, neque virginibus aliis idem vitæ genus arripiendi desiderium: vt etiam ab illo tẽpore non paucæ cum mundi fastidio illic sese abdiderint.

Brigittanæ Religiosæ Insulam intrãt, ibique cõdunt Parthenonẽ.

B.

Sentiunt illic à diabolo graues molestias.

Cum iam procederet annus Domini supra millesimum quintus ac sexcentesimus, quod parari cœptum fuerat Duaci præteritis mensibus Virginum S. Benedicti Cœnobium, vrgente Vendengio toparcha idoneum habitationi redditum est, angustis tamen in fundo patenti ædificiis. Igitur cùm placuit illic cœtum aliquem Monialium concludere, è florentissimo Flinensi Cistertiensis Ordinis Monasterio senæ Virgines venere, quibus S. Benedicti habitum regulámque Atrebatensis Episcopus Ioannes Richardotius (qui Diœcesim anni prẹteriti principio iniuerat) tribueret. Ac tum ceteris Abbatissæ nomine officióque præfecta est Florentia Werquineullia prẹclaris animi dotibus insignis. Inditum loco nomen Beatæ Virgini Pacis, cùm de nuncupatione rogatus id P. Ioannes Seruius Societatis Iesu Theologus suggereret. Ad strictum S. Benedicti præscriptum viuitur istic austeriùs. Nec enim licet eum externis, nisi de clatris ferreis, interposito velo colloqui, nec carnibus vesci. Multas nihilominùs ad hunc viuendi modum ardenter capessendum sparsus odor virtutum, quibus nascẽs hic Parthenon iucũdè fragrabat, ex honestissimis familijs tũ mulieres, tum fœminas attraxit. Adeóque semper hactenus hîc floruit Religiosa disciplina, vt iam inde aliò nõnullæ deductæ sint coloniæ formandis ad huius placita Monialibus. AN. 1605.

In Abbatia Pacis Duaci cœpta Virgines Benedictinæ collocantur.

C.

Per hoc tempus Insulenses id opus aggressi sunt, cuius moliendi veniam olim à Cæsare Carolo Quinto concessam Archidux nuper confirmauerat. Ab his enim versus Austrum & Occasum cœpta produci pomœria, iactáque sunt fundamenta condendis ad aliquot pedum millia muris opere magno firmóque. Ac tunc cùm plerisque nobilioribus vrbis huius ciuibus Societatis Iesu sacelli angustiæ, domus incommoda, scholarum in abstruso loco situs, admodũ displicerent: Gallo-flandriæ Gubernator Comes Annappius Sociis suggessit, vt ab Senatu in aliquo nouæ vrbis tractu fundum erigendo Collegio commodum supplices peterent; eidem quoque insinuarent, vti publico ære ipsis illic strueret edificia. haud enim se defuturum amicitiæ veteris officio, vt res ea susciperetur, ac perficeretur. Huius ab Sociis obsecundatum est voluntati. Oblatum Senatus libellum supplicem æquis animis accepit: & pro suo in Societatem affectu, cùm ea secum versaret, quæ iam in vrbem ab Sociis spiritualia fluxerant bona, quæúe templo ac Gymnasio laxioribus essent latiùs redundatura, fundum & Collegij totius ædificationem publicis tabulis addixit ea tantùm lege, vt quæ tum ab iis insidebantur ædificia in ærarij publici subsidium venirent facta venditione. Igitur quæ tanto videbantur operi necessaria, in annum ea sequentem parari

Insulenses vrbis suæ pomœria dilatant.

D.

Dato fundo Societatis Iesu Collegium ædificaturos se promittũt.

cœpta

A coepta sunt. Trepidatum interim fuit inter Brabantos Flandrósque. Primus Antuerpiam pauor concussit, cùm ad eam vel intercipiendam, vel obsidendam exercitum terra fluuióque deduxit Mauritius. Sed partim Spinolæ diligentia, partim Borgiæ arcis Antuerpiensis Præfecti industria & fortitudine, nonnullis hostium in aggere cæsis ac fugatis, oppressum est tempestiuè periculum. In Flandriam posteà serpsit metus, ad Isendicam cum copijs derepentè conspecto Mauritio, cui fuerat constitutum vel Brugas, vel castellum Sassium ad Gandensis fluminis ostium vallis cingere, capere que. Verùm maturè submissus à Spinola exercitus, ne quid is ageret, perfecit. Per metus bellicos decimosexto Kalendas Iunij inter Reges Catholicum & Magnæ Britanniæ, Belgiíque Principem Albertum pax est composita. Multum inde gaudium Flandris omnibus, ac præsertim Gallo-flandris, aduenit; quibus impedita Oceani nauigatione difficulter ex Hispania Galliáque merces aduehebantur, aut magnis ex Anglia impendijs lanæ comparabantur, obtenta ægrè venia; hinc ad faciendum lucrum nihil in Angliam, Galliam, Hispaniam, Italiam tutò mari mittere licebat.

Ab Antuerpia discrimen auertitur.

Itemque à Flandria.

Cum Iacobo Angliæ Rege pax contrahitur.

B AN. 1606. Anno proximo postridie Resurrectionis Dominicæ vehementissimus à Meridie Occasúque ventus exortus est ad horam ferè decimam matutinam. Eius tanta vis fuit, vt non minùs apud Gallo-flandros, quàm in vicinis regionibus passim arbores, caminos, tecta, turres, adeóque ædes integras templáque prosterneret. Visum tunc Flinis Monasterij campanile tecto templi insidens aliquoties locò moueri: hæsit tamen id denique firmiter, ac solo metu aspicientes Virgines affecit. Quinto inde die P. Nicolaus Trigaultius Duacenas, & Societatis Iesu Religiosus è patria discessit longum iter in Indiam facturus. Id mirum in eo animaduersum, quòd multis iam annis aduersa fractus valetudine, tantas repèns vires induerit, vt sacciperio rebus varijs impleto tergum onustus, pedes, alacérque viam conficeret. tanto scilicet ardore sacrum illud iter animis Gentilium Christiana fide imbuendis expetierat, in eóque spem sanitatis, quam in Belgio assequi non licebat, constituerat, vt Deus eum minimè frustraretur. In Lusitaniam cùm venisset, ibíque nauigationis commodum

Venti vehementes.

P. Nicolaus Trigault è Belgio in Lusitaniam tendit, vt Indiam petat.

C tempus operiretur, sumptam ex Lusitanicis Commentarijs P. Gasparis Barzæi (primus is Orientales Indos secundùm P. Franciscum Xauerium grauissimè & felicissimè multos per annos excoluerat) vitam libris tribus Latinè tradidit. Postquam ex Lusitania versus Indiam soluisset, inter nauigandum binas ad P. Florentinum Belgicæ Prouinciæ Societatis Iesu Præpositum litteras scripsit, ijsque tum nauigationis nunc lætum, nunc tristem successum, tum res nonnullas in transitu, & stationibus obiectas complexus est. Postquam aliquamdiu Indorum mentibus percolendis operam impendit vtiliter, vt ad Sinas proficisceretur ex Superiorum sententia, magnus impulit ardor animi. Interim vndecimo Kalendas Iunij iacta sunt prima Collegij Societatis Iesu fundamina, Insulæ. S. Petri Præpositus Vincentius Zelander bonis verbis primarium ædificij Sociorum habitationi, scholisue destinati lapidem circumstante toto Senatu idoneum Religiosæ structioni reddidit: quem Comes Annappius certo fundamenti loco statuit Archiducis nomine, qui tantæ molis primam

P. Gasparis Barzæi vitam scribit.

In Indiam peruenit, ac Sinas petit.

Collegij Societatis Iesu fundamenta iaciuntur Insulæ.

D sibi gloriam Principali iure vendicauerat. Ea nocte, quæ duodecimam Iunij lucem consecuta est, Terailius applicito portæ ferreo tormento in Sclusanam vrbem Catholicis militibus viam patefecit: verùm metúsne, an hostium vim opponentium propugnatio ingressu eos arcuerit, incertum est: saltem infelix successus Archiduci, Flandrísque mœroris multum attulit. Ad octauum & decimum diem Iunij Nundinas annuales Armenterianis concessit Archidux, ob toleratas diu impensas, cùm magno grauarentur præsidio. Sexto Idus Iulias datum est Societatis Iesu templo initium Insulæ. Qui primo eius lapidi benè diceret, locúmque lustrationibus idoneum faceret, euocatus fuerat Atrebato Ioannes Richardotius eius vrbis Episcopus, Michaële Desnæo Tornacensi Pontifice articulari morbo vehementer impedito. Cùm is pridie Crucem eo loco fixisset, quem templi parietes complecterentur, fundamentali petræ ex ritibus Romanis benè precatus est, eámque adstante Gubernatore, & cingente Senatus corona, lituis, cornibus, sambucis perstrepentibus, dein vo-

Pro Archiduce frustrà Sclusa tentatur.

Nundinæ Armenterianis donantur.

Templum Societatis Iesu fundatur Insulæ.

A
Spinola feliciter bellum administrat. cibus pium aliquid Musicè modulantibus, in ima demissam composuit. Cessit interim feliciter Marchioni Spinolæ res militaris ad Rheni fluuium, vltràque; etsi parùm prosperè Isalam copias transmittere tentasset. In eius tunc potestatem venere Lochemium, Grolla, Monris ad Rhenum oppidum. Per id ferè tempus Annæ Apleteriæ Marquettensis Abbatiæ Virgini egregium munus contulit B. Virgo Gratiæ, vt vocant, quæ iuxta Monasterium Laudense colitur. Sextum iam mensem affixa lecto iacebat vulneris grauissimi ergo: frustráque medici, quæ poterant, omnia seduli adhibuerant remedia. Igitur Dei Matrem colendi desiderio icta, veniam impetrauit, vt ad eius ædiculam modò nominatam veheretur. Illic in preces ardentiùs incumbit, quámque optabat, illicò sanitatem obtinet, lætáque in Patihenonem regreditur. Apud Duacenses Antonius Hayninius Iprensis Pontifex Seminarium cœpit erigere, ac nonnullis iuuenibus censum attribuere, vt quamdiu diuinarum rerum studio nauabunt operam, illic gratis alantur, & varijs exercitationibus ad præclaram Theologiæ cognitionem adspirent.

Anna d'Apleter à B. Virgine Laudési sanitatem impetrat.

B AN. 1607.
Vt de pace, vel inducijs inter Regem Philippum, Archiducem, & Fœderatos Ordines agatur, ad mēses octo arma quiescunt. Alterius anni principio inter Regem Catholicum, Archiducem Albertum & Fœderatos Belgicarum Prouinciarum Ordines, de componenda pace, vel saltem pangendis in multos annos inducijs agitatum est. Quòd hoc negotium temporis multum exigeret, priusquam conficeretur, vtrimque ad menses octo quies armorum impetrata. Dum interim vltrò citróque legati mittuntur, apud Fœderatarum Prouinciarum Ordines id effectum, vt suas ipsi naues, quibus Hispaniarum portubus ingruebant, inde reuocarent. Cùm non sufficeret varijs difficultatibus expediendis, quæ præsertim à Fœderatis proponebantur, attributum belli quieti tempus; in aliquot adhuc menses protractum est armorum silentium. Per hoc tempus in Gallo-flandria quædam memoratu digna contigere. Cœpta Insulæ Duacíque triduo ante Cinerum diem comptimi motum licentia, frangíque epularum & compotandi studium. Eò maximopere valuit hoc tempore inducta in templa Societatis Iesu horarum quadraginta supplicatio, frequens ad populum de peccatis concio, & concessa vomicam animorum apud Sacerdotes effundentibus, Christíque Corpore satiatis, peccatorum omnium, ac debitarum his pœnarum remissio Summi Pontificis munere. Fecítque posteà semper maiores progressus præclara vrbium harum vtilitate quotannis vsurpata hæc ciues ad bonam vitæ frugem traducendi ratio. Iacta sunt etiam hoc anno Insulæ fundamenta superstruendi Montis, quem Pietatis nuncupant, quòd ex eo in pauperum vsus, accepto tantùm pignore, pecunia gratis commodetur. Huius initia causásque breuiter pandam. Bartholomæus Masurellius Insulę natus, dum virilem ætatem ingrederetur, tenuibus admodum fortunis præditus erat, propiúsque aberat, vt foro cederet. Igitur cùm Antuerpiæ ageret, in templo Beatæ Virginis sanctè promisit, postquam diuino ac Deiparę Matris auxilio ad opes amplas venisset, earum partem se maximam ad leuandas pauperum necessitates tributurum. Et visum Superis votum placere. Ab eo quippe tempore ex animi sententia successit Bartholomæo feliciter negotiatio: vxorémque is sortitus est factiosam, cùm Gedanum vsque suscepto itinere plusculum pecunię compatasset. Multis iam annis vixerat, ac inter opulentos Insulæ cernebatur; cùm satis functa vxore in mentem venit nuncupati Numini ac Virgini sanctissimę voti: animúmque tunc desiderium inuasit in pauperum vtilitatem aliquid pecunię conuertendi. Qua tamen ratione, ac tutiùs ea locaretur, & plus afferret egenis commodi, haud satis secum ipse statuebat: placuítque tandem Collegij Societatis Iesu Rectorem consultandi causa conuenire. Ab hoc statim de suscitando Monte Pietatis Italorum æmulatione iniecta est mentio: variáque ad id opus capessendum, rectéque peragendum suggesta sunt consilia. Inclinatum facile fuit animum huc vertere. Addixit ergo Masurellius octoginta ferè florenorum millia. Et ad Senatum vrbis P. Rector ex ipsius sententia ea de munificentia in egenos occultè retulit. Gratum vehementer id munus Masurellij fuit, & P. Rectoris officium Magistratui: ac de huius consilio is libenter onus suscepit domum ęre publico emendi, vbi pauperum pignora seruarentur, ministris, quorum opera esset necessaria, stipendia ex ærario numerandi;

Per orationes quadraginta horarum antecinerales ebrietates coërceantur Insulæ & Duaci.

C

Inchoatur Mons Pietatis Insulæ.

D

A merandi; quos sumptus in auctionibus pignorum à dominis relictorum fieri oporteret, indidem præstandi: ne quid summæ à Bartholomæo collatæ decederet. Quia tamen hic vir, quoad viueret, constituerat eo censu perstui comparandis vitæ necessitatibus, quem ea pecunia funderet annuatim: nondum hoc tempore in vsum egentium quidquam cõuersum est. Postridie Paschatis magnã ædium Turquoinij nobilis ac frequẽtissimi pagi partem subitum absumpsit incendium, ob malè custoditum ab homine perpoto lumen. Vlteriùs ne flammæ baccharentur pia Curionis sedulitas & industria perfecere. Is enim vbi conspexit, nullam dari spem humanitus ignis opprimendi, ad diuina sese remedia conuertit. Elatoque mox è templo sacrosancto Christi Corpore forum adiit, vbi præcipuè domus incendio flagrabant: ac postquam id in mensam honestè ac reuerenter deposuit, Litanias cum aliis Sacerdotibus ope diuinitus deuocanda cecinit. Mirabile prorsus id, quod secutum est. Etenim ad publicas precationes, & venerabilis Eucharistiæ præsentiam derepentè vires ignis perdidit, nullique pòst nocuit ædificio. Propiùs Insulam Anna Baillencuria Marquettensis

Magnũ Turquoinij incendium.

B Cœnobij Sanctimonialis à B. Virgine Maria iuxta Laudensem Abbatiam coli solita, magnam prorsus opitulationem consecuta est. Biennio antè cùm latus ei sinistrum, neruis noxio humore obstupefactis, consuetum naturæ officium denegaret, in eius sacello fusis flagranter precibus sanitatem postulauerat impetraueràtque. Cùm verò iam totum id genus humoris corpus perculisset, omninóque membrorum ita seruitio destitueretur, vt neque ingredi, neque quidquam agere posset: intra Monasterium ante Matris misericordiæ Imaginem considens, in lachrymas precesque soluitur denuò, eiúsque auxilium flagitat. Neutrum fecit incassùm. Precationes siquidem adeò repens valetudo secuta est, vt firmatis solidatísque membris consurrexerit, & ad solita se munia ridens pollénsque contulerit.

A B. Virgine Maria Laudensi sanitatem impetrat Anna de Baillencourt.

AN.1608. Anni sequentis Ianuarius acerrimo gelu fœdus exstitit. Eo stringente, magni stetere glacie amnes: vt etiam Scaldis eius mensis decimo die multis hominum millibus in aduersum Antuerpiæ littus iter præbuerit. Iuere tunc in Hollandiam cum

Acerrimum gelu.

C Marchione Ambrosio Spinola Ioannes Richardotius, & alij ab Rege Catholico & Archiduce Alberto legati, vt cum Fœderatis Ordinibus de pace, vel longioribus induciis seriò agerent. Ibi multi menses ab his exacti paruo equidem fructu: ac nihil propiùs abfuit, quàm vt totũ hoc negotium infecta re, & cùm Fœderatorum, quibus aliqua è propositis minùs placebant, stomacho dissiceretur. Interim Tornaco, ac multis circùm locis, primò dierum multorum post diuturnas pluuias serenitatem, dein etiam terræ fœcunditatem, & annonæ abundantiam impetrauit S. Eleutherius Tornacensium Pontifex: cùm sacra eius ossa ex edito loco demissa, populum ad sui

De pace & inducijs tractatur in Hollandia.

S. Eleutherius serenitatem & frugum abundantiam conciliat.

AN.1609. venerationem, ac preces ardentiùs fundendas, incitassent. Initio subsecuti proximè anni, post inuocatum à Catholicis precibus Numen, passímque ab his obitas publicè Supplicationes, pro duodecim annis Induciarum leges tabulis mandatæ sunt Antuerpiæ nono Aprilis die. Hæ cùm Maio mense per Gallo-flandriam promulgarentur, magna præ ceteris Insulenses affecti sunt lætitia, quibus, Oceano per eas aperto liberóque, ex Noruegia, Dania, Suecia, Liuonia, Bolonia, Germania, Anglia, Scotia,

Induciæ duodecim annorum à legatis Regis Catholici, Archiducis, & Hollandorum panguntur.

D Hibernia, Frisia, Hollandia, Zelandia, Gallia, Hispania, Lusitania, Italia, Indiis, varias licuit merces accipere, in eásque varij generis pannos nauigiis emittere. Ob eam igitur armorum quietem dum multis Gallo-flandri commodis fruuntur, aliqua suæ Diœceseos loca visitauit Michaël d'Esnæus Tornacensis Pontifex. Cúmque Siclinij ageret vltimo die Iulij, multa septus corona Canonicorum, Sancti Martyris Piati thecam aperuit, & quas illic totius ferè corporis eius Reliquias nactus est, lectis, quæ fidem faciebant, repertis illic vel litteris, vel schedis, eas suo diplomate firmauit. Effectum subinde est vndecimo Kalendas Nouembris, vt Bartholomæus Masurellius, quem suprà memorauimus Pietatis Montem Insulæ struxisse, nomen suum munusque prodi permitteret, quòd anteà per Christianam animi demissionem obstinatè fugiebat: eiúsque pecuniæ vsum fructum, quam ei Monti donauerat, sponte cederet Senatui; quò citiùs pauperum necessitates inde leuarentur. Ergo quæ Masurellius immobilia, vt nominant, bona possidebat, extemplò sunt diuendita. Senatus ege-

S. Piati Reliquias visitat Episcop. Tornacensis.

Mons Pietatis inchoatur Insulæ.

norum pignoribus seruandis, iisque collocandis, quorum opera res omnis administraretur, domum comparat, adornátque, nesciús olim Bartholomæum in ea vitæ lucísque vsuram hausisse. Masurelho in singulos annos, quamdiu vitam duceret, mille ac trecentos florenos ex vrbis ærario attribuit. Er paucis inde diebus in egentes, qui pignori, aliquid relinquerent, ad dies aliquot vtenda erogari cœpta est pecunia secundo ciuium plausu. Interim apud Cameracenses Guilelmus à Bergis eorum Archiepiscopus repentina ferè fuerat viuis morte subtractus. Qui deinceps tam nobilis Ecclesiæ sacra moliretur gubernacula, Ioannem Richardotium Atrebatensium Pontificem legit Archidux, apud quem satis probata iam erat virtus eius ac regendi peritia. In huius locum apud Atrebates surrogatus est Hermannus Ottembergius apud Geldros honesto natus loco Neomagi: quem propter insignem doctrinam ac virtutem Romani Auditorem Rotæ venerati fuerant, quémque multis tractatis difficilibus negotiis contracta prudentia perquàm idoneum fecerat animarum regimini. Apud Insulenses publica nouæ vrbis opera perficiebantur. Educti iam erant ad iustam muri altitudinem; propugnaculorum munitiones loricis ornabantur; per structam B. Virginis portam aditus in vrbem patebat. Et quamuis hæc omnia ingentem ærarij pecuniam absumerent: quædam nihilominùs Senatores in commodiorem vsum Patrum Capucinorum, quibus laxior fundus iam erat concessus, ad flumen moliebantur. Ac iam eorumdem impensis maxima Collegij Societatis Iesu moles ad fastigium perducebatur. Id cùm esset Sociorum Moderatori gratissimum officium, ipsi vehementer placuit, vt primum decimo septimo Kalendas Augusti sacrum in nouę domus sacello interiori, ac priuatis vsibus erecto, solemniter caneretur. Et hoc Comes Annappius omnísque Senatus tam lætis animis accepere, vt sua tunc ipsi locum præsentia celebrauerint, multúmque piæ voluptatis duxerint inter Musicos instrumentorum vocúmque modulos. Igitur ab illo tempore sacris diebus prophanísque vna quotidie Missa in gratiam vicinorum ab Sociis eo loco facta, donec ij omnes in hoc è veteri domicilium migrarent, ac dedicato templo publicè sacra operarentur. Interim Duaci Ioannes Faueanus Aquicinctinus Antistes diligentem dabat operam, vt quod cœperat anno præterito moliri, pulcherrimum in Aquicinctino Gymnasio ædificium suis numeris absolueret. Id à templo Societatis Iesu ad extimum vsque conuictorum ædificij angulum ducentis ferè pedibus secundùm plateam magnificè voluit eum in modū procurrere, vt inferiùs exedram Theologis, vnámque Philosophis, alteram Rhetoribus scholam, superiùs insignem declamationibus, ac Philosophicis disputationibus aulam præberet, magno sanè Professorum & iuuentutis commodo. Iam increbuerat per Gallo-flandriam, pridie Kalendas Augusti Societatis Iesu parentem Ignatium, quem nuper Romanus Pontifex in Bearorum numerum retulerat, insigni ex eiusdem Summi Antistitis voluntate celebraturos festo Socios. Igitur Senatus Insulēsis ea re plurimùm recreatus, decreuit publicis ignibus, tormentorum bellicorum sonitu, aliísque modis lætitiam prodere. Quia tamen id submissis animis Socij amoliebantur, vitandæ inuidiæ gratia, hic desiderio & sumptibus patsit inuitus. Verùm quanto & Beatum Ignatium, & eius Ordinem hi viri facerent, in Societatis æde tum precibus, tum pietatis officiis indulgendo, patefecere, cùm dies illi sacer illuxisset. Ac postera luce dum in noui Gymnasij area eiusdem Beati Patris ad Deum conuersionem è proscenio studiosa iuuentus verbis gestibúsque repræsentaret, omnes ij adfuere cum frequentissima populi corona. Mirum id tunc visum, quòd imbre non modico ad horam integram vestes penetrante, nullus equidem spectatorum loco sese mouerit, ad dicentium voces motúsque fixi omnes hæserint. Et fuit compluribus hic Dialogus incitamento, vt paullò pôst vel mundi voluptatibus & oblectamentis, quibus altiùs immergebantur, nuntio remisso, ad vitæ sanctioris & arctioris institutum euolauerint; vel saltem vitiis, quibus tenebantur, sese parciùs irretiri siuerint. Per idem festum Duaci suo minimè defuit erga Beatum Ignatium officio Magistratus. Haud enim ei satis fuit læto campanarum lituorúmque sonitu, & frequenti machinarum ænearum fragore suum testari gaudium: sed etiam è Curia ordine composito procedens, Societatis templum adiit,

Right margin: A — AN. 1610. — B — C — D

Left margin notes:
Ioanne Richardotio Archiepiscopo Cameracensi creato, Atrebatibus datur Pōtifex HERMANNVS OTTEMBERGIVS.
Opera nouæ vrbis Insulæ perficiuntur.
In sacello nouo Collegij Societatis primum ibidem Sacrum canitur.
Abbas Aquicinctinus in Aquicinctino Gymnasio insigne struit ædificium.
Primùm festum B. Patris Ignatij, vt fuerit celebratū Insulæ.
Itéque Duaci.

A adiit, ibique quamdiu & Missæ Sacrificium fuit insigni apparatu celebratum, & habita de viri sancti laudibus à Dominicano Patre concio, sese non sine iucundo sensu continuit. Et præclarum illic fuit Hybernicæ iuuentutis erga Beatum Ignatium, eiúsque Religionem studium; quando bini, ac cereos lucentes, è contubernio suo digressi sunt manè; ac postquam Societatis ædem intrarunt, ad instrumentorum Musicorum melodiam Sacerdoti Sacrum facturo cor argenteum & magnum & affabrè factum, inque summo eius cereum ardentem, Patris imagini apponendum sic obtulêre, vt hoc munere testarentur, quanto eius amore tenerentur, quámque laudum eius latiùs spargendarum flagrarent desiderio. Suis tunc etiam luminarium oblationibus Septem Collegij Sodalitates non parum ad festi celebritatem splendoris attulerunt: itémque virginum quarumdam dona, quæ in tabulis argenteis quædam Beati Patriarchæ Societatis facta eleganter repræsentabant. Vt hæc omnia & libenter, & cum magno animorum motu peragerentur, iam tum aliqua præcesserant, quibus insignem Pater Ignatius apud omnes in Gallo-flandriæ vrbibus opinionem ac ve-
B nerationem sibi conciliauerat; quando nonnullis mirabiliter, ac cælesti prorsus ope variis in morbis sanitatem corporum, precibus in auxilium vocatus, restituit. Omninóque hæc ipsi placuisse visa sunt tam Insulensium, & Duacensium; quàm aliorum per Gallo flandriam officia: quoniam secutis posteà temporibus, longè plura varias indulgendo cęlitus curationes mortalium ergò edidit miracula, quæ nos alibi fusiùs ac singillatim memorabimus. *In tom. de Sanctis Gallo-fland.*

Anni millesimi sexcentesimi & vndecimi Ianuarius præclarum Societatis Iesu operarium P. Eleutherium Pontanum è viuis Atrebati sustulit. Patre Medico natus fuerat Insulæ. Cùm insignem is esset à Deo sortitus memoriam, & auidum litteras discendi animum, Poëticis, & Rhetoricis facultatibus haud leuiter sese iuuenis imbuerat, totúmque præter alios auctores sepserat memoria Virgilium, vt etiam senex integros ferè libros eius felicissimè recitaret. Vbi Philosophorum sapientiam perbibisset animo, ac plusculum temporis Medicorum lectionibus dedisset; ad B. Patris *P. Eleutherius Pontanus è Societate Iesu decedit.* *Eius vitæ breuiarium.*
C Ignatij familiam sese appulit. In eam receptus, Parisijs aliquantulum moræ fecit, vbi Collegium nuper erat stabilitum Cardinalis Guisij auctoritate. Sed tùm ibi rebus domi angustis plures agitarent, quàm ali commodè possent; Romam eum deduxit cum Adriano Candido P. Euerardus Mercurianus anno post millesimum & quingentesimum primo & quinquagesimo. Iam frequentibus ac difficilibus illic animum pugnis subegerat, ac plurima rerum diuinarum scientia, & Sacerdotij dignitate fulgebat; cùm quinquennio pòst exacto de S. Patris Ignatij sententia Bibonensi Collegio recèns nato datus est Rector in Sicilia. Ibi non paruo tempore Præfecturam domus vnà sustinuit, ac puerulos primis Grammaticę rudimentis excoluit, maiorine charitate, an submissione animi, incertum. In Belgium posteà remissus, Socijs Cameraci præfuit, ibique prima iecit Collegij fundamenta, Maximiliano à Bergis Archiepiscopo charus in paucis; quem Societati suis virtutibus adeò deuinxerat, vt sexcentos augendæ familiæ, & nutriendis Professoribus annuatim florenos tribueret; vitámque ex ipsius præscripto postmodum agitauerit sumptuum in res vanas parcior, morúmque strictior. Inde cùm frequèns in Castrum Cameracesium pij la-
D boris ergò se conferret, id oppidulum suis & concionibus & colloquijs à morum feritate auertit, & ne sectariorum, qui sedem illic figere iam cœperant, prauis dogmatibus corrumperetur, prorsus effecit. Egit posteà multos Tornaci Probationis Domus Rectorem: ac denique Atrebatensi Collegio initium dedit; vbi diem clausit extremum. In Deum hominésque summæ charitatis multa vbique signa prodidit, austerus sibi, alijs benignus, nulli parcens labori: vt etiam senio confectus fœtidas frequentissimè Atrebati captiuorum custodias adiret; ibi colloquijs, & corrogatis eleemosynis ad tergendas animorum labes, & capessendam virtutem eos ardentiùs impelleret. Cùm fama spargeretur eum vi morbi ad extrema tendere, præcipuos Atrebatium mœstitia impleuit, qui virtutum eius conscij non vulgarem sanctitatis opinionem conceperant. Nihilque prius fuit Artesiæ Præsidi, & Vedastino Antistiti, quàm ad eum accedere, eiúsque bonis verbis muniri, priusquam è vita decederet.

Consuetudo Insulæ stabilitur, vt tempestiuè afficiendi supplicio disponantur.

A Decimo & octauo Kalendas Iulij inducta tandem Insulensem in vrbem est consuetudo, vt cruciarijs, vel capite plectendis hominibus ad salutem animorum consulatur maturiùs. In vltimum penè locum id studium anteà reiectum fuerat: adeòque pertinacibus mos ille viribus inualuerat, vt difficillimè tolli posset. Haud raro propiereà perturbatis sensibus, cùm grauiter mortis sententia quaterentur, plerique ad expiationem conscientiarum tardiùs, aut inconsideratiùs incubuere, non exiguo discrimine salutis. Et cùm nullis eorum Christi Corpore extremùm refici permitteretur (irreuerentiæ timorem Senatus prætexebat) haud dubiè minus constantiæ & fortitudinis ad tolerandum patienter supplicium erat. Igitur apud Iudices effectum est cuiusdam Sacerdotis impulsu, ne quem capitis damnent, qui non pridie sub vesperam, aut saltem ipso die supplicij ante lucis crepusculum, per Apparitorem de cruciatuum, mortisque genere commonefiat: quò plus temporis ad concipiendum de sceleribus dolorem, hauriendàmque animi sentinam habeant, & sacrosancti Redemptoris nostri Corporis sumptione ad mortem fortiùs obeundam vires capiant.

Reliquijs Sanctorum Chrysolij & Eleutherij aliquid honoris impēditur.

B Octobri mense datum est aliquid Sanctorum Chrysolij & Eleutherij Reliquijs apud Brugenses & Tornacenses honoris gloriæque. Habebant Brugenses apud S. Donatianum Canonici non exiguam Beati Chrysolij Martyris apud Gallo flandros, ob cultum hunc tractum, notissimi, & Cominiensium Patroni, ossium partem; Sancti Pontificis Eleutherij Tornacensium Patroni lipsanis carebant. Contrà, nihil Diui Chrysolij apud Tornacenses Canonicos erat. Igitur inter vtrumque Episcopum & Capitulum conuenit, vt quædam eorum ossium permutatio fieret: ac cùm eæ nouas in sedes Reliquiæ deferrentur, non leui vtraque Ecclesia honore prosequeretur, conciliandis ad opem impetrandam Sanctorum animis. Interim præclarum illud opus, quod Insulensis Magistratus Societatis Iesu Religiosis magno sanè sumptu, insignique erga Religionem ardore molitus fuit, coronidem acceperat, ac iam erat Socijs sub tectum recipiendis, ac ciuibus in templo iuuandis, & instruendis in Scholis iuuenibus idoneum. Vt igitur tandem illuc transmigrarent Socij, decimoseptimo Kalendas Nouembris Michaël d'Esnæus Tornacensis Episcopus templum Numini dedicauit, Reginæ Virginum Mariæ nomine. Consecrata postridie sunt altaria duo minora. Ipso D. Lucæ festo ex veteri sacello Eucharistiæ Sacramentum, ossiúmque sacrorum thecas in hanc ædem solemni pompa deferre Socijs placuit. Eam hìc breuiter complectar. Præibant pueri aliquot ea signa gestantes, quæ byssina varijs Christi patientis cruciatibus ornari ciues ij paullò ante iusserant, qui periculoso Hierosolymam itinere adierunt. His succedebant è Gymnasio Societatis plurimi adolescentes tedas lucentes. Hos insecuti Ordines sacri omnes, Capucini, Minoritæ, Dominicani. Ab his ibant D. Petri & Parochiarum Cantores, & quinque vrbis Curiones linea omnes veste candidi, quorum medij trabeis auratis, baculisque argenteis rutilabant Canonici duo. Ponè facibus colluminabant plurimi honestissimorum ciuium. Processerunt inde Socij hunc in modum. Vtroque ab latere longus ordo quà nondum sacris initiatorum, quà Sacerdotum, supra vestem carbaso niueus incedebat, alteráque manu ardentem cereum gestabat. Inter vtrosque medium octo Sacerdotes spatium obtinebant habitu sacro splendidi: nouósque bini ac eleganti phrygionum arte fulgentes capulos humeris ferebant, quibus variorum ossa Diuorum claudebantur. His institit Senatus omnis, quadraginta scilicet viri facibus virgineis collucentes; liticinibus ac cornicinibus pium aliquid intermodulantibus. Secutus inde D. Petri Decanus & Canonici aliquot amictu sacro decori. His proximus nobilissimum Christi Corporis ferculum gerebat Tornacensis Pontifex suorum ornatu splendido cinctorum choro septus: eique pulcherrimum viri quatuor magno loco nati honoris ergò supra caput vmbraculum obtendebant. Pompam clausérant vrbis Gubernator Annappij Comes, D. Petri Canonicorum Præpositus, Abbates duo, Rationum Principis Senatus, Castellaniæ Bailliui quatuor, pleraque vrbana externáque Nobilitas, candida singuli face splendorem afferentes. Retrò vis ingens hominum venerandi precandique causa incubuit. Quacumque processum est, omnes ædium frontes ac parietes vario ridebant tabularum, tapetum, pannorum-

Absoluto Insulensi Societatis Iesu Collegio, ex veteri sacello in huius templum Eucharistiam & Reliquias Socij honorificè deferunt.

C

Ea pōpa hìc describitur.

D

A que ornatu, festiuo strepitu nolæ personabant; certis in locis apparatu maximo aræ cernebantur, in quas Episcopus Sacrosanctum Christi Corpus tantisper, dum ad eas caneretur, deponeret. A plerisque miraculi loco habitum, ac piorum hominum precibus datum, quod intereà loci nullus imber pompam fœdauerit. Quippe noctem ferè totam prius nimbi cælo defluxerant, continuáque diei crepusculum pluuia madebat, incertis omnibus, institutóne abstineretur, an Processionem aggrederentur Socij. Iámque septima sonuerat hora, quo tempore omnes colligi oportebat, cùm nouis tristibúsque cælum nubibus inhorruit, ab Austro vehementiùs incumbentibus ventis. Sed repentè clementior is flatus exstitit, quàm sperabatur. Ita siquidem innoxiè nubes egit, vt quamuis hæ maximè aquis turgescerent, sicco tamen vrbem volatu prætericrint, quamdiu suppliciter incederetur; neque priùs in pluuiam solutæ fuerint, quàm totam ædes Sociorum pompę seriem reciperet. Reliquum eius diei, manè concio & celebris Missa, publicum ad meridiem epulum, dein cantus Vespertinus, absumpsere magna Senatus voluptate, qui tunc sui erga Societatem laboris fructum cepit vberrimum.

Finis Annalium Gallo-flandriæ.

INDEX
ANNALIVM
GALLO-FLANDRIÆ.

A.

B.

D.

E.

Hei-

I.

L

M.

S. Me-

Priui-

T.

Torna-

V.

X.

Z.

F I N I S.

DVACI,
Ex Officinâ MARCI VVYON,
Typographi Iurati, ſub ſigno Phœnicis.
Anno M. DC. XXIV.